


NALE
VITT. EMANUELE
C
.8
MA

RESPONSIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ,

OMNIBVS CVRATIS, AC POENITENTIARIIS necessariorum singulis mensibus coram Illustriss. ac Reuer. Card. Palæotto Archiep. Bonon. propositorum.

Tractatus Quadruplici partitione distinctus.

PER ADMODVM R. P.


LVDOVICVM DE BEIA

Palestrelum Lusitanum, Ordinis Eremit. Theologum,

PVBLICVM IN BONON. GYMNASIO SACRAE SCRIPTVRAE professorem, & Casuum Conscientiæ in Cathedrali Eccl. Lectorem.

Huic postremæ impressioni additi sunt duo breues, sed doctissimi Tractatus, Alter quidem de Contractibus liuellarijs. Alter verò de Venditione rerum fructuosarum ad terminum.

Cum duplici Indice; Vno Casuum; Altero rerum memoria, & notatu dignarum.



VENETIIS, MDCXXI.

Apud Georgium Valentinum.

Superiorum Permißione, & Priuilegio.


ADMODVM REVERNO,

PRVDENTIA, ET ERVDITIONE

Clarissimo Viro, ac D. Domino

GASPARO DE ZALTERIIS,

Rectori Ecclesię S. Petri de Maernæ, optimè merito, Domino ac fautori suo plurimum colendo.



Georgius Valentinus, Typographus apud Venetos felicia precatur.



INVETERATA, & longa seculorum serie commendata, vel ab ipsa veteri Gentilitate, Idolorũ superstitiosa cultrice iampridem Consuetudine inoleuit, vt si quid publici iuris emergat alicui faciendum, immortaliq. quasi quadam transmissione posterorum memoriæ consecrandum sit, idipsum alicuius præpotentis fauori, patrocinio, & tutelæ committatur, ne audaces, vel temerarios potius Zoilorum, & dicaces maledicentiæ vibices experiatur. Nõ improbato sanè sapientum id consilio factum omne seculum iudicauit. Ea namque mortalium in præsens est licentiosa nimis, & effrenata oblatrandi, alienaque carpendi libido, vt nihil adeo reperiatur limatum, tersum, & ad trutinam (vt aiunt) ad amussimq. perpensum, libratumque ac numeris tandem omnibus absolutum, & perfectum, quod non vel dente Canino lacerum vulneratumq. abeat, vel in ancipitem dubiamq. aliorum incidat Criticorum bona etiam quæ, in malam interpretari partem solitorum mordacem censuram. Hæc

nostri huius est heu seculi contagiosa pestiferaq. lues, & infelicitas; Qua & ego perterrefactus, seriò mecum cogitare cępi (communicatis antea sæpius cum amicis, & familiaribus arcto etiam sanguinis vinculo mihi colligatis, consilio) quem patronum, & tutelaris instar numinis propugnatorem, Operi huic, quod euulgare in animum induxeram, deligerem. Eorum suasione, immò & persuasione, effectum fuit, vt admodum Reuerendam humanitatem Tuam, posthabitis non paucis, magni nominis, & non infimæ pariter dignitatis, & pręstanti sapiētia pręditis viris, protectorem asciuerim. Cuius quidem Consilij mei perplures, nec contemnendæ profectò rationes à me cum adferri possint, hæc pręcipua tamen potissimaq. semper visa fuit, quod Opus profundè eruditi authoris, Conscientiæ Casus controuersos, & quotidiano vsu occurrere frequenter solitos mirabili Methodo, & compendiosa tractatione comprehensos complectens, plurimorum conscientijs præposito consultori, directori, moderatori, & definitori eximio, Animarumq. prouido curatori, & parocho inscribendum, dicandum, dedicandumq. iudicarim. In quorum Albo, cum admodum Reuerenda humanitas Tua primas facile partes, Virtutis, Doctrinæ, Probitatis, Sapientiæ, Charitatis, Diligentiæ, & insignis demum (quod rei totius caput est) Vigilantię merito obtineat, optimo iure hoc Opus Conscientię lethali vulnere sauciatis, tamquam singulare quoddam, & summè præstans conueniensq. Diuinitus concessum, & quasi Cælitus demissum ad nos Antidotum continens deberi, non incompetenter docti iudicarunt, quotquot à me consulti fuerunt, omnes. Accipe igitur vir admodum Reuer. hoc qualecumque est iudicij in te mei, & venerationis μνημόσυνον, & me, meosq. pariter omnes, in tuorū, quos paterno affectu complecteris, & foues, numerum referre (quod tuæ erit solitę, & quasi congenitæ tibi humanitatis) non dedignere. Deus ter Opt. Max. bonorum omnium æternus Pastor, & Rector indeficiens, Admodum Reuer. humanitatem tuam, in ista Animarum peruigili cura indefessè indies desudantem, ad Gregis fidei suę commissi, in salutis via assiduo conatu gradientis profectum, quam diutissime seruet incolumem, felicitate felicissima. Ex Calcographica nostra Veneta, Anno partus salutiferi Virginis Deiparæ 1620. pridie Calend. Nouembr.

IN

INDEX CASVVM:



Rimus casus, Paulus, & Antonia contraxerunt spōsalia per verba de futuro, deinde Antonia mutato proposito significat Paulo, se velle cum alio matrimonium contrahere: Paulus indignatus minatur illi grauiter, si tale quid faciat. Antonia vt se ab eo liberet, a quo metuebat, dat illi aureos viginti.

Quæritur, an Paulus tuta conscientia possit hos aureos retinere.

2 Quid debeāt Confessores seruare in Ciuitate Bononiæ circa obseruationem diei festi, videlicet, An incipiat in Vesperi, ante diem festum, & finiatur in subsequenti vesperi, vel incipiat media nocte, & finiatur media nocte, ita vt sciant quam rationem seruare debeant cum illis, qui hoc tēpore op'ra prohibita exercuerint. 2

3 In diebus ieiunij, an præter vnam comestionē liceat etiā ientaculum aliquod sumere, & quale, quantumque id esse debeat, ne frangatur ieiunium, & an possit indifferenter fieri comestio, siue mane, siue vesperi prout a multis solet in Vigilia Natiuitatis Domini Nostri.

4 Francisca vidua, & pauper, detinuit domi suæ per vnam noctem volens, & sciens Petronium fratrem suum bannitū, dans ei cęnam. Quęritur an illa inciderit in excommunicationem Bullæ Sanctissimi Domini Nostri. Et quid in hoc, vel simili casu facere debeat confessarius. 5

5 Paulus habens vxorem, & Antonia habens maritum, conuenerunt clam inter se de necandis proprijs coniugibus. Quo facto, contraxerunt simul matrimonium.

Quæritur, quæ sint partes Confessarij cum illis. 8

6 Mercator per longum tempus vendidit semper merces suas pluris, quam valerēt, illis qui emerent ad creditum, & non soluerent præsentem pecuniam. 9

Quęritur quomodo sit cum eo agendū.

7 Michael emit partem fundi, cuius non habet certam notitiam, ab Antonio pretio aureorum mille, cum pacto de retrouendendo intra septennium, facta eidem locatione ad rationem sex pro centenario. Et quoniam frequentes sunt huiusmodi contractus in hac Ciuitate, cum alijs varijs pactis, & conditionibus de quibus pœnitentes non aptè interrogantur a confessariis, vnde remanent multi illaqueati. 10

Quæritur, an contractus suprascriptus sit licitus & quis sit verus modus interrogandi pœnitentes in hac materia, & prædicandi edictum, alias ab Illustrissimo Episcopo propositum, de contractibus cum pacto francandi. 11

8. Franciscus, & Iulia coniugati cuperēt frequenter sacram communionē sumere.

Quæritur per quod temporis spatiū debeant continentiam seruare, & quod præceptum debeat Confessores dare singulis eorum, siue etiam quod consilium. 12

9 Petrus confitetur sacerdoti se commisisse sæpe peccatum blasphemiæ, seu fornicationis, aut aliquod huiusmodi, & interrogatus quoties illud commiserit, respondet, se nunquā in præcedentib. cōfessionib. fuisse interrogatum de numero, nec vnquā illud distinctè explicasse in suis peccatis.

Quæritur, nunc an iste dēat præcedētes confessiones iterare, vel quid oporteat hūc pęnitem facere, vt perfectam absolutionē omnium prędictorum consequatur. 13

a 3 10 Anto-

36 Ste-

vt

22 Sacri-

IN-



INDEX COPIOSISSIMVS
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in Prima, & in Secunda parte habentur.

Nota autem per numeros intelligi paginam, per literas a, primam b, secundam columnam.



A

sit

D

Hære-

Inter-

Mise-

N

O

P

R

S

T

Tri-

V

Finis Tabulæ.



IN-

RESPONSIONES

CASVVM CONSCIENTIÆ

Auctore Reuer. P.

LVDOVICO DE BEIA PALESTRELLO

Lusitano Ord. Eremit. Theologo.

PRIMVS CASVS.

Paulus, & Antonia contraxerunt sponsalia per verba de futuro, deinde Antonia mutato proposito significat Paulo se velle tum matrimonium contrahere. Paulus indignatus minatur illi grauiter si tale quid faciat Antonia, vt se ab eo liberet a quo metuebat, dat illi aureos viginti. Quæritur an Paulus tuta conscientia possit aureos retinere.

HVic casui satisfit dicendo, q. si dictus Paulus huiusmodi pecunias accepit, ob recōpensatione alicuius damni euenietis sibi, ex dissolutione sponsaliū de futuro, vt ob famæ detrimentum, quod fortasse erant passurus, eo quia Antonia illum repudiabat nubendo alteri, vel ex eo quod aliquas iam Paulus expensas fecerat solitas fieri a sponsis, quas non fecisset alias, vel alio ex iusto damno sibi emergente ob voluntariam, & iniustam a dicta Antonia abrogatam fidē, nec peccauit viginti illos aureos accipiendo, nec vllæ obnoxius est restitutioni; ratio est, quia cum Paulus non teneatur relaxare promissionem sibi ab Antonia factam cū notabili suo detrimento, & ad Antoniā, & ad res Antoniæ habeat Paulus ius aliquod ratione dictę promissionis futuris nuptiis, non est quod peccet, si quid iustum accipiat ob vexationis damnū, arg. c. cum dilectus 2. de simo. & clarum est Antoniam damnum inferre Paulo, quia is damnum facere dicitur, qui id facit, quod facere ius non habet. arg. ff. de regu. iu. l. Nemo.

Adde Antoniam dedisse huiusmodi pecunias voluntariè Paulo, quia & si iste minabatur illi grauiter, non erat pro extorquendis dictis pecuniis, sed vt Antonia promissam seruaret fidem de futuris nuptiis, quam cum sine ratione nolit seruare, ob idq; timeat interfici, si quidpiam donat, vt Paulus non modo ab indignatione quiescat, verumne cum illa in iuditio agat, voluntaria, & libera est illa donatio, vt in simili concludit Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 1.

Et confirmatur, quia si Antonia dedisset illos viginti aureos alicui tertio ea itētione, vt obtineret a Paulo remissionem promissionis sponsalium, manifestum est non teneri illum tertium ad restituendas pecunias sibi ob dictam causam datas, igitur nec ipse Paulus, cui ex fracta fide est illata iniuria, & si offerūtur illa 20. ab Antonia ob relaxāda promissa, tenebitur da-

tes numus restituere, cum ad recipiendū illos tanto maiorem habeat causam, quāto dicta promissio ciuilis de futuris nuptijs erat ex aliculus vtilitatis, & non tenebitur eam gratis relaxare. Præterea pœna apposita in sponsalibus ideo nō est valida, quia matrimonia debent esse libera. c. Gemma, de spons. & c. cum locum, & c. requieuit, eod. tit. & D. Thom. in 4. dist. 27. q. 2. art. 1. in resp. ad 4. vnde si ponatur ratione dotis, tenet, quia non remouet libertatē, vt cōmunis est sententia: igitur cū ab Antonia, quæ volebat nubere alteri cū iniuria Pauli, cui se promiserat, data fuerint viginti scuta, nō ob pœnā antecedentē spōsalia, sed consequentē fractionem eorundem, nō erit restitutioni astrictus Paulus. Tandem licet is, qui aliquid accipit ad faciendum id, qđ debet, puta qui accipit vt nō furetur, iniuriam non referat, a minando supersedeat & alia similia mala non perpetret, a quibus patrandis diuina lege est interdictus, ad restitutionem accepti teneatur, eo quia accipit mercedē pro illo, quod gratis, & sine mercede tenetur facere, vt colligitur ex l. 2. ff. de condict. ob turpem causam, vbi habetur repeti posse id, quod datur alicui ne sacrilegiū faciat, & est glos. ab omnibus recepta. l. 4. eiusdem tit. quo loci dicitur repeti posse id, quod datur alicui ne fiat meretrix, & l. quod euitandi. C. de condiction. ob turpem causam, qua decernitur id quod datur ab eo qui est ineptus militiæ, deligenti milites, vt eum excusaret a Tyrocinio, repeti posse, id quod erudite docet Adria. in 4. de restitutione q. 19. Et ideo si Paulus vt a minando & ab iniuria inferenda Antoniæ supersederet, pecunias illas accipit, obnoxius fit restitutioni. Nihilominus tamen, vt in casu proponitur, si viginti illos aureos expetit, vt damnum sibi illatum ex fracta ab Antonia fide resarciret, tuta conscientia poterit illos retinere, cum enim illa non sibi ab Antonia seruata promissio causa extiterit damni, infamiæ, vestium, & aliarum expensarum pretio æstimabilium, non est quod iuste non possit velle, illas sibi reparari, ac refici. Quin potius dato quod acceperit principaliter illas pecunias, vt nimis supersederet, & nullam in Antoniam vindictam exerceret, cum tamen eas acceperit ob rem, ad quam iustitiæ legibus non obligabatur, sed solius charitatis præcepto, charitati enim contrauenit, qui proximum offendit, & id quod accipitur causa faciendi ea ad quæ legibus aliarum virtutū non iustitia astringimur, vt puta qui aliquid accipit, vt nō fornicetur, vt ieiuniū obseruet, vt inimico parcat, ut missā dominicis dieb. audiat, nō sit de necessitate restituēdū, saltē antequā a dāte repetatur, cū possit illud retinere ex quodā dantis consensu, donec repetierit, ad minus extra iudicium, quia lex non prohibet translationem dominij rei datæ ne maleficium fiat, sed concedit solum condictionem, quæ est personalis actio, cuiusmodi sunt omnes condictiones, vt notatur in rub. de condict. indeb. relinquitur manifestum quod cum Antonia non est Paulus coarctandus ad accepti restitutionē, vt colligitur ex Nau. in Man. c. 17. n. 34.

SECVNDVS CASVS.

QVid debeant Confeßores seruare in ciuitate Bononica circa obseruantiam diei festi, videlicet; An incipiat in vesperi, ante diem festum, & finiatur in subsequenti vesperi, vel incipiat media nocte, & finiatur media nocte, ita vt sciant quam rationem seruare debeant cum illis, qui hoc tempore opera prohibita exercuerint.

AD hoc Resp. quod in obseruatione diei festi quoad inceptionem, & desitionem standum est consuetudini ipsius ciuitatis, quia & si de iure communi diei festi cultus olim incipiebat a vespera; vt dicitur c. 1. de feriis, & de consec. dist. 3. c. pronunciandum, idq; fuit sumptum a Leuit. cap. 23. Nihilominus tamen cum huiusmodi præceptum quoad diem & horam determinatum, sit de iure

positiuo

positiuo,& consuetudo sit optima legum interpres, de consuet. c. cum dilectus. ff. de leg. l. si de interpret. ideo consuetudini ciuitatis standum est, donec aliud ab illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopo nostro decernatur, vt ait Panor. in cap. 1. de ferijs, Tab. verbo feriæ. §. 46. Syluest. verb. Dominica. q. 2. D. Tho. 2.2. quæst. 81. art. 2. & S. Ant. 2. part. tit. 9. cap. 7. §. 2. & habetur capit. Quoniam, de feriis, & dist. 76 c. Vtinam, & ff. de verb. signific. c. Anniculus, & quamuis Sum. Rosel. habeat, quod talem consuetudinem non potest facere vna pars, duæ, vel tres, sed solum pars maior vtens ea, secũdum Glos. c. fi. de consuet. Oppositum tamen est tenendum cum communi senten. quia non oportet maiorem populi partem vti actu inducente consuetudinem exequendo illum, sed sufficit si vtatur approbando, & in hac re standum est communi iudicio rationabili, ita tamen, vt cessatio ab operibus duret tempore conuenienti, & vt est in vniuersali vsu per vigintiquatuor horas: Arbitrarer tamen optimum fore ad omnem confusionem, tam incipiendo, quam in finiendo festo tollendam, quod ab illustriss. Domino Archiepiscopo præscriberetur, vt cultus festi inciperet a media nocte, & perduraret vsque ad mediã noctem: sicut iustissimis de causis videtur iam vniuersaliter in Ecclesia receptum. Tum quia cęteræ omnes ferè obligationes ecclesiasticæ vnius diei, intelliguntur a media nocte, vsque ad mediam noctem, vt patet de ieiunio, de recitatione diuini officij, & abstinentia a carnibus feria 6. & Sabbato. Tum quia Dominus ad eripiendum populum de Aegypto Exod. 12. (in quo significatur nostra a peccatis liberatio) in noctis medio percussit omne primogenitum, & Dauid 108. inquit, media nocte surgebam ad confitendum tibi; Tum quia cum dies Dominica celebretur ad laudem resurgentis Christi, & ferè media nocte, vel paulò post resurrexit (vt multi doctores arbitrantur) idoneum erit, vt in hac ciuitate tunc festum incipiat. Demum quia media nocte putat Cassiodorus Psal. 108. futuram nostram resurrectionem. iuxta illud Matt. 25. media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, &c. & Paul. 1. ad Thessalonic. 4. Dominum venturum refert, sicut in nocte furem, hic autem non venit 1. vel 2. hora noctis, sed media, quando sopor obruit homines, & ob has, & alias causas. S. Illustriss. & Reuerendiss. Dominatio distulit rem hanc, quoad inceptionem festi deficiendam maturiori consilio, volens, & decernens, vt interim seruaretur recepta quæcũq; extat ciuitatis consuetudo.

TERTIVS CASVS.

IN diebus ieiunij; an pręter vnam comestionem liceat etiam ientaculum aliquod sumere, & quale quantumque id esse debeat ne frangatur ieiunium, & an possit indifferenter fieri comestio siue mane, siue vesperi, prout a multis solet in viglia Natiuitatis Domini nostri.

RElictis varijs Doctorum sententijs, eam puto veriorem quæ asserit pro serotino ientaculo licitum esse sumere non modo fructus vel panem, vel herbas disiũctiue (vt videntur omnes ferè Thomistę sentire) sed etiã coniunctim, & in simul sedm cõsuetudinem Diæcesis, cui cõsuetudini standum est etiam quoad quantitatem, dummodo nõ sit tanta, vt ieiunium defraudetur, & quod huiusmodi collatio (vt vulgariter dicitur) fieri potest nõ modo intentione, ne potus noceat, verum etiam intentione sustentandæ naturæ quamuis etiam non bibatur. Primum ostendo, quia vbi non habemus ius specificum recurrendum est ad cõsuetudinem loci; & facit ca. Vtinam dist. 75. iam autem parua comestio panis in sero, non repugnat essentiæ ieiunij, & consuetudine ferè vniuersali est receptum, ut fructus, & panis in collatione sumatur. Hinc apud religiosos constitutionum suarum obseruatissimos ad collationem de sero pulsatur non modo vt bibant, sed vt ad

tabulam sedentes buccellam panis, cum aliquibus nuceolis, vel siccis ficis, aut quid simile edant, nec propterea putant se ieiunium violare. Tũ etiam quia quoties quis modum nõ excedit, rectè sibi cõsulere videtur, si illud sumit, quod suę cõplexioni plus prodest. Nam si collatio fit ne potus noceat, & medicinæ seu salutis causa ab omnibus cõceditur, illud debet sumi ante potum, quod cõplexioni cuius libet non noceat, sed fructus sine pane, & panis etiam solus nocet plurimis, igitur si vtrunque sumatur, non frangitur ieiunium. Adde Ecclesiam in statuenda vnica comestione in die ieiunii non attẽdisse ad id quod modo quocunq; nutrire põt, sed ad id quod principaliter ordinatũ est ad nutriendum, semper enim in præceptis ĩtelligitur id quod est per se, & formaliter tale. At electuaria, confectiones, fructus, & si aliquo modo nutriant, non tamen principaliter sumuntur ad nutriẽdum, sed ad stomachum componendum, vt rectè cibos coquat, & digerat, nisi forte quando in excessiua quantitate sumerentur, frustum etiam panis licet nutriat, non tamen sumitur in quantitate apta ad nutriendum, sed magis ab subueniendũ naturæ ne succumbat, vt qui nocumento potus maxime obsistit, ergo bucella panis, & fructib. modicis pro collatione vti ne natura deficiat, non est ieiunio aduersum. Tabie. verbo ieiunium §. 3. Bartolomæus Medina lib. qui dicitur Instructione de Confessori. in tertio præcepto. §. 10. vbi asserit, qđ si quis in Vigilia Natiuitatis Domini collationẽ faceret cum variis fructibus nõ in quantitate excessiua, sed mediocri, & in eo loco, in quo hoc fieri in consuetudine esset, Prælatique scirent, ac consentirent, non propterea ieiunium frangeretur, imo addit fuisse opinionem Magistri de victoria, illum, qui facta collatione, aliquid postea parum ab amico, rogatus sumeret, non transgredi ieiunii præceptum. Tum quia id quod parum est, pro nihilo reputatur. Tum quia non dicitur proprie, & formaliter comestio, quando oliua, vel ficus, vel quid minimum, vt amico gratum fiat, accipitur.

Secundò ostendo. Tum quia sumere aliquid ne potus noceat, poterat ante quã cunque consuetudinem fieri; igitur cum consuetudine sit introductum, vt aliquid sero sumatur, non videtur iam id sumi ratione potus, sed sustentationis, alias consuetudo nihil operaretur.

Tum etiam, quia omne, quod est humana lege introductum, potest legitima consuetudine mitigari. arg. c. fin. de consec. & ita testatur Innocent. Panor. & cõmunis in rub. de obseruat. ieiunii, quod sumere aliquid pro collatione de sero, ad sustentationem potius naturæ quam ad delitias & ad gulæ obsequium, non esse peccatum, nec ieiunii pręuaricatio, dum tamen id fiat temperate secundum consuetudinem loci, quia cum non habemus quo ad modum, ac quantitatem collationis sumẽdę legem aliquam peculiarem, ipsa loci consuetudo obtinebit rationẽ legis, quæ est doctrina D. Th. 1. 2. q. 97. art. 3. & iuris peritorum in c. fi. de consuedine. Tum item, quia secundum Direct. potest statui, vt in ieiunio ecclesię bis comedatur, sed parum. imo quod etiam ad magnam quantitatem arbitrantur aliqui, quæ opinio, & si vera non sit, quia vnica comestio videtur esse in præcepto ieiunii magis præsupposita, tanquam communiter intellecta, quã expressa, vt probat Caieta. 2. 2. q. 147. ar. 6. nihilominus tamen cum id quod parum est, pro nihilo habeatur, potest consuetudine suffragante, quæ vim legis habet, decerni, vt paruum ientaculum sero pro sustentanda natura accipiatur, quia licet priscis temporibus, quando hominum naturæ erant robustiores, non fuerit forte licitum sumere fructus, hærbas, & buccellam panis, eo quia horum vsus secundum se videtur esse formaliter manducatio, nihilominus tamen hac ætate, in qua hominum natura, ex antiqua, & multiplici generatione est debilitata, & confracta, licita hæc omnia sunt, per modum restauratiuæ medicinę in vespertino potu, fraude cessante: iam enim Christianus populus cõsue-

uirtuti per domum medicamenti hic, quorum vsus fuerat primo manducatio, media siquidem ad naturam finis reducuntur, ideoq. refectiones, quę prætextu cōsuetudinis illius loci, i quo viuitur, fiunt, cum ipsa consuetudo sit rectę rationi consentanea ad rationabilem vsum talis refectio reducitur & ab omni inordinationis peccato est aliena, vt docet idē Caiet. vbi supra. Nec obstat id, quod Hostiensis de obser. ieiunii, c. 2. inquit in ieiunijs solemnibus, & in dictis ab Ecclesia nihil operari posse consuetudinē, est enim hoc verum de consuetudine, quæ nullā continet honestā, vel rationabilem causam, nullaque alia ratione est suffulta, quā vt homines intendant ventri, & ingurgitationi, delitijsque secularibus, vt contingit in illis, qui nullum discrimen, quoad duplicem manducationem formalem, & ciborum quātitatem inter diem ieiunii, & alios faciunt, nec sibi sat est refectionibus medicinalibus, & bucella panis pro reficienda debilitate naturę vti, sed voracitatem adhuc suam ad coacta vsq. legumina, & pisces, et offas protendunt crapulantes plus æquo. Gabr. in 4. dist. 10 q. 3. ar. 3. opinione 3. huius sententię sunt iuri speriti in rub. de obseru. ieiunii, & Nau. in Manu. c. 21. nu. 14. & Pan. extra de obseru. ieiunii. D. Th. in 4. d. 15. q. 3. 2. 2. q. 174. art. 6. Ricard. in 4. dist. 15. q. 7. art. 2. Tab. & alii summistæ verbo ieiunium.

Ad id autē quod vltimo quæritur, Respondeo cum Caie. 2. 2. q. 147. ar. 6. quidquid alii dicant, ꝙ cum collatio vespertina fuerit introducta pro medicina, seu necessitate, ideo siue mane, siue vespere fiat, non frangit ieiunium; maximè si id est in consuetudine fieri aliquo die ob rationabilem causam, immo cum qs non posset aliter ieiunare, nisi hanc collationem sumendo in mane, recte faceret, si illam sumeret, quia ut ratio medicinę, vel debilitatio complexionis efficit, vt sine peccato possit serò sumi, ita efficere potest, vt sine fractione ieiunii mane sumatur, vt habet S. Anto. p. 2. tit. 6. c. 1. & Alb. Rich. & Petr. de Pal. in 4. dist. 15. Sylu. verb. ieiuniū, Nau. in Man. c. 21. nu. 15. qui omnes expresse dicunt, ꝙ rōne medicinæ, debilitatis cōplexionis, vel necessitatis agendi aliqua necessaria negotia, quib. in Vig. Natiuitatis occupantur, ientaculū mane sumere in ea parua quātitate, qua sero erat sumendum, nō frāgunt illius diei ieiunium, maximè extante consuetudine in ciuitate, secus autem iudicandum est de illis, qui nulla rationabili causa tale ientaculum mane sumunt, quorū in Vig. Natiuitatis abusus cum sit contra ius, nō est ampliandus. c. Ad audien. de decim. & c. Odia, de reg. libr. 6. Hæc in rigore iuris dixerim, sed cū ieiunii finis sit carnis mortificatio, ut quo exterior homo sit infirmior, eo interior reddatur fortior, admoneant confessores pęnitentes, vt in collatione sumenda tanto sint parciores, quanto se ad vitam sentiunt procliuiores, sine Cerere enim, & Baccho friget Venus, & non nisi siti oppressi, & quasi coacti quicquam ad edendum accipiāt, idq. in ea solum sit quātitate, vt potius nocumentum impedire, & non libidinis fomitem accendere ualeat. Matutina uero collatione non nisi ineuitabili necessitate cōpulsus utatur, q̄ cum sit extraordinaria, tāto debet esse maior in bibendo, vel frustro panis sumendo parcitas, & temperantia, quanto apud fideles est minus vsu recepta, & saluti animæ non parum periculosa.

CASVS IIII.

Francisca vidua, et pauper, detinuit domi suæ p vnā noctē volens, & sciēs Petronium fratrē suum bannitū, dans & cænam. Quæritur an illa inciderit in excommunicationem Bullæ Sanctiss. D. N. Et quid in hoc, vel simili casu facere debeat Confessarius.

ETsi huius casus decisio petat Sanctissimi D. N. bullę in bānitos intelligētiā, quæ ab eodē petenda est, nihilominus tamen interim, ꝙ de expressa eiusdem volunta-

Iuratate nobis non cōstat, quā nec interpretati, ad nos attinet, breuiter solum ex literæ cortice id quod ad præsentem causam spectat, secundum quod Theologi muneris est in casibus occurrentibus, habito præ oculis Dei timore consilium, & sententiam suam proferre, de proposito dubio hanc opinionē probabiliter habemus, huiusmodi viduam nō incurrisse talem excōmunicationem. Tum quia lex positiua non videtur derogare legi naturæ: sed hęc dicta, vt nullus carnem suo odio habeat, & sibi cōiūctis in vitæ necessarijs subueniat, naturalis. n. inclinatio, quas cōsanguineos diligimus, & eos tueri volumus, deleri non pōt, teste. n. Cicerone, in dialogo de amicitia, cum propinquis amicitiam natura ipsa peperit. Non præsumendus est consanguineus receptare quem, tanquam bannitum, & rebellē summo Pontifici, sed tanquam cōsanguineum. l. 3. de tutelis, c. requisisti. de testa Ripa. in l. ex facto. de vulgar. & pupil. nu. 60. Felin. in c. cum quidam de iureiuran. nu. 11. & in c. literas, de præsumptio. nu. 20 Hyppolitus in l. diuus de parrici. n. 5 & in l. 1. de raptu virg. n. 196. & cons. 119. Ludou. Care. tract. de hęreticis, nu. 165. Tum quia casu, quo iste bannitus esset ob aliam rationem specialem nominatim excōmunicatus, vel si clericū percussisset, non incurrisset hæc soror aliquam excommunicationem, recipiendo illum per vnam noctem domi; vt eidem bene cōsuleret, & salubri remedio prouideret. vnde 10. q. 3. Quoniā, sic habetur. si quis excommunicatis in sustentationem, non superbiæ, sed humanitatis causa aliquid dare voluerit, non prohibemus. Cū ergo Francisca humanitate excitata in proprium sanguinē, quem nullus odio habet, communicauerit cum illo in cibo, & hospitio, per vnam noctem, non videtur quod sit excommunicationis rea. tū quia in iure receptator dicitur, qui latenter aliquem recipit, & celat vt conseruatus manus iudicis euadat. ff. de recep. l. 1. de offic. præsi. l. congruit. C. de eo, qui la. occul. l. vlt. Et receptator loquendo propriè est verbum frequentatiuum a recipiendo frequenter, & pluries. Quare cum hæc sine fraude, & dolo, & quæ in latenti receptatione ob malum finem includuntur, nec sæpe, sed semel tantum, receperit fratrem, non est cur in pænam contra receptatores bannitorum latam inciderit. Tū quia veluti non incurritur excommunicatio participando cum excommunicato, quando est in aliqua animę, aut vitæ necessitate, sed possumus ei succurrere, ita iste bannitus in noctis tenebris erat indigens maximè victus, & lecti: igitur quod soror per illam solam noctem illum recipit, non est iudicanda excommunicata, arg. c. vlt. 11. q. 3. quo loci dicitur quicūque seu ignorantia, seu timore, seu necessitate cuiusque negocii, maxime, & maxime necessarii excommunicatorum conuictu, & salutatione, oratione, & osculatione se contaminauerit cum minoris pęnitentiæ medicina societatis nostrę participationem sortiatur. Medicina autem minoris pœnitentiæ est medicina peccati venialis. Tum item quia ex verbis, & intentione Bullę nequaquam hæc mulier, nec similes comprehendi videntur, sed solū dantes ei receptaculum in fauorem sui criminis, ita vt nisi banniti tali receptaculo perseuerent in suis delictis, vel ministros iustitiæ inuadentes eosdem effugiāt. Neque. n. dicitur auxiliari, recipere aut fauorem prę stare bannitis, nisi illæ qui hęc illis præstant eo respectu quo sunt banniti, & delinquentes, sicut non appellatur defensor, seu receptator hæretici, nisi qui recipit hęreticum quatenus est hęreticus, arg. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. immo bannito extreme egenti, qui non subueniret, peccaret mortaliter, arg. c. pasce. 76. d. & si extreme non egeat, licitum adhuc est illi succurrere quatenus est proximus, arg. c. duo ista nomina 23. q. 4. ibi, quia peccator est, corripe, quia homo, miserere. Et ibi nulli homini claudenda est misericordia, sicut nulli peccatori impunitas relaxāda. Nec vllus est Canon, quo probetur illum qui fauet criminoso non vt tali, sed vt proximo, excōicationem incurrere

currere in foro conscientiæ, in quo sola veritas inspicitur. c. tua, de sponsal. legimus. n. multos reges catholicos, & Christianæ fidei zelo ardentes non modo sub vexillo suo, bellorũ tpe suscepisse duces, & milites lutheranos, verũ ẽt eisdẽ stipendia, & fauores speciales præstitisse; vtẽdo eorũ viribus pro bono prælii, cũ displicentia suarũ hæresum: Nec quispiã docet illos reges in excommunicationem ob id incidisse. Adde quod hæc Bulla non includit, nec includere potest, nisi peccantes mortaliter, præsupponit siquidem maior excommunicatio semper peccatum mortale, vt dicitur c. Nemo, & Can. nullus. 12. q. 3. iam autem actus iste receptionis bannitorum a parentibus, & aliis eo fine, vt a malis caueant, & suspendii periculum, & infamiam non subeant, & interim occultentur; quo ad res inter partes componitur & pacificatur, ac demum iustitiæ obtinetur remissio, non est de se malum, cum sit charitatis opus, vt patet. Nec dici potest, quod sit vitiosus, & malus iste actus, quia est prohibitus, nam in his nõ solet feriri excommunicatio, nisi in contumaces; Vnde Greg. declarauit edictum de euitãdis excommunicatis non includere eos, qui piè sine peccato illis communicant. Et glos. c. Nemo. 11. q. 3. §. Anathema. æternæ mortis est damnatio. Addubitat, si est perpetua damnatio quomodo est medicinalis. Et respõdet, quod cum contemnitur est dãnatio, & quod nullus est excommunicandus, nisi pro cõtumacia, habetur 45. d. Can. sed illud, & 24. q. 3. Can. tam sacerdos, & Can. ecclesiæ, quod & si non sit absolute verum, vt colligitur extra de verbor signif. est tamen verum, quando ponitur excommunicatio super actus omnino non malos: ergo cum hæc Francisca non deliquerit per cõtumaciã, sed per naturalem in consanguineum pietatem, non incidit in excõicationem dictæ bullę. Tum quia licet in foro exteriori possit præsumi fauere bãnito, qui sciẽs eum esse talem fauet illi sine aliqua circunstantia, quæ excusare posset eum in foro, ẽt exteriori a tali præsumptione, quales multę occurrere possunt fundatæ in amore, necessitate, cognatione, vel vtilitate, in pace, aut bello. quo ad forum tamẽ interius, in quo Deus animũ, & intentionem respicit, facile est diiudicare, ac discernere, qñ fauetur bannito ea rõne, qua talis, vel non nisi ea ratione, qua proximus, ex intentione siquidem, & proposito maleficia distinguuntur apud iura Canonica, formaliterq; sunt termini intelligendi apud sapientes in qualibet facultate, vt docet Caie. verbo excõicatio contra hæreticos. c. 1. in fine. His addo quod & si quis iuuaret bannitum ad effugiendum manus iustitię, si id faceret occultè, & sine scandalo, & absque violentia ministrorum nec eo animo, & fine vt dicti banniti perseuerent maleficio, sed ne morti tradantur, & vt viui de suis commissis sceleribus pœnitentiam agant, nequaquam putarem hos receptatores cõprehendi in bulla, D. N. Tum quia hoc agere non est de se malum, sed bonum, defendere enim proximi vitam sine cuiusque iniuria, vel scandalo, opus est charitatis. Iam aũt, non videtur, quod Pontificis intentio sit velle indifferenter quoscunque receptatores excommunicare, ẽt si peragant opus bonum. Tũ itẽ quia vt ait vterque Th. 2. 2. q. 69. ar. 4. & Sylu. ver. fugere, licet in foro conscientiæ incarcerato ob delictum, morte, aut abscissione membri dignũ, fugere de carcere sine uiolentia, & quemadmodum ipse se soluendo, & fugiendo non peccat, ita nec alius, qui fugæ auctor esset, vt idem Caiet. vbi supra probat, nec qui cõsuleret fugam, vt ait Sot. de iustit. & iur. li. 5. q. 6. ar. 4. ergo a fortiori ratione fugere põt bãnitus, qui quæritur vt capiatur, & eadem ratione põt qu s illius fugam sine peccato iuuare, vt antequam capiatur a iustitiæ ministris, liberetur, maxime cũ credit, quod suo iudicio sine carcere, & sine pœna infligenda tẽporaria, resipiscet à peccato, gl. in c. inter cætera. §. sed cũ his. 2. 2. q. 4. in fi. quę dicit licere reo corrũpere aliquẽ pro vita seruanda. Caiet. vbi sup. ar. 4. Tabien. verbo fugere, & verbo carcer. §. primo. Armilla verbo carcer.

§.3 & alii. dummodo tamen isti coadiutores ad fugam non sint reipu. ministri, & officiales ad reos capiendum deputati, tunc.n. cooperando ad fugam delinquentis, peccarent lethaliter. Accedit, Ecclesiã piam matrem propter correctionẽ vnius, vel alterius, non intendere multitudinẽ fidelium subijcere periculo mortalis peccati. Iam aũt si quicunque, & quomodocunque verbo, osculo, aut cibo, hospitio, & similibus sine dolo, & fraude, cũ bannito participans, culpam mortiferam incurreret, & subinde excommunicationẽ, quę est ecclesiasticarum penarũ maxima, profecto cum difficile admodum sit hoc seruare in societate humana, in casibus nõ exceptis tota ferè multitudo sub Pontificis statu seculari viuens, supponeretur periculo peccati mortalis propter vnum, vel alium bannitum in vno loco commorantem. Vnde sicut Petrus de Pal. in 4. d. 18. q. art. 2. asserit excõicato posse quempiam cõicare dando eleemosynam non solum quando ipsa est in præcepto, immo etiam qñ est in cõsilio, si propter hoc non enutritur in suo errore, datur; potius intuitu indigentiæ, quam peruersæ amicitię: ad eũdem modum dicerem, posse quempiam exercere in bannitum opera misericordię, subueniendo illi corporaliter, vel spiritualiter, dummodo id fiat non in contẽptum Ecclesiæ, nec vt nutriatur in suo errore, sed vt ab illo liberetur, & pacem cũ Deo, cum inimicis, & cum Republica cõponat. Tandem cum Francisca esset vidua, & pauper, si non recepisset Petroniũ fratrem suum per illã noctem, sed è domo expulisset, posset frater bannitus ipsum, vel grauiter percutere, vel occidere, saltẽ Francisca id posset præsumere, sed cõmunicãs cũ nominatim excommunicato timore mortis, aut maximi alterius nocumenti, non peccat, quia non est credendũ velle Sum. Pontificem tanto periculo, & damno obligare, igitur nec communicãs eodem timore cum bannito. Maior. in 4. d. 18. q. 4. Syluester verb. excommunicat. 5. q. 4. Sot. in 4. distin. 22. q. 1 art. 4. & alij Theolog. Innocentius communiter receptus in c. si uere, de sent. excommu. Vide Signorolum consi. 125. Aretin. consi. 122. Soc. cons. 26. lib. 2. Bart. ac alios in l. 1. §. vlt. de receptat. vbi multis ostendunt rationibus, receptantem coacte, & per vim, excusari a pœna legis.

Aduertant tamen confessores, ne præcipites, aut faciles sint in absoluendis his qui cum bannitis agunt. Nam cum rebus omnibus, quę a summo Pontifice præcipiuntur summa sit obedientia præstanda, & excommunicationis vinculum sit arctissimum, & maximopere timendum. Et de S. D. N. intentione in excommunicandis bannitorum receptatoribus constare facile possit, si sanctitas sua consulatur, & præcipue quando periculum non est in mora, cumque experientia sit compertũ bannitos homines esse Reipublicæ excidium, & pestem, nutririque his receptaculis amicorum, & parentum, idcirco tutissimum in conscientia est, differre illis absolutionem, qui cum bannitis agunt, aut conuersantur, quousque a sede Apostolica facultas eosdem absoluendi impetretur, veluti hucusque est in hac ciuitate factum.

QVINTVS CASVS.

Paulus habens vxorem, & Antonia habens maritum, conuenerunt clam inter se de necandis proprijs coniugibus. Quo facto, contraxerunt simul matrimonium. Quęritur, qua sint partes Confessarij cum illis.

Iste casus est expressus in Can. Laudabilem, de con ver. fid. vbi decernitur, quod occisio coniugis alicuius cã contrahendi cum sua coniuge, & facta vtroq; machinante, perpetuo impedit, & est doctrina D. Tho. & omniũ in 4. d. 42. ad cauendum enim ne coniux machinetur in necem coniugis, quæ sæpe numero ex affectu transeundi ad alias nuptias accidere solet, sancta instituit Ecclesia, vt matrimonium cum tanta pernicie contractum dirimeretur: enormitas et criminis huiusce coegit Ecclesiã, vt tale impedimentũ insti-

institueret, vt per quod non modo fides thori violatur, sed is, qui cum alio vna est caro occiditur. partes igitur Confessoris erunt in hoc casu inquirere a Paulo, & Antonia, an conuenerint inter se de necã dis proprijs coniugibus eo fine, vt simul matrimoniũ cõtraherent, vel potius alio fine, & postea quam homicidium iã erat cõmissum, decreuerũt simul cõtrahere, si respondeant id fecisse causa cõtrahendi, debet tunc Confessor eisdẽ declarare matrimoniũ oĩno fuisse inualidum, & ideo esse separandos saltem quo ad thorum, quando aliud sine scandalo fieri nequit, & interim petere dispensationem a Sum. Pontif. & si sint iuuenes, nec valeant abstinere, cohabitando in eadẽ domo, tunc consulendi erũt Religionem ingredi, vt pro tanto commisso scelere pœnitentiam sufficientem agere valeant, & si nolint separari quo ad thorum saltem, non sunt vllo pacto absoluendi, vt Syl. ait verb. Matrimonium, 8. q. 9. & Caiet 11. Tho. de matrim. q. 2. & in Sum. verb. Matrimonium pag. 9. & So. in 4. d. 37. q. 1. ar. 4. & omnes. Quia nullus volens persistere in peccato mortali, absolui potest. Si vero dicant cõuenisse de interficiendis coniugibus alio fine, quam ad contrahendum, tunc Confessor relinquat eos in tali matrimonio viuere, quia occisio coniugum alio fine facta, nec impedit, nec dirimit, saltem in foro conscientiæ, vt ait Richar. d. 37 & Syl. Matr. 8. q. 9. & Sot. vbi supra, & Nauar. c. 22. num. 46. quidquid dicat Caieta. vers. Matrimo. imped. 5. quæ opinio vera forte erit quo ad præsumptionem in foro exteriori, in quo vxoricidium censebitur semper eo fine factum, vt contraherent. sed in conscientia si homicidium fieret non illo fine, esset occultum, nec in iudicium delatum, ne vtiquam impediret, quia cum tunc nullã ex intentione agentis habeat relationem in matrimonium, non debet illud impedire.

SEXTVS CASVS.

Mercator per longum tempus vendidit semper merces suas pluris quam valerent, illis qui emerent ad creditum, & non soluerent præsente pecuniã. Quæritur, quomodo sit cum eo agendum.

PRo decisione huius casus presuppono iustum prætiũ non cõsistere indiuisibili, sed habere latitudinẽ, cuius extremũ inferius appellatur pium, & superius dicitur rigorosũ, & quod inter duo interiacet, vocatur mediũ, & moderatum: exẽpli gratia: vnius vlnæ panni pretiũ iustũ sint decem iulii, vno plus, vel minus. tũc vndecim erit pretiũ rigorosum: nouẽ erit pretiũ piũ, sed decẽ, & quod libet aliud interiacens erit mediũ, vel moderatum. vnde pretium alicuius rei iustũ, non modo est illud, quo cõiter in aliqua ciuitate res tali venditur, sed ẽt illud quod in hoc loco, tpe, & modo vendendi haberi cõmuniter põt, eadẽ siquidẽ res pluris valet in vno loco, quã alio, & vno tpe, quã altero: vt dicitur. l. ., & toto tit. ff. de eo; qd certo loco & l. vinũ. ff. de reb. cred. Modus ẽt vẽdendi auget, & diminuit de pretio, nã minoris valet merx, cũ rogatur emptor, quã cũ rogatur venditor, vltroneæ. n. merces (vt fertur vilescunt,) quo fit, vt idẽ pãnus maioris valeat in domo mercatoris, quã in manu proxenetæ, q̃rentis emptorẽ, vt notat Sc. in 4. d. 15. q. 2. & D. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. & Sot. de iust. & iur. li. 6. q. 3. & Nauar. in Manu. c. 23. n. 79. Hoc ergo supposito, sic se habebit confessor cum mercatore vẽdente merces pluris ob dilatam solutionem quam soleat vendere ob præsentẽ pecuniam, inquirat si quidem num vendiderit, rem valentem ad summũ, & pretio rigoroso vndeci pro duodecim, ob dilatam solutionẽ, & si respõderit se id fecisse, declarabit illum fuisse eousque vsurarium, tenerique ad restitutionẽ illius pretii excedentis, eo quia in affectu mutuauit pretium rei, quam vendidit, accipiendo illud plus iusto rigoroso pretio, quo res vendita valebat dando enim mercẽ, idem facit, ac si daret pretium iustũ mercis, & in tempore solutionis ratione moræ, & solius temporis exegerit aliquid vltra, & ideo teneri in conscientia ad restitu-

stitutionē illius, quod accepit de excessu, vt dicitur. c. in ciuitate de vsuris, &c. Ad audientiam de empt. &c. illo vos. de pignor & in hoc conueniunt omnes. Scot. in 4. dist. 15. quęst. 2. Io. Ma. in 4. q. 29 & 40. Conrad. de contract. 3. p. q 56. côclu. 5. Ioan. Medin. de resti. q. 31. Nau. in c. Qualitas, de pænit. dist. 15. n. 45. D. Tho. 2. 2. q. 73. art. 1. Anton. Burgens. in c. cum causa, num. 5. de empt. & vendit. Cæpola cōsi. ciuil. 10. colu. 4. Decius consi. 3. Moder. Parisien. de contract. q. 14. col. 2. Couar. lib. 2. variarum resol. c. 3. n. 1. Quod si responderit se non vendidisse supra rigorosum pretium, sed contra iustū, & rigorosum tamen, ita quod vlnam panni, cuius pretium infimum est nouē, & medium decem, & supremum vndecim; vendit dilata solutione vndecim, quē libenter venderet decem, vel nouem pręsentibus pecuniis, tunc in hoc casu declarabit non commisisse mercatorem vsurā, nec teneri ad aliquem restitutionem cum re uera vendiderit rem iusto pretio, rigoroso tamen, nec aliquid vltra sortem acceperit, quilibet enim de suo potest facere, quod sibi libet intra iustitiæ terminos, & propterea mercator quanuis rem minus rigoroso prætio vendat, quando sibi pecunię statim soluun tur, hac tamen liberalitate vti non valet cum eo, qui emit expectata solutione, & propterea si vendit illi rem tanti, quanti valet in toto rigore secundum illud pretiū, quod merci existentiam illo præsenti tempore competebat, & est homini vsui, nihil vsuræ committit, quia non expostulat aliquid vltra iustum rei, nec interuenit hic aliquid mutui. Quare rei iustum, & naturale pretium æstimandum est secundum id, quod res valet illo tempore, quo venditur, vt habetur in l. quarta. ff. ad legem Falcidiam, vt declarat D. Tho. 2. 2. q. 78 artic. 2. & Sot. de iust. & iur. li. 6. q. 5. artic. 1 & S. Anton. 2. part. tit. 1. ca. 8. q. 4. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 228. & Syl. vsura. 2. nu. 1. §. Qui tamen ad tempus. Gabriel i 4. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 9. Aduertat tamen Confessor in hoc casu mercatorem, ne iustum pretium metiatur secundum sumptus emptionis, & asportationis rei, &c. sed secūdum quod res ipsa tunc temporis, & loci valet, quo venditur, quia fieri potest, vt sumptus eius sit immoderatus, aut quod deceptus fuerit carius emendo, aut quod abundātia similium mercium, quę confluxerunt ad illum locum, diminuat illarum prætium, & tunc tenetur vendere minoris, quam emit, quamuis dilata solutione vēdat, vt notant prædicti Doctores.

CASVS VII.

Michael emit partem fundi, cuius non habet certam notitiā, ab Antonio pretio aureorum mille, cū pacto de retrouendendo intra septennium, facta eidem locatione ad rationem sex pro cētenario. Et quoniam frequētes sunt huiusmodi cōtractus in hac ciuitate, cū alijs etiam varijs pactis, & conditionibus, de quibus pęnitentes non aptè interrogātur a confessarijs, vnde remanent multi illaqueati. Quæritur an contractus supra scriptus sit licitus, & quis sit verus modus interrogandi pœnitentes in hac materia, & practicandi edictū alias ab Illustrissimo Episcopo propositum, de cōtractibus cum pacto francandi.

DVO in hoc casu petuntur. Primū, an contractus cum pacto de retrouendendo, & locatione ad rationem sex pro centenario sit feneratitius. Alterum quem modum debeat Confessor habere in interrogandis pęnitentib. de hac materia, & practicandi edictum de huiusmodi contractibus propositum ab Illustrissimo Episcopo nostro.

Et quod ad primum attinet: respōdendum puto, quod etsi huiusmodi contractus si muniretur circunstantiis debitis, quasque idem Illustrissimus Dominus in suo edicto doctissime consignat, omni ca

reret vitio,iustissimusq.redderetur nihilominus,vt in casu proponitur,& vt fieri consueuit,vsurarius est.

Tum quia nulla sit omnino habita a venditore notitia de fundo, quia licet in hoc contractu non requiratur,vt tantam emptor curam, & diligentiam adhibeat in cognoscēda qualitate,valore,& commoditate rei,quam vult emere, quātam adhibere solent sagaces,et vigiles mercatores,cum rem eandem absolute sine tali pacto emūt; necesse est tamen, vt aliquā certam habeat notitiam qualitatis rei,& valoris,ac redditus eiusdem,alias si nulla habita de re notitia,illam emit,præsumitur non habuisse animum emendi, & ideo nomine emptionis texisse vsuram, quia nullus velle videtur emere, quæ ignorat,an sint.

Tum secundo est vsurarius, eo quia in locatione,seu affictu habetur solū respectus ad pecuniam, non autem ad fructus ipsius fundi, nec ad redditū ex eo perceptibilen quoties enim res empta locatur,habendus est respectus in cōstituēda pensione, ad fructus, & redditus ipsius rei, quę conducitur deductis expensis.nam si fundus locetur maiori pretio, quam possit de re haberi, fraudolentus est contractus,vt asserit Armil.verb.vsura.§.14.Tabie.vsura 16.nu.2.& alii.

Cōfirmatur tertio, quia communiter in hac ciuitate fundi nō reddunt nisi ad valorem quatuor pro centum deductis expensis(ut fertur,) & tamē in omnibus pactis de retrouēdendo,& locando petitur ad rationem sex pro centenario, siue emptio sit domuum, siue agrorum quouis in loco positorum, quod argumentū est efficacissimum,nolle paciscentes emere, & uendere, sed uelle emptorem sub prætextu retrouenditionis lucrati sex pro centum: nā qua alia rōne potest semper exigere pro locatione cuiuscūque rei indifferenter sex pro cētenario? quod esse illicitum, & in fraudem vsurarum testātur omnes Doctores, vt habet Armil. verbo vsura §.14.& Syl.vsura.2.q.16. & Raym.vsura.2.tit 1.cap.8.§.8. ibi, quod si quis vēdat. Tum quarto,quia pretium est ita modicum respectu rei, vt non sit credendum voluisse venditorem vendere,facit.l.Quamuis.§. si cum essem.ff. ad Velleian.& hoc maximè adhibito pacto, vt nisi redimat infra certum tempus,non possit postea reemere, quod uidetur pactum l. commissoriè, emptorem, scilicet mutuasse centum, & recepisse pignus de centum.6 Nam etsi pactum de retrouendendo, & locādo venditori diminuat de pretio,arg.l.fundi partē.ff. de cōd. emp. non tamen adeo diminuit, ut quæ ualent tria, & quatuor millia,emantur pro mille;mēsuratio siquidem pretii fieri debet secundum ampliationem dominii super rem emptam,quo fit, ut in casu concessę redemptionis,cum res empta cedat emptori in minus amplum dominium, quam si non posset redimi, & è contra venditor non ita plene,& totaliter denudet se a dominio suæ rei,quā vendit,propterea illa obligatio ad reuendendū est æstimabilis pretio, cum nequeat ita libere emptor uti re empta ipsam colendo, meliorando,sicut faceret,si non esset obligatus ad reuendēdum: vnde & Leu.25. dicitur, quanto minus temporis numeraueris,tāto minus emptori cōstabit: frequenter enim tale pactum quartam partem,uel ampliorem pretii diminuit, arg. extra. 1.& 2 de empt. quatenus asserunt annuū censum duodecim emi posse iuste centum,cum pacto de retrouendendo perpetuo, qui sine illo ualeret ducentū, & amplius. Et tunc potissimum redditur huiusmodi contractus vsurarius apertissime,quando tacitè,vel expresse conuenitur,vt transacto tempore redemptionis, si uenditor non redimat, soluat illi tunc emptor iustum,& totale rei prætium,argumentum enim est efficacissimum,non habuisse in initio animum emendi, & vendendi, sed mutuandi,accipiendique sex ultra centum.

Quo ad secundum,nempe, quem modum interrogandi obseruare debeant Confessores in hac materia. Consulerē, ut a pœnitentibus inquirerent præcipuè

ab his, qui emunt cum huiusmodi contractu, num uerã habuerint intentionem emẽdi, & locãdi, vel potius lucrãdi illa sex pro centum ex suis pecuniis. In foro .n. conscientiæ animus præcipue inspicitur. Can. Consuluit. de vsur. & si quem inuenerint non habuisse animum emendi, tunc contractum iudicent vsurarium, & omnino ab eo abstinendum: quod si contra emptoris animus fuit vere emere, & locare, tunc vbi fuerit pretium in emendo minus iusto, & in locatione excedens, redigant ad iustum, legantq; diligenter ea, quæ Illustriss. ac Reuerendiss. Episcopus noster edidit hac de re, anno 1579. & habentur in suo Episcopali, fol. 224. ad Confessorum vtilitatem. Et ita recto pergent tramite. S. Anton. 2. part. tit. 1 c. 8. & Gab. in 4. d. 15 q. 17 art. 3. concl. 4. Nauar. in Manu. capit. 17. num. 247. & omnes alii.

CASVS VIII.

FRancifcus, & Iuliæ coniugati cuperent frequenter sacram communionem sumere.

Quæritur, per quod temporis spatium debeant continentiam seruare, & quod præceptum debeant Confessores dare singulis eorum, siue etiam, quod consilium.

IN hoc casu communis est opinio D. Thom. 3. part. q. 80. non debere coniugatos intra diem, quo debito coniugali satisfecerint, communicare de consilio, et honestate, non tamen peccare plusquã uenialiter, si secus fecerit, immo si ex causa communicare uolunt, quæ iudicio boni uiri sit recipienda, ut quia adest dies festus, uel tunc sunt in magna deuotione ad sacramentum, &c. communicare sine peccato possunt. Ratio primi est, quia cũ coniugalis actus relinquat communiter quandam mentis distractionem, ipsumq. immunditia corporis cõcomitetur, æquũ est, vt tunc nõ nisi ex causa ad sacramentum coniuges post ipsum accedat. Nam si Achimelech. 1. Reg 21. noluit Dauidi panes sanctos propositionis concedere, nisi certior factus, quod vxorem illa die non tetigisset, quanto magis decet, vt diuinus panis illi non detur, qui se cum vxore miscuit.

Adde quod Paulus 1. Cor 7. admonet, vt coniuges orationis causa de consensu amborum ad tempus abstineant, ne animus ab oratione distrahatur, igitur cum maiorem deuotionem, & mentis quietem ipsa corporis Christi communio præ requirat, consulendum est coniugibus vt cõmunionis causa ad tempus abstineant. Abstinendum vero putat D. Th. 24. horis quia isto temporis spatio reputatur deordinata natura reordinari.

Nec obstat, quod dicitur dist. 2. Can. omnis homo. debere cõiuges post aliquos dies ante ab actu cõiugali abstinere, hoc enim intelligi debet tãquam optimum, sed non vt necessarium, vnde 33. q. 4. Cã. Vir cum propria. definitur, quod si quis coniuge vtitur non cupidine voluptatis captus, sed solummodo creandorum liberorum gratia, ille profecto de sumendo dominici corporis, sanguinisque mysterio suo est iudicio relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere, q ĩ igne positus nescit ardere, quo ex textu colligitur rem vxoritiam, quando fit licitè, causa prolis generandę, aut reddendi debitum, non impedire de necessitate, immo forsan ex hac parte, nec esse veniale peccatum communicare non abstinendo, cum non facere id, quod est solum de consilio, non dicat ex genere suo culpã aliquam; vt habetur c. denique. dist. 4. §. decretum necessitatem facit, exhortatio liberam voluntatem excitat, & 1. q. 1. ca. quod debetur. §. præcepto domini non obedire peccatum est, & cõsilio si vti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis, & subdit in fine. Vbi consilium datũr offerentis arbitrium est, vbi præceptum, necessitas est seruientis, Sot. in 4. d. 12. q. 1. ar. 7. vlt. vers. ante 3. arg. testatur.

Quocirca ob ipsam immunditiam, saltem,

tem, quæ cõiunctam habet ſpũalem immunditiam, vel ſecundum veritatem, vel ſecundum apparentiam, vt eſt pollutio, dẽnt pridie, quam communicandum ſit, abſtinere; facta autem communione nõ licet eadem die exigere debitum, nec exactum reddere, niſi cũ difficultate aliqua, & ſi contrarium fiat, eſt peccatum veniale, ſecundum Syl. verb. Euchariſt. 4. q. 1. & Caieta. in ſum. verb. communio ſacrã. & Alber. Mag. in 4. Ratio ſecundi nempe, quod hoc impedimentum ex congruitate non debet tanti fieri, vt non poſt ponendum ſit propter aliquam iuſtam cauſam, probatur auctoritate Greg. in epiſtola ad Aug. Anglorũ Epiſcopum, & refertur. 33. q. 4. cap. vir cum propria. & diſt. 6. Can. Teſtamentum, vbi ceſſandum eſſe a communione dicit, quando ex turpibus cogitationibus prouenit, non autem quãdo prouenit ex ſuperfluitate cibi, vel potus, præſertim ſi neceſſitas adſit. Preterea non minus animum perturbat ira, quam luxuria: imo illa abſorbet ſæpe iudicium, hæc raro, aut nunquam, & experientia eſt ſatis compertum, quod quando aliquis cum aliquo grauiter ad modũ rixatur, maiori perturbatione mens concitatur, quam per copulam carnalem, & tamen ſic iratus ſi ſe fratri reconciliet, cõfeſſioniſq; ſacramento ſe purget, non eſt cur à cõmunione debeat abſtinere, maxime ſi iuſta ad communicandum ratione mouetur, ergo multo minus, qui in pollutionem ſeu coitum incidit, poſt talis facti confeſſionem, eſt a communione repellendus, ita Pet. de Palu. 4. d. 9. art. 10. & Sot. d. 12. q. 1. art. 7. in fine, concl. 1. & Syl. Euch. 3. nu. 13.

CASVS IX.

Petrus confitetur ſacerdoti ſe cõmiſiſſe ſæpe peccatum blaſphemiæ, ſeu fornicationis, aut aliquod huiuſmodi, & interrogatus quoties illud commiſerit, reſpondet, ſe nunquam in precedentibus confeſſionibus fuiſſe interrogatum de numero, nec vnquam illud diſtincte explicaſſe in ſuis peccatis. Quæritur nunc, an iſte debeat præcedentes confeſſiones iterare, vel quid oporteat hunc pœnitentem facere, vt perfectam abſolutionem omnium prædictorum conſequatur.

PRO determinatione huius caſus, præſuppono, peccatorem teneri ad dicẽdum certum numerum ſuorum peccatorum, quæ habet in memoria: quod ſi non detur, quoties peccatum aliquod commiſit, tenetur ſecum præmeditari, quot vicibus in die, vel hebdomada, aut menſe, plus minuſve in illud inciderit, & patefacere Confeſſori eum numerum, qui ſibi videtur veriſimilior, & ſi culpa ſua lata fiat, quod non recordetur, vel pudore, aut hypocriſi ſubticet aliquot ex numero, peccat mortaliter, nec confeſſio eſt valida: nam peccatorum numerus cum non ſit circunſtantia, ſed additio peccati ad peccatum; eodem præcepto, quo pœnitẽs tenetur omnia ſua peccata cõfiteri, aſtringitur etiam, & numerum determinatum recenſere. Nec ſatis eſt dicere peccaui ſæpe in hoc genere peccati, cum verbum illud, ſæpe, non explicet certum numerũ; poſſitque verificari, & intelligi de numero denario, immo & de binario, iuxta gloſ. in ca. Monaſteria de vit. & honeſt. cler. & latè Greg. in princ. clem. ſępe, de verb. ſignif. & Card. Alex. in c. imitare. 6. q. 1. Caiet. q. 3. de cõfeſſ. Sot. in 4. diſt. 15. q. 2. art. 4. conclu. 1. Sylue. verb. Confeſſ. c. 1. 9. 10. & alii.

His ſuppoſitis, reſpondeo, quod ſi Petrus conſulto, & doloſè numerum nõ expreſſit, præcedentes confeſſiones repetere tenetur, vt qui imperfectè ſemper eſt confeſſus, nec voluit ſingula peccata manifeſtare, iniquum eſt autem dimidiam ſperare veniam: ſi vero ob ignorãtiam, vt qui de tali re nunquam fuit a Confeſſore interrogatus, & ſatis ibi eſſe putabat ſcelera in ſpecie enumerare, tunc non tenebitur ad reiterandas confeſſiones, ſed ſat erit, ſi exprimat quot vicibus in prætetitam culpam eſt lapſus.

Ratio huius concluſionis eſt, quia, & ſi igno-

si ignorantia iuris diuini communiter non excuset a peccato,& ideo cum ex iure diuino teneretur Petrus confiteri singula peccata, ut sacerdos rectum iudiciũ de persona possit facere, peccaueritq; proinde, numerum non exprimẽdo, excusat tamen ignorantia, ne peccet nõn penitẽdo, vel non confitendo specialiter.

Quemadmodũ pueri, qui grandiores facti non agnoscunt esse peccatum mortale, quod alias omiserunt confiteri, non tenentur confessiones præteritas reiterare, sed sat est, vbi illud nouerunt, confiteri, sicut post Io. Iaſ. Adr. in 4. q. de Conf. & Syl. Confeſ. 1. num. 4. q. 1. d. terminat Nau. in c. fratres, de pœn. dist. 5. nu. 81.

Adde etiam, quod ignorantia in his, quæ aliquid difficultatis habent, excusat, nec enim simplices possunt subtilitates omnes, etiam si sint fidei, intelligere, cum autem non facilis ambiguitas sit, an numerus peccatorum sit distincte aperiendus, vel sufficiat declarare solum speciẽ, & in quadam communitate numerum, cum multi etiam ingenio non contemnendi reperiantur, qui rem hanc vix intelligant, & quamuis forte nouerint peccata omnia esse recensenda, ignorant tamen an generalis illorum expressio inualidam confessionem reddat, sequitur excusari Petrum a reiterandis præcedentibus confessionibus ob rei huiusce inscitiam, totamque culpam reiiciendam esse in Confessores, qui cum audiunt pęnitẽtem accusantem se de aliquo commisso scelere, non ab eo postulant, quot vicibus illud, vel perpetrauit, vel fuerit perpetratum, cum ipsorum sit muneris ea omnia, quę ad rectam faciendam confessionem sunt necessaria & in quibus vident pœnitẽtẽ deficere, ipsum edocere, & instruere.

CASVS X.

ANtonius interfecit maritum Ioannæ, ob quod crimẽ exultat & est bãnitus, petit obnixè a muliere pacem, atque omnem sibi ex occisione mariti iniuriam illatam remitti, paratus satisfacere quãtum potest, & hanc pacem, ac remissionẽ postulat sibi fieri in scriptis, illa dicit se nullo odio interfectorem prosequi, immo eundem eum charitate amare, sed talem scriptam pacem, & condonationẽ renuit facere ne ille in ciuitatem redeat, & ipsa aliquando vt se tali homine conturbetur.

Quæritur, an debeant Confessores hãc mulierem absoluere, donec durat huiusmodi propositum non faciendæ pacis petitæ in scriptis.

CIRCA hunc casum videri aliquibus prima facie potest non teneri Ioannam ad pacem, ac remissionem faciendam inimico, posseque absolui si odio illum non prosequatur, & cõia ei signa amoris, ad quæ Charitas obligat, ostendere sit parata. Tum quia, & si Christus Matt 17. cum inquit. Nisi remiseritis de cordibus, & in oratione Dominica, cũ docuit nos orare Deum, vt debita nostra dimitteret, sicut nos nostris debitoribus dimittimus; præceperit aperte, teneri offensum remittere ex animo odium, & rancorem malum; immo nec illum concipere contra suum offensorem, non tamen obligat ad non habendum illum rãcorem bonum, qui nascitur ex ira, qua qs appetit, vt per iudicem castigetur delictum, cum opus sit charitatis, huiusmodi rancorem aliquando habere, & ostendere: vt puta cum ad spiritualem salutem offensoris, vel ad Dei obsequium, aut ad Reipub. vtilitatem conducit, vt explicat D. Thom. 2. 2. q. 34 art. 3. & Alex. de Ales q. 68. mẽb. 3. Syl. verb. charitas. q. 3. & colligitur ex c. si is qui, &c. Est iniusta misericordia 23. q. 4.

Nec etiam offensus tenetur inimicum alloqui, aut specialia amoris signa ei ostẽdere, nisi tempore necessitatis, aut ratione scandali, multo minus tenetur eũ in suam familiaritatem peculiarem admittere.

Tum quia affirmatiua præcepta non obligãt, quo ad actum exercitum, nisi tẽpore necessitatis.

Tum

Tum etiam, quia loqui huic personæ, salutare hunc, &c. non sunt actus, qui fiunt ad omnes, sed ad certas personas in speciali: nec enim quilibet, aut omnes alloquitur, aut omnes salutat, sed eos solũ, quos vult. Et ideo nullus tenetur ex charitate, huiusmodi signa pręstare inimico, cum charitas, per quam vnimur cunctis, non obliget, nisi ad ea, quę sunt omnibus communia. Vnde Dauid quamuis pepercisset Absalon filio suo, noluit tamen eũ videre. 2. Reg. c. 14.

Adde quod cum ex iniuria oriatur in iure, siue in foro ciuili actio contra iniuriantem, nullus eam satisfactionẽ iniurię, quę in iudicio peti potest, condonare inimico tenetur, iuxta gl. in c. si quis contristatus. dist. 90 & est doctor. D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6. & omnium ferè Doctorum, explicata à Summistis, tum verb. diligere, tum verb. charitas, & a Nau. in Manu. c. 24 nu. 25. & in repet. c. quando, de consecr. d. 1. Quare ex his poterit quis sibi psuadere, non peccare Ioannam nolendo dictã pacem, ac condonationem efficere.

Sed cum hæc omnia a Doctoribus dicantur de inimico formaliter, & non de eo, qui ex animo, & obnixè petit veniam, vultque pro posse omnem illatam iniuriã satisfacere, vt est in casu proposito. Idcirco in ea sum opinione, vt putem prædictam mulierem teneri Antonio veniam petenti, & volenti satisfacere, specialia amoris signa ostendere eique omnẽ iniuriarum actionem condonare. Nec posset a Confessoribus absolui si pacem, & conditionem renuat facere. Et probatur. Tũ quia pręceptum charitatis obligat in necessitate, vt clarissimum est, sed cũ offesor petit ex animo veniam; tunc est extremæ necessitatis articulus, ergo tunc tenetur illa mulier, non modo non odire, proximũ, sed & amoris signa specialia, ad quę charitas astringit, eidem ostendere. Minor declaratur. Quia cum homines offensi communiter sint male affecti erga inimicos suos, si huic communi præsumptioni addatur specialiter, quod inimico veniam, & pacem in scriptis petenti, renuit talem eidem concedere; redditur probabilis, & violenta opinio, quod malam habeat mulier voluntatem contra Antoniũ, ac per hoc ipsi petenti veniam datur occasio recidiuæ inimicitiæ, eo quia locum veniæ non inuenit, & aliis, qui submissionem Antonii, & obdurationem Ioannæ viderũt, aut audierunt, prębetur scandalum: quatenus ex ipsa negatione veniæ pręsumere possunt dictam mulierem malum habere animum contra Antonium. Vnde ipsa venię petitio determinat tempus, quo charitas debet necessario exire in actum manifestationis sui erga inimicum, & sic tempus petitionis veniæ est articulus necessitatis ex parte occurrentium conditionum, vt egregiè declarat Caie. 2. 2. q. 33. art. 5.

Confirmatur secundo hoc ipsum. Quia ad plus tenetur homo, quando inimicus veniam ex animo petit, vultque satisfacere, vt potest, quam dum perseuerat inimicitia, & in animo lædẽdi, sed hũc tenetur offensus non odire, nec eidem nocere, ergo illũ tenebitur non modo, nõ odire, sed & amare, omnemque satisfactionem, vltra eam quam pro viribus præstat, remittere. Quis enim alius nouus actus positiuus esse potest, ad quem mulier teneatur tempore petitionis veniæ? Nam non uelle illi malum, tenebatur etiam si veniam non petiisset.

Tum etiam, quia plus tenemur pręstare amicis, quam inimicis, sed is qui ex animo ueniam petit, & vult damnum pro posse resarcire, iam diligit, & inter amicos deputãdus est; quia & si nullus teneatur vltro inimici familiaritatem sibi conciliare, tenetur tamen petitam veniam, & oblatam satisfactionẽ non respuere, & inimicitiam in veram amicitiam conuersam amplecti non modo affectu, vt primo tenebatur, sed etiam effectu hoc est signo aliquo manifeste exprimere, nec tibi iam esse inuisum, nec te aliam exigere ab ipso satisfactionẽ ea, quam pro virib. præstat. Tum quia ueluti inimicus aperto signo tibi demõstrat quantum doleat erroris perpetrati, vellecque omnem illatam

tam tibi iniuriam pro viribus resarcire, ita tu debes manifeste illi idicare, ꝙ nec ipsum odio prosequaris, sed inimicitiam deposueris nec quidpiam aliud ab eo velis, adeo vt compertum illi sit, nihil detrimenti aduersus ipsum te machinari, alias inequalis esset reconciliationis conditio.

Corroboratur ex illo Christi, Lucę 17. si reuersus fuerit, ad te dicens. Pœnitet me, dimitte illi, vbi verbum, dimitte, nō modo accipitur pro remissione odij, cum ad hanc quilibet Christianus teneatur et si inimicus, nec reuertatur, nec pœniteat, sed pro remissione in effectu, qualem exigit reuersio, & pænitentia inimici. Nam teste Theofilacto in Matth. 18. Tunc deponitur odium de corde, quando fratri ostenditur odium esse depositum. Colligitur id apertius ex capit. Matth. 5. vbi cū dominus exposuisset præceptum de non occidendo, neque iniuria inferenda, subiunxit. Si ergo offers munus tum ad altare, & ibi recordatus fueris, qđ frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, & adiecit pænam. Ne forte tradat te &c. Quo ī loco egisse Christum de reconciliatione exteriori post illam, & acceptā iniuriam, est luce ipsa clarius. Quia ad interiorem reconciliationem non indiguisset ab altari discedere, & quamuis B. August. exponendo illum locum, arbitretur hoc domini præceptū obligare solummodo offendentem, vt ad eum quem læsit pro uenia obtinenda, & remissione impetranda accedat, Diuus tamē Chrisostomus, & Theophilactus de offenso etiam, Christum intellexisse arbitratur, ita vt habere aliquid aduersus quēpiam nihil sit aliud, quam cum illo non conuenire, & in aliqua discordia esse, siue id successerit eo, quod iniuria fueris lacessitus, siue ꝙ vltro iniuriā ipse irrogaueris. Quinimo, si is, qui lęsit proximū, astringitur hoc Christi pręcepto adire offensū ad impetrādā ab eo reconciliationē, & remissionē qs ita erit a ratione alienus vt neget eadē pcepti necessitate cōpelli offēsū ad sūmissionē, & recōciliationē acceptādā, signumq; nō fictum, & occultum, sed apertum, & veridicum huiusce acceptationis ostendendum? Nā frustra Christus dominus lædenti præciperet, vt ad fratrem lęsum pro condonatione cōsequēda accederet, nisi Frater. læsus ad illā præstandā, & concedendā esset pari iure constrictus. Vt. n. sancti doctores, & Oecumenica Concilia, & maxime Tridentinum sess. 14. c. ex illis verbis Christi Ioā. 20. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, concludunt efficaciter, non modo præcipi illic Confessoribus, vt peccata remittant, verum etiam peccatoribus, vt illa explicent, & confiteantur, ne frustra data esse videatur absoluendi potestas, cum satis constet non posse sacerdotes iudiciū hoc incognita causa exercere, neque æquitatem in pænis iniungendis seruare, nisi pęnitentis cōmissa scelera sigillatim, ac minutim explanassent: Eademmet ratione incassum fuisset lædenti impositū, vt fratrem conueniret, & quē iniuria affecit, summissione placaret, nisi & hic quoq; frater iniuria affectus, ad reconciliationem signo manifesto, & veraci exhibendam obligaretur.

Nec argumenti huius vis eneruatur per id, quod pacis Christianæ inimici effingunt, sat esse offenso odium deponere, & conciliationem interiorem exhibere. Tum quia interior pax, & odii expulsio fieri dēt a Christiano homine, etiamsi inimicus non resipiscat, nec offensi gratiam deprecetur, est enim non odire proximū, ex pręceptis negatiuis vnum, quod cum prohibeat rem ex sui natura malam, est semper, & ad semper obseruandum: ita vt quamuis in inimicitia erga te aliquis persistat, nec vnquam commissi sceleris a te veniam postulet, teneris tu omne odium ab animo depellere, & latentē interius sæuitiam expellere. 23. q. 4. cap. cum in leg. 11. q. 3. c inter verba. Tum quia inimicus iam quod humilis accedit, & genu quasi flexus ante te prosternitur, ac tecū non modo interius, sed exterius, vt Deo,

&

& hominib. id sit apertũ, verè reconciliari votis omnibus exposcit, paratus pro viribus illarum damnum resarcire, ac satisfacere, iure eodem. quo ille ad hæc tenetur, teneris ẽt tu manifesto, & apud homines consueto pacis signo animum tuũ aperire, & reconciliationem, ac satis factionẽ eius acceptare, ita vt si plus exigas adhuc ab illo, iniuriu. sis Deo, & proximo. Vnde Matth. 19. dicitur: Omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me, nonne ergo oportuit, & misereri conserui tui, sicut & ego tui miserus sum? vbi perpendendũ est maximè verbũ illud, rogasti, quod idem est, ac si diceret quoniam vere petijsti veniã. Hæc est expressa sententia D. Th. 3. sen. d. 3. q. 1. ar. 2. ad 2. & 2. 2, q. 83. ar. 8. & Caiet. ibidem Alex. de Ales. 3. par. q. 67. memb. 3. S. Ant. 2. p. tit. 8. c. 3. §. 6. D. Bona. 3. sent. d. 30. in dubij literalibus. Gab. ead. d q. 1. ar. 3. dub. 2. Syl. verb. charitas. q. 6. Tab. eo. §. 14. Pisa. eo. q. 6. Armil. eo. nu. 1. Viguer de virtu. charitatis. c. 12. §. 1. vers 6 Richard. in 3. d. 3 q 1. ar. 7. Panor. in c. 1. de malef. Bar. in l. si tibi decem §. 1. ff. de pac. Naua. in Manu. Confess. c. 14. n. 9. quo loco aperte testatur, quoties inimicus veniã a nobis postulat, teneri nos sub pœna delicti mortalis ipsũ diligere amore saltẽ naturali, & aliqua huius amoris signa ei exibere. Nec sibi ipsi est contrarius cũ eodẽ c. n. 25. testet neminẽ teneri ad signa amoris ostendenda, vel cõdonationem iniuriæ faciendam, cum est offensus: Nã hic loquitur de inimico formaliter, hoc est, qui nec veniã petit, nec vult satisfacere, sed persistit inimicitia. Quo pacto ẽt est intelligendus D. Th. 2. 2. q. 25. ar. 9. & Doctores omnes cum dicunt offensum non teneri, nisi ad depellendum odium ex aĩo, non aũt ad se vltro ingerendum in familiaritatem inimici. Nec ad iniuriæ damnum condonandum, nisi sibi satisfaciat. 23. q. 4. c. si illic, & q. 5. ead. causa, c. de occidendis, glo. in c. quis contristatus 9 d. Casus aũt noster est de inimico veniam petente, & volẽte satisfacere, is. n. etsi extitit olim in offendendo inimicus, nunc tamen iam inimicus non est, cum reconciliari cupiat, & pace... .... sed inimicitia persistit ex parte offensi, qui recõciliationem, & pacem non admittit. Et si Dauid noluit fili, a quo iniurijs fuerat lacescitus, vultum videre, eo est, quia veniã ex animo non petebat. Per quæ respondetur ad oĩa in contrarium adducta Quod vero inimico recõciliationem, & pacem ex aĩo petenti debeat non verbis solum, sed instrumento, & scripta fide cõcedere, hinc ostenditur. Quia etsi de natura pacis non sit hoc, vel illo particulari signo ipsam inire, & declarare, nihilominus tale signum est prestandum, per quod aperte constet veniam petenti, firmam, ac stabilem esse ipsam reconciliationem, & quod nihil omnino mali, nũquam sis aduersus ipsum, vel suos machinaturus. alias pax erit ficta, vel de ipsa erit ille semper dubius Ea propter, vbi inter homines est cõmune, & vsu receptissimũ aliquod signũ ineundæ, & confirmandæ pacis, adeo vt quousq; illud nõ exhibeatur, nõ sit ratum fœdus, nec animorum securitas, nec reconciliationis fulcimentum obtineantur, profecto signum illud tenebitur offensus inimico veniam petenti dare. Exempli gratia, inter Gallos, testimonium reconciliationis animorum est osculum, ita vt quousq; istud nõ detur, semper pax in dubio versetur. Quis inficiabitur, inimico petenti vere veniam, & parato pro neruis satisfacere, præstandum esse ab offenso huiusmodi osculum? alias nequaquam pacem esse compositam nec certam. Cum ergo in vniuersa fere Italia, & maximè in hac Bononiensi ciuitate, nunquã fœdus sit compositum, nec pax rata, & stabilita, quousq; publica fide in scriptis consolidetur, negandum nõ est hominem Christianum teneri inimico veniam animo exoranti, & satisfacere volenti, illud receptissimum pacis signum cum exposcitur, concedere. Adde quod inter non mendaciter, nec ficte reconciliatos, illud semper debet interesse signum, q. planè demõstret interius latens odium esse vnique depositum. Deus enim intuetur cor, homines aũt ea quæ patent, sed non constat reconciliatio,

ciliatio, nec his, qui sciunt inimicum a te pacem, & condonationem postulasse, hãc abs te esse obtẽtã, si deneges signa, quę ab alijs in simili casu exhiberi consueuerũt, aut necessaria per viros prudentes existimantur. Omnes siquidẽ vere Theologi, & Canonistæ fatentur, signa ineundę pacis debere esse apta, & idonea ad conciliationem vtrinq. declarãdam. (Nec video, quomodo Christiana charitas sit in eo, q cum se reconciliatum profiteatur, reconciliati, ac pacati animi receptissimum indicium denegat.) cum ergo reconciliatio quousq. scripto non consolidatur anceps semper, & dubia existimetur apud homines huius ciuitatis, refugere non potest. Christianus homo, vbi pax scripta fide ab eo exigitur, illam, signo conscripte, prę stare. Præterea, vel pax inscriptis est deneganda, vel subtrahenda ab offenso, quia illi nocet, vel quia inimico prodest, vel quia ad reconciliationem exteriorẽ, quæ exigitur est superflua. Nõ potest dici primum: eo quia inimicus, cũ veniã ex animo petat, magis cõglutinabitur fędus scripta fide consignatum, quam dissoluetur; omnibusq; insidiis tanto securius obuiatur, quanto firmiorem inimicus fidem, & cautionẽ præstat de omni illato, & nõ inferendo nocumento, & ideo ea, quę ĩ nos cõmittuntur, facilè possumus dimittere. 23.q.4.c. Si is qui. Nec dici potest, quod pax hoc modo facta, vitæ noceat, quãdoquidem huiusce periculum omne per fidem ab inimico prętitam, & manu propria, testium, ac Notarii præsentiam corroboratam, tollitur. Honori non nocet, quia cũ inimicus supplex ad te veniat & ex corde veniam postulet se ipsum humiliat, & submittit tibi, supplici ãt cõdonare amore Christi nõ est homini Christiano dedecus, sed honos, & gloria. Rebus tuis non nocet, siquidẽ damnũ omne, qd rebus tuis per iniuriam, & homicidium intulit paratus sit tibi resarcire, ergo non est, quod pax ĩ scriptis sit denegãda, quasi quod offenso noceat. Non ẽt est refugiẽda eo quod inimico prosit. Tũ quia esset inuidiæ, & obiit iudicium, quod alteri ꝓdest, & tibi non obest, nulli etiam si precib. sis exoratus, præstare. Quomodo .n. vere reconciliatus apud Deũ, et homines, existimabitur is, q id, qd maxime veniam petenti ꝓdest, ideo solũ; quia illi prodest, absq. minimo ẽt sui dispendio efficere renuit? Vnde D. Tho. cõmuniter receptus in 3. sẽ. dist. 30. q. 1. art. 2. ad 5. inquit, qd negare homini familiaritatis signa quãdo veniam petit, vel quando ille, qui hostis hr̃ ad familiaritatẽ se ingereret, si hẽatur ꝑsumptio, qd nõ simulare, & irrisoriẽ faciat, charitati est aduersũ. Tũ quia alienus a crimine nõ videtur, qui damnũ proximi non euitat, cum facile possit, quæ in vtilitatẽ illius reddundant, impedire ne eueniant. Nõ .n. vt ait D. Ambrosius lib. de off c. 26. in inferenda, seu in repellẽda iniuria lex virtutis est, qui .n. nõ repellit a socio iniuriam si potest, tam est in vitio, quam ille, qui accipit. 23. q. 2. ca. Non in inferenda, quod ipsum asserit. D. P. Augus. ead. causa, & q. c. fi. igitur ob id, qd suo proximo in scriptis pax obtenta prodest, & aliter assequuta nocet, non est ab offenso deneganda. Quod tandem nõ sit superfluũ, sed necessarium, vt fiat inscriptis, inde liquet. Tũm quia communi hominum vsu non hr̃ rata, & firma pax, et inimicitiarum capitalium reconciliatio, quousq. scripta fide stabiliatur, vt experiẽtia ipsa est satis superq; cõpertũ. Tũ quia inimicus nunquam se esse tutũ putat ab eo, quẽ offendit, nisi fidẽ consignatam habeat remissæ iniuriæ, & obtentę uenię. Nam ubi hæc fides sępe, ac sępius petita cõcedi sibi in scriptis renuatur, inimicitiarũ aliquid in corde offensi adhuc latere suspicatur. Nec obstat si dicatur hanc pacẽ in scriptis denegari, ne inimicus à Iudice liberetur, & facilitas veniæ ipsi eidem, & aliis præbeat occasionem in deteriora labendi, eamq. vindictã, quæ ualeat ad correptionẽ non prohiberi. 23. q. 4. c. Ea vindicta. Respondemus, offensi hominis partes esse condonare inimico, & ubi pro virib. ab illo est sibi satisfactum, nihil vltra exigere, sed iudici de reo puniẽdo, vel non puniẽdo curam omnẽ relinquere.

re. Tum quia non spectat ad offensum reconciliatum, & cui de damno suo est satisfactum, agere vt iudicem ad vindictã, sed vt proximum ad veniam. Tũ quia inimicus per homicidium offendit Deum, Rempublicã, et te. Deo reconciliatur per confessionem, & per iniunctam sacramẽtalem debitam pœnitentiam. Tibi reconciliatur per expostulationem veniæ, & ꝑ compensationem possibilem damni illati. Reipublicæ recõciliatur per pænã a iudice secũdum leges impositam. Qui tribus est debitor, si uni illorũ sufficienter persoluit, non est, quod iste exposcat aliquid ultra, immo iniurius esset, qui plus a debitore exigeret, quã quod sibi est debitum, vel qui soluto toto ꝑtio, nolet eo solũ fidẽ facere acceptæ solutionis, quia non soluit aliis debitoribus; Præsta tu qđ tuum est, relinque ipsum cum aliis. Si igitur omnem offensam, quo ad iniuriã, & damnũ tibi illatum resarsit inimicus petendo veniam, et uolendo satisfacere tuo damno, nõne iniustitia fit illi, si ea ratione nolis schedulam veniæ, & reconciliationis concedere, quia ea habita, condonabit illi forsan iudex id, quod debito est soluendo? ò mira charitas, quę te excitat, vt inimicus soluat ad unguem per pęnã iudici, & nihil te vrget, vt soluat per pænitentiam Deo? amas illum in ordine ad iudicem cui optas, vt satisfaciat nõ amas in ordine ad Deum, cui nihil curas, ut adhæreat, & confiteatur. Propterea Bartholomęus Medina, libro vulgari edito ad confessores instruendos; in explicatione quinti præcepti. §. 16. in fine asserit hæc duo simul esse ferme impatibilia, vt quis ex toto corde iniuriam remittat, & condonet inimico reconciliato, & adhuc velit, & quoquomodo ansã præbeat, vt iudex de tali iniuria uindictam sumat debereq; Confessores hac in re esse oculatos, ne facilè his credãt, qui ore fatentur deposuisse odium, & petita uenia inficiãtur iniuriarum actionem dimittere. Tũ ẽt, quia nõ licet tuta conscientia reum in ius vocare, quando vult extra iudicium actori pro suis virib. satisfacere. Charitatis si quidẽ ratio expostulat, vt si sine cõtentione quis ualeat totũ ꝙ sibi debetur, recuperare, a petitione cõtẽriosa abstinere debeat. Amici inquit Philosophus. 1. Ret. c. 12. recõciliari malunt, quã accusare. Rectũ n. naturę ius dictat, ut qñ detrimentũ ꝑ iniuriam acceptũ quietè, & sine iudicii strepitu restaurãdum tibi offertur litigiũ omne repellatur arg. c. Si illic. 13. q. 4. & extra. de accusat. c. de his. Non obstat deĩde si quis citet l. Si operis C. de pęnis, vbi habetur, referre plurimum Reipub vt delicta puniãtur, id ꝙ esse nequit pace facta; ut quia, & actio iniuriarũ desoritur, & delicta remanẽt impunita ĩ summum cõmunis boni detrimẽtum. Respõdemus, verum quidem esse plurimũ Reipub. conducere si peccata plectantur: sed hoc publicum bonum non impeditur ex pacificatione, nisi oĩno per accidens. uidemus. n. sæpe, & sæpius post pacẽ ẽt publice factã, debitas sumi de reo pęnas, & quãuis secus quandoq; fiat, id boni cõsulendũ est. Neq. Reipublicæ ordo, & graduum diuersitas seruaretur, si æquali supplicio in oẽs nocẽtes animaduertetur: & præsertim in illos, quos non modo errati pęnitet, sed ẽt satisfactionem cõgruentẽ offensis exhibuerunt. Expeditq; nõ parũ Reipu. ut personarum, ac euentuum habeatur ratio, & legis rigor, atq; pænę seueritas interdum minuatur. Nec potest a graui culpa excusari qui tam malè de iudicibus sentit, ut eos a suo publico officio defecturos putet, si offensus pacem petitam in scriptis faciat, & id, ꝙ ad Christianũ vitium spectat, exequatur quasi quod priuata iucunde pacis ratio, & non boni publici utilitas sit iudici ad puniẽda delicta regula. Aduersus hos, qui prætextu non impediendæ publicæ iustitiæ sese excusant a pace in scriptis exhibẽda inuenitur Cęsa. Aret. Episc. explanans illud D. Pauli ad Rom. 12. Congeres ignis carbones super caput inimici, &c. in hæç uerba. Orat fortasse pro persequentib. dum summis precibus a iudice contendit, vt eum capite damnet, aut omnib. fortunis mulctet. Abundat ne magis illius iusti-

iustitia, quam illa iudæorum quibus dictum est: non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Inseruit ẽt proposito illud Anacleti Pontificis 6. q.1.ca. si omnia, vbi ita dicitur. Si omnia in hoc seculo vendicata essent, locũ diuina iustitia nõ haberet. Superuacuis.n. ad beneficia laborat incendijs, qui solẽ certat facibus adiuuare, ideo si aliquis putat se Deo ĩ hoc placere, quod seruos suos accusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc facere. in uanũ laborat, & plus inuidiæ stimulis agitatur, quã charitatis, & 2.q 1.c. Si quis accusationem, vocat synodus Romana illaudabile genus intẽtionis, quia (t not glos. q.7.ca. causa capi. Decreto. §. emulorum) oẽs accusatores vulgo dicuntur æmuli, pſumitur.n.q; sẽper. inuidiæ cã fiat accusatio. Nec solũ uidetur esse discordia inter accusatorẽ, & accusatũ; sed ẽt inter domesticos, & amicos accusatoris, & accusati, ff. de leg. sciendum. §. 11.

Ex his omnibus facilè colligitur nõ debere Confessores illam mulierem, a qua obnixè pax petitur, & damni recompensatio offertur, nec tamen uult scriptis illã firmare, ad sacramenta admittere, vel illam absoluere. Tum quia ita decernitur in Concilio Agathensi dist. 90. capit. Placuit. cuius hæc sunt uerba. Quicũq. odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacẽ reuocati diutina ĩtentione nequiuerint a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur, qui si inimicitias de ponere pernitiosa intentione noluerint, de Ecclesię cętu iustissima excommunicatione pellãtur. Et in Turonensi secundo. Cã. 2. præcipitur, vt si qui Clerici inter se dissẽtiant, per aliquem recõciliẽtur: φ si facere noluerint, pœnis subijci debent, et quã uis Canõ expresse non nisi de clericis loquatur, eadem tñ est oĩum Christianorũ quo ad hoc ratio Et in Toletano 2. Can. 4. post multa quib. demonstratur, quam turpe sit, & a charitate alienũ odisse fratrem, in hunc modũ concluditur, Horũ ergo, & similium discordantiũ fratrũ oblationes, iuxta antiqui Canonis, definitionẽ, nullo modo recipiendas esse censuimus, de personis tñ discordantium id speciali definitione pcipimus, vt antequam eos recõciliatio vera innectat, nullus eorũ accedere ad altare domini audeat, vel gratiã cõmunionis pcipiat. Item dist. 90. c. Perlatũ. inquit Victor decimus tertius a Petro. Si vicissim recõciliari non studueritis, ab Apostolicę sedis, & totius Ecclesiæ communione vos pelli nõ dubitetis. Et ea. dist c. Si quis. decernit Fabianus Papa, qd si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo satisfaciẽte eo, qui cõtristauit acerrimis maceretur inedijs, vsq. dũ gratanti animo satisfationem recipiat. Manifestum est autem his in locis non agi de interiori duntaxat reconciliatione, vt q̃ soli Deo est nota; sed de ea, q̃ Ecclesiæ iudicio subiacet, & exteriori signo declaratur. Tũ q̃a hęc mulier pacem in scriptis refugiens, charitatis præceptũ transgreditur, & satisfactionem oblatam non acceptans, iniustitiæ vitium committit: & in hoc publico rancore perseuerãs, scandali occasionem scientibus pbet, & supplicem offensam nõ exaudiens, in pristinas inimicitias recidendi ansam illi offert, quæ omnia, vt supra latè explicauimus, cũ sint peccata mortifera, nec ab his velit mulier abstinere; tanquã impœnitens est a confessione reijcienda. Per ca. Quod quidam de pæn. & remiss. Hæc volui ita ad lõgum pertractare, vt rem hac tempestate maximè necessariũ, & a paucis bene intellectam.

CASVS XI.

Medicus visitat ægrotum, cui initio ægritudinis confiteri iubet, iuxta bullam Pij V. Postea ingrauescente morbo Medicus illi semper dat spem saluis, φ conualescet, unde ægrotus non consulit rebus suis, nec spiritualiter, nec temporaliter, & interim moritur. Quæritur an Medicus peccet mortaliter, vel uenialiter, et quomodo, tam ille, quam Parochi consanguinei, amici, seu alij loquentes cũ ægrotis de eorum infirmitatibus se gerere debeant, ne peccent lethaliter.

Secun

SEcundus iste casus pertractatur a Ioã. Neapo. in quol. XI. vbi hac distinctione subiuncta; Respondet. Quod, vel Medicus verisimiliter credit, si mortẽ prænũciauerit infirmo profuturũ illi, vt quia a peccato aliquo mortali, liberabitur, vel res suas ita disponet, vt non distrahantur post eius mortẽ, nec graues oriantur inter hæredes contentiones, peccaret tũc mortaliter, si nõ aduertat per se, vel per aliũ; cũ maximũ inferat damnũ rebus proximi indirectè saltẽ: videlicet nõ impediẽdo dãnum futurum, cum possit, qui. n. desinit obuiare; cum põt, consentit. 33 q. 3. c. ostẽdit. Si vero credit versimiliter se nihil profuturum prædicendo, nec obfuturũ tacẽdo, eo quia iste est confessus de proximo: & quiuis nõ testetur, nõ erunt proindè lites aliquæ, vel quia nõ habet hæredes, vel nõ nisi vnũ, non peccat mortaliter dando illi semper salutis spem, qui in nũllo damnum ei notabile præbet, nec quo ad res animę cum sit cõfessus, & cõmunicatus salutẽ desiderio. Extrema autem vnctio non est sacramentum necessitatis, vt oẽs Doctores in 4. Affirmant d. 23. dicentes non peccare constitutum in articulo mortis si illud non petat, nisi id faciat per contemptum, quod ipsum de Eucharistiæ sacramento sentit Syl. verb. Euchar. 3. §. 1. & alii in 4. dist. 12. quorum opinionem, & si non probemus vndequaque, & arbitremur præceptum communicandi obligare quemlibet in articulo mortis, puto tamen illam probabilem, quo ad hoc, vt excusari valeat in proposito casu Medicus, qui nihilominus optimè faceret prædicendo mortem infirmo: quia quantumcumque credat infirmum esse in bono statu, idemq; esse futurum, si disponat de rebus, ac si non disponat: põt tamen iuuare infirmum, vt melius sibi proxime morituro consulat. Quod si tandem Medicus dubitat, quo in statu, & persona, & res infirmi se habeant, tenetur tunc prenunciare obitum, quia in dubio semper homo est obligatus obuiare damno proximi, si cõmode põt. Est autem infirmus proximus morti, & in periculo incurrendi dãnum, tum æternum animę, tum temporale rerũ. Detestandũ est igitur præceptũ Galeni, quo vult medicũ debere quantuncũq; desperet de salute infirmi, ipsũ confortare, & promittere illi sanitatem, cũ repugnant verba D. Amb. quæ referuntur, de consec. d. 5. c. Contraria, dicentis contraria esse diuinę conditioni præcepta medicinæ. Ita S. Ant. 3. par. tit. 7. c. 2. § 4. & Syl. verb. Medices q. 2. & Tab. eod. n. 14. Nauar. in Man. c. 25. nu. 63. Modus, quem tã medicus, quam Parochi, & cõsanguinei, ac alii loquentes cum ęgroto, seruare debent, vt ipsum hortentur ad patientiã, & eos dolores: ac infirmitatis molestias, quas fugere non põt, voluntariè, & æquo animo perferat, easque Deo pro peccatorũ suorum satisfactionẽ sępe offerat. Instantur ẽt pro viribus, vt ipse sese ad Christianè moriendum disponat, eamq; rem crebris sermonibus pertractent. Nam etsi mortis recordatio tristitiam pariat, decet tamen, vt tristitia salutari resipiscat, & saluetur potius æger, quam vana lætitia luxatus damnetur. Nec ei certam corporis salutem polliceantur, sed persuadeant, vt voluntatem suam cum diuina conformet, seque illi, & sua committat. Hoc enim est optimi amici officium admonere, tunc mortis periculum imminere, esseque tempus statuendi non peccaturum amplius mortaliter, & dolendi super omnia, quod Deum offenderit. Imitentur que Isaiam, qui salutari metu Regem Ezechiam ad salutem animæ induxit, dicendo, Dispone domui tuę, quia morieris, & non viues. 28. loquantur etiam sępe de Dei misericordia, de Christi meritis, de æterna vita efficiantque, vt assiduè lateribus infirmi assistat Religiosus, qui cõfessionẽ audire, & ad cætera suscipiẽda sacramenta infirmũ inducere possit. Quæ demũ Parochi debeant infirmis in articulo mortis cõstitutis psuadere, eadẽ fermè sunt, tãto tñ diligentiori affectu, quãto magis ex officio illis incũbit pascere gregẽ, rationẽq; reddere de ouib. suis, ne lupus rapax diabolus animã illã agonizãtẽ dilaniet, qui tũc præcipuè stridet, & crudelius I

ouem irruit, quo propinquior illa est, vt ad cęleste ouile confugiat. Toto enim tẽpore, quo homo in mundi hoc diuersorio commoratur, nunquam dæmõ aduersus salutem nostram toto virium impetu cõflictatur, vt non semper ei ea vana adhęrat spes, posse altero die prosternere, quẽ altere non superauit, cum septies in die cadat iustus. At in extremo vitæ cuiusque termino, cum nulla iam in futurum sibi spes relinquatur vincendi illum a quo tunc fuerit victus (nullus enim post mortem est digladiandi iam locus) ideo frequentibus, & atrocibus ictibus adeo illa hora moriturum percutit, vt quem diuina non munierint auxilia, quæ tunc maximè singulis offeruntur, necesse prorsus sit eiusdem succumbere. Quo fit, vt Parocho incũbat tũc inuigilare summoperè, ne anima illa cuius salutis est sibi a Deo commissa cura, tentationibus tot oppressa prosternatur, imo eã optimis monitis ad victoriam de diabolo reportandam excitet, proposita ob oculos æterna cælestis triumphi laurea, inuictiq. ducis Christis in cruce exempla: offerendo insuper illi præstantissima fidei nostræ arma, ad bellum illud accomoda, de quibus quã plurimum sancti diffusè cum scripserint, nõ erit ab re libro aliquo spirituali generis illius vti. Videant ergo tam Parochi, quam astãtes, qui nec verbo quidem salutifero, ita extreme laboranti succurrũt, sed ipsum in tam periculoso duello, cum carne, mundo, & diabolo manum conferentem omni exteriori auxilio destitutũ relinquunt, & quod deterius est vanis, & illic itis, confabulationibus animam agonizantis perturbant, & a Dei recordatione, aliarum rerũ memoria distrahunt, quos certum est in grauissimã incidere culpam, reddituros que esse aliquãdo rationem, quod animæ periclitanti non subuenerint.

CASVS XII.

Michael presbyter est obligatus ad dicendam Missam singulis diebus in aliqua Capella, ideoq; datur sibi eleemosyna consueta quolibet mẽse superuenit deinde Ioannes, qui deuotionis causa vult, vt pro ipsius defunctis in dicta Capella celebretur, ac dat ea de causa competẽtẽ aliquã eleemosynã sacrista, qui quidem partem eius sibi retinet, & partem aliã dat Michaeli presbytero celebranti.

Quæritur, An duplicem hanc eleemosynam pro vna Missa possit Michael accipere, & num sacrista ille talẽ pecuniã retinens peccet, sitq; obnoxius restitutioni, & quomodo se debeant Confessores cum hisce gerere.

ISTE casus duo præcipue inquirit. Alterum est. An sacerdos possit pro vna missa duplicem eleemosynam accipere. Alterum est, An sacrista cui eleemosyna pro celebrãdis missis datur, sit obnoxius restitutioni, si portionẽ aliquam sibi retineat, dando reliquã solum ipsi celebrãti.

Quod ad primũ attinet, in ea sunt opinione, vt putem non esse mortale delictũ presbytero duplicẽ pitantiã pro vna missa accipere, quãdo neutra est sufficiẽs ad ipsũ cõmodè illo die sustentandum. Ratio est, quia ille; qui altari seruit; de altari debet viuere, vt ait Paul. ad Corinth. 9. Nec eleemosyna datur, aut suscipitur ꝓ ipso sacrificio, cũ hoc nõ sit appretiabile, sed in alimentũ sacerdotis. Tum ẽt, quia in eleemosynæ tenuitate continetur tacitus quidã consensus illius, qui iubet missam pro se dici, vt nõ dicatur, nisi secũdũ presbyteri intentionẽ, & iudiciũ vellet si quidẽ iniustum, qui totũ sacrificium sibi applicari postularet, nec vellet sacerdoti tribuere, quo tunc aleretur. Adde, quod cõsuetudo rationẽ legis habet, & de quolibet præsumitur velle illam seruare, quãdo vsu est recepta, sed hæc est inter præsbyteros cõsuetudo, vt quãdo ipsis tenuissimæ dantur eleemosinę, satisfaciant plurib. vna missa, igitur dantes eleemosynã sic tenuẽ illi consuetudini videtur velle stare, eo maximè, qd si presbyteri de debita

portionē ad rigorē cōtraherent, et tenues illas pitantias respuerent, scandalizarentur, non parū, ipsi fideles, ut aduertit Palud. in 4. dist. 45. q. 2. concl. 5. Præterea valor missæ cum sit infinitus, quo ad sufficientiā, quia sanguinē infiniti pretij Deo exibet (vbicūq; enim Christi sanguis reperiatur siue in cruce, siue ī altari idoneus est; vt pro infinitis si essent hominib. satisfaceret,) fit, vt quando duo fideles sacerdoti eleemosynā cōferunt, vt missā pro illis celebret, nō sit prior minorem ex Christi sanguine vtilitatē percepturus, quā si posterior nullus omnino extitisset. Veluti si iuxta crucem quis vna cum Christo offerret patri æterno sanguinem illum, nihil cōsequeretur minus si solus, quem si infiniti simul tunc adessent, qui idem cū filio sacrificiū exhiberent, eadē quippe hostia in cruce, ac in altari est, tametsi ibi extiterit patens, hic sit in mystero abscondita. Confirmatur, quia si valor missæ per plures sigillatim distributus, esset minor in singulis, quā sit totus applicaretur vni; sequeretur eadē ratione; qđ si decem audirēt missam, valor distributus in illos plures, minor in quocūq. illorū existeret, quam si duo tantū missę interessēt. Itē sequeretur, vt quo plures ministri, vel in altari, vel in choro, sacrificio solēni inseruirent, eo minorem hostiæ partem acciperent. Quare qui post me, vel auditor, vel adiutor ad missā accederet, is partem fructus, satisfactionis mihi adimeret, atque adeo cōsultius esset sacrificio interesse, cui minor īterest ministrorū numerus, minorq; populus. Quæ pfecto oīa absurdissima sūt, vt docet Ca. 3. p. q. 79. ar. 5. & quol. 1. q. 18. Ac Melchior Canō. de locis Theol. li. 12. c. 13. ad finem. Accedit qđ sicut vna aspersione dū plures baptizātur ratione tunc plurimū suscipientiū. multiplicantur sacramenta, nec minus gratiæ ex vi sacramenti recipiūt illi, quā si vnus solus illa aspsione tota baptizaretur: ita in sacrificio altaris quanto plures sunt offerentes, tanto, maior est valor sacrificii, cū vnusquisq; pinde offerat hostiam, ac si nullus alius offerret, nec vnus alteri obstat, vt propter alios, alii suo munere frustrentur, immo vero, quo plures offerentes concurrunt, eo sacrificium gratius est Deo, & acceptius, cumulatæ, siquidem pces facilius exaudiuntur, & ipsa consecratio pluritate offerentium celebrior redditur: ergo cum illi, qui eleemosynam pro eodem sacrificiū offerunt, censeantur offerētes, rōne illius specialis actus, quē circa tale sacrificium habent, efficitur neminem propter aliorum societatem, suo satisfactionis fructu defraudari, & sic intelligi potest c. Nō mediocriter, de consecr. dist. 5. Corroboratur. Quoniam illa satisfactionis pars, quæ eleemosynam dantib. virtute sacrificii oblati applicatur, non pendet a sacerdote, vt bonus, vel malus est, sed vt minister ecclesiæ, vnde in Canone missę sacerdos actum intentionis applicatiuē huius sacrificii exercens, dicit. Tibi offerimus pro ecclesia tua sancta. Papa nostro. &c. & Memento domine famulorū famularūq; tuarū, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerrunt hoc sacrificium laudis, &c. & vt declaretur non solum interpretatione, sed pro satisfactione horum offerri, subiungitur in Canone. Pro redemptione animarum suarum, redemptio autem a peccatis est, nihilq. aliud significat, quam satisfactionem per modum solutionis veluti Christus redimit nos soluendo pretium Deo patri: igitur sicut sacerdos offerendo pro Papa, pro Rege, pro Episcopo, & pro Paræcianis, qui decimas soluunt nō minus singulis sacrificium prodest, quam si pro vno offerret, & missa, quæ in magna paræcia, aut ab episcopo in magna diæcesi offertur, non minus vnicuique speciatim prodest, quam si paræcia, aut diœcesis paruissima esset, quantumcunque intentio offerentis sit finita. Efficitur euidenter eadem ratione missam oblatā pro his, qui eleemosynam dant & deuotione propria ad sacrificium illud cōcurrunt, nō minus ex parte sacrificij, & sacerdotis offerētis sacrificare pro paucis, quā pro multis, & quantitatem satisfactionis attendendā esse, non penes intentionem,

seu deuotionem solam sacerdotis, sed penes deuotionem eorum, qui missam petunt, ita vt secundũ quãtitatem affectus, quẽ isti habent ad missam, hauriatur ex infinito illo sacrificio mensura, & quantitas satisfactionis: quare sacerdote applicante missam duobus, nõ minor effectus cuilibet obtinget, si affecti sunt ad illam missam; quam obtingeret vni si pro illo solo celebraretur. Tandẽ quicquid sit de sacrificij valore per plures distributo, indubitatũ est sacerdotem, siue pro paucis, siue pro multis celebret, cibum vitæ necessarium expetere suo iure posse, quẽ si vnus non dederit, nulli facit iniuriam si illũ expetierit a pluribus: quin iniurius es tu, si cogas sacerdotẽ, vt pro te solo offerat, nisi tu illi victũ præbeas oportunũ.

8 Et si quæratur, quæ quantitas numorũ sit sufficiens, vt præsbyter celebrãs valeat illo die pro vno dumtaxat celebrare.

Respondetur hominum prudentia id iudicãdũ esse pro loci, & tẽporis varietate. Nã vno tempore, & loco, nõ satis erit argenteus numus, alio forsitan plus nimio erit. Nec.n. licet sacerdotibus hac ratione lautè epulari, sed id, q̃ pauperũ vitæ sustentandæ est congruum accipere. Hæc est sententia D.Th.3.p.q.19.ar.5.et Caiet.in opusc.tõ.2.trac.3 q.2.de celebratione missæ, Sylu. verbo Missa.1.q.9. Armill.verbo Missa Ang.eo.§.52.& allegat. tex. Hieronymi ĩ c. Non mediocriter, de cõs.dist.5. a qua nõ oĩno discedit Sotus l.9.de iust.& iu.q.3.ar.1. Hãc amplectitur exp̃sse Melchior Canõ de locis Theol.li.12.c.13.ad finẽ, & Frãcis. Samarius ĩ 3.p. Thesauri sacerdotalis. tit.de virtute & vtilitate Mis.f.43.& alij, quã plures. Ne tñ sacerdos in culpam incidat fractionis fidei, cõsulendum est illi, vt totam missam vni polliceatur. Nã contractus ex conuẽtione legem accipiunt, sed cum ei datur eleemosyna pro missa dicẽda, rñdeat, nos rogabimus Deũ in missa pro te, & si ab ipso petuntur triginta missæ, respondeat q̃ in triginta missis orabit Deum pro illo, et tunc poterit plurib. absque scropulo conscientiæ satisfacere, eo maxime quando, qui missam petunt, ita parum donant, vt nequeat sacerdos inde viuere. Qđ si competens illi datur eleemosyna a singulis, tunc in alijs missis, & suffragiis intentionem ad hos speciatim dirigat, recompensando plurib missis, quod per vnam erat obtinendum. Nihil enim refert, quid ex æquipollentibus fiat, vt inquit Palud. in 4. distin.45. q. 2.conclu.5.& Tabiena verbo restitutio.§.vlt & Frãciscus Samarinus in Thesauro sacerdotali vbi supra. Cõcludo igitur cũ Petro Soto in tractatu de instit.sacerdotũ lect.1. de sacrificio missę, non esse admodum curandum, an pro uno, an pro pluribus sacrificium offeratur, sed attendendum hoc est, vt pura deuotione sacerdos offerat, ex cuius intentione, & applicatione non pendet valor missæ, sed magis ex dispositione illorũ, pro quib. offertur, ita vt tantum consequatur ex eo quilibet, quantum sua deuotio capit. nec unus detrahit alteri, imo si infiniti accedant omnibus sufficit, q.n. luci tribuimus in corporib. cur non spirituali sacrificio tribuemus. Aduertat tñ sacerdos, quod si promisit dicere missam de domina, aut de spiritu sancto, seu alijs sanctis in tali Ecclesia, seu altari, vel tali die nõ poterit commutare ad libitum, q̃a tenetur seruare promissum, alias non satisfacit, nisi aliqua rationabili causa id egerit. Quo ad vero sacristam, dicendum est, quod si lex, vel consuetudo aliquod illi stipendiũ pro huiumodi cura, ex quaq. missæ pitantia constituit impensis eorum, qui eas dicere debent, tunc non peccat, nec tenetur ad restitutionem, si illam partem retinet sibi, & alteram dat presbytero pro missis dicendis maxime quãdo, qui dat pecuniam, dat plus, quam ad salaria ordinaria sufficit, tunc enim voluntate saltem tacita vult, vt quod superest, retineat sibi sacrista pro cura, & industria, quam ei rei impedit. Arg. capite scienti, & consentienti non fit iniuria de reg.iu. li.6. ita habet Sotus, lib.9.de iust.et iur.q.3.art.1.& Nauar.ĩ Man.Cõfess.c.25.nu.91.tit.de statu.cler.quoad ord.

Opinio autem contraria Maioris ĩ 4 dist.

dist.45.q.3. intelligenda est de illo, qui nec est Parochus, nec Sacrista, nec habet vllum officium, quo lege, vel consuetudine compertum sit commendari missas dicendas, & tradi, ac concredi ei eleemosynas dandas illis, qui celebrant.

CASVS XIII.

IOannes cum sciat lege prohibitum esse, ne quis è ciuitate extrahat frumentum, vel merces talis generis sub pęna triremiũ & amissionis earũdẽ rerũ ipse clãculum tales merces alibi vendendas extrahit sine solutione gabellæ, & cæterorũ pedagiorum. Quæritur An peccet mortaliter, & quid in hoc casu sit huic pænitenti a Confessore imponendum.

QVo ad hunc casum spectat, Respõdetur hmõi Ioannem non peccasse mortaliter exportando clam dictas res sine solutione tributi, seu gabellæ, nec ad responsionem teneri, nisi forte vi, & armis obstitit custodib. illa exposcentibus.

Pro cuius conclusionis euidentia, vt quę in vsu frequens est, & multis dubia. Aduertendum est in primis. Tributa iustè imposita, esse iure diuino Principibus debita, id quod aperte deducitur ex illo Pauli ad Rom. 13. Ideo enim & tributa præstatis, ministri.n. sunt Dei reddite ergo oĩb. debita, cui tributũ, tributum, cui vectigal, vectigal, &c. Adiecit siquidem Paulus, Dei esse ministros, vt ĩtelligamus ab eius nomine deriuari legem soluendi tributa ad alendos principes: & profectò qui veritatem hanc negasset, plusquã de temeritate redargueretur, cum huiusmodi tributa esse illis iure naturali, & diuino debita, ostendat apertissime ipsorum ministerium, & labores, quos pro vtilitate populi sibi commissi subeunt: hinc 1. Corinth. 9. Quis pascit gregiam, & de lacte eius non edit? Quo fit, vt cum principes vtilitati subiecti sibi populi non consulunt, vel grauiora populo tributa imponunt, quam suo statuti debite prouidendo sunt conuenientia, in graue incurrant peccatum, de quibus, Tum Ezech. 34. dicitur, ac comedebaris, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis: Tum Mich. 3. Audite pricipes Iacob, & duces domus Israel, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnes eorum super ossibus eorum.

Annotandum est secundò, quibus ex rebus, & quanta in quantitate sint tributa persoluenda ex humana lege pendere, alias sequeretur debere illa esse æqualia, & eadem apud omnes nationes vbique gentium, quia lex diuina, præsertim mortalis, æque omnes obligat, & eandem vim apud quoscunque obtinet. Nõ esse autem eadem, nec æqualia in cunctis populis, & nationibus tributa, docet ipsa experientia cum alia soluantur in Hispania, alia in Gallia, alia in Italia, ex qua tributorum diuersitate aperte constat talem legem de reddendis tributis, quoad qualitatem, & quantitatem, non esse diuinam, sed humanã, vt late docent, tam iuris diuini, quam canonici, & ciuilis interpretes.

Perpendendum est tertio, multorum grauissimorum doctorum esse sententiã, leges humanas, penales, & maxime seculares non obligare transgressores ad mortalem culpam, sed intentionem pricipũ, qui illas condiderunt extitisse per illam pęnam temporiam sic statutam nolle arctare subditos ad æternam. Tum quia in dubio iudicare semper debemus Principem velle non nimiũ grauare populũ, & ideo condidisse legem minus pænalem, c. in pænis, de reg. iur lib. 6. & l. si pręses, & l. interpretatione, ff de pæn. Tum quia non esset iniusta lex in qua Princeps eam condens exprimeret, nolle transgredientes illam absq. contemptu, & scandalo ad culpam mortalem obligare, sed solũ velle, vt qui sine iusta causa eam transgreditur, pęnam talem aut talem incurrat, vt docet vterque Thom. 2. 2. quæst. 1. 86. art. 9. & ideo iusta erit etiam lex, quæ tacitè illud contineret quales illæ sũt, quæ exprimunt pænam, & subiicent culpam,

Tum

Tum quia qui de duobus propositis, ad quorum vtrumq; obligare poterat, alterum solum exprimit & affirmat, alterum negare videtur. l. cum prætor. ff. de iud. & cap. Non ne, de præsump. Cum ergo legislator de pœnam æternam, & temporariam possit obligare, hanc exprimendo, & irrogando, illam remittere, & excludere videtur.

Tum quia nulla lex habet vim obligãdi ad culpam, nisi ex voluntate legislatoris, quę voluntas verbis adeo claris debet subdito constare, ut non possit, aut ignorantiam, aut dubium prætendere. Et hinc colligit D. Tho. 1. 2. q. 90. art. 4. publicationem esse de ratione legis, ut sic subdito mens legislatoris pateat. Iam autem lex ponendo pœnam, & nihil exprimendo de culpa. non est quod per talem non expressionem manifestet uoluntatẽ legislatoris esse ad illam obligare. Nunquam . n. per unũ è duobus datur intelligi clarè alterũ, nisi unũ ab altero necessario depẽdeat, iam aũt pæna non necessario depẽdet a culpa, ut patet de irregularitate, quã incurrit bigamus propter secundas nuptias, & quã incurrit iudex propter mortis sententiam, quam iustè contra reum protulit, & est tex. c. fine cui. de Reg. iur. lib. 6 & c. 2. cum glos. de const. Tum quia gentiles legum latores de mortali culpa nihil decreuerunt, & paucissimi seculares principes Christiani sunt, qui si interrogarẽtur, dicat intentionem suam esse, qñ leges ferunt, imponentes pœnam temporariam, uelle obligare ad æterna ad quã diuina, uel naturalis non obligat. Tum quia omnes rationes, quibus probat Alfons. a Castro l. 1. de potestate legis pęnalis c. 9 legem pure pænalem, hoc est, quæ nihil facere præcipit, aut prohibet, sed tãtum imponit pænam illi, qui aut aliquid fecerit, aut facere omiserit, ad nullam culpam obligare, qua talis est; sed solum ad pœnę solutionem post datam a iudice cõdemnationis sententiam, concludunt ẽt de ea, quam uocat legem mixtam, hoc est, quę aliquid fieri pręcipit, aut prohibet super verbis expressis, & statuit pænam cõtra eiusdem legis transgressores, quocũq; modo illa pœna statuatur, cum inter hãc maximam, & illam purè pænalem non sit realis differentia, sed verbalis dumtaxat; cum nullus apponat pęnã legi, nisi quia vult fieri, vel omitti id, quod lege statuitur, ut declarat Henr. de Gandauo quol. 3 q. 22. & Syl. verbo in obedientia. §. fin. vbi etsi arbitretur vtranque legem ad culpam obligare, aut communis est Theologorum opinio, Castro tamẽ; & multi alij, cum mere pænalẽ non obligare conscientiam asserant, colligunt inde docti iuri nec mixtam secularem, quatenus a seculari principe est condita, & statuta obligare ad aliud, quam ad pænam ibi aduersus transgressores impositam, quamuis vi alterius legis nempe diuinæ, aut naturalis negandũ non sit id quod, vt cadit sub lege mixta seculari non est peccatum mortale, esse posse mortale, ut præcipitur, aut prohibetur lege aliqua diuina, vt late ostendit Nauar. in manu. c. 23. §. 52. insequutus partim Decium in capitu. Nam in 2. lectura de consti. & Iniol. in Resp. c. cum contingat. de iureiuran. col. 17. Et Fely. in c. 1. n. 18. de spons. Et Matth. Mathes notab. 78. Et Cardinalem Caet. in fine respons. ad 2. dub. verbo, Clericus §. verum, & uerbo ieiunium §. quo ad quartum. 22. q. 147. art. 3. Tabienam uerbo cõstitutio. § 6. Et alios.

His suppositis probatur Ioannem non peccasse mortaliter exportando dictas merces sine solutione tributi, seu gabellæ, nec ad restitutionem teneri.

Tum quia; transgreditur legem pęnalem secularem, quam non ad pænam obligare æternam, est grauissimorum doctorum opinio, ut in tertio notando ostẽdimus. in foro autem conscientię ad effectum non peccãdi, sufficit eligere pro uera illius opinionem, quum merito censemus esse hominem doctrinam, & consciẽtia proditum, nec illud uulgare axioma in dubio tutiorem partem esse eligendũ. c. Ad audientiam, de homic intelligitur, nisi de propriè dubio, quale non est, cum sufficienti ratione, vel authoritate pars al

teri

teri creditur, vel cum ex multi opinionibus una pro uera eligitur, ut est in casu proposito, immo ubi agitur de damno, & de restitutione, mitior pars est accipienda c. in pænis de reg. iur. lib. 6. & in Regu a, odia, eo. lib. 6. & c. Pænæ de pæn. dist. 1. & l. si Præses. ff. de pęn.

Tum quia in his gabellis, consuetudo interpretatur animum legislatoris, ipsi autem Principes sciunt homines consueuisse illas defraudare, nec sibi a Confessorib. fieri scrupulum de restitutione, cum omnes ferè gabellæ, quo ad quantitatem, & qualitatem sint dubiæ dari iuste, & ut par omnino est, sint impositæ, in pari autem turpitudinis causa, potior est conditio possidentis. Sil verbo gabella. 3. § 14. in illa quęst. qualiter circa huiusmodi se debeant habere Confessiones: Tum quia Ioannes exposuit se fortunæ perdēdi oēs merces pro lucrando illa portione gabellæ, quam erat soluendo, sicut è contra gabellarii exponunt se fortunæ lucrādi omnes easdem merces pro perdenda illa parte gabellę ita vt tam fraudantes gabellas, quam easdem imponentes, seu ementes, sciant conditiones earum, velintq; se fortunæ submittere, igitur sicut isti inuenientes eos, qui non soluunt, retinent in foro cōscientiæ illas merces, vt lege damnatas, ita illi non soluentes, retinent illam portionem debitam, alias gabellæ, vt a lege seu consensu tacito principis permissam, & ideo est præsumptio, quod velint sibi inuicem donare prout not. Pan. in simili. c. Clerici & 2. de ui. & hon. cler. Possunt etiam aliqui se supponere fortunæ communi consensu, vt sibi inuicem donēt, id quod accidit secundum fortunam insti. de rer. diu. §. per traditionem. Tum quia si omnes tenerētur ad soluendas gabellas in conscientia, nequaquam Principes tā magna imponerent, cum medietas sufficiāt ad id, cuius ratione fuerunt impositæ, id quod manifeste conuincit, vel principes peccare, plus æquo exigendo vel cognouisse non omnes debere soluere, nec voluisse ad id sub pęna peccati, & restitutionis astringere. Quod eo mihi nihil persuadeo, quia in multis gabellis non remanent causæ, propter quas sunt impositę, vt constat in multis locis vbi impositæ fuerunt ob aliquam tunc vrgētem Reip. necessitatem, qua tamen recedente, non sunt remotæ gabellæ. Tum quia dato, quod causa, & ratio ob quam ab initio fuerunt impositæ non cessauerit, sunt tot aliæ conditiones, quę requirūtur ad hoc, vt gabellę dicantur iustæ, vt semper debeamus pręsumere, esse illas iniustas, nisi probetur contrarium, vt dicitur c. Quanquam, de censibus lib. 6. vnde Caietanus, verbo, vectigalia, notat oportere Confessorem esse prudentem, vt non facile cogat pęnitentes ad restituendum exactoribus vectigalium. Et in fine illius capitis sic concludit. Non est igitur ingerendus scrupulus non soluentibus huiusmodi vectigalia, tam male excusata ex colore collectarum. Et Armila, verbo, gabella, nu. 18. id ipsum ferme his verbis asserit. Quādo gabellæ sunt dubiæ an sint iustæ, sicut communiter hodie sunt, Confessores nō debent cogere pęnitentes ad restitutionem, quia exponerent se periculo surripiendi a pænitente, quod suum est.

Tum demum, quia non solum petuntur gabellæ de his, quæ causa negotiationis, vel mercimonii deferunt, sed etiā de his, quæ quis portare facit pro necessitate ad vsum suæ vitæ & familię, de quibus non posse exigi gabellam nec valere consuetudinem in cōtrarium affirmat Host. & Ber. in c. super quibusdam, de cens. & Sotus lib 3. de iust. & iur. q. 6. artic. 7. & Barth. a Medina in 12. D. Tho. q. 96. art. 4 immo vult lex vniuersi. C. de vect. decapitari debere, 7. qui de rebus ad propriū vsum, vel gratia iuris colēdi, vel ad se defendendum, emptis vel delatis, exigit pedagium, & propterea in his fraudantes non peccant.

Quo fit vt Pan. in cap. innouamus, de cens. vbi quærit, nunquid clericus possit libere fraudare pedagium, multis ostendat, quod ne dum clericus, sed etiam omnes extranei licitè defraudant, seu non soluunt, ex quo non legitimè impositum, quia

quia non cadit propiè hoc casu fraus, sed potius qui euitat grauamen. Nec obstat id quod aliqui dicunt, eum qui periculo magnæ iacturæ bonorum, aut famę, aut amissionis vitæ se offert peccare mortaliter Nam aliud est dicere, aliquem peccare eo qđ temere se vitę periculo obiicit, quod est contra quintum præceptum decalogi (de fama enim, & alijs bonis nō est culpa mortalis, si quis eorum iacturæ, & periculo se exponat, vt Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 10. artic. 2. & Nau. in man. confess. c. 23. nu. 53. probant) & aliud est dicere eum peccare eo quod facit contra legem dictam pœnam statuentem. Nam tanta cautione potest quis hanc legem violare, vt probabile pęnæ ab ea constitutę periculum non incurrat.

Non item officit, quod damnificantur gabellas ementes, nam id imputādum est eisdem, qui ita, & sub ista conditione emunt, & sicut inuigilando lucrabuntur sibi omnes merces, quas exportari furtim sine solutione tributi repererint: ita si nō inuigilās sibi ipsis damnum ascribitur, exponūt enim se vtriq; fortunę. Ementes si quidem gabellas sciunt, quod multi non soluunt, & tamen volunt sic emere sub spe, quod si inuenerint hosce, non modo gabellam ad vnguem soluent, sed etiam pœnam legis subient. cui itidem periculo se offerunt ex altera parte fraudantes, seu non soluentes gabellas, & ita videtur, quod velint sibi inuicem donare ex legis pręsumptiones, vt supra diximus.

Quod si quis vrgeat, huiusmodi gabellas esse tributa iure naturali, & diuino debita regibus, & ideo nō soluentes, esse rei alienæ detentores: In maximumque vrgere Reip. damnum si sæpe sæpius defraudentur. Respondemus tributa sufficientia ad alendum in suo statu principem esse illi quidem debita, sed quod ex his vel illis rebus, & tanta, vel in tanta quantitate sigillatim, & minutim soluantur, est iuris humani positiui, idq; pendet ex eorundem principum lege, & statuto, quo declarāt, quantum, & ex quibus mercibus sint sibi gabellæ soluendæ, & non soluentibus imponūt temporalem pœnā. Tum, vt hanc declarēt suam intentionem non esse agere de pœna æterna. Tum, vt lucro pœnę suppleant damnum gabellæ, relaxantes tacitè hanc, vt acquirāt illud. Vnde qui fuga, vel blādis verbis, vel alio modo licito absque vi, & armis, defraudant gabellas, non intendunt legi naturali contrauenire de debitis principiū alimenti, vt qui sciant ipsos habere vigiles ministros qui ita curant de gabellis soluēdis, vt quantūcumq; ab vno, vel altero defraudentur non propterea iusta alimēta desint principibus, quæ ne decesse possint plus iusto exigunt, & imponunt tributa. Quo fit vt legi solum positiuæ seculari pęnam infligenti per non solutionem gabellæ contrauenìatur, offerantque sese defraudantes illam, vel periculo subeundæ pęnæ ad maximum lucrum principis, vel lucrandi illam partem gabellæ in paruum principis damnum: & ideo consensus tacitus, & per pœnam impositam expressus efficit, vt non teneantur ad vllam restitutionem.

Diximus nisi vi, & armis absistant, ne custodes gabellas exposcentes, illas auferant, quia tunc, & mortaliter peccarent, & restitutioni essent obnoxij. Nam qui resistit iuste aggredienti peccat, & tenetur de damno, vt ait Bart. receptus in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & late docet Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 4. ad 2. Quod ipsum sentiendum est de illo, cui custos siue conductor gabellarū defert iuramentum, aut remittit eius conscientiæ, vt veritatem precij, aut quantitatis mercium quas defert, dicat, Is enim iuramentum acceptat, & nō plene veritatem manifestat, periurium committit, cum obligatione restituendi, quicquid tunc de iustitia gabellæ fraudauit, vt tradit & probat Medina Co. de restitution: de reb. de rest. q. 13. Si autem nō iurat, sicut nec iurare, nec in onus suæ conscientiæ recipere tenetur, sed dicit separatū soluere quęcūq; se debere custos, aut publicanus monstrabit, tunc si quidpiā defraudat, nō est restitutionis adstrictus, cum nemini iniuriā intulerit, Hæc

nostra

nostra opinio, est Angeli, verbo, Pedagia. §.6. Tabienæ, eo. verbo. §.8. cócl. 3. quæ sic habet. illi quam nō soluunt gabellas, seu vt dicitur eas defraudantes, siue gabellę sint iustæ, siue iniustæ, nisi inueniātur portantes, vel exigantur ab eis, non tenētur ad restitutionem, nec peccat mortaliter, &c. Nauar. in suo Man confess. cap. 17. tit. de peccatis circa iura, & tributa regia, & publica §. vlt. Qui debitor gabellę, &c. & cap. 23. Corrol. 6. nu. 55. & clarius Corrol. 9. nu. 60. Card. Caiet. in sua summa, verbo vectigalia. Matth. Methes. in suis notab not. 78. & alii ex iuris peritis.

CASVS XIV.

Vir quidam nobilis inscijs suis habuit per aliquot annos concubinā, ex qua genuit filios, qui cum teneræ admodum sint ætatis persistit adhuc in eadem inuisenda muliere: Tum, vt illa maiori studio filios nutriat: Tum ne eadem cum alijs se immiscendo, sit dedecori filijs, & patri, detq; sibi occasionem illam forte, & alios interficiendi. Quamuis autem multi iam sint menses, a quibus cum dicta muliere rem non habuit, immo constantissimo sit animo non peccandi cum eadem, vicini tamen omnes cum videant dictum hominem noctu ingredientem, & egredientem, scandalizantur, putantq; ipsum persistere in concubinatu.

Quæritur, An possit iste non obstante scandalo subuenire in omnibus huic mulieri, & eam ac filios ob dictas causas inuisere, & quid confessor debeat illi imponere.

AD hunc casum facilis est responsio. Posse immo teneri iustum nobilem, ad subueniendum secreto, & non per se, sed per alium tam aliis: quam mulieri. Quod si velit non obstante scandalo domum dictæ mulieris ingredi, nequaquam est absoluendus. Primum nempe quod teneatur ad subueniendum filiis etiam illegitimis, & spuriis, constat, Tum ex lege naturæ, quæ dictat, vt quos generatione produxisti, alimento necessario enutrias. Nulli enim a natura datur esse, qui detur etiam quibus illud esse conseruetur. Et quia nutrimento conseruatur geniti vita, ideo illi parenti, qui filium genuit, incumbit onus conseruandi ipsum per alimenta. Adde quod cum generatio fuerit a natura introducta, vt indiuiduū quod ex se corruptioni obnoxium, in altero a se genito in longa successione consisteret, ab hoc naturæ fine generans declinaret; si illū, quem loco sui in lucem produxit, debita alimentorum subuentione priuaret, arg. c. ius naturale, dist. 1.

Tum etiam, constat ex lege diuina. Eccles. 30. lacta filium & parentem te faciet, & Matth. 7. Quis est ex vobis homo, quē si petierit filius suus panem: nunquid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei?

Tum demum ex lege Canonica c. cum haberet, de eo, qui duxit in matr. quo loci de duobus, qui filios ex adulterio susceperunt, ita decernitur. Solicitudini tuæ intererit, vt vterq; liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret, vbi Panor. notat, quod huic iuri Canonico statur hodie, etiam de iure ciuili, quia Ecclesia hoc induxit ex quadā æquitate naturali, ne filii alimentis priuati pereant. Quod ipsum sentit Bart. in Authen. ex complexu Cod. de ince. nup. vbi per rationem istius textus asserit posse parente legare filiis spurijs ratione alimentorum, posseq; donare, & relinquere dotes filiabus, cum dos succedat loco alimentorū; immo ad id teneri in cōsciētia, ex eo patet, quia cū causa dotis sit causa fauorabilior, quā causa alimētorū, sequitur quod si tenetur in conscientia filiam alere, teneatur etiam dotare, argu. l. vxorem. § patet naturalis. de leg.

Quod etiam debeat subuenire matri alenti filios, hinc colligitur. Tum quia charitas exigit, ut quem ad peccandum promissis induxisti, ad virtutem benefi-

cijs allicias. Tũ quia iustitia lex postulat, vt eam, quæ filios tuos ablactat, enutrias. Tum quia ad matrem, quando diues est, etsi attineat alere filios, vsq; ad triennnũ: quando tamen ipsa pauper est, totum onus alimentorum incumbit patri, immo quicquid sit de filiis legitimis, crediderim de spuriis, non modo tempore ablactationis debere ali in conscientia ab vtroq; parente iuxta eorum facultatem; sed etiam cum grandiores sunt natu. Ita quod licet in legitimis habenda sit ætatis ratio, ut primo triennio alantur a matre, & reliquo ætatis tempore a patre: nihilominus tamen in spuriis, non est habenda ratio ætatis, sed vterque parens debet iuxta posse suum illos semper altere: & ratio diuersitatis est. Tum quia spurii non sunt in potestate patris nec matris. institu. de nup. & in l. vulgo quæsisti. ff. de sta. ho. Tum quia hæc alimenta decernuntur spuriis ex lege, & instinctu naturę, secundum quem nõ magis obligatur filius matri, quam patri: & ideo debent tam pater, quam mater contribuere in necessariis filiorum secundum eorum facultates, vt colligitur ex iurisperitis in cap. Ad eius, d. 1. Innoc. cap. 2. de reg.

Vltimum, quod scilicet absoluendus non sit, quousq; desistat ab scandalo, probatur. Tum quia nihil æstimat peccatum scandali, in quod coniicit illos, qui vidẽt ipsum ingredi domũ Concubinæ, de quo ingressu non possunt non male iudicare. Tum quia licet illa subuentio sit opus charitatis respectu fæminæ, & iustitię, respectu filiorum: cum tamen occulte, & per alios fieri rectè a viro illo possit absq; hoc quod ipse ingressu suo det occasionem ruinę, & temerarii iudicii videntibus, non potest a peccato scandali excusari, vt colligitur ex D. Th 2. 2. q. 43. Tum demum quia, etsi ille non habeat animũ accedendi denuo ad dictam concubinã, præbet tamen eidẽ concubinæ ansam sua frequenti visitatione, vt verbis, volũtate, aut delectatione peccet, raro enim inter quos extitit diuturna illicite concupiscẽtiæ familiaritas, dissolui, & extriari adeo põt, vt non remaneant quędam effrenatę libidinis scintilę, quę conspectu mutuo facile reuiuiscant.

Confessoris ergo munus erit persuadere concubinario, vt domum illam vicinis omnibus suspectam non ingrediatur, & ita filiorũ, ac mulieris necessitatibus prouideat, vt oẽm occasionem scandali è medio tollat, & probabile periculum labendi in concupiscentiæ consensum, vel ipsum, vel cõcubinam, subterfugiat. Quod si nec ruinæ proximorum, nec fragilis, & infamis fœminæ rationę habita, ad illam ire contenderit, quocũq; animo se iturũ polliceatur, non est absolutio ei pręstanda, cum sit impœnitens. Nam vt testatur D. Hiero. super Micheam. dantes occasionem scandalo, rei sunt eorum, qui pereũt scandalo. Et Beatus Ambrosius super c. 9 epist. 1. ad Corinh. vbi agitur de peccato scandali, his verbis effatur, in tua scientia. i. in tua peritia illum occidis quando in te fieri videt, quod ille aliter intelligit, & tu eris occasio mortis fratris, quẽ Christus, vt redimeret crucifigi se permisit. Quantũ enim malum est per illicita delinquere, tantum malum est per ea, quæ concessa sunt offendere, sic enim lex permisit, quæ concessit, ut modus tamen sit quem custodiant, puta aut fiat sine offensione, & scandalo proximi.

CASVS XV.

ANtonio in confessione preteriti anni Romæ facta, imposita fuit pœnitentia ieiunandi septem ferijs sextis, quam etsi animo adimplendi tunc susceperit, eã tamen postea non est exequutus, quoniam non est assuctus, & durissimum sibi videtur ieiunare. Confitetur præsenti anno Bononiæ, & cętera omnia quæ imponantur se facturum pollicetur, dummodo ad ieiunandum non astringatur, nec fert illi animus præteritam pęnitentiam peragere.

Quæritur, An possit Confessor talem cõmutare pœnitentiam & quæ erit huic iniungenda.

Præ-

PRæsupponendũ est in hoc casu, quod licet inter D. Thomam, & Scotum sit controuersum, An confessor sit iudex ordinarius ad imponendam pœnam in hac vita soluendam ita vt pœnitentem obligare, sub reatu mortali valeant ad illam acceptandam, vel potius sit iudex arbiter; ita vt non possit plus de pœnitentia taxare, vel ad illam subeundam arctare alia ratione pænitentem quam quia hic sponte se submisit illius arbitrio, voluitque illam acceptare.

Vterq; tamen in eo cõuenit, quod vbi a confessore iniunctã satisfactionem libenter suscepit, eamq; adimplere promisit, delictum sit mortale si negligat, cum non reddat debitũ ad quod se voluntariè obligauit, nisi forte ea fuerit omnino indiscreta, & viribus impar, debet siquidem confessor in taxandis pœnitentiis non tantum grauitatem peccatorum perpẽdere, quantum personæ qualitatem, & rerum aut temporum circunstantias. in Purgatorio etenim vbi in infligendis pœnis nulla habetur medicinæ ratio, sed solus vindictæ, & satisfaciendi ad vnguem, secundum delictorum qualitatem, erit & pœnarum modus. At in pœnitentiis sacramentalibus, quia non solum illæ apponuntur, vt vindicta sumatur de peccatis præteritis, sed etiam, vt medicina adhibeatur futuris, non est solius morbi perpendenda natura, sed etiam ægri mensuranda complexio, & debilitas. Quo fit, vt iuueni pro eadem fornicatione maior sit iniungenda pænitentia, quam seni, tametsi ille minus peccet, quia cum vehementius instigetur ad concupiscentiã, vehementiori indiget fræno, quo cohibeatur, & homini auaro, & tenaci, si non potest eleemosynam facere propter sui paupertatẽ, & familiæ magnitudinem, carnis item illecebris dedito, si ieiunio sunt aspera, & nociua propter corporis debilitatem, vel teneritudinem: iniungendæ erunt alię pęnitentiæ, quas libentius, & facilius exequatur: vt docet Gabr. in 4. distin. 16. q. 2. art. 3. versu. Hæc attendant confessores.

Hoc supposito, Respondetur posse confessorem huiusmodi pænitentiam commutare, si iusta adsit causa, qualis est, cum pænitens bona fide putat se eam implere non posse, aut nõ sine difficultate, vel periculo salutis animæ, aut corporis. Nec modo confessarius, qui eam imposuit, sed quicunque alius confessor, si primus facile adiri nequit, quamuis sit eo inferior, potest dictam pœnitentiam permutare. Vt Episcopus impositam a Papa, & curatus impositam ab Episcopo, loquendo de pænitentia in confessione imposita, non de publica, & de imposita pro illis peccatis, a quibus qui eam mutat absoluere potuisset: & de permutatione, quæ fiat in cõfessione sacramentali, non extra confessionem: quia tunc iam iudicium confessario plenè est finitum: & potestas Confessoris cum sit iudicaria, non se extendit ad alterandam pœnitentiam iniunctam a se, finito iudicio, nec ab alio iudice, nisi in iudicio, quo pænitens per confessionem se illi submittit.

Probatur hæc nostra opinio. Tum quia id testatur glos. in c. Tempora pęnitudinis. 26 q. 7. & Decius in c. At si. §. 1. de iud & Sylu verb Confess. §. 27 & Rosel. verb. Confessio sacramen. §. 11. & multi alii doctores. Tũ, quia pænitens eo, quod Confessori se absoluendum subdit, eidem causam omnem suorum peccatorũ iudicãdam committit: & ideo statim ac confitetur se non adimpleuisse pænitentiam, facit huius rei iudicem Confessorem, quo fit; vt Confessor habeat in tali causa plenariam potestatem, & per cõsequens possit ligare, & soluere, aliamq; pęnitentiam iudicio suo salubrem imponere. Tum, quia & si par in parem non habeat potestatem, in causa iam iudicata: & ita secundus Confessor nequeat inualidare absolutionem prioris Confessoris, potest tamen causam de nouo exortam iudicare. Sed non adimplere pænitẽtiam, seu non posse iusta de causa illam implere, est actio, seu causa de nouo exorta, igitur secundus Confessor habet ibi plenam potestatem. Tum, quia si vera est opinio Caiet. in 2. quæstione de satisfactione. quam tertiæ

parti

Patri adiecit, quam probabilem esse affirmat Sotus in 4. sent. dist. 20. q. 2. art. 1. quod scilicet pœnitens non teneatur acceptare pœnitentiam, immo quod quamuis acceptet, non teneatur sua pœna peccati mortalis adimplere, cum illa acceptatio non sit aliud, quam quædam simplex promissio, qua dicit se facturum, quę ipsa nō est votū Deo, immo nec proprie promissio, sed simplex assertio, faciam. Et ideo citra mortale potest tale propositū mutare, remittendo se ad purgatorium, sequitur, multò minus peccare si dictam pœnitentiam acceptatam voluntate, cum cōsilio postea alterius Confessoris, in aliam æqualem in vita, persoluendam commutet. Adde (inquit) Gabr. in 4. distin. 16. q. 2. dub. 5. quod cum satisfactio in præsenti concedatur in fauorem pęnitentis, & cuilibet liceat cedere iuri suo, & maxime si adest causa rationabilis, poterit pęnitentiam, quæ sibi fauorabiliter est iniūcta in hac vita loco illius, quam in Purgatorio erat ad rigorem persoluturus, subijcere cōmutandam arbitrio alterius confessarii.

Tandem prioris confessoris intentio semper est pie interpretanda. ar. capit. latorem. 3.3. q. 2. glos. 26. q. 7. c. Tempora ergo succedente causa, ob quam videatur secundo Confessori debere iniunctam a priori pænitentiam mitigare, seu permutare, credendū est, quod si de eadem causa tunc quando fuit imposita constaret, profectò mitigaretur, ita Tabie. Confess. 2. nu. 21. Sylu. Confess. 1. §. 27. Victoria, de satisfactione, nu. 194. Nauar. in man. c. 26. nu. 22.

Et quamuis, examinanda sit causa, ob quam permutatur, & inquirendum an ob casum reseruatum fuerit imposita, nō tamen requiritur, vt denuo peccata pręterita confiteatur (quicquid Sotus in 4. d. 20. q. 2. art. 3. & alij dicant.) & ratio est.

Tum quia peccata semel bene confessa a quibus rectè fuit quis absolutus, nullus tenetur denuo confiteri, cum Deus in id ipsum bis non iudicet. Tum quia doctores asserunt, tunc teneri pęnitentem ad peccata rectè confessa reconfitenda, cū pœnitentiæ nō recordatur: sed iste habet in memoria pęnitentiā, ergo sat est quod illam exprimat cum peccatis, quę post cōfessionem perpetrauit, Tum quia, si iste teneretur re confiteri, eo solū esset, vt cōfessori constare posse quantitas & qualitas pœnitentiæ imponēdæ: sed hanc liberare, & perpendere potest iuxta mensuram, & proportionem illius, quę præteriti confessoris iudicio fuit imposita, quam pœnitens habet in memoria, postulatque vt commutetur. Nec incumbit secundo confessori aliud quam iudicare causam commutationis, vt qui præsumere non debeat fuisse pęnitentiam, cum notabili errore tunc impositam, sed succedente postea aliqua ratione, redditam esse vel impossibilem, vel difficilem, & ideo dignam permutatione. igitur non est quod pænitens grauetur, de reiteranda confessione omni defectu carente, sed sat erit illi propalare pęnitentiam acceptatam, nec dum satisfactam, & causas, ob quas cogitur illam non exequi, & in aliam permutare. Tandem, si qui pęnitentiam non adimpleuit, & eiusdem est oblitus. putat Sotus, vbi supra in Resp. ad tertium non teneri ad reiterandā confessionem, eo quia D. Tho. in 4. d. 16. q. 3. ar. 3. asserat in vniuersum, nullum teneri ad confitenda peccata, quæ non habet, atque adeò neque illa, quæ ritè semel confessus est, & a quibus est absolutus: Quanam, quæro, ratione erit astringendus, vt reconfiteatur ille, qui pænitentiæ acceptatę recordatur, illamq; non impleuit, vel ex negligentia, vel ex difficultate. Alias melius esset non recordari pœnitentiæ, quam recordari. Etenim si qui pœnitentiæ obliuiscitur, etsi peccatorum, quæ est confessus non obliuiscitur, non oportet, vt denuo reconfiteatur, sed sat est nouam pœnitentiam eidem iniungere: cur, si recordatur præteritę pœnitentię, non sat erit, quando illam nec est executus, nec adimplere iusta ratione potest, in nouam aliam confessoris auctoritate conuertere? Syl. verbo confessio. 1. §. 3. (Gabriel in 4. sent. d. 17. q. 1. art. 3. §. Ponuntur etiam a quibusdā, &c.)

S. Anton.

S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 10. § 19. & tit. 17. c. 20. §. 1. versu. item secundũ Ioan. si pęnitentẽ absoluis, &c. Petrus de Palud. ĩ 4. d. 17. Armil. & alii. Aduertẽdũ est tñ in casu proposito, quod si is pœnitens nunquã ieiunauit, diebus ẽt, quib. ex præcepto tenebatur, & ideo, quia non est assuetus vnquam ieiunare, sed vino languidus, & nimio cibo refectus, durissimum sibi videtur abstinentia corpus macerare, postulat statutam, & acceptatam pęnitentiã de ieiunando sibi commutari, nequaquã cõmutanda erit, quia tunc nõ interuenit iusta permutandi ratio. Sed si ob infirmitatem, vel nimiam, & iustam defatigationem aliasq; rationes a ieiunando de obligantes, non est assuetus huic macerationi, & abstinentię, & durante eadem excusatione, durum sibi videtur ieiunare, vel quia vltra consueta ecclesiæ ieiunia, quæ obseruat, graue illi est æstiuis maximè tẽporibus, ieiunare, vult vt hoc opus, in aliud satisfactorium æquale sibi conuertatur, tunc poterit secundus cõfessor permutare dictam pœnitentiã, vt diximus ex Nauarr. vbi supra, num. 22. §. aut non sine difficultate. Monald. in sum. de pœnit. §. An possit imponi a non proprio sacerdote. Quamuis autem pœnitentiæ iniungendæ a confessoribus sint hodie arbitrariæ, vt habetur 26. q 7. c. Tempora, & de pæn. d. 1. c. mẽsurã. Cautus tamen & prudentissimus, in cõmutandis iniunctis, & a pænitente acceptatis debet esse confessor, ita vt non nisi vrgente causa id faciat, in illudq; opus præteritam satisfactionẽ conuertat, quod huic erit proximus, & ad plectenda scelera, ac medenda accommodatius, quodque scias posse, & debere pænitentem facilè exequi, spectata qualitate personæ, & circunstantiarum, pręducẽdo illi, vel hic, vel in purgatorio, debitas esse soluendas pro peccatis pœnas, satiusque esse in vita parum perpeti, quam post mortẽ ad vnguẽ puniri. Scot. in 4. sẽ. d. 16.

CASVS XVI.

ANtonius, qui est Diœcesis Bonon. cũ habitet in confinio prope Diœcesim Mutinensem, adueniente quadragesimali tempore confessus fuit Parocho Mutenensi non approbato ab Episcopo Bonon. idque nulla alia de causa, quam quod longius distabat a propria Parochia, & etiam quia in consuetudine est positum, eos qui sunt in confinio Parochiarum, promiscue vtriq; Parocho confiteri, scientibus nec contradicẽtibus eisdem. Immo & ipsimet Parochi siue curati, qui sunt in confinio diuersarum illarum diœcesium, in more & vsu habent alterutrũ cõfiteri, licet desint alij Cõfessores approbati a proprio ordinario.

Quæritur an dictæ confessiones validæ extiterint, sitq; deinceps huic consuetudini standum, quidve debeant Parochi in hoc casu facere.

TRia in hoc casu petuntur. Primum est: An dictæ confessiones fuerint hucusq. validæ, Secundum, An sit deinceps huic consuetudini standum. Tertiũ, quid debeant Parochi, in hoc casu facere.

Quo ad primum attinet, in eam descẽdo sententiam, de habitantibus in confinio, vt si id fiat sciente Episcopo, ita vt talem consuetudinem seruatã ante Concil. Trid. & post ipsum continuatam, nũquã expresè episcopus abrogauerit, validas esse dictas cõfessiones. Secus aũt, si fiat ignorante, vel contradicente Episcopo. Ratio est, quia ad actualẽ iurisdictionẽ in presbytero non requiritur nisi ordinaria, vel delegata potestas, ab Episcopo concessa. Sed hæc cõceditur per Episcopi approbationẽ tacitam, vel expressam; sciẽs aũt & consentiẽs, videtur approbare: vt notãt doctores in c. Non ne bene, de præsump. igitur si Episcopis cõstat de huiusmodi facto & nõ cõtradicunt, videtur approbare; & ex cõsequẽti, cõcedere iurisdõem actualẽ.

Cõfirmatur, quia ad audiẽdas cõfessiones non requiritur aliud, quam ꝙ iudicetur præsbyter ab Episcopo idoneus ad tale munus subeundũ: siue hoc fiat per examẽ, siue quocũq; alio modo. Nec. n. Trid. Conc. sess. 23. c. 15. de reformatione, cogit

laribus est,quia regulariter non sunt omnes sufficientes,& idonei ad confessiones audiendas,quod habet locum in his,quibus est concredita animarum cura, vel alibi iam approbatis,& ita cessant verba. & ratio,qua sola cessante,ipsa quoque cessat,l.adigere.§.quamuis ff.de iure par. & c.cũ cessante,de appel.etiam si verba non cessarent, quæ tamen in hoc casu cessant, in hanc sententiam inclinat Nau.in com. de pœn.dist.c.docuit.nu.43.

Ad id autem, quod, quæritur secundo loco, An sit deinceps huic consuetudini standum? Respondetur, quod cum consuetudo in tantum sit rationabilis,in quãtum participat de fine iuris,qui in Canonico est fælicitas animæ, in ciuili bonum publicum,ut notat glos.de iureiur.c.cum contingat,& hæc,de qua est casus,videatur irrepsisse ex vtilitate animarum, quibus vt Parochi supradictis consulerent, permittunt subditos,confinii Bonon.cõfiteri Parocho confinii Mutinensis, & è contra,idq; permittunt Episcopi, vt commodius, & frequentius dicti subditi conscientias a peccatis exonerent,iudicarem standum dictæ consuetudini,& eo maxime, quia si tolleretur, esset rusticis occasio,vel existimandi preteritas suas confessiones fuisse nullas, a Parochisque esse deceptos, & ita quodammodo desperarent de sua salute, Vel non confitendi sese singulis annis ob distantiam propriæ parochiæ,quia sibi non datur ita facilis ad proprium Parochum accessus, vt ad alium propinquiorem, & ob aliorum confitentium in Quadragesima multitudinem,ad quos audiendos Parochus proprius vix sufficit. Confirmatur,quia cũ nullũ in Euangelica lege adeo graue sit præceptum, quam hoc confessionis,quod ocultissima præcogitata, & volita scelera manifestanda sunt Parocho, qui uice Dei ab illis absoluit, tanto pænitentium conscientiis magis consulitur,quanto illud leuius sola Parochi iurisdictione redditur, peccaretq; iuxta D.Tho.in 4.d.18.q.4.artic.2. ille sacerdos,qui non esset facilis ad præbendam facultatem confitendi aliis, cum multi sint adeo infirmi,qui potius sine cõfessione morerentur,quam proprio parocho suo peccata reuelarẽt, vnde in c.Omnis vtriusq; sexus,de pœ.& remiss.satis esse dicitur,si de licentia Parochi,quis alteri confiteatur. Ad id demum,quod inquiritur de Parochis, quid in hoc casu debeant facere, respondetur in primis non esse tutum id,quod Richardus asserit: ob id quod Parochus confessionẽ audire renuit,interpretatiue licentiã dare confitẽdi alijs.Etenim cũ iurisdictio sit de essentia absolutionis,& nemo eam habeat,nisi ordinarius sacerdos, necessaria est eius expressa,vel consuetudinaria licentia, vt alius eam credatur habere. Et ideo Parochi,vt securiori pergerent tramite,partes eorum essent Episcopum adire,ab eoq; licentiam expostulare, vt alieno Parocho talis confinii possint tam ipsi, quã subditi confiteri,vel saltem consuetudinem præfatam manifestent Episcopo, vel norint: an illi fuerint aliquando explicata, & ab eodem tacite saltẽ approbata: vt sic per interpretatiuum ad minus Episcopi consensum reddatur alienus Parochus approbatus, & confessiones eidẽ factæ validæ, essentque subditi admonendi non posse cõmuni iure confiteri alteri, quã Parocho, vel de eius licentia aliis confessoribus ab Episcopo Diœcesis approbatis. Et quod, si eis permittitur confiteri Parocho alienæ Diœcesis,id fit approbante Episcopo, vt eorum saluti magis,& confessionis facilitati consulatur, cui rei ipse Parochus etiam expressè consentit,& ideo concedit liberam facultatẽ his,qui sunt longè a Parochis,vt confiteantur de more,& cõsuetudine antiqua alieno Parocho, confinii Mutinensis.

CASVS XVII.

IOannes nouit Bannitum sententia capitis conseruari, & esse in domo cuiusdam amici sui, vtq; Pontificia Bullæ de bannitis obediat,pergit ad Ecclesiam,inuentoq; curato precatur eundem vt campanam sonet ad conuocandum populum

vel susceptos exequendos, quousq; a summo Pontifice cum ipsis dispensetur. Nec sufficit illa facultas, quæ in iubileis conceditur absoluendi a quibuscunq; peccatis, vel censuris. Tum quia censuræ nomine non venit irregularitas, vt quę proprie non habet rationem pœnæ, cum euenire possit sine vlla culpa, vt est in fęminis, & corpore vitiatis, seu defectuosis, & in bigamis, & tādem in iudicibus, testibus, accusatoribus, & alijs, qui fuerunt causa sententiæ sanguinolentę. Tū quia stilus Curię habet, vt per generalem facultatem absoluendi a censuris, non intelligatur potestas dispensandi in irregularitate, nisi speciatim exprimatur, & huius rei argumentum est, quod aliquando ipsam exprimunt, vt probat Villadieg. de irreg. col. 43.

Tum quia summus Pontifex in bullis, & Iubilæis ab illis censuris intendit, vt pænitentes absoluantur, quæ impediunt absolutionen a peccatis, & assecutionen Iubilęi, ad hunc enim finem illa facultas absoluendi conceditur, vt satis constat ex verbis iubilei. Iam aūt irregularitas quæcūq. nec impedit absolutionem a peccatis, nec obstat assequendo Iubileo, potest enim quis esse i Dei gratia, & illi remitti possunt pęnę peccatis debitę, quāuis non sit idoneus, vt initietur ordinibus sacris, vel eis vtatur, vt docet Sotus de iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 4. in fine, & Nauar. in man. c. 27. nu. 192. & 250.

CASVS XVIII.

MIchael filius familias, captus amore Catherinæ Virginis promisit illam ducere in vxorem atque eam cognouit. Pater Michaelis re intellecta prohibet illi, ne matrimonium cum ea contrahat, & si secus fecerit minatur eum domo excludendum, nec in hæreditate successurum. Michael timore patris & metu amittendi paterna bona, cupit abstinere a data fide; & matrimonium cum alia inire.

Quæritur. An grauiter peccet si abstineant, & quid illi a confessario sit iniungendum.

AD casum vt respondeatur, Præuidēdum est in limine Michaelem, & Catherinam non esse valde inęqualis sortis, ita vt ipsa credere non posset, nec deberet tantum virum abiectum sic puellam ducturum in vxorem. Nam si generis, vel diuitiarum esset notabilis admodum inęqualitas, vt puta ille nobilissimis ortus parentibus, illa Agricolæ cuiusdam, vel mechanici artificis filia, præsumeretur eo casu illam fingere se deceptam, sed non esse vere deceptam, immo libere consensisse: cum satis constet non esse in vsu tam dispares coniungi, potuissetq. facile suspicari promissum illud non emitti animo adimplendi, sed illam in sua praua desideria adducendi arg. c. Requisiuit, de sponsa. Propterea non esse astringendus tunc iuuenis ad aliud, quam ad dandum illi tantum, quantum sat est ad habendum maritum talem, qualem obtineret, si non esset corrupta, vt inquit S. Anton. 2. par. tit. 5. c. 6. § 1. & Syl. verbo luxuria q. 5. Et ratio est, quia licet non præsumatur ab alio decepta, sed se ipsam decepisse quo ad effectum ducendi eam, nihilominus tamen eo quod promissio ducendi vim hēt saltem precū importunarum, tenebitur ad resarciendum dānū per talem promissionem illatum. Supposita igitur vtriusq; nō longè plurimum distante sortis qualitate, dicendum est; Peccare huiusmodi Michaelem lethaliter, si dictam Catherinam non ducat in vxorem. Et re fieri cōfessorem eidem iniungere, vt stet promissis, non obstāte patris prohibitione, alias non esse absoluendum. Nec in hac parte debet Michael obedire patri.

Probatur, quia sicut in his, quæ pertinent ad interiores actus, non est homo homini subiectus, ita in his, quæ spectant ad corpus, si sunt naturalia, vel ad naturam attinentia, vt est corporis sustentatio, vel generatio; non tenentur inferiores obedire superioribus, nec filii

parentibus, cum in his omnes ſimus pares, ſoliq; Deo ſubiecti. Sed matrimoniũ eſt de his, quæ ad naturam attinet, & in quo tam liber eſt filius, quam pater, cum per ipſum fit ille futurus pater, igitur in matrimonio contrahendo non tenentur filii parentis obedire, ita teſtatur D. Th. 2.2.q.104.ar.6.in corp.ar. Adde coactionem repugnare omnino matrimonio, de cuius eſſentia eſt liber vtriuſq; partis conſenſus. Nam niſi ipſi inuicem coniuges ſibi perplaceant, non poſſunt indiuiduam vitam perpetuo agere, quod.n. quis non eligit, non diligit vt 20.q.3.c. Præſens, igitur nequit pater in matrimonio cogere filium, vt hanc & non illam ducat, immo hanc facultatem nemini mortalium reliquiſſe Deum probat latiſſime Sotus in 4. d.27.q.1.ar.2.& Concil. Triden. ſeſſ.24. de matrim.c 9. Præcipit omnibus ſub Anathematis pœna ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcumq. alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant. Confirmatur, quia in ſeruitute perpetua, & obligatione indiſſolubili non tenentur filii de neceſſitate obedire patri; vt probat Tho. de Argentina, in 4 d. 29. q.30.art. 2. ſed matrimonium eſt quædã perpetua ſeruitus, & indiſſolubilis obligatio, igitur in illo contrahendo non tenetur filius ſtare præceptis paternis. Tandem, qui poteſt maius, poteſt & minus: ſed filius abſque patris conſenſu cum eſt ętatis competentis poteſt ſe obligare per votum ſolemne Religioni, quod maius eſt; & filium magis eximit ab obedientia, & iuriſdictione paterna, quã matrimonium, & ratio rei huius eſt, quia filius, vbi decimum quartum habet annũ eſt quo ad ea, quę ſpectant ad propriam pſonam, ſui iuris; in his autem, quæ ſunt proprii iuris, & in quibus homo non ſubeſt alteri, poteſt ſe ipſum prohibito obligare: igitur poterit eodem iure patre irrequiſito obligare ſe matrimonio. Et quamuis non ſit negandum poſſe interuenire caſum aliquem, in quo peccaret filius, ſi contra præceptum paternum acciperet vxorem; vt ſi quando inde exoriundæ eſſent maximę inimicitiæ, & concitandæ mortifera odia, & grauiſſimum honoris, aut rerum damnum apertiſſime naſciturum. Nunquam tamen dicetur peccare, quantumcunq; accipiat vxorem ſe minimè dignam; ſi eam accipit ex cauſa rationabili, vel tali, quæ coram Deo iuſta eſſe videatur. Cũ igitur in caſu propoſito Michael per promiſſionem factam Catherinæ celebrauerit cum illa ſponſalia de futuro, eamq; poſtea defloraucrit, quę res ante Concil. Trident. ſatis erat ſufficiens ad matrimonium ratum, Nam copula ſuperueniẽs promiſſioni conuertebat ſponſalia in matrimonium præſumptum, & Exodi. 22 ſancitur, vt qui dormierit cum Virgine, docet eam. ducatq; in vxorem, hinc eſt, quod cũ hæ cauſę ſint corã Deo iuſtiſſimæ, vt Catherinam non irrideat, vel derelinquat, non tenebitur Michael obedire patri, ſed potius dictam Catherinã in vxorem ducere, ita Alexan. de Aleſ. In 3. par. vbi tractat de 4. præcepto. Scotus in 4.d.29.q.1.in Reſp. ad vlt. arg. Syl. verbo Matrimonium.§ 1. Tabien. verbo filius, num. 13. Nauar. in man. confeſſ. c. 14. num. 15.& alii omnes. Quare confeſſori incũbit iniungere Michaeli, vt paternã voluntatẽ in hoc negotio, quo ad fieri poterit propriã ſibi reddat, quod ſi adeo fuerit obduratus pater, vt conſenſum pręſtare non velit, non eſt propterea, quod filius a data fide deuiet, ſed promiſſum matrimonium ineat, ne virginem, quam ſub ſponſi pollicitatione defloraui, decipiat.

Quod ſi illã in vxore ducere renuat, nequaquã erit abſoluendus cum promiſſa ſponſalia quãuis iuramento firmata non ſint, ſub pœna peccati mortalis ad ſui obſeruantiã obligent, & eo præcipuè, ſi copula eſt ſubſecuta, vt eſt text. c. ſicut, de ſponſ. & c. 1. de ſpon. duorũ D. Tho. in 4. diſt. 27. immo Panorm. in c. ex literis lib. 2. de ſponſ. & c. Requiſiuit. eo. exiſtimat Eccleſiam poſſe hæc ſponſalia quãuis nõ iurata, ſed ſimplici promiſſione facta, vt obſeruentur, compellere. Tum quia omne peccatum mortale ſubeſt iuriſdictioni Eccleſiæ, & ad ipſam attinet euitare quã-

tum

tũ in se est. ne illud a Christiano committatur, iam autem fractio sponsaliũ etiã simplicium, sine causa rationabili, peccatum mortale est. Tum quia Ecclesia compellere potest pactum nudum facientem, vt probatur in c. 12. & 13. de pactis, & in c. iuramẽtum. 22. q. 5. vbi dicitur quod Deus non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem promissionem. Tum quia sponsalia licet non sint sacramentum, sunt tamen sacramentalia, per quorum violationem ab vna parte altera inuita, fit iniuria Deo, Ecclesię, proximo, & ideo ad Ecclesiam spectat cohibere, ne propria authoritate dissoluuntur. Quæ tamen Panor. opinionem etsi non est in vsu his in partibus, quando spõsalia non sunt iurata, videtur tamen tenenda, si post ipsa subsecuta est copula, per quam ante Conc. Trid. transibant in matrimonium præsumptum, vt habetur c. is qui. de spõs.

CASVS XIX.

EMit Pasqualis fundum a Georgio pretio scutorum mille, cum non haberet Pasqualis pecuniam, quam persolueret cõuenit in eodem contractu cum Georgio se soluturum illi ratione fructuum aureos quadraginta quolibet anno, donec integrũ pretium possit ei tradere.

Quæritur, An his contractus licitus sit, & quomodo huiusmodi conuentiones, quæ dicũtur compensatiuæ fructuum, sint concipiẽdæ, vt subsistant in foro cõsciẽtię.

RESpondetur (quicquid alii dicant) huiusmodi contractum posse ab vsuræ labe excusari si animus Georgii sit quadraginta illa accipere, non quidem ratione pretii statim non soluti, sed ratione fructuum, quos sibi reseruat, nec vendit, sed locat Pascali, quousque integrum pretium soluat quo emẽdi erũt dicti fructus, sed aduertendum est, vt iustus reddatur iste contractus, oportere, vt in illo interueniant hæ conditiones. Prima est, quod loco fructum, quos sibi venditor intendit retinere ex re vendita, dentur ab emptore illa quatuor, aut sex, vel plus secundum quantitatem fructuum retentorum, ita vt pecunia non excedat valorem fructuum communiter percipiendorum. Secunda, vt huiusmodi pactum fiat in ipsa traditione rei, non autem post habitam fidem de pretio. Nam res ipsa sic affecta transit cũ tali onere, hoc est venditur cum illa reseruatione fructuum, quod non esset, si post traditionem rei tale pactum fieret.

Tertia, vt venditor subiaceat periculis euenientibus circa dictos fructus, quia, cum remaneat illorum dominus, oportet vt sibi pereant idque exprimi debet in cõtractu. His tribus conditionibus appositis contractus erit licitus, & ab vsuræ labe alienus. Ratio est, quia tunc venditur res, seu proprietas, non autem venduntur omnes fructus proprietatis, sed propter non solutam pecuniam retinentur in ipsa traditione rei apud venditorem, & separari possunt, vendique disiunctim a proprietate, sicut & proprietas disiunctim a fructibus, cum sint res realiter distinctæ, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. in corp. & Tabi. verbo vsura, & alii omnes summistæ. Nullusq; dubitat rem, & ius in re posse separari, & alterum sine altero emi, vt patet in censibus, & vsufructu. Prædicti autem fructus retẽti possunt locari emptori pro tali, ac tanta pensione, ac solutione pecuniæ vsque ad tot, vel tot annos, quamdiu durauerit mora solutionis totius pretii, quæ fuit concessa a principio. Et propterea obligatus erit talis venditor ad exonerationem mercedis, si res locata periret, vel aliter conductor damnum pateretur, & non posse fructus illo, vel alio anno pcipere, vt l. si vno. §. item cum quidam, & ibi Bar. & doct. ff. locati. & in l. Ex conducto. §. si vis tempestatis, & in § sed, & si labeo, & in l. si merces. §. vis maior. cod. tit. c. & propter sterilitatem, extra de locat. & ibi per canonistas.

Et quamuis Gabriel in 4 dist. 15. q. 11. conc. 4. casu. 3. & Syl. vsura. 2. q. 2. & quã plures alii, videantur innuere hunc contractum esse vsurarium, eo quia venditor

ex re, iam non sua, fructus percipiat, & rei periculum ad alium spectet, ipseq; omnino sit certus de pretio soluendo, & ita cõtemplatione dilationis temporis, illa tot pro centenario percipiat. Si tamen hi Doctores cum nostra sententia conferantur, non sunt nobis contrarii, quia ipsi loquũtur in casu, quo venditor vendit & rem, & fructus, ita vt ratione pecuniæ statim non solutæ, velit sibi solui illos quadraginta aureos liberos ab omni periculo.

Nos vero loquimur in casu, quo venditor vendit rem, seu possessionem, sed reseruat sibi dominium fructuum. cum pollicitatione vendendi illos pro conuento pretio, quando sibi fuerit redditum, ita quod non vendit statim fructus; saltem quo ad illam partem pecuniæ, quę sibi illico non soluitur, sed illos emptori interim locat. Et ideo non accipit illam certã pensionem ratione dilationis temporis, sed ratione locationis fructuum, quorum periculo tanquam verus dominus subiacet, vt supra diximus.

In huiusmodi igitur contractu compensatiuo fructuum, vt tuta venditoris, & emptoris maneat conscientia, debet cõfessor venditori imponere, vt pensata quãtitate pecuniæ, quæ sibi statim ab emptore datur, vendat tantum de fundo, quo ad dominium directum, seu proprietatem ipsam, vel partem aliquam fructuum, & reseruet sibi dominium vtile, seu ius fructuum fundi pro rata pecuniæ non solutæ, cum pacto vẽdendi tunc ius omne absolute, quando tota summa numorum sibi dabitur, & interim, cum non datur, poterit locare iusto pretio fructus emptori, qui reliquum proprietatis emit, cum eisdem periculis, & conditionibus, quę locationi subesse solent, quæ omnia in contractu exprimantur, aliàs si animus vendtoris est tam rem, quam fructus statim vindere, & ratione moræ concessæ de pecunia tota non soluta, accipiat singulis annis interesse aliquod, contractum declaret confessor esse vsurarium, nec venditorem absoluat, nisi vsuras acceptas restituat, vt Gabriel. Syluester, & alii vbi supra asserunt.

CASVS XX.

Antonia cum necẽ sibi a marito præcipiti ad iram machinari olim coniecerit, & patrem suum a quodam assassino fuisse interfectum suasu, ac iussu eiusdem sui mariti, certo sibi persuadeas, non vult cum marito cohabitare, sed instanter petit diuortium. Maritus è contra post longum tempus & datam in ipsum absentem, & contumacem sententiam de assasinio in carceres coniectus, purgataque per torturam innocẽtia absolutus, & omnino liberatus, obstat ne diuortium fiat; postulatque cohabitare cũ Antonia vxore sua.

Quæritur, An dicta vxor peccet nolẽs cohabitare cum marito, vel diuortium petere possit. Et quid confessor hac in parte ei consulere teneatur.

Ad hunc casum Respondetur, quod cum Antonia non priuata authoritate, sed iudicio Ecclesiæ petat diuortiũ, idque iustissimis de causis, non est, quod de peccato arguatur, vel quod ei confessor debeat imponere aliud quam vt parato sit animo obediendi iudicis sententiæ fauorabili, vel contrariæ. Quod autem causę, quibus diuortium postulat, sint iustę, ex eo patet, quia non tenetur marito conuenire cum periculo mortis corporalis, vt habetur c. litteras, de rest. spol. vbi dicitur, Si tanta est viri sæuitia, vt mulieri trepidanti nõ possit sufficiens securitas prouideri, non solum non debet illi restitui, sed ab eo potius amoueri. Quod ipsũ etiam asseritur cap. Præcipimus 12. q. 2. sed cum maritus iam semel tentauerit Antoniam interficere, & denuo extiterit vehementissima præsumptio quod illius patrem per assasinos occiderit, nõ est, quod de sęuitia eius non maximè trepidet, probabiliq;

babilisq; admodum est suspitio, quod vxori machinabitur mortem, actus siquidem nuper tentatus, & infamia, qua maritus laborat publica de homicidio (quantumcunq; rem in tormentis non fuerit confessus ob timorem fortasse suspendii) generant vehementissimam suspitionem, quæ pro legitimo testimonio ad diuortiũ faciendum valet, vt affirmat Gab. in 4. d. 35. q. 1. ar. 2. concl. 6. in Resp. ad primum, & Palud. ea. dist. & Sotus in 4. disp. 36. q. 1. art. 3. in 1. dub. circa primam concl.

Addo etiam, quod quotiescunq; occurrunt duo præcepta in aliquo casu, in quo est alterius obseruatio omittenda, tunc temporis illud, quod maius est, minori debet anteferri, & hoc illi cedere. arg. c. Iulianus, & cap. si dominus 11. q. 3. & cap. sicut, adiuncta glos. verbo. necessitate, de consecr. d. 1 sed lex de seruanda vita est diuina naturalis attinens ad bonum proprium, lex autem cohabitationis vxoris, & de non faciendo diuortio est diuina positiua attinens ad bonum alterius, cum igitur maritus periculum necis Antonię probabile satis offerat, potest ab eius consortio disiungi. & vt scandalo obuiet, dũ per se non potest, debet beneficio iudicis, aut Ecclesiastici, aut ciuilis vti.

Confirmatur, quia non minor est obligatio in matrimonio ad reddendum coniugale debitum, quam ad cohabitandum, sed non tenetur quis reddere debitum, cũ probabili sui corporis periculo, vt ait D. Th. in 4. dist. 32. & Caiet. in summa; verbo, matrimonium. 1. & 2. & S. Anton. 3. par. tit. 1. c. 20. §. 6 & alii Summistæ, verbo, debitum coniugale: ergo multominus Antonia cum probabili mortis, quam timet discrimine, tenetur cohabitare viro.

Nec obstat, quod maritus dicat se velle dare fideiussionem de non nocendo vxori. Nam cum hæc suspectum semper habeat viri animum, compertamq; aliquãtulum eius sæuitiam, tum in comminata sibi morte, tum in homicidio Patris, non tenetur illi cedere, sed potest iuris facultate in diuortio vti. iuxta tex. sing. c. litteras. §. fin. de rest. spol.

CASVS XXI.

Impositum fuit Andreæ pro pęnitentiam in confessione pręterita, vt vigesies recitaret D. virginis Coronam. Illa cum posset comode alijs diebus iniunctam pænitentiam adimplere, eidem nõ nisi die festo satisfecit, tempore, quo Missam ex præcepto audiebat.

Quæritur, num debeat Confessor eidem imponere, vt repetat pænitentiam, & an vtrique pręcepto de audienda missa, & de dicenda corona satisfecerit.

Respondetur, Andreã satisfecisse vtrique præcepto, & ideo nec peccasse, nec debere ei confessorẽ imponere vt pænitentiam repetat.

Tum quia ille qui sic vni rei intendit, vt alteri attentionem necessariam adhibeat, non peccat, vtramq. simul exequendo, sed ex præcepto de audiẽda missa nullus tenetur, nisi eidem adesse secundum actum humanum, hoc est intentione, vel actuali, vel virtuali exoptanda, vt sacerdos, qui pro omnibus loquitur, orat, & sacrificat, a Deo exaudiatur, quod facere potest etiam pœnitentiæ recitandæ attentionem necessariam adhibendo.

Et cõfirmatur, quia si quis græcè audit missam, vel omnino surdus est, non tenetur esse ita attentus, vt verborum sensum percipiat, igitur nec quilibet alius tenetur ex præcepto audire, vel intelligere, quid a sacerdote dicatur, cum satis sit è lõginquo missam audire, quo fit, vt si iste sic assistens pænitentiam sibi impositam recitauerit, vtrique præcepto satisfaciat. Nam si non obligatur ad aures attentas prębendas verbis sacerdotis, sequitur porrigere eas posse pœnitentiæ recitationi.

Adde quod in nostra Religiosissima Lusitania vt deuotioni, & contemplationi sacrificantium consuletur, in more est positũ, sũmissa adeo voce priuatas missas dicere, vt non nisi a se solo sacrificans audiatur, & ab eo, qui missę inseruit, quo ad

vltima

vltima verba, quibus est responsurus, tamen quicumque astant, & sacrificio sunt præsentes, legem, de audienda missa in die festo se impleuisse putant, licet nihil omnino audiant, vel percipiant, dummodo actu humano erecti, genuflexi, adorãtes, & cætera facientes, quæ ab aliis fieri in diuersis partibus missæ solent, ibi adsit. Nec vllus a Catholicis Episcopis, & doctissimis cõfessoribus est alicui iniectus scropulus, quod præceptum de audienda missa sint transgressi, eo quod voces sacerdotum sacra facientium nõ perceperint, vt qui frustra, conarentur illis esse attenti, quas neutiquam, nisi altari affigantur, vel sunt valde ꝓximi, audire possint, vt quæ intra labia humili, & depressa ad modum voce efferuntur.

Præterea vel ille, qui talem penitentiã in Missa recitant, vtriq; præcepto satisfacit, vel neutri, vel alteri tantum. Non potest dici, quod alteri tantum, quia nulla est ratio, cur vni potius satisfacit, quam alteri. Non potest etiam dici, quod neutri. Nam si huiusmodi Andreas peracta, & finita missa, solueret denuo horas, censeretur vtrique satisfecisse, igitur dum audiebat Missam, præceptũ de illa audienda implebat, & pari ratione si postmodũ sacrum audiret, censetur adimpleuisse vtrumq. ergo dum Missam audiebat, sitis faciebat præcepto penitentiæ, & per consequens ambobus.

Tandem non minus peccat, qui omittit partem notabilem missæ, quam qui totã, quia præceptũ de audiendo sacro obligat ad totum ita, vt nulla pars notabilis omittatur. c. Missas, & c. omnes fideles, de consecr. dist. 1. sed qui eo tempore, quo sacrificans secreto orat, & in canone (quæ pars est notabilis iudicio cuiuscunq; prudentis viri) versatur, pœnitentiam recitaret, vel alias preces effunderet, nõ damnaretur de omissione præcepti audiendi missæ, igitur nec qui in alia quauis missę parte easdem orationes diceret, peccaret. Nam ille actus, qui non repugnat auditioni missę, quo ad vnã partẽ nobilem, nõ repugnat, quo ad omnes. Caiet. i opusc. de valore ora. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. & de iusti. & iure, lib. 10. q. 3. art. 5. Maior in 4. dist. 12. q. 8. Nauarr. in man. cap. 21. nu. 8. & de rat. ac horis Canonicis capit. 19. concl. 16.

Contraria autem opinio, quam aliqui videntur defendere, intelligenda est veritatem habere, quando preces alias debitæ recitantur ita alta voce, vt notabilem turbationem sacrificanti adferant, vel tãta ad illas apponitur attentio, vt ea, quæ necessaria est ad audiendam missam, subtrahatur, vt notant præcitati doctores.

CASVS XXII.

Martinus vt sua pecunia lucraretur, eam dedit varijs personis vsu patria sub contractu, qui dicitur retrouenditionis, & locationis ad rationem sex pro centenario, habito respectu solummodo ad quantitatem pecuniæ, & non ad rei emptæ fructus, cunque nuper audierit huiusmodi contractus sapere vsuram, adijt confessarium.

Quæritur quid confessor ei debeat consulere ad salutem animæ, tam quo ad afſictus acceptos, quam quo ad contractus præteritos.

Hvic casui. Respondetur debere cõfessorem Martino consulere, vt afſictus acceptos, & consumptos, quoad eã partem in qua est factus ditior, restituat, & mutata intentione contractus præteritos reuocet ad formam licitam retrouenditionis, & locationis, habendo respectũ ad fructus rei emptæ, & non ad quantitatem pecunię datę, nec esse alias absoluendum: cum præfactus cõtractus, vsuræ macula sit contaminatus, & hoc sic ostenditur. Quia cum in foro conscientię animus potissimum inspiciatur, cap. consuluit. de vsuris, & vbi non ad fuit animus emendi, sed sub pignore, & fructu mutuandi, contractus habeatur usurarius, vt testatur S. Anton. 2. part. tit. 1. cap 8. §. 8.

Sylu.

Sylu.verbo,vſura. 4.q.15.& alii omnes. Et Martinus non habuerit animum emẽdi, ſed ſolum lucrandi ad rationem quantitatis pecuniæ,nullo habito reſpectu ad fructus, vel redditus perceptibiles ex re cõducta,ſequitur occultaſſe animum vſurarium contractu emptionis,& ita peccaſſe mortaliter,tenerique ad reſtitutionem, Armilla,verbo vſura.n.14. Nau.in man. c. 17.nu. 247. Sotus de iuſt.& iure li.4.q.7.ar. 2.quo loco aſſerit,negotiatores,qui multos faciunt contractus, quos legitimos eſſe cenſebant, vt compertum habent fuiſſe vſurarios, teneri ad reſtitutionem illius pecuniæ quam per vſuram lucrati ſunt.

Confirmatur ex eo, quia duobus tantum modis res legitime poſſidẽtur .ſ. aut domini voluntate,aut legis permiſſione, ſed Martinus non obtinet huiuſmodi ſex pro cẽtenario ex donatione,& libera voluntate,vellet enim is,cui pecuniæ commodantur grauamen illud non ſubire, nec ſoluit niſi,quia ſic pacto aſtringitur, & ex obligatione contractus,qui vitioſus eſt,et pignoratitius,ex reſpectu habito ad lucrum ſecundum quantitatem pecuniæ ad ſex pro centenario,cui lucro ſolum intenditur,ſiue fructus id reddant ſiue nõ. Nec dici põt quod illa ſex licitè poſſideat ex legis ſiue conſuetudinis permiſſione,quia nullum ius permittit vſuram,nedum palliatam; igitur non eſt Martinus talium fructuum dominus.

Addo etiam,quod,cum in dicto cõtractu Martinus nulli vero periculo ſubiaceat,vel belli,vel tempeſtatis,ſed efficto, & paleato, vt qui de ſoluendo intereſſe vltra veram ſortem, velit non modo pignus agri vel domus,ſed optimam etiam fideiuſſionem. Nec aliud emptionis tegumento itendat, quã ſua pecunia quid certi lucrari, vt qui nullam penitus rei quam emit cognitionem habeat.(Et nullus præſumitur emere, quod nequaquã nouit.) Nec prætium iuſtum pro rei ſoluatur,id quod arguitur. Tum,quod venditor nequaquam tam paruo pretio rem a ſe alienaſſet. Tum,quod emptor tẽpore facto refrancationis tempore, ſi venditor non refrancet ſeſe obligatum credit ad iuſtum rei pretium tunc perſoluendum. Et tandem cum in Bonionenſi territorio vix vllus ſit fundus, qui detractis expenſis reddat fructus ad ſex pro centenario, negari non poteſt contractũ prædictũ vſurarium eſſe,vt ex doctiſſimo,& vtiliſſimo edicto Reuerendiſs & Illuſtriſs D. Noſtri Epiſcopi,& Card. Paleotti de hac materia ad confeſſorum vtilitatem 14. Auguſti in lucem dato apertiſſime conſtat. Et quamuis grauiſſimi aliqui doctores arbitrentur teneri dictum Martinum in conſcientia reſtituere omnes fructus etiã perceptos,& conſumptos quocumq. modo. Nobis tamen magis placet non teneri,niſi ad eos, quibus eſt factus ditior pro eo tempore,quo reliquos percepit,et conſumpſit durante bona fide.

Nam cum Martinus talem cõtractum fecerit ex ignorantia iuris aliquantulum obſcuri.& ex conſuetudine,vt patriæ;& ſi ſciuet contractum eſſe vſurarium ab illo abſtinuiſſet: ſequitur euidenter,quod bona fide fructus percepit, vſq; ad illud tempus, quo audiuit huiuſmodi contractum ſapere vſuram. Arg.ca.Si virgo. 34. q.2.Gloſ.in c.Si diligenti. De præſcript. Iam autem bonam fidem excuſare,Tum a peccato,Tum a reſtitutione fructuum, qui non extant,ſed ſunt conſumpti;& in quibus bonæ fidei poſſeſſor nõ eſt factus locupletior,colligitur ex l.ſed & ſi §.1.& l.item veniunt. §. 1.ff. de petit. hæredit. Et eſt expreſſe ſententia Caiet. 2.2.q.62. art. 6. & in ſumma verb. Reſtitutio, §.2. Sylu.verb. Fructus,nu 2.quam late corroborat Nau in man. c.13.nu.18.vbi reſpondet ad contraria obiecta.

Quod tãdem debeat Martinus dictos contractus reſcindere,vel ſaltem lucrandi mutata intentione in eã, quę eſt uere emendi quãtitatem affictuum ſecundum redditus rei emptæ moderari, ex eo conſtat, quia id quod intrinſece eſt malum, & vitioſum, nunquam proceſſu temporis fit bonum,ſed dictus contractus eſt vſurarius,vt colligitur, Tum ex intentione

ne Martini, quæ non fuit vere emere, Tũ ex quantitate affictus petiti, ad rationem solius datæ pecuniæ, Tum ex alijs multis quæ supra diximus. Et cũ nequeat Martinus excusari iam per bonam fidem, cũ audierit, quod talis contractus sapiat vsuram, efficitur quod, vel omnino debeat dictos contractus rescindere, vel emendare. Nec sufficit, quod petat a vẽditore, vt, vel pretium sibi reddatur, vel contractui tanquam licito consentiat, libereq. donet deinceps illa sex pro centenario. Tum quia dubitandum semper est talẽ donationem non esse liberam. Tũ quia nequit venditor cõsentire, vt cõtractus, qui est vsurarius perseueret in suo robore. Tum denique hac arte aperiretur ansa fœnori cuicunq. vetito, & fieret fraus, ac ludibrium omnibus legibus vsuram execrantibus. Nã qua facilitate debitor vsuris immoderatis se subijcit, eadem liceret se illis exhauriri. Vide alias rationes in Mod. Parisi. de cõtract. q. 11. n. 157.

CASVS XXIII.

Relictum est Magdalenæ, testamento mariti, vt D. Gregorij missas pro eius anima celebrare faciat, data solita Eleemosyna quam illa dedit D. Clementi presbytero, vt huic oneri satisfaciat, iste nec has continue nec quæ pro defunctis sunt, sed vel de sanctis, vel de Dominica celebrauit, recordatione sola in Memento habita de dicto defuncto, ibiq. valorem Missæ eidem applicando.

Quæritur, an satisfecerit tã mulieris, quam defuncti obligationi.

Ratio dubij pendet ex missali Romano antiquo, & maxime impressso Parisijs anno 1537. in quo dicitur missas D. Gregorij, cum commemoratione defuncti, vel defunctæ celebrandas, has esse. Prima, de Dominica prima aduentus. Secunda de Natiuitate Domini. Tertia de S. Stephano prothomartire; Quarta de S. Ioanne Euãgelista. Quinta de Innocẽtibus. Sexta de Epiphania, Septima de octaua triũ Regum. Octaua de Purificatione B. Verginis. Nona de Septuagesima. Decima de Dominica prima Quadragesimæ. Vndecima de Dominica secunda Quadragesimæ. Duodecima de Dominica quarta Quadragesimę. Decima tertia de Annunciatione Virginis. Decima quarta de dominica in Ramis Palmarum. Decima quinta de Cæna Domini. Decima sexta de Resurrectione Domini. Decima septima de Ascensione Domini. Decima octaua de festo pẽtecostes. Decima nona de festo Trinitatis Vigesima de Dominica prima post Pentecosten. Vigesima prima de Dominica secunda post Pnetecostẽ. Vigesima secunda de sancto Ioanne Baptista. Vigesima tertia de S. Petro, & Paulo. Vigesima quarta de S. Maria Madalena. Vigesima quinta de S. Laurentio. Vigesima sexta de Assumptione Beatę Virginis. Vigesima septima de S. Cruce. Vigesima octaua de S. Michaele. Vigesima nona de S. Gregorio, vel de omnibus sanctis. Vltima de Mortuis Et singulis diebus ante Missã, dicendum erat Nocturnum illius diei, & deinde Psalmi Pęnitentiales cum precibus. Et post celebrationem, recitandę erant Vigiliæ mortuorum, & omni die ieiunandum. Referuntq; Innocentium Papam concessisse plures Indulgentias dicentib. vel dici facientibus dictas Missas. Cum igitur intentio legantis fuerit, vt Misse. D. Gregorij pro anima ipsius dicantur, & Vxor Magdalena hanc intẽtionem expressit bis verbis declarauerit, sacerdoti; & ipse sacerdos Missas D. Gregorij dicendas acceptauerit, videtur ex pacto inito teneri ad has celebrandas, alias peccare, nec promissis satisfacere pactum enim de iure canonico, & in conscientia obligare: sub pæna mortalis peccati, notãt Doctores in cap. Primo de pactis, & in cap. Iuramenti 22. q. 5. & colligitur ex D. Tho. 22. q. 11. Nobis tamen videtur Clementem Presbyterum dictæ obligationi satisfecisse, quamuis nec missas

tas illas antiquo Missali præscriptas, nec quotidie celebrauerit, dúmodo tamen in triginta missis virtualem intentionẽ habuerit, vel actualem in Memento, pro tali defuncto offerret. Primum ostendo. Tum quia nudum pactum vt obliget necessum est quod sit honestum, licitum, & possibile, vt innuit D. Tho. 22.q.11. iam autem relinquere eas Missas quæ Missale nouum Romanum post Concilium Tridentinum editũ, singulis diebus, & maxime solemnibus celebrandas, ordinat, & pcipit, est illicitum, Tũ quia indecens, et absurdũ esset, Quadragesimali tempore dicere Missam de Resurrectione, vel de Ascensione, quę tñ dicendę essent ab eo, qui iuxta antiquũ illũ ritum vellet primo die Cineris ĩcipere illas triginta Missas. Tũ quia in diebus festis etsi non de necessitate, ex congruitate tamen tenetur quilibet audire Missam de festo occurrente. Arg. in c. Quidam laicorum de celeb. Missæ. Vbi expresse decernitur propter Missã specialem deuotionis, nõ esse propriam de Feria, aut de sãcto occurrente dimittẽdam: sed qui [illegible] uerint, vt sibi Missa cantetur, de eadẽ die Missas audiãt, pro salute viuorum, et et iam defunctorum. Et de cõsecratione c. Et hoc dist. 1. Prohibetur, ne propter Missas peculiares seu votiuas a publicis Missarum solennib. Populus abstrahatur, ex quibus colligit Angelica verbo Missa. §. 33. & verbo Ferię §. 41. non excusari celebrantes a peccato, qui relicta, proprii festi Missa, aliam peculiarem votiuam dicunt, & tales sacerdotes repræhẽsione dignos esse affirmat Sotus lib. 4. sent. distin. 13. quæst. art. 1. §. Quod autem.

Tandẽ in officio Missæ, vt ait D. Tho. 4. sen. dist. 45. q. 2. ar. 3. quæstiũcula 1. ad 5. non solum reperitur sacrificium, sed ẽt orationes, & ex parte sacrificii oblati, æqualiter pdest viuis, & defunctis, de quo cũq; Missa dicatur. Ex parte vero orationũ, quãuis negari nequeat prodesse quãplurimũ Missã; quæ incipit Requiẽ æternã ĩstitutã pro defunctis, in qua sunt orationes ab Ecclesia determinatæ pro Mortuis: iste tamen fructus, & vtilitas, cum recompensari, possit, per maiorem deuotionem, vel eius qui dicit missam, vel per intercessionem sancti cuius suffragium imploratur in missa: idcirco æque satisfit per celebrantem obligationi dicendo missam de sancto, siue de Dominica, ac si diceretur illa de defũctis. Vnde Hostiẽsis cap. 2. de celebr. Missæ refert Hugonem Cardinalem solitum dicere, quod celebrando de Dom. faciebat celebrare, pro defunctis, ita Rosela, Verbus Missa §. 14. Syluest. eo. §. 4. Armilla eo. §. 28. & 32. Tab. eo. num. 48. 52.

Secundum nempe, quod huiusmodi triginta Missæ non sint de necessitate cõtinuo, & absque interruptione singulis diebus celebrandæ, probatur ex hoc quia obligatio, qua quis obligatur ad celebrandum diebus singulis, debet interpretari iuxta cap. significatum, de præben. vt intelligatur, quod debet celebrare, quanto frequentius potest, salua honestate sua, & debita reuerentia, ac deuotione ad sacramentum. Quia alias esset illicita institutio, vt quæ daret materiam peccãdi, cum non semper sit homo rite dispositus, ad tantum percipiendum sacramentum. vnde Pater Augustinus, quotidie Eucharistiæ communionẽ accipere nec laudat, nec vituperat. de cõsec. dist. 2. Quotidie, & late ostendit Panormit. in c. Consuluisti, de celebr. Missæ. Tabien. verbo Missa. nu. 44. & S. Ant. q. 1. tit. 10. c. 2. §. 3. & alii. Accedit, quod si hæ Missæ essent celebrandę absque vlla interpellatione, sequeretur, eum cui tales Missæ D. Gregorij imponerentur dicendę in medio Quadragesimæ, posse immo debere, in tribus parasceue diebus celebrare, contra Ecclesiæ ordinem, & ritum. cum tamen peccatum mortale sit in die parasceue cõsacrare, atque ideo priuatim celebrare, quicquid de aliis diebus sit; nempe feria quinta, sabbato sancto, in quibus Ecclesiastico vsu, & ritu, non nisi vna celebratur Missa: in his si quidẽ facultate plati, ex iusta causa concessa, posset vltra Missã sollemnẽ alias sacerdos priuatim celebrare, vt

tradit

verba illa, loco competenti, quæ explicãs glossa, inquit (id est in secreta Missæ) iste enim est locus competens, vt expresse pro defuncto exoretur sicut in eadem secreta fit specialis recordatio viuorum in Memento. Ita Gulielmus Durandus in suo Rationali diuin. offi. lib. 4. ca. 45. De decima parte Canonis.

CASVS XXIV.

Melchiori ęgritudine maxima laborãti, data sunt aliqua vulgo dicta breuia collo gestãda; ĩ quib. nõ aliud, quam scripturę sacræ dicta, et Christi Domini crux, cõtinẽtur, & his non modo ad pristinam sanitatẽ se fuisse restitutum putat; immo nullo deinceps repentino malo, quousq. illa deferat, posse opprimi credit.

Quæritur, quomodo cõfessor, circa hos deferentes talia breuia se haberet. Et nũ huic spem habenti in suis breuibus; possit concedere, vt ipsa deferat.

Respondetur, debere Cõfessores duo inquirere ab his, qui huiusmodi breuia deferunt.

Primum est, quę sint illa, quæ in illis scripta continentur: & qui characteres, seu figuræ.

Secundum, qua intentione, seu obseruantia, illa deferant, & nequaquam illa debent permittere, aut deferentes absoluere, nisi hę concurrant conditiones.

Prima, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sancta, veluti ex Euangelio, & sacra scriptura, aut ab aliquo viro sancto desumpta.

Secũda, quod in eis nullus character, aut signum aliud, prętet Christi crucem, vel aliud simile sacrum, contineatur.

Tertia, quod nihil in eis sit falsi aut vani, vel ad inuocationem expressam, aut tacitam Dæmonum pertinens.

Quarta, quod nullam deferens constituat spem in modo scribendi, ligandi, aut alterius superstitiosæ obseruationis, quæ nec ad laudem Dei, nec ad aliquem effectum naturalem deseruit.

Quinta quod non ita certã constituat fiduciam in ipsis deferẽdis, vt credat, propterea fore nihil mali sibi euenturũ; sed omnia prospera: quoniã huiusmodi breuia, neque virtute naturali possunt talia operari; vt patet, cum non sint causæ naturales, nec ordinatione diuina, aut Ecclesiastica habeant uim ad tales effectus producendos, cum nec sint sacramenta, nec sacramentalia, & per consequens in illis sic fidere, vana est obseruatio, spectans ad pactum tacitum cum Dæmone.

Quocirca cum Melchior talem, & tãtam fiduciam collocet in dictis suis breuibus, vt arbitretur illorum virtute, nõ modo pristinam valetudinem fuisse consequutum; verum non posse quousque ista gestat, opprimi aliquo modo, ad quæ omnia prædicta breuia, nec habent virtutem ex se naturalem, nec supernaturalẽ: cum non constet ex diuinis literis, ea esse a Deo instituta ad tales effectus, nec illam uim sortiuntur, qua voces, hoc est, qua repercussiones quædã aeris articulatę sunt, quia tunc prolatæ potius quã scriptę, effectum talem virtuosum efficerẽt. Nec etiam ex eo, quod papyro consignatę sint, robur aliquod obtinent, cum vt sic, sint quid arte factum calamo, & atramento: nec quicquam ad effectus supernaturales valeant.

Quod si hanc virtutem consequuntur vt significatiuę, quis negabit eandẽ profecto habere, siue legentur per librum, siue memoriter mandate, ore proferantur? non minus quam si scriptę collo affigantur? cum suum significatum perlectæ, & prolatæ nõ admittant: immo maiori affectu, perlecta verba perpenduntur, quã si complicata charta deportentur.

Ideo debet confessor Melchiori prohibere, vt vel dicta breuia non portet, vel nõ in illis, sed in Deo omnem suam fiduciam collocet, ob cuius reuerentiam & honorem duntaxat licitum est, talia breuia deferre. multoque esset melius, quę in illis scripta continentur, deuote prę-

meditari,

vere pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario; & in actibus celebrationis instrumenti, non aũt prius, recepto integro iustoq; pretio. Hæc Pontifex.

Nec ẽt redditur huiusmodi censuum empto illicita, ex parte causæ efficientis, idest ex parte contrahentium, quia hic nõ interuenit mutuum, sed vera emptio, cũ pecunia transeat ad venditorem, adeo vt emptori non sit liberum, illã repetere ab inuito, aut ob pœnam, aut ob quamcũq; aliam causam, vt est in dicta bulla Pij V. circa census, quæ incipit. Cum onus apostolicæ. Nec vitiatur ex causa formali, cũ sit vera venditio rei certę, pro pretio certo, non .n subest hic ratio aliqua mutui, quia periculum & dominium in mutuo, versatur apud accipientem pecuniam, & mutuans põt illud reuocare, id quod non contingit in venditione, immo emens idest dans pecunias, retinet dominium rei emptæ, & subſtat periculo, nec potest datas pecunias reuocare, ideoq; accipit fructus omni vsura. Ita in proposito, ille, qui emit annos redditus, soluit pecuniam, retinetq; dominũ talis iuris, & periculo subiaceat tanquam illius vere dominus, nec põt solutas pecunias exigere, quãuis possit vendere eundem censum, quem emit.

Nec vitiatur ex causa finali, hoc est ex parte pretij, quia tale vitium iustitiæ, excluditur ab isto contractus, qñ pretium proportionatur iuri, quod venditur. Sicut .n. contractus emptionis fit illicitus, cum iuris naturalis æquitas nõ seruatur, ita cum hæc seruatur, vt non sit notabilis excessus pretii, nulla iniustitię labe notatus. Quare iure optimo huiusmodi censuum emptio probatur Authen. Vt iis; qui obliga. se hab. per. res min. §. Quoniã autem, vbi admonentur minorum curatores, emere illis redditus, annuos. Et ex extra Martini V. anno 1423. & Calixti 3. anno 1455. & Pii V. anno 1568. quæ controuersiam omnem de iustitia huius contractus dirimit: & in rem iudicatam trãsfert. Vide Aegy. quol. 5. q. 24. S. Anto. 2. p. tit. 1. c. 18. §. 15. Siluest. verbo. Vsura. §. 12. Angel eo §. 24. Tabien. Vsura 14. Conrad. q. 74. Sot. lib. 6. q. 5. art. 1. de iust. & iur. Et in 4. dist. 15. q. 12. concl. 2. Panor. & alii c. In ciuitate de Vsuris.

Nec obstat, si quis dicat eos, qui vendunt dictos redditus in suis bonis, facere id non libere, sed necessitate compulsos: ementes item, non emere, nisi spe lucri, accipereque in paucis annis plus multo quam fuerit capitale.

Respondemus, hæc omnia habere locum in vero mutuo, secus autem in reali emptione, & venditione, vt est ea, in qua solutis statim pecuniis emũtur annui redditus veri, & in certa re immobili, & fructifera constituti. Parum enim ad contractus iustitiam interest, quod quis rem ex necessitate, vel ex superfluitate vendat, dummodo iusto vẽdat pretio, sicut nihil item refert, quod emens lucretur processu temporis ex fructibus acceptis, multo plusquam extitit totum capitale, vt patet in aliis emptionis contractibus.

His adde, quod cum communi vsu sit huiusmodi contractus receptus, & personę non modo sæculares, sed religiosæ emant, & vendant annuos cẽsus sub conditionibus a summi Pontificibus expressis, non est quod alicui debeat de iniustitia aliqua scrupulum ingerere, vt bene notat Tabien. Vbi supra.

De pretii æquitate, ad septem vel octo, vel plus pro centenario, cum variæ sint doctorum sententiæ, quæ ortum magis habuerunt ex locorum & temporum diuersitate, quam ex rei naturæ, quę æstimationis latitudinem habet, ex variis rerum circunstantiis, nec idem pretium potest præscribi eidem rei vbilibet, ideirco æquissimum esset maximeque consuleretur, tum coemptorum conscientiis, tum etiam communi bono, si horum iurium pretia, lege principum statuerentur: veluti l. 1. ff. de offic. præf. verbis. §. Cura carnis: inter alias pręfacti curas, illa admodum necessaria censetur, vt rerum pretia statuat iusta, cum & merita, & causa statuendi huiusmodi rerum pretia perpendere attineat ad ipsam Remp. & eius Gubernatores. Et hec

dicitur pretium legale, constatq; in indiuisibili, quod augeri, & superadi nequit: sed cum huiusmodi pretium, quo ad iura cēsuum, non sit adhuc per legē huius ciuitatis constitutum, relinquitur emētiū, & vendētium arbitratui, & æstimationi, ac ideo non consistit in indiuisibili, sed latitudinem habet iustitiæ, pensatis rerū penuria, seu copia, & aliis circunstātiis. Vt ait Arist. 5 ethyc. c. 7. Diciturque hoc pretium naturale, siue arbitrarium: quia secundum rerum naturam vsui accommodatam imponitur, & currit.

Quare cum in hac ciuitate iura cēsuū vendantur ad octo, vel nouem, pro centenario, seclusa vi, fraude, & dolo, nullus est conscientiæ scrupulus, si eadē tali pretio quis emat. Sicut enim quisque potest merces suas tanti vendere, quāti emptor sciens & prudens voluerit dare, (quando illarum pretium non est lege taxatum) ita & in his iuribus censuum, tanti quis emere illa poterit, quanti a vēditore sciēte, & prudente, sibi fuerint vēdita. Illud enim rei cuiusque pretium naturale iustum dicitur, quo communiter ęstimatur res valere, attentis omnibus circūstātiis. cap. Pretia rerum. ff. ad l. Falc. esset. n. tunc vsura, quādo exigeretur plus de reditu, quam reddat in fructibus de lucro; quod bene notent confessores. Diuus Tho. 2. 2 q. 77. art. 1. Sot. de iust. & iur. li. 6. q. 2. ar. 3. Scotus in 4. distin. 15. q. 2. Gabriel ibidem q. 10. Immo cū pactū de retrouēdēdo, multum diminuat de pretio, & frequenter quartam partē, vel ampliorem. Extra 1. & 2. de Emp. crediderim in aliquibus locis, talem posse cōtingere pecuniarum, & emptorum penuriam, tantam item censuum, & vēditorum abūdātiā (sicut in aliis mercib. solet obuenire) vt annuus cēsus duodecim, emi iuste possit centum, cum dicto pacto francādi, qui forte sine illo valeret alibi ducendum, & amplius, quod ipsum testatur Nauar. in Man. confess. cap. 25, num. 86.

21 De cōditione tandem, quam Andreas apponit, nolēs subire pericula, existimo (nisi hęc pretii magnitudine vitatur) reddere prædictum contractum illicitū, immo & vsurarium. Quia de natura contractus emptionis, & venditionis, est vt res pereat emptori, qui rei sit Dominus: trāsfertur si quidem per emptionem dominiū in ipsum emētem: igitur emere census, scilicet pensionem in fructibus, cum pacto vt si perdatur id, quod emitur, nēpe ipsi fructus, emptori non perdātur, est conditio emptioni, & dominii translationi repugnans; & hinc est quod omnes doctores, hunc contractum emptionis censuū, esse veram emptionem, et nō mutuū, affirmāt, quia sicut periculū pecuniæ, nō est penes eum, qui dat, sed penes accipientem, ita periculum census, est penes ementē. Angel. Verbo. Vsura. nu 79. Armilla eod. nu. 52. Tabien. eod. §. 5 & Vsura. : 4. De locis Ianuę, Raymundus in 2. p. Sum. in c. de Vsuris. Gabr. in 4. distin. 15. q. 12. dub. 3. In respon. ad terrtiū, dub. 3. Vbi sic inquit. Stat aliquem habere ius percipiendi, qui tamen nunquā aliquid percipiet, vel quia res perit, aut non sufficienter colitur, aut ipse alias impeditur, &c. Nec obstat, si quis dicat huiusmodi emptionē fieri sub contractu Emphyteotico, siue libellario, non aūt conductio, et ideo teneri Andream ad soluendam pensionem, licet res pereat casu fortuito, dūmodo pars non pereat. Tum quia Andreas tātum vult de censu, quātum solueret conductor simplex, id autem, quod locatur simpliciter p se x, non poterit dari ad libellū nisi pro quinq. vt satis probat Ang. verbo Vsura § 44.

Tum quia quando quantitas census est ita magna quod a res locaretur de anno in annum, non plus perciperetur, eo casu in contractu Emphiteotico fit remissio, non solum propter bella, sed ob quācunque aliam sterilitatem, & aduersam fortunam ve aduenerit Bal. in lib. 1. C. de iure emphy.

Confirmatur hoc per bullā Pij Quinti, in materia cēsuum, in qua sic dicitur. Census omnes in futurum creandos non solum re, in totum, vel pro parte perempta: aut infructuosa in totū, vel pro par-

te effecta, volumus ad ratam perire: sed etiam posse, pro eodem pretio extingui. Quibus uerbis aperte declarat, debere emptorem censuum stare periculo, tam rei si pereat, quam fructuum, si infructuosa omnino, vel ex parte, ipsa res reddatur. Redditur autem infructuosa in parte, quando bello, tempestate, & aliis fortunæ casibus agitatur. Vnde paulo supra sic inquit. Conuentiones directe aut indirectè obligantes ad casus fortuitos, eũ qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Cum igitur natura contractus emptionis sit, vt emptor subsit casibus fortuitis, sequitur manifeste, eam cõuentionem, quam Andreas posuit de non subeundis periculis, esse illicitam, & omnino inualidam.

Adde quod iniquissima esset cõditio, si venditor in periculo versaretur, tam rei, quam redditum, emptor vero nõ nisi in periculo rei immobilis quã non emit.

Sequeretur præterea, quod interemptis fructibus omnibus casu aliquo, maneret adhuc obligatus semper venditor ad soluendum censum, & ita census potius esset infixus personæ, quam fructibus hæreditatis. Id quod aduersatur constitutioni Pii Quinti, qui omnes personales census damnat, & irritos facit.

Ex his igitur omnibus colligitur, contractum censuum ex natura sua esse licitum; sed vt celebratus est ab Andrea, cũ clausula, & pacto de non de subeundo pericula, quoad annuos redditus, est illicitus, & vsurarius, nisi huiusmodi pactũ, seu onus, pretio aliquo superaddito, & æquiualente illi periculo, iustificetur: quod non est in proposito. Nam cum hic Andreas non emat ipsam rem immobilẽ, sed redditus rei, necesse est vt hi sint sui, adeo vt si pereunt, domino pereant. Repugnant enim emptioni, & vero dominio, id quod emitur, perire venditori, vt patet l. 1. C. de pericu. & commo. rei vend.

Quare confessarius debet pœnitenti consulere, vt talem contractum, quo ad conditionem de periculo non subeundo rescindat, vel competenti pretio, illam mitiget, & recompenset, intelligatq. se hucusq. vsuram commisisse, & ideo nisi emergens damnum, vel bona fides excuset, teneri ad restitutionem reddituum acceptorum. S. Anto. 2. part. tit. 1. cap. 8. §. 14. Gab. latissime in 4. distin. 14. q. 3. Syl. Vsura. 2. §. 12. Arm. eo nu. 52. Innoc. & alii, c. In ciuitate, de vsuris.

CASVS XXVI.

Martinus, qui vectigalia, & Gabellas huius ciuitatis pretio iusto emit per triennium, eas exigit tam ab Ecclesiasticis, quam a laicis, siue id quod exportant, sit de eorum patrimoniys siue prouentibus Ecclesiasticis cum id faciat ex inueterata ciuitatis consuetudine.

Quæritur, an absoluẽdus, sit cum nolit desistere ab hac exactione, & quomodo Confessor circa hũc se habere tenebitur.

HVic casui respondetur, Martinum nõ modo, peccare mortaliter; verum etiam incidere in excommunicationem in Bulla cęnę domini latam, contra eos, qui quocũque modo, accipiunt tributa, seu pedagia ex redditibus ecclesiasticis, vel personis, nisi petant ex rebus, quas ipsi ecclesiastici emunt, ad negociãdum, vel nisi ipsa ciuitas habeat facultatem expressam, a summo Pontifice de exigendis gabellis, ab ecclesiasticis. Quam tunc sumus Pontifex. qui est pater ecclesiarum concedere principibus debet, & solet, quando sęcularium tributa Reip. necessitatibus prouidẽdis nõ sufficiunt; non autem cum vel ratione sanguinis, vel ex aliis particularibus priuilegiis, a tributorum exactione, & solutione eximiuntur aliqui ex secularibus. Vt notat Sot. de iust. & iur. lib. 10. q 4 art. 5. & S. Ant. part. 2. tit. 1. c. 13. Nam immunitatẽ Ecclesiasticam, iure esse prius diuino institutam, tũm canonico ac ciuili confirmatam.

matam, ac sępius stabilitam, constat aperte. Tum Gen. 47. vbi Ioseph subiecit Pharaoni totam terram Aegypti, prǽter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbendantur. Et subditur paulo inferius, qđ in vniuersa terra Aegypti, quinta pars soluebatur, absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit, domino ex tunc pronunciante, sacerdotes in omni gente liberos esse oportet. Vt inquit Gratianus 23. q. §. Quāuis.

Tum id ipsum decernitur in cap. Non minus et c. Aduersus de Immu. Eccles. Et in clē. Quoniam: eo ti. & c. Quamquam, de censibus, li. 6. quibus in iuribus, excōmunicatione feriuntur, qui pedagia, seu gabellas a personis ecclesiasticis exposcunt, cum secularis nullus in ecclesiasticis personis, & rebus potestatem habeat, vt quę diuino misterio sint cōsecratæ. extra. de consti. c. Quæ in ecclesiarum.

Tū deniq; ex l. 1. & l. Illud & l. si C de sac. sanct. Eccl. Vbi Ecclesiastici a debito tributi, principium priuilegio exēpti declarantur. Idq; ęquitate summa, quia sicut reges solicitudinem habent de bono publico, in bonis temporalibus: ita ministri Dei, in spiritualibus; & sic per hoc, quod Deo in spiritualibus ministrant, recompensant regi quicquid pro eorū pace laborat: vt docet D. Tho. in Episto. ad Rom. c. 13. Et per dictam immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam, intelligi exemptionem personæ Ecclesiasticæ, nō solum in eius psona, sed in omnibus quibus vtitur, & possidet, ostendit Caiet. in summa, verbo immunitas Eccles. & Sylueo, & alij omnes Summistæ, Nec nō Nauar. in man. confess. cap. 17. nu. 202, quo loci testatur, multos gubernatores & exactores dictarum gabellarum, uenisse anno Iubilei Romam, vt peterét a summo pœnitentiario san. Domini N. Greg. XIII. absolutionem, ab excōmunicatione, in quam ob gabellas, ab ecclesiasticis personis exactas incurrerūt, fuisseq; absolutos, restitutione præmissa, & animo nō exigendi eas denuo. Nec consuetudo Ciuitat s Martinum excusat; quia ex verbis eiusdē bullæ, manifeste conuincitur, nullā consuetudinem etiam immemorabilē, nec pręscriptionem quamlibet legitimā; nec priuilegium, etiam per viam contractus, vel remunerationis concessum, cōtra quamcunq; excōmunicationem contentā in dicta Bulla Cœnę Domini, prodesse vt post alios declarat, idem Nauar. in Man. confes. cap. 27. nu. 73.

Nec Martinus excusari ignorantia potest, quia nō est verisimile (vt ī dicta Bulla dicitur) quod ipsum remaneat īcognitum, quod tam patenter omnibus publicatur, & cum huiusmodi Bulla, non solū sit pagina excommunicationis, & extensionis, sed etiam reuocationis, & inuocationis; pro ut in calce dicit summus Pontif. idcirco clarissimum est, per eandē inualidari ac reuocari singulis annis, quib. legitur, quæcunque priuilegia in contrarium. Quo fit, vt gloss. Clem. Quamquā, de censibus, lib. 6. affirmet totā ferme Italiam ob has gabellas, ab ecclesiasticis exactas, esse interdictam.

Et Conc. Vienense, Cl. eadem. pręcipit sub pœna lethalis culpę Episcopis, vt hos exactores, tanquam excommunicatos denuncient, postquam de eo ipsis constiterit: quanuis parte vocata, & audita id facere debeant. Et Cōc. Trid. ses. 25. c. 20. de reformatione, cupiens ecclesiasticam disciplinā in Christiano populo non solū restitui, sed etiam perpetuo sartam tectā, quibuscunq. impedimentis cōseruari, decernit, & præcipit, sacros Canones, et Cōcilia generalia omnia, nec nō alias Apostolicas sanctiones, in fauorem ecclesiasticarū personarum, libertatis Ecclesiasticæ, et contra eius violatores editas. (Quę omnia præsenti etiam decreto innouat) exacte ab omnibus obseruari debere.

Quare confessor caueat, ne Martinū absoluendo, peccet mortaliter, incidatq. in excommunicationem contentam vltimo in Bulla Cœnę Domini, quæ fertur in eos, qui audent dictis excōmunicatis præstare absolutionem. Admone atque illū, videat quo iure dictæ gabellę exposcātur,

tur, & si nouerit id fieri sine summi Pontif. expressa licentia, vel falso impetrata, & quoquo modo subreptitia, desistat a tali gabellarum exactione quo ad peccatū præteritum, & restitutionem, consulat summum Pontif.

CASVS XXVI.

B*Artholomeus, cum domū habeat locandam, sciatq; mulierem turpiter viuentem, obnixe postulare eam sibi locari, vt secreto magis libidini operam dare possit, eam illi locauit.*

Quæritur, an mortaliter peccet, & pecunias ex meretricio acquisitas a muliere possit accipere.

REspondetur, ꝙ & si Nauar in Man. Confess. ca. 17. nu. 195. opinari videatur, nequaquam licere domos locare meretricibus, in ea parte ciuitatis, in qua non est permissum eis habitare, immo & vbi permittūtur, his adductis rationibus: Tum quia non licet locare domū vsurario, ad exercendum fœnus. ca 1. de Vsur. lib. 6. Tum quia & si Resp. permittat meretrices, non tamen facit quin peccent tam ad eas accedentes, quam illas in scelere suo iuuantes, vt sunt domuum locatores. Tum quia huiusmodi locatio, sit quædam occasio data, meretricium iuuādo. Tum demum quia & si licet locare ei domum, quem credo in ea peccaturum, non tamen eo fine, vt peccet, nec item vt artem exerceat, quę sine peccato exerceri nequit, vt est meretricium. Nobis tamen in rigore loquendo, oppositum videtur, cum Ioan Maior. in 4. distin. 15. q. 35. Tū quia durū admodum est asserere totius orbis christianos esse in peccato mortali, cum vbilibet videamus hanc seruari cōsuetudinem, vt meretricibus locentur domus, & in his videtur consuetudo obtinere rationem legis cap. consuetudo distin. 100. & l. 2. C. quę sit longa consuetudo. Nec S. Augustini sententia lib. 2. de Ordine. cap. 4. Tom. 1. Vbi inquit. Auferto meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus, &c. verificari posset, nisi eisdem domus locarentur, cū per has, quæ extra Lupanar habitant, finis a Rep. intentus magis habeatur, quam per illas, quę in loco illo infami degunt.

Tum quia duo sunt malorum genera, (vt ait glos. super illud; Ab occultis meis munda me, &c.) Quædā sunt nostra quæ a nobis oriuntur, & his nullo modo consentire debemus, nec directe, nec indirecte; Quędam sunt alia, quæ fiunt ab aliis, & his nunquam consentire debemus directe consensu approbationis: aliquādo tamen licet consentire indirecte, cōsensu permissionis, sicut Deus permittit aliqua mala ex causa rationali.

Tum etiā quia Romæ, sciente, & patiēte summo Pontif. locātur, & in omni diœcesi consueuerunt homines optimę conscientię locare domos meretricibus, nec vnquam Episcopi id prohibuerunt, nisi forte in ea ciuitatis parte, quæ est proxima Monasterijs Monialiū, vel Ecclesiis. Et Cōfessores absoluuntur, & semper absoluerūt tales domum locatores, absque eo, quod haberent propositum a dicta locatione abstinendi.

Tum quia cum domus locatio non sit ex sui natura ordinata ad malum, sed sit res indifferens, & scientia vsus mali, non faciat illum voluntarium respectu locantis, constat nanque talem vsum non esse voluntarium directè, cum non sit a volūtate locantis directe: vt patet. Neq. etiam est indirecte volūtarius quia locator rei habentis vsum indifferentē, per se loquēdo, nō tenetur cauere de vsu futuro, alioquin oporteret locatores domuū sollicitari circa hoc, quod est futurum; per accidens autem puta quia est conscius futuri mali vsu penes istam locat domum, non tenetur, nisi pro quanto potest, & debet cauere, ne in alijs ille vsus fiat. (Hæc est enim natura voluntarij indirecte, quod scilicet possit, & debeat voluntas velle.) Constat autem ꝙ licet locator in casu nostro, cauere possit, nō tñ debet, quia nō tenet īpedire meretrices a suo meretricio,

vt quæ ad illud exercendum sunt paratissimæ. Tum quia famulus mensæ concubinatorum ministrans, & iuuans concubinam ad se ornandum, & artifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, quamuis sciant illas vsuras talibus ad meretricandum, non peccant, dummodo id sine vllo consensu in peccatum faciant. Quoniam non inducunt, nec iuuăt directe ad illud, vt vult D.Th. communiter receptus 2.2.q 10.ar.4.cui in hac parte subscribit idem Nauarr. in man.Confess.ca.19. nu.16. ergo nec qui locat domū meretrici, quamuis sciat debere in illa meretricio operam dare.

Tum item, quia magis prohibitum est locare domos vsurariis ad exercendum fœnus, quā meretricibus ad meretricandum, patet. cap. 1.de Vsur.libr.6.cum illi Reipub.noceant. hę aliquo modo prosint, sed locare vsurariis indigētis domo, non est vetitum, nec lethale, sed tantum alienigenis vt vult Rosel.verbo Restitutio.9.§ 34.Tab.Vsura.1.§.5.S. Frăciscus de Arce in consil. 158. & alii communiter.ergo nec meretricibus. Adde ēt quod is qui locat meretricibus domum, nō est eo fine, vt meretricentur, sed eo solum vt ibi viuant, habetque displicentiam meretricii, & artis meretricandi, & si posset illas a tali peccato corripere, ac omnino abalienare, efficeret id libentissime: sed scit operam, et oleum perditurū. Ideo nō cooperatur illi locationi, quatenus procedit a mala volūtate meretricis; sed vt est actus deseruiens humanæ habitationi. Iā autē cooperari, & cōsentire immo & prouocare iusta de causa aliquem ad aliquē actum suo genere bonum, vel indeferentem, nullatenus consentiendo in eū, quatenus fit male, vel vt est malus, non est illicitum. Nam Deus ipse inuitat nos, immo, & iuuat ad agendū aliqua, quæ sunt peccata, quatenus suntentia vel quatenus sunt pœnæ peccantium. vt Prob. Cardinali fundatissimus Aegydius. 2. sent. distin. 47.q.1. artic. 2.& Caiet.1 p.q.49. Art.2. Vnde & D. Laurentius dixit Decio Tyrāno, assatum est, iam versa & māduca, cum tamen illa uersio esset peccatum, ex parte comburentis, Multi etiam martyres prouocauerunt Tyrannos ad sui occasionem, quæ tamen ex parte eorum erat peccatum. Vide Caie.32.q.137. Cum igitur locās domum vt sic, non communicet cū ea, cui locat, in futuro malo vsu, sed solum in contractu locationis de præsenti, non potest adduci ratio, quare peccet, quamuis sciat meretricem vsurā male tali domo, sicut vendentes infidelibus ea quotum vsus communis est ad bonum, & malum, quamuis sciant infideles illa emere pro suis Idolatrijs, nō peccăt, vt docet Syl.uerbo infidelitas, & Angel. eo §.1. Hadrianus, quodl. 3.ar 2.et Caie. 22.q.10.art.4. Corroboro idipsum. Quia locare domum meretrici, uel est iure naturali, & diuino prohibitum, vel nō nisi humano: si primum, ergo ēt locare in ea parte ciuitatis, in qua permittuntur, erit peccatum (quod doctores oppositæ sentētiæ negăt) quia quod iure Diuino est peccatum mortale, non potest lege humana fieri licitum, sicut quia fornicari est iure Diuino prohibitum, non potest quacūq; lege humana fieri licitum. Arg. Cap. Erit autē lex dist.4.& c. Fieri, de præscrip. & capit. Sunt quidā.21. q. 1. si vero ex le nō est illicitum, sequitur quod locare in quacunq. parte ciuitatis non erit genere suo peccatum mortale, nisi forte per accidēs ratione alicuius circunstantiæ, de qua in præsentia casu, nullus est sermo.

Accedit quod illla principis pmissio, vt locetur domus meretrici, in vna parte ciuitatis, & non in alia, vel est solum nō velle punire peccatū, sicut permittit alia mala, vel est velle, vt non sit peccatum id quod lege naturali & diuina erat peccatū, si primum, idest nō punitur illos, qui locant in hac parte, & puniūt, hos, qui locant alibi. Hoc nihil facit ad propositū, cum nos non loquamur de pœna, nec de foro exteriori, sed de culpa, & foro animæ: si vero dicatur, ꝙ illa principis permissio efficit, vt non sit peccatū id, quod erat peccatum: ergo inferior poterit derogare legem naturalem & diuinam, quod

est

est absurdissimum. In foro etenim conscientiæ ius naturale,& diuinũ,sunt necessario seruanda..c.sunt quædã. 25.q. 1.

Tandem, omne peccatum (vt dicit P. Augustinus in.de vera religione(adeo est voluntarium, vt nullo modo sit peccatũ, nisi uoluntarium, sed in huiusmodi vsu malo domus locatæ,non interuenit volũtas & consensus locantis, vt cui non placeat talis abusus,sed sola sua voluntas fertur in ipsam locationem, & in pecunias ob locationẽ suscipiendas, quod est quid separatum a malo vsu ipsius domus,vt patet:ita vt talis malitia in vsu domus proueniat ex voluntate meretricis,non ex ipsa natura locationis,quę ex sese est indifferens.Nec sola scientia talis vsus mali efficit peccatum;sed complacẽtia, sicut qui sciret aliquem esse solitum periurijs, vel habere cõcubinam, vel esse homicidam, nequaquã locando illi domum diceretur consentire peccato eius, cum non locet, eo fine,vt peieret,vel in concubinatu persistat,aut homicidium committat: sed vt ibi tãquam homo habitet. Vnde D. Tho. 1.2.q.18.ar.4. inquit. Ea quæ per se considerata non sunt peccatum, nec habent illud inseparabiliter annexum, effici bona vel mala ex circunstantia finis: cũ ergo locatio domus per se considerata,non sit mala,nec fiat intentione,& fine mortifero,ex parte Bartholomei,non est quod de peccato arguatur. Ita Ioannes maior: Vbi supra.Adr.quod.3.Caiet.2.2.q.269. Art.2.Per quæ adducta fundamenta,dissoluuntur facillime ea, quæ in principio opponebantur, vt quæ procedant solũ in eis,qui locant eo fine principale,vel minus principali,vt meretricentur,non autem in eis,qui locant eisdem ad habitandum cum displicentia coram Deo vera meretricii,& artis meretricandi.

Ex quibus omnibus infero,quod Bartholomeus non peccauit mortaliter,locãdo domum meretrici: si ea intentione id fecit,vt illa haberet habitandi vsum, absque complacentia, quod talẽ vitam turpem exerceat. Admonendus nihilominus erit a Confessore, vt similibus personis,quantum fieri potest, locare domum caueat.

Tum quia ratio fit his locatio,tam puro fine,vt nõ misceatur aliquid mali. Tũ quia multę oriuntur hic peccandi occasiones, quæ si meretrices essent in loco a Ciuitate remoto,extinguerentur. Tum quia hac de causa multæ honestæ mulieres solicitantur,ex nimia familiaritate,& vicinitate domuum.¦Tũ denique, quia si non inuenissent locatores, resipiscerẽt forsitan.

Quod vero attinet ad affictus susceptos ex tali locatione,respondendum est; Bartholomęum nec peccare illos accipiẽdo,nec ad vllam restitutionẽ teneri. Tũ quia nulla lex diuina est,aut humana, canonica,aut secularis,quia talis restitutio percipiatur, & propterea non est dicendum.l.illam.C.de collat.c.legatur.23.q. 4.Tum quia meretrices sunt dominę earũ pecuniarũ,quas meretricando lucrantur.Nam acceptũ ob turpem causam de voluntate dantis,ita quod turpitudo uersetur ex vtraq. parte, non est restituendũ vlli regulariter de pręcepto,vt ait S.Ant. 2.par.tit.3.Angelus verb.restitutio §.turpe.Syl.eo.2.§.3. verbo Eleemosyna. §.4. Sot.lib.4.de iust.& iur.q.7.art.1.

Confirmatur,quia & si peccata ratione culpæ nullo sint pretio digna,ratione tamen consensus illius,qui suas locat operas:ratione etiam illius voluptatis, qui conducit, quatenus ad humanos vsus accomodantur,possunt mercede redimi.

Adde quod Rof. non modo huiusmodi fœminas permittit, sed etiam pretium eis taxat, cogitq; ad solutionem. Idq. lege,idem,Si ob turpem.ff.de cond.ob turpem causam, Nec obstat l.Sincera.C.de donat inter virum & vxo. Vbi miles donare prohibetur quidpiam meretrici. Nã ibi non prohibetur pretium,sed larga donatio;vt Syl.verbo Meretrix. & Innoc.c. Plerique de immun. Eccles.omnesque iurisperiti in l.4.§. Sed, & quod meretrici. ff.de condi ob turpem causam,& Gl.14. q.5.Tandem,licet pactum,vel cõuentio, qua aliquid ob maleficium datur,non va

leat in illa forma, quam partes solæ prętendunt facere: valeat tñ vt donatio quędam virtualis, vel vt quidã actus habẽdi pro derelicto, quod lex in pœnã male dantis interpretatur, taliter male dantẽ habere id pro derelicto, vel pro donato ad hoc, vt ei non debeat necessario reddi. Et ideo donatum meretrici, cum sit suũ non tenetur locator ad vllam restitutionẽ faciendam de pecunijs, ab illa acceptis, vt late deduci Ant. relatus a Panor. in cap. Quia pleriq; de immu. Eccles. Et probatur per l. 2. 3. & 4. ff. de cond ob turpẽ causam. Et est doctrina D. Tho. 2. 2. q. 31. ar. 7. Palud. & aliorum in 4. dist. 75.

CASVS XXVIII.

LVcas sentiens se in quoddam graue peccatum esse inclinatum, firmiterq. proponens cum Dei auxilio, non amplius illud committere, vouit se ingressurũ Religionem, aut saltem sacerdos Ordines in clericali gradu aßumpturum, si in illud deinceps, vel semel incidisset. Qui cũ rursus inciderit, & videat aduenisse nunc Iubileum amplissimum, quo conceditur facultas in omni voto dispensandi, illudq. commutandi, excepto Religionis & Castitatis voto, niuitur Iubileum consequi, petit, quæ a Confeßore, ut in dicto voto cũ eo dispenset, & in quodlibet aliud cõmutet, ita vt uxorem ducere valeat.

Quæritur, an Cõfessor poßit, & debeat eũ huiusmodi voto dispensare, & quomodo erga dictum Lucam se gerere debeat.

PRo decisione pręsentis casus, illud in primis est supponendum, vota huiusmodi conditionalia etiam si sint pœnalia, obligare adimpleta conditione. Arg. l. Cedere diem, ff. De verb. signif. capit. Si pro te, de Rescript. lib. 6. & in hoc distinguitur conditionale pœnale votum, a voto conditionali pure, quod in pęnali, is qui vouet, non est affectus, nec intentus in id, quod pollicetur, vt qui vouet Religionem, si in tale peccatum inciderit, re vera non vouet, quasi amans tale peccatũ, sed quasi sibi inuisum, & exosum, & ideo directe non vouet Religionem, sed solum non furari, vel in aliud quid simile nõ prolabi: & in pœnã adiicit, vt illud caueat, effici religiosum; & proinde directe nõ est votum Religionis, sed votũ nõ peccandi in tali genere, secus aũt est in voto pure conditionali, in quo id quod vouetur, ex directo intẽditur, quamuis sub conditione vt ait Sotus de iust. & iur. lí. 2. q. 2. art. 2.

Prænotandum est secundò, quod cum dispensatio causam iustam, & rationabilem requirat, qua ille qui habet authoritatem dispẽsandi, poterit omnino votum relaxare, absq. eo quod loco voti aliquid iniũgat vouenti, & commutatio exigat, vt id in ꝙ votum commutãdum est, æque sit bonum, aut melius, re illa, q̃ vouit: & tunc æque bonũ exigitur, quãdo aliqua ex causa rationabili commutatur tunc vero melius, quando sine causa, ex mero beneplacito fit commutatio, vt declarat D. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 12. Caiet. ibi. Ideo ille qui habet potestatẽ dispensandi, & commutandi insimul, potest partim dispensando, partim commutando relaxare votũ, siue iusta omnino causa, et votum ipsum totaliter remittere, imponendo aliquid loco eiusdem vouẽti, licet sit minus eo quod erat pollicitus.

Aduertendum tertio, quod licet controuersum sit inter Sotum vbi supra q. 4. art. 3. Et Nauar. in Man. cap. 12. num. 45. An in voto penali Religiones, antequã peccetur, & cõditio impleatur, possit Episcopus, vel solus Papa dispensare. Et ille putet dispensare posse Episcopum, iste vero non nisi Papam; ambo tamen in hoc consentiunt, quod perpetrato scelere, & adimpleta conditione, non nisi per summum Pontificẽ sit dispensabile, quia posita in actu conditione, fit obligatio ad religionem, quæ ex vi dicti voti innata est, & corroborata, quamuis non desint grauissimi theologi, qui putent vota huiusmodi

modi pœnalia Castitatis, Religionis, in terram sanctam, in Romam, vel in sanctum Iacobum, adimpleta etiam conditione, non esse sũmo Pontifice, sed Episcopo reseruata, cum non sint emissa voluntate adimplendi illa, nisi omnino per accidens, immo qui sic vouit Religionẽ, est simpliciter nolens Religionem, quippe qui, vt per illam, tanquam per pænã inuisam, & grauissimam, sese abalienaret a committendo tali, vel tali scelere, indixit sibi ipsi illam vt inoptatam & odiosam, per quã deterreretur, ita qđ actus uolitus fuit nõ incidere in tale scelus, actus verso simpliciter non volitus; sed volitus solum secundum quid, fuit Religionem ingredi, per quam vt maxime pænalem, & a se minime desideratam, voluit euitare tali speciei peccatum. Iam autem Summi Pontifices, non sibi seruant Castitatis & religionis vota, nisi quando sunt per se volita, & habent propriam rationem voti Castitatis, Religionis, &c. Et ratio est; quia cum huiusmodi reseruatio, habeat quandam rationem pænæ, non est nisi stricte interpretanda, & ad proprios ac formales terminos constringenda, & ideo ea sola vota sũmo Pontifici reseruãtur, quæ proprie & simpliciter sunt Religionis volitæ. Castitatis desideratę: peregrinationis intentæ cuius generis nõ sunt quando Religio, Castitas, peregrinatio Hyerosolimitana, &c. huiusmodi, in pœnam, & vt odiosa, ac non volita, a vouente promittuntur. Quæ est opinio sapiẽtissimi Bartholomei Medinę, in lib. qui dicitur instructio Confessorum in 2. Præcepto. § 16 secũdũ quem facilis erit prepositi casus explicatio, poterit siquidẽ cõfessor, vigore Iubilei, in dicto voto Cũ Luca dispensare, vt quod non est summo Pontifici, sed Episcopo reseruatum.

Persistendo tamen in cõmuni opinione, quod hæc vota sint adimpleta conditione Papæ reseruata, Præsentis casus difficultas tota in hoc consistit, quod cũ Lucas vel Religionis ingressum, vel sacrorũ Ordinum susceptionem vouerit, & ĩ sua libera sit potestate, alterum horum, eligere, eligatque nunc, sacris Ordinibus initiari, in eoque proposito duret. An in prædicto voto de suscipiendis ordinibus Confessor virtute Iubilei dispensare valeat.

Et pro parte negatiua videtur facere, quia promissio est propter promissum, & per votum magis tenditur ad promissũ, quam ad obligationẽ promissis, quemadmodum magis semper intenditur terminus, quam via ad terminum. Sed qui vouet Ordinibus sacris initiari, cum huiusmodi, Ordinum susceptio importet promissionem, & obligationem ad Castitatem, videtur quod etiam hoc cadat sub priori voto, & quod vtrumq; ex equo intendatur.

Adde, quod ille, qui vouet antecedẽs, vouet & necessariũ consequens, c. Accessorium de reg. iur. lib. 6. l. Cum principales. ff. eod. sed Castitas est annexa susceptioni Ordinis, tanquam quid necessario consequens, necessitate saltẽ Pontificii iuris, ergo videtur quod vouens initiari Ordinibus sacris voueat implicite castitatẽ, & ideo nequeat Cõfessor, virtute dicti Iubilei, in voto dispensare.

Quibus tamen non obstantibus, existimo posse Confessorem cum Luca dispẽsare, in voto susceptionis Ordinis, cum nec sit continentiæ, nec Religionis votum.

Ducor autem in hanc sententiam. his rationibus. Tũ q̃a nemo virtute voti obligatur, nisi ad id quod est propriũ illius voti obiectum, sed illi, qui ordines sacros in clericali gradu assumere vouit, nõ fuit aliud obiectum à se primo propositum, quam dicta assumptio, ergo ab hac specificatur & denominatur tale votum, & non a castitate, & ad initiandum se sacris tenetur, non ad caste viuendum.

Confirmatur, nã qui statũ aliquẽ suscipere proponit non se obligat ad leges illius status, quousq; statũ illũ re ipsa assumat, cũ non exprimat in suo uoto obligationẽ ad peculiares leges illius status, sed clericatus est quidã status vt patet, igitur qui illũ assumere pollicetur, non statim astringitur ad eius leges seruãdas, & ideo

nec ad Castitatem, quippe quæ non obligat, nisi eiusdem status actu professores, qui sese per actualem Ordinis susceptionem, ad illam solemniter obligarunt.

Tum secundo, quia si aliquis uoueret suscipere ordines sacros post annũ, elapsoq; anno, non adimpleret suum votum, iste, & si peccauit non adimplendo prædictum votum, nõ tamen sibi imputabitur ad culpam, quod non dixerit diuinum officium, ad quod recitandum obligat ordo sacer & cadit sub suo voto consequenter. Similiter etiam si est fornicatus, non peccauit contra votum castitatis, quod erat emissurus, in sacris Ordinibus initiatus; veluti qui vouit Religionem ingredi, & interim quod est in seculo, vel antequã professionem solemniter emitteret, res possidet immobiles, non dicetur peccare contra votum paupertatis, vt patet; sicut etiã qui voueret vxorem ducere, interim quod matrimonio non coniungitur, non est adulter fornicando, ergo votum de sumẽdis Ordinibus sacris, non est votum Castitatis.

Tum tertio; quia votum, cum sit lex quædam singularis quam homo sibi ipsi præstituit, eodem modo indicandũ est de obligatione voti, quo iudicatur de obligatione legis: sed si esset aliqua lex qua obligaretur Lucas, vt fieret post sex menses Subdiaconus, nec iste tamen transacto tẽpore obediret legi, sed vagaretur ad libitum, incurreret solã culpam omissionis non suscipiẽdo illum Ordinem, ad quem lege astringebatur; nec cõfessor exigeret ab illo, quare interim non seruarit Obedientiam, & Castitatem, aut quare non recitarit diuinum Officium, vel cætera nõ peregerit, quæ esset peracturus in Sub diaconatus Ordine. Nec pro his aliquam iniungeret pœnitentiam, sed solum pro eo: quia non suscepit Subdiaconatus Ordinem, & de hoc interrogaret ipsum. Igitur prædictum votum de Ordinibus suscipiendis, non est castitatis aut Religionis. Tandem si in voto susceptionis Ordinis includerentur opera annexa Ordini, nempe Castitas, & Obedientia, sequeretur quod habens tale votum, si vxorem duxerit, arctaretur adhuc ad votum obedientiæ in his, quæ coniugio non contrariantur; & similiter ad votum Castitatis, saltem quo ad alias mulieres, præter suã: immo eadem ratione sequeretur, quod esset obligatus persoluere Horas Canonicas, ad quas ipsi Clerici tenentur, quæ omnia sunt absurdissima.

Quare concludo, quod cum emissum a Luca votum, de sumendis Ordinibus sacris, non sit votum Religionis, vt luce ipsa est clarius, cum non sit status, quo per omissionem professionis Regulæ approbatæ, se totum subiicit prælati Imperio, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 186. Non. n. Clericatus est Religio: nec etiam sit votum castitatis, vt probauimus, & in omnibus aliis, ab his duobus, concedatur in dicto Iubileo dispensatio, poterit Confessor Lucæ votum ralaxare, imponendo aliquid loco eiusdem. Nequaquã tamen illi concederem facultatem, vt vxorem duceret, sed potius cælibatum in sæculo obseruaret, & in aliqua deuota secularium Confraternitate diuinum obsequium frequentaret, tantoq; difficilior in hoc remittendo voto debet esse Confessor, quanto ex prima disiunctionis parte, colligitur intendisse Lucam, in pœnam commissi sceleris, ingredi Religionem, eademq; per accidens saltem, vouere, & secundario, quãdo hanc non ingrederetur, sacris ad minus initiari.

Vnde huiusmodi uotum, & si disiunctiuum, & disiunctionis electio pendeat a libera voluntate Lucæ, nihilominus videretur, quo ad primam disiunctionis partem, esse Religionis, & sic iuxta communem opinionem, indispensabilem, per dictum Iubileum, quamuis quo ad alteram disiunctiuam partem, & secundariam; quæ est de suscipiendis sacris Ordinibus, sub dispensatione cadat.

Nec obstant in contrarium adducta. Nec; ex eo quod promissio fit propter promissum, nihil aliud infertur, nisi quod vana & frustatoria esset promissio, si ipsum quod promissum est, executioni non mã-

daretur,

daretur, neque ad actum reduceretur.

Quo fit, vt debitor futuræ promissionis, sit astrictus facere id, quod sub futura promissione continetur: non tamen inde sequitur, quod hæc promissio immediatè, qua Lucas obligat se ad suscipiendos Ordines, cadat sub executione Castitatis seruandæ, cum huius votum, non includatur in præcedenti voto, nisi mediante actuali susceptione Ordinis &c.

Ad id vero, quod additur, magis intendi opus, quam promissionem, sicut magis intenditur a quolibet terminus, quā via.

Respondetur, id esse verum de opere, quo est proxima, & immediata materia voti ita, quod respectu cuiuslibet promissionis, verum est intendi magis ipsum opus, quam ipsam promissionem; sed respectu primi voti, quod fuit de suscipiendis ordinibus: ipsa initiatio & Ordinum sumptio est opus, & obiectum, & non Castitas, vel obedientia, vel recitatio diuini Officij, & cętera similia, Ordinibus annexa.

Quare fatemur, quod sicut suscipiuntur Ordines, vt castem viuatur, vt obediatur Prælato, & propter alios actus Ecclesiasticos; ita fit votum de sumendis Ordinibus, vt sumantur. Hoc enim est opus, ad quod solum ordinatur dicta promissio, & huiusmodi in sacris Initiatio, est terminus totalis dicti voti.

Ad illud denique quod dicitur, principale trahere secum accessorium, satisfacimus, verum esse eo modo, quo accessorium continetur in principali: iam autē Castitas non continetur in promissione de suscipiendis Ordinibus; sed in ipsa actuali eorundem susceptione, opera si quidem Continentiæ, Obedientię, recitationis diuini Officij, non nisi mediante Ordinis sumptione actuale, cadunt sub promissione simplici, clericalis status suscipiendi: vt egregie Caiet. 2. 2. q. 88. artic. 1. & Sotus de iust. & iur. lib. 2. q. 2. art. 1. & alij comprobant.

CASVS XIX.

Simeon Sacerdos, citatus a suo Ordinario, nec comparere vnquam volens, suspensus est ab officio, ratione contumaciæ: qui cū se ad hanc Diœcesim, in qua satis est cognitus transtulerit, nec de tali suspensione hic constet, celebrauit sæpe, fructusque sui beneficij percepit.

Quæritur an Irregularitatem incurrerit, & an Confeßor teneatur cogere hunc, ad fructuum restitutionem.

DVo in præsenti casu quæruntur, alterum, num D. Simon irregularitatem incurrerit: alterum, num Confessor teneatur ipsum cogere, ad fructuum restitutionem.

Ad primum respondemus, dictum Simonem suspensum ab Officio celebrantem, effectum esse irregularem.

Tum quia Theologorum, ac Iurisperitorum regula est generalis, quod quando aliquis est suspensus a Iudice, vel a iure ab aliquo actu speciali alicuius Ordinis, vt puta a celebratione, ab Officio, ab Ordine, & aliis huiusmodi, siue sit a tali actu suspensus principaliter, siue consequenter, si exequatur illū actum, redditur irregularis, maxime si fiat talis suspensio sine modificatione, qua dicatur, quosque satis fecerit, & pœnituerit. Id quod probatur, c. 1. De sent excomm. lib. 6 & cap. 1. De re iud. eod lib Quibus in locis innocentius, ab omnibus receptus testatur, illa duo capita, non modo habere quo ad hoc locū in casibus, in quibus speciatim loquuntur, sed etiam in omnibus aliis, quibus suspensio violatur: cum non fuerit mens pontificis, qui fuit ipsemet Innoc. 4. inducere ibi quicquam de nouo; sed solum antiquas sanctiones canonicas declarare, quibus irregularitatem incurri meminis textus. Tum secundo, quia suspensio, concomitatur personam, sicut excommunicatio, vtraq; enim decernitur aduersus personam, in pænam sui delicti. Et ideo vbicumque suspensus, siue excommunicatus celebret, irregularis efficitur. Et quamuis ab huiusmodi suspensione ob contumaciam, etiam si confirmata esset per Papam, absoluere valeat Episcopus & eius

vice

vice gerens: Arg. c. Nuper. De sent. excō. &c. ex literis. De Cōst. Et tradit Innoc. c. 2. De Solut. Cum tamen hæc suspensio, quæ lata est in Simonem contumacem, sit special is, nemoq; possit alienam iurisdictionem vsurpare, nequit præfectus Simō absolui in aliena diœcesi, inuito suo Episcopo, veluti cum lis est contestata inter partes, in tribunali proprij iudicis, nō potest nisi per ipsum, vel per Pontificem lis peragi. Sot in quarta dist. 22. q. 2. artic. 3. & alij.

Tum denique quia is, qui est in aliena diœcesi, non videtur posse absolui, nisi de licētia saltem interpretatiue sui Episcopi, & manifestum sit, quod si dictus Simon, impetrasset ab Episcopo facultatē peregrinandi, (vt in primitiua Ecclesia mos erat.) Licet eo ipso cōcessa sibi fuisset licentia confitendi vbilibet, non tamen absoluendi a casibus reseruatis, nisi expressam de his facultatem obtinuisset; vt idem Sot. vbi supra d. 18. q. 4. ar. 2. & communiter Doctores asserunt; ergo efficaciori ratione, cum Simon discesserit inuito suo Episcopo, a quo fuit suspensus nullo modo potest in aliena diœcesi absolui.

Quo fit vt cum ita suspensus celebrauerit, in irregularitatem inciderit, in qua solus Papa dispensat. Innoc. & communis in c. 1. De re iud. lib. 6. adiunctis, quę dicit. in c. 1. de sent. excommunic. eodem lib. & c. fina. de excef. Præl. Siluest. verb. suspensio. §. 5. Ang. eodem. 3. §. 1. Tab. eo. §. 9. Nauar. in Manu. c. 27. num. 163. & c. 25. num. 93.

De eo autem quod rursus petitur, an Confessor teneatur cogere dictum D. Simonem, ad fructuum restitutionem, varia est Doctorum opinio; nam Innoc. c. Pastoralis. De appel. existimat, suspensum tantum ab officio, non posse percipere beneficiorum fructus. Ratio sua est, quia beneficium est accessorium ad officium, & ideo qui officio fungi non potest, beneficio frui non debet.

Pet. vero de Anchar. in Clem. Cupientes. De pæ. arbitratur, suspensum ab Officio propter contumaciam, non intelligi suspensum a beneficio, idq; probat ex c. Presbyter, Si a Plebe 2. q. 4.

Nos vero, communem sententiam amplectentes, existimamus, supensum simpliciter ab Officio censeri solum esse a beneficio, suspensum, quo ad ea quę dantur ei, qui interest diuinis Officii; non autem quo ad alia, & ideo dictum Simonem, nō teneri ad restitutionem fructuum, quos ex suo beneficio percepit, nisi forte suspensio fuerit tam diuturna, vt tacitè, vel expressè habeat vim priuationis. Ita Bonifac. in Clem. Cupientes. de sentent. excom. & probatur.

Tum quia pœnæ sunt restringendæ. de reg. iur. c. In pęnis.

Tum quia suspensus a quibusdam actibus, non est suspensus ab aliis, qui non sunt annexi illis; vt suspensus a iurisdictione, non est suspensus ab ordine, quia hic est diuersus ab illa cap. Aqua, de consecrat. Eccles. & c. Transmissam, de elect. Sed beneficium est quid diuersum ab Officio, talesque redditus conuenerunt sibi alia ratione, quam ob exercitum officiū, a quo est suspensus, ergo per suspensionē officij, non est fructibus beneficii priuatus. Tum etiā quia multa ad beneficium spectantia, facere potest suspensus ab Officio clericali, qualia sunt regere, & gubernare illa, quæ ad se attinent, & alia quæ non sunt diuina officia, vt not. gl. Clem. cupientes. De pæn. §. cuto aliam, & Gasp. de Cald. in dict. Clem. Cupientes.

CASVS XXX.

VRsula inuisens filiam suam monialem, ingressa est interiorum monasterij ianuam secularibus prohibitam ex decreto Concil. Trid. sess. 15. Capit. 5. & Pij V. ac Gregorij 13. Idque facit nulla habita superioris licentia; sed filiæ, & aliarum consanguinearum precibus solicitata, ut commodius cum eisdem totum ferè illum diem transigeret.

Quæritur, an ab excommunicatione in quam

quam incidit, possit a suo parocho absolui; & quid in hoc casu, non publico alijs debeat Confessor pœnitenti mulieri consulere.

HIc casus dubius redditur, ex vsu interpretante ingredientes Monialium septa absque licentia, contrauenire m otui Pij Quinti, & Gregorii xiij. & ita remittuntur absoluendi Sede Apostolica. Iam autem consuetudo, sicut legem statuit, ita eandem interpretatur.

Quo ad alteram partem sit anceps, ex ui & tenore bullæ emissæ a Pio V. confirmatæ per Gregorium xiij. quã si quis legat, & verba perpendat, apertè admodũ coniiciet, Vrsulam non incidisse in eam excommunicationem, quam sibi dicti Põtifices reseruarunt, bene autem in illam, quæ lata est a Cõcil. Trid. sess. 24. c. 5. quæ cum nulli sit reseruata, posset dicta Vrsula a suo parocho absolui, imposita salutari pænitẽtia. Hoc aũt esse manifestum cõstabit intelligenti & cõsideranti illos motus proprios, tũ quo ad titulum, tũ quo ad narrationẽ. Nã cũ principio colligatur dispositio intentio. l. fi. ff. de hered. inst. & Titulus dictarũ Bullarum sic se habeat. Reuocatio quarumcunque literarum concessarum &c.

Sequitur intentionem Pontificis esse, excommunicare, & sibi duntaxat reseruare, quãdo quis sub facultatis obtentę prętextu ingreditur.

Nam si Pontificis intentio esset, ferre sententiã excõicationis, & reseruationis in omnes, qui quocunq; prętextu, absq; licentia ingrediuntur: vteretur verbo. prohibitio, ne quis ingrediatur, &c. & nõ duntaxat, Reuocatio. per hoc enim clare innuitur, voluisse solum reuocare licentias quascunque datas, & reseruare sibi abusum illarum: non autem absolute reseruare quemcunque ingressum.

Præterea, cum in Concil. Trid. sess. 25. c. 5. interdictum omnibus sit cuiuscunq; generis & conditionis, sexus, vel ętatis fuerint, ne ingrederentur septa Monasterii: sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis habita, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, & quam plurimi nobiles, post dictam prohibitionem, impetrauerint a Sede Apostolica facultatem, vt non obstante dicto decreto ingredi eis liceret Monasterium Monialiũ, & Sedes Apostolica id concesserit quam plurimis, ita vt ea sanctimonialium clausura, quã dictum Concilii Trid. reformare intenderat, magis multo quam primo frequentia ingredientium sæcularium violaretur, & id quod bono fine erat concessum, in ipsarum Monialium perturbationem redundaret, decreuerunt Summi Pontifices omnes licentias datas, reuocare; remque dispositioni iuris communis relinquere, quo pęna excommunicationis, erat lata in ingredientes, & solummodo excommunicarunt illos, qui dictis licentiis vterentur, & sub prætextu illorũ Monasteria ingrederentur, huiusq; excõmunicattionis absolutionem sibi reseruarunt. Adde quod ex narratione contenta in dictis proprijs motibus constat, summos Pontifices moueri ex perturbatione, quam ingredientes per concessiones a Sede Apostolica habitas probebant sua frequentia Monialibus; cui vt consulerent & prouiderent, reuocarunt omnes dictas licentias. Iam at legis ratio, est intentionis manifestatio. Vnde in corpore Bullæ semper adiungitur cõiunctio, sic, per quã fit restrictio ad prædictas licentias, & denotatus excommunicationem non ferri, nisi in hoc est, prætextu licentiarum, ingredientes. l. Huiusmodi. ff. de leg. 1. Nec obstant illa verba, quæ subdũtur vel quocunq; alio modo, illis enim solũ limitantur ij, qui licentijs alio modo obtentis, quam a Sede Apostolica ingrediuntur, ita quod intentio Summi Pontificis est, non modo reuocare facultates datas a Sede Apostolica, verum ẽt a quibuscunque inferioribus, nisi in casibus vrgentibus, relinquendo rem omnem iuris dispositioni, & decreto Conc. Trid. Vbi supra.

Hæc omnia & si magni sint roboris, & vbi de summi Pontificis mente alia via quã verbis Bullæ non constaret, euidenter

ter propositum suum concluderent. Nihilominus tamen crediderim, Vrsulam excommunicatione dictarum Bullarum esse irretitam, nec posse nisi Sedis Apostolicæ authoritate absolui.

Tum quia significatio verborum, licet vnum significet, si voluntas principis facientis legem, aliud sentit, eidem standũ est. Vt est Text. cum Gloss. in l. Et puto. §. 1. ff. Famil. ercisc un. quam allegat Bald. in l. Cum verum C. De fideicom. sed pontificũ mentem extitisse, reseruata sibi excommunicatione, illaqueare quoscunq; quomodolibet ingredientes, absque causis in iure expressis, vt constat liquido.

Tum ex multis litteris ad varios Episcopos hac de re missis in occurrentibus casibus.

Tum quia consuetudo est interpretatiua legis positiuæ, c. Cum dilectus; de consuetudine. l. Si de interpretatione. ff. de legi. Et notat Ioan. And in c. quod dilectio. De consang. & Affin. Iam autem in tota ferme Italia est de consuetudine recepta intelligentia illarũ Bullarum, quo ad omnem illicitum ingressum.

Tum quia Sedes Apostolica quotiescũque nouit alicuius ingressum illegitimũ ad Moniales, cum illo egit in absolutione, tanquam cum subiecto excommunicationi sibi reseruatę.

Tum quia non videtur rationi consonum, dicere eas mulieres, quæ facultate olim habita ingrediuntur, ad inuisendas consanguineas, irretiri excommunicatione á solo Pontifice, absoluendas, eos vero qui ingrediũtur ad scelus aliquod cõmittendum, absq; omni licentia, non ita grauiter illaqueare, sed posse a quocunque Cõfessore de sua excommunicatione absolui, & sic pœna esset improportionata culpæ contra Cap. Non afferamus. 24. quæst. 1.

Tum denique, quia summæ pænitentiariæ Præfecti, cum de tenore dictarum Bullarum dubitassent, vtrum quoscunq; ingredientes complecterentur; essent ne reuocatoriæ solum, vel insimul prohibitoriæ, consuluerunt summum Pontificem Gregorium xiij. qui viuæ vocis oraculo illis exposuit, suam fuisse & esse mentem, non modo reseruata excommunicatione prohibere vsum quarumcumq. licentiarum, quæ a Sede Apostolica, & ab aliis erant concessæ: sed etiam ingressum omnem inordinatum. Id quod testatur Nauar. comment. In ca. Statuimus. 19. q. 5. num. 62.

Quamuis ergo eo loci, quo de Pontificis animo non constaret; sed ad contexturam & verba illarum Bullarum respiceretur, non incurrerent in excommunicationem in ipsis reseruatam Vrsula, & alii, qui Monialium septa ingrederentur, absque dictis licentiis: quia ignorantia intellectus veri, iuris humani dubij, excusat a peccato saltem mortali, secundum Innocen. in c per tuas 2. nu. 4. De Simonia, & sentit Bald. in l. Ab eo. C. Quomodo & quan. iu. relatus a Felyn. in cap. Nam. De Const. Bene tamen, in eam quæ lata est in Concil. Trid. a qua potest quilibet parochus absoluere, cum nulli sit reseruata, vt colligitur ex Innoc. & Hostien. in c. Nuper. De senten. excommu. Estq; communis opinio S. Tho. & D. Bonauenturæ, & aliorum Theologorum in 4. d 18. & Sylu. aliorumque Summistarum verbo, Absolutio. 1. not. 2. Vbi multis rationibus probat Syluester, Parochos, & immo & simplices Sacerdotes approbatos ad cõfessiones, & potentes absoluere a peccatis mortalibus, posse absoluere a quacunque excommunicatione maiori nulla reseruata, non quidem authoritate propria, vt Episcopus; sed ex commissione, quæ intelligitur facta per summum Pontificem, eo ipso quod absolutionem sibi, vel alteri non reseruat. Vbi etiam Nauar. in Man. c. 17. num. 39.

Nihilominus tamen in his Italiæ partibus in quibus comperta satis est omnibus, Pontificis summi mens, vsu & consuetudine recepta, & cõfirmata, & ab Episcopis sæpe sæpius declarata, non est quod verbis & tenore Bullarum dictarum valeat Vrsula, aut quis alius sese protegere ab excommunicatione reseruata,

si

si in septa Monialium illegitime ingrediatur: Quamuis omnis ambiguitas tolleretur, & fidelium conscientiis esset satis consultum, si Edicto publico mentem suam Sedes Apostolica declarasset.

Interim, tñ si alicui Confessori nõ est animus Pontificis notus, non sic Bullarũ illarũ verbis adhæreat, vt se facilem præbeat in absolutione præstanda, sed Episcopum semper consulat vt ipsius consilio tam suæ, quam pœnitentis conscientię salubrius prouideatur.

CASVS XXXI.

CVm Antonius, propositum firmum haberet, occidendi quendam nec precibus, aut minus reuocare eum valeret Franciscus a tali perpetrando homicidio; promisit etiam centum aureos de suo si ab huiusmodi peccato desisteret deditque statim quinquaginta, cum fide certa, dandi, inde ad mensem reliqua. Ac proinde Antonius mutato animo quo necem, atque cum spe habendi promissam pecuniam, ad confitendum accedit.

Quæritur, ad quid dictus Antonius teneatur, tam quo ad e quinquagintæ habenda quam quo ad habita, quid ve Confessor debeat hac in parte illi iniungere.

EX duplici capite iste casus difficilis redditur. Primo quia qui male recipit ab eo, qui bene dat, ita vt turpitudo sit ex parte accipientis tantum, tenetur danti restituere id, quod accipit cap. non sanè cum Glos. 14. q. 5 & l. 2. ff. de condict. Ob turpem causam. Et hinc est, quod quia vsuram soluere non est peccatum. c. Debitoris. De iureiurando, & recipere autem sic. c. quoniam. De Vsuris. tenetur accipiens vsuras restituere. Et hæc consequentia regulariter valet: his tenetur aliquid gratis facere; ergo turpiter accipit aliquid, quo faciat, illud iuxta gl. l. 4. §. fi. de condict. Ob turpem causam, & in cap. Qui cum iure. De furt. Vbi late Ana. & Adrian. in quar. de restitutio. quæst. 9

Secundum, quia cum Antonius ex diuino præcepto obligetur, ad non perpetrandum tale homicidium, quicquid sibi datur, vt abstineat, est cõtra voluntatem domini; vt habetur l. 4. §. 6. De Condict. Ob turpem causam. Quibus omnibus rationibus adductus Angelus asserit, Antonium teneri ad restitutionẽ eorum, quæ accepit, & nõ posse exigere reliqua quinquaginta, allegatq; Pan. c. Dilectus de Simon. Eiusdem opinionis est Antonius, & alii iurisperiti, in leg. ius gentium, C. si ob maleficium §. de pacto.

Sed his minime obstantibus dicẽdum est, Antonium non esse obnoxium restitutioni quo ad ea, quæ iam accepit, licet qui dederit, petere possit: quia lex non prohibet translationem dominij rei datæ, ne maleficium fiat, sed tantum concedit repetitionem, ita vt qui dedit, repetere possit iure, idq; in odium illius criminis, ne hominẽ iniuria, quas in alios meditantur, pretio vendant. l. Vt puta ff. de condict ob turpem causam; ergo quousque Franciscus non repetat, e[illegible] illa decem Antonii, veluti in quo repetitio datur. Tum etiam quia, & si Antonius gratis tenebatur abstinere ab homicidio, qa tamen in gratiam Francisci abstinuit, alioquin homicidium illud acturus, potest iure naturæ, pro sua illa mala voluntate pretium a Francisco sibi datum retinere, cum nihil accipiat alienum inuito domino.

Tum denique, quia quoties alicui datur repetitio, nec repetit, videtur renunciare iuri suo, gratisq; omnino donare, & qui habet, potest illud tuta conscientia retinere, ex quodam dantis consensu. Confessor tamen debet Antonio consulere, vt tales pecunias habitas expendat in pauperes, tanquam male acquisitas, sed si nolet, non est propterea ei deneganda absolutio, dummodo quo ad alia habenda, cognoscat non esse sibi debita in foro conscientiæ, nec ea velit, aut desideret, tanquam promissum legale ob homicidium, a quo gratis tenebatur abstinere? nullatenusque

tenusque

tenusque placeat illi suum factum illicitum, nec approbet illud dicendo ob id esse ipsi aliud debitum, sed probet solum affectum magnum atque desiderium, quo est obsequutus dictis Francisci, puterque illa alia quinquaginta, si sibi donentur a Francisco, elargiri animo, quem habet obtemperandi illi in omnibus licitis, & honestis vt optime declarat Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 5. Sot. de iust. & iu. lib. 4. q. 7. art. 1. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 41.

Obiectis autem in oppositum satisfacientes, fatemur esse verissimum, teneri ad restitutionem illum, qui accipit aliquid ne malefaciat, seu vt faciat id ad quod tenetur, nō solum debito iustitiæ, vt Sot. Vbi supra dicit, sed etiam debito quocunque legali; nec Antonium deobligari a restitutione, nisi ex quodam dantis consensu, donec scilicet repetat, saltem extra iudicium. Nam cum Francisco concessa sit conditio, quæ est actio personalis, quales sunt omnes conditiones, vt notatur in Rub. De cond. indeb. & nolit repetere cū possit, videtur quod libere donet, & magis in gratiam amoris sibi manifestati ab Antonio obsequente eius precibus, quā propter homicidium non perpetratum.

Nec obstat quod Franciscus ideo pretium dat, quia non potest, quod desiderat habere gratis, & propterea donatio videtur coacta; non inquam obstat, quia ad hoc vt consensus dantis impediat restitutionem, non sufficit quod malis habere gratis, quam pretio, quoniam alioquin etiam omnis venditor teneretur restituere pretium ementi, cum quilibet vellet potius gratis, quam pecunia emere, sed sufficit consensus prestitus via contractus approbari. Et licet in casu nostro, lex concedat repetitionem, non tamen prohibet translationem dominii, vt supra diximus. Et per hæc responderi potest, ad quæcunque in contrarium adducta.

CASVS XXXII.

Syluester vinculis traditus, conuictusque per duos testes de quodam crimine capitali, interrogatus sæpe a Iudice, tam in tortura, quam extra de rei veritate, negat se illud egisse, & cum in tormenti mori timeat, postulat sibi dari Confessorem, cui reuelet se metu suspendij negare veritatem.

Quæritur num consulere ei debeat Confessor, vt rem pandat, & si nolet, an illi sit absolutio deneganda.

PRo huius casus decisione præsuppono, ex doctrina D. Thom. communiter recepta. 2. 2. q. 6. art. 1. quemcunque legitimè, & secundum iura interrogatū, teneri ad dicendam veritatem, sub pœna peccati mortalis, quamuis ob id sic morte plectendus.

Tum quia agit contra debitum iustitiæ, quo quilibet tenetur obedire suo Superiori, in his, ad quæ ius prælationis se extendit; Iudex autem superioritatem in illo habet qui ab eo legitime interrogatus est: ideo eodem iure, quo iudex interrogat veritatem, Reus astringitur illam confiteri.

Tum quia contrariatur bono publico, quod pacificè conseruari non posset nisi crimina punirētur, & hoc fieri nequiret, nisi iudex, & testium testimonio, & confessione Rei causam cognosceret.

Quare tam testis, quam reus tenetur, cum legitimè interrogatur, veritatem manifestare.

Tum quia cum lex sit sanctissima, vt nemo criminali sententia antequam sit confessus condemnetur, nisi aut notorietate facti, aut testimoniis luce clarioribus, possit conuinci, tamen non est ei deneganda appellatio, nec pœna infligenda, quousque crimen confiteatur, vt dicitur l. obseruare, C. Quorum. appell. non recip. Quæ lex perniciosa esset, immo seruari non posset, si reus legitimè interrogatus, eadem legem non obligaretur, ad veritatem dicendam.

Tum quia sæpe iniuriam facit actori, qui cum iuste petat uindictam, iniuste diffamatur de calumnia, per negationem accu-

accusati: & semper facit iniuriam Deo, cuius est iudicium. Nam omnis potestas a Domino Deo est, & qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit.

Vnde ad diuinam gloriam spectat, vt Reus delictum, de quo iuridice quæritur, confiteatur, secundum illud Iosue. Fili mi da gloriam Deo Israel, & confitere atque indica mihi, quod feceris, ne abscondas. Tandem nequaquam liceret tormentis maximis agere, cōtra negantes veritatem in iudicio, si mortale peccatum nō esset, & grauissimum, veritatem celare, aut falsum dicere, & multo grauius, si id fiat, adhibito iuramento: quia tunc superadditur circunstantia periurii, contra virtutem Religionis, vt ait Gabr. in 4. d. 15. q. 6. ar. 2. Conci. 6. Et Sot. de Rat. reg. sacr. Memb. 2. quæst. 7. Concil. 2.

Præsupponendū secundo, quod Reus, vt dicatur interrogatus a Iudice secundū iuris ordinem, & teneatur veritatem fateri: tria potissimum requiruntur. Primū est, vt interrogans sit verus, & legitimus eius Iudex. Vnde qui aliquo priuilegio exempti sunt, si interrogentur a Iudice non competente, nō tenetur verū fateri: vt si clericus interrogetur de crimine a Iudice sæculari, aut Reus per iniuriā extractus ab Ecclesia, cuius immunitate gaudebat, Secundum, vt delictum sit probatum plenè, vel saltem semiplenè, hoc est, saltem per unum testem occulatum, & omni exceptione maiorem, aut per inditia illi testi ęquipollentia, aut per infamiam plenè probatam per duos ad minus testes iurantes se audiuisse a pluribus personis nō discolis, neque inimicis, sed fide dignis, vt ait Bar. in l. fi. n. 7. ff. de Quæst. & cæteri iurisper. c. Inquisitiones, & cap. Qualiter, & quando, de accus. Tertium, vt probatio sit iam posita in processu, & sit notificata Reo, vt sciat in quo statu res est, videatq; iustè, & iuridice interrogari a Iudice, & se teneri eius mandato obedire. Nam veluti nemo legi tenetur obtemperare, ante ipsius promulgationem, ita nullus tenetur parere, vbi contra se agitur, nisi constet eum, qui iubet, esse prælatum, & iuste præcipere, vt declarat vtrunque D. Tho 2. 2. q 69 ar. 1. & 2. & colligitur c. Quando vers. nō tibi dico, vt te prodas, De pæn. d. 1. & c. Oīa 6. q. 1. & c. 2. de maior. & obe. & c. 1. de Confess. Quibus in locis ostenditur clare, neminem se debere prodere, & quemlibet scientem, se iam proditum per semiplenā saltem probationem, debere Iudici præcipienti, vt verum fateatur, obedire. Sot. Vbi supra Nauar. in Manu. c. 18. n. 57. & c. 25. n. 35.

His sic declaratis respondetur, debere Confessorem Syluestro consulere, & præcipere, vt verum pandat, & si nolit, non est modo aliquo absoluendus. Ratio est euidentissima, quia nullus in peccato perseuerans est absoluendus, sed Syluester legitimè, vt supponitur, interrogatus. non respondes, secundum formam interrogationis, peccat mortaliter, vt supra ostendimus, & persistit in illo peccato, cum non habeat propositum dicendi veritatē, si iuridicè sit interrogatus, igitur non potest absolui, & si absoluatur, committitur sacrilegium, quia præstatur huiusmodi sacramentum impænitenti, estque omnino absolutio inualida, quia datur venia non merenti c. peccati uenia. De reg. iur. li. 6. & c. Legatur, 24. q. & c. Pœnitentia, & c. pen. d. 3. Nec Confessor irregularitatis periculum incurrit, consulendo, & præcipiendo Syluestro, vt cum a Iudice interrogatus secundum ordinem iuris fuerit, veritatem omnem aperiat, licet ob id capite sit plectendus; quia per hæc non dat causam propinquam deformationi. Dicitur enim causa propinqua, in casu proposito, dictum vel factum licitum, directū sufficienter in deformationem inde sequutā, ita vt ex natura sua, vel ex intentione operantis non generali, sed speciali, in deformationem tēdat; vt late vltra alios explicat Nau. in Manu. c. 37 n. 211. & colligitur Arg. c. de Occid. 23. q. 5. & gloss. sing. c. de cætero. de Homicid.

Aduertat tamen Confessor cum similis casus sibi contigerit, ne sit facilis in pręcipiendo, vt veritas dicatur a Reo in iacturam corporis, nec vecors permittēdo,

vt illam taceat, vel neget, in iacturam animę: sed summa maturitate, & consilio rē, & circunstantias omnes expendat, & in re dubia inclinet potius in fauorem Rei, ita quod nisi luce ipsa clarius, lex Reum cogat veritatem propalare, non est a Cōfessore cogendus, vt illam dicat, maxime in causa capitali, aut uergente in notabile damnum honoris, aut famæ, dum, ex altera parte non agitur de tanto periculo alicuius tertię personæ. Sot. de iust. & iu. lib. 5. q. 6. art. 2.

CASVS XXXIII.

VRsula inscio patre accepit ab amante suo multas pecunias quas pro arbitrij libertate, occulte expendit, alijsque donat, scientibus, ob rem turpem acquisitas esse.

Quęritur num accipiendo, & donando hæc inscio patre peccet mortaliter. Et si Confessor debet illi, & illis, quibus donauit iniungere, ut restituant.

IN hoc casu duo petuntur. Ad quorum primum, non obstante aliorum sententia, respondendum est Vrsulā peccasse mortaliter, accipiendo pecunias ab amāte suo. Tum quia sicut accipere mercedem pro opera occidendi aliquē iniustè, vel furandi vel quid, quid aliud turpe faciēdi est culpa lethalis secundum omnes, & non alia ratione, quā quia occidere, & alia prędicta facere, est peccatum l. 2. de Condict. Ob turpem causam, quæ probat, ideo turpiter accipere quem aliquid, vt hominem occidat; quia turpe est hominem occidere, & turpè esse accipere, vt sacrilegiū faciat, quia turpè est sacrilegium facere. Et l. 3. ostendit. turpiter accipere Iudicem, vt inique iudicet, quia turpè est, inique iudicare. Et l. 4. Turpè quē accipere, vt stuprum faciat: quia turpè est stuprum facere. Ita a simili accipere mercede pro fornicandi opera, est culpa mortalis, cum opus illud sit lethale in foro cōscientiæ. Tū quia licet illa fœda actio meretricandi, quatenus est res quędā humano vsui accōmodata, sit pretio ęstimabilis, ideo in genere entis sit vendibilis: in genere tamen moris, est inuendibilis: quoniā est actus intrinsecè malus, pro quo nihil iuste potest promitti, dari, vel accipi.

Tum quia pro indubitato est apud omnes, Assassinum, & quemuis alium locantem operas suas ad perpetrandum scelus, & accipientem mercedem ob eas, peccare. l. Iuris Gent. §. Si ad maleficium ff. De Pact. l. 1. 2. 3. & per totum, ff. De Condict. Ob turpem causam, & l. Generaliter, ff. De Verb. Oblig. & l. 1. ff. De recept. & C. De Condict. Ob turpem causam, per totum Titulum, & c. 1. de Schisma. lib. 6. & c. 1. de Hom. li. 6. Nec ullus est in toto iure textus: qui innuat licere accipere pretium pro peccandi actu, vel cooperandi peccato, excepta meretrice quo ad forum exterius. Tum quia omnia iura diuina, & humana respiciūt potius in actu peccatis, id quod est de genere moris, quam quod est de genere rei, quę sunt inseparabilia, & ita vetant absolute ne pro tali actu accipiatur, detur, vel promittatur aliquid: cū in genere moris sit nihil: & ideo nullius pretij. Tandem vt ait Caie. 2. 2. q. 100 ar. 2. Quamuis aliquid sit vendibile in se, nō tamen potest vendi licitè; cum miscetur inuendibili.

Quare cum actus fornicationis licet in se, & vt est quidam actus sit appretiabilis, coniunctus tamen fornicationi indiuisibiliter, quæ est intrinsecè mala, & nullius omnino pretii, nequit licite vēdi: quoniā omnia iura diuina, & Canonica respiciūt in eo magis quod est in genere moris, quā quod est in genere entis. Secundum, An tam Vrsula, quam isti, quibus donauit, teneantur ad restitutionem, est satis inter Doctores controuersum. Quidam .n. arbitrantur, illas pecunias acquisitas esse patris, & ideo illi restituendas. Tum quia quicquid filius existens sub potestate patris acquirit, patri acquirit de bonis aduētitiis non castrensibus, nec quasi castrensibus. c. Non solum, & l. Cum oportet. C. De Bon. quæ lib.

Tum

Tum quia hoc videtur Vrsulę, ratione iniuriæ ob turpitudinem sibi illatæ, sed huiusmodi turpitudo fit potissimum in iniuriam patris, cuius possessio est filia.

Alij arbitrantur omnes has pecunias restituendas pauperibus.

Tum quia non possunt retineri ab Vrsula: quia titulus, quo aliquid ob maleficium datur, est ipso iure nullus. l. Iurisgent §. Si ob maleficium. ff. De pact. l. Generaliter, ff. De verb. Obligat.

Tum quia sicut acceptum per simoniã non potest iure retineri, c. De Hoc. De Simon. nec debet restitui danti, cum ex vtraq; parte versetur turpitudo, & liberè donauerit, sed Ecclesiæ vel pauperibus; ita id, quod acceptũ est per fornicationẽ.

Tum quia P. Aug. in c. Non sanè. 14. q. 5. asserit eum, qui ob maleficium accepit, satisfacere restituendo pauperibus.

Nos vero & si optimum existimamus Consilium, vt hæ pecuniæ ab Vrsula, & aliis acceptæ, restituantur pauperibus; nõ tamen ad id obligari a Cõfessore possunt: sed vti, ac frui dictis pecuniis sine vllo restitutionis onere, in foro conscientiæ valent: dummodo sine dolo easdem Vrsula obtinuerit, & ab eo qui poterat dare.

Tum quia nulla lex diuina aut humana iubet, vt acceptum iniustè de voluntate dantis, ita vt, turpitudo sit ex vtraque parte, alicui restituatur, & ita non est dicendum §. Illam. C. de Collat. c. Legatur, 23. quęst. 4.

Tum quia in pari causa turpitudinis, melior est conditio possidentis: de reg. iur. lib. 6. c. in par. delicto. Nec restitutio debet fieri pauperibus: quia ea, quæ illis, & non certæ personæ est facienda, non obligat regulariter, vt ait S. Ant. 2. par. ti. 1. c. 32. Puella autem illas pecunias possidet, datas sibi ob turpitudinem.

Tum quia l. Iurisgentium. §. Ob maleficium. ff. de Pact. decernit id quod ob delictũ datur repeti non posse, neque quod ob delictum promittitur, peti; sed non præcipiũt acceptum ob delictum, esse alicui reddendum. Nec debet restitutio fieri patri, cum nõ intuitu patris, sed puellę sit datum, & ob alia citata a S. Ant. 2. par. tit. 1. c. 33 Sot. lib. 4 q. 7. Ar. 1. Et si. n. deflorãs coactè virginem teneatur eam vel in uxorem ducere, vel competenter dotare, vt dicitur c. 5. De Adult & Exodi 22. & vltra hoc, obligetur, ad placandum aliis patrem, & satisfaciendum ei pro iniuria illata, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 154. art 6. Nihilominus si absq. dolo, & deceptione, illa rei se offerat, vel leniter rogata, in stuprũ consentit, nihil est illi restituendum in foro conscientiæ, quia scienti, & sponte consentiẽti non fit iniuria, nec dolus, c. sciẽt, de reg. iur. lib. 6. Quare cum hæ pecuniæ ab Ant. sint datæ Vrsulæ, non pro satisfactione iniuriæ paternæ, nec pro dote, sed pro signo amoris, & vt in turpitudinem libentius ipsa consentiat, & ita tanquam res derelictæ, sint possidẽtis, sequitur posse Vrsulam illas etiam, aliis donare.

CASVS XXXIV.

Petronius Presbyter ante legitimam ætatem, Sacrum Ordinem sacerdotalem suscepit, de quo peccato postea Confessus, & existimans sibi licitum esse sacra facere, celebrauit sæpe, & beneficium Ecclesiasticum obtinuit. Nunc vero uigesimum cum agat, ac quintum annum sit sibi scrupulus a quibusdam, quibus est notus, de suspensione, & irregularitate: ideoque ad Confessorem accedit.

Quæritur, num in foro conscientiæ sit suspensus, & irregularis, debeatque beneficium renuntiare. Et si possit ab Episcopo absolui, ac Beneficio confirmari.

In hoc casu quãtuor potissimum inquiruntur. Quorũ primum est. An huiusmodi Petronius sit suspensus. Et breuitati consulens respondendum puto, quod si iste, cum sciret ætatis suæ defectũ, est dedita opera sacris his ordinibus initiatus, suspensionis pœnam ipso facto incurrit: per extra. Pij II. Quæ incipit. Cũ ex sacrorum, quæ non est impressa, & cuius mentionem facit Villad. de irregul. col. 1. & Nauar. in Repet. c. Accepta. oppos. 8. nu.

34. de resti. spol. Et in Manu. c. 25. num. 70. Et Excommunicationis gladio est pcussus, iuxta sententiam ab Episcopis ante Ordinũ celebrationem promulgari solitã, in eos, qui à iure prohibiti, ad suscipiendos aliquos Ordines accedere audẽt c. Innotuit, de eo qui furt. Defectus enim ętatis, irregularẽ facit, vt late probat Villad. de Irregula. col. 39. Et facit c. fin. de Temp. Ord. lib. 6. Si vero bona fide suscepit, & quadam animi simplicitate; existimans legitimam, & completam attigisse ætatem, est ordinatus; nec in excommunicationem, nec irregularitatem aut suspensionem incidit. Non quidem in irregularitatem, vel suspensionem eo quod Pius 2. in dicta Extra. non fert suspensionis censuram, nisi in eos, qui dolose accedunt; vt patet ex illo verbo, præsumpserint, & notat Card. Clem. 3. q. 38. de Priuil. & Nau. in Man. c. 27. nu. 155. Nos item succumbit excommunicationi maxime si diligentiam adhibuit, qua certior redderetur de sua ætate. Tum quia non videtur tũc peccasse mortaliter. Id quod exigitur ad incurrendam maiorem excommunicationem. Tum quia verbum, audeat, positum in Episcopali excõmunicatione insinuat dolum, & malam fidem, quæ in isto non fuit. Secundum quod quæritur est, dato quod sit suspensus, qui sciẽs ætatis suæ defectum, ad Ordines suscipiendos se ingesserit, num postea sacra faciens, irregularitatem aliquam contraxerit, Ab hoc dicimus, quod licet iure communi suspensus, exercendo aliquem actum peculiarem alicuius Ordinis, in irregularitatẽ labatur per c. 1. de sent. excomm lib. 6. & c. 1. de re iud. eo. lib. & vtrobique Innoc. receptus communiter. Et in dicta Extrau. Pij 2. expresse habeatur, quod si is, qui ante legitimã ætatem est ordinatus, huiusmodi suspensione durãte, in eisdem Ordinibus ministrare pręsumpserit, eo ipso irregularitatẽ incurrat, & c. Petronius tamen celebrando, vt fertur, est ab irregularitate immunis, quia & si temerarie se ad Ordines ingesserit, postea tamen bona fide, & pura simplicitate, per confessionem purgato peccato, exercuit Ordinẽ, existimans id sibi esse licitum. Et ideo cum nec scienter, nec temerariè id fecerit, & ad hanc irregularitatem incurrendam requiritur, quod sciens & audax celebret, ab irregularitate excusatur; vt declarat Naua. in c. accepta de rest. spol. 8. n. 22. & in Man. c. 27. n. 156. Ad tertiũ quod petitur, vtrũ saltẽ astringendus sit ad Beneficiũ renuntiãdum, quod sibi collatum est, cum careret ætate, & esset suspensus. Huic dubio ita satisfacimus, quod si iste sciens, aut scire debens se suspensum, & excommunicatum, atque irregularem, Beneficium ecclesiasticum accepit, lethaliter deliquit, & titulus est nullus c. cum inter. de elect. c. Pastoralis, & c. si celebr. de cler. excom minist. Et ideo astringendus est a confessore, vel quidem renunciare, vel habilitatem, ac dispensationem occultè a sum. Pontif. impetrare, faciendo expressam mentionẽ de intrusione, ĩ quã incidit, accipiens sciẽter possessionem dicti beneficii: vt probat Fely. in c. in nostra corol. 7. de Rescrip. Vel certè est admonendus, vt habilitatẽ à sum. Pontif. obtineat, ad Beneficium habendum, & postea clam expostulet ab Ordinario, vt illud sibi de nouo conferat. Et hoc consuluisse nuper, affirmat Naua. in Man. c. 27. n. 194. Nec tenetur fructus oẽs Beneficii interim acceptos restituere, q a per illã transgressionem, quod factus fuerit ante 25. annũ, presbyter suspenditur solũ ab officio. Iã autẽ suspensus simpliciter ab Officio, nõ censetur esse a Beneficio quo ad ea, quæ dãtur illi qui non interest diuinis Officijs, dummodo suspensio non sit tam diuturna, vt tacite vel expresse habeat vim priuationis, vt refert Bonif. in Clem. Cupiẽtes. Et ideo præfata Extrau. Pij 2. nõ priuat hos promotos ante ætatẽ, & sic celebrãtes, Beneficiis ipso facto, sed ait, quod vltra alias pœnas, in tales generaliter a iure inflictas, Beneficiis Ecclesiasticis, quę obtinent possit iure priuari.

Vtrum tamen si Petronius sic suspensus, scienter ac temere celebrasset, posset Episcopus cũ illo in irregularitate dispensare. Respõdeo q. sic authoritate Episcopis

pis cōcessa in Conc. Trid. sess. 24. de Reformatione, c. 6. vbi sic dicitur: liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quę oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forū contentiosum dispensare, &c.

Tum quia actus susceptionis Ordinis, licet fuerit solemnis, & publicus: ipsa tamen irregularitas est ab occulto delicto proueniens: publicum siquidem dicitur, quod est notorium, manifestum, & famosum, ideoque vt delictum dicatur publicum, non sufficit quod actus ipse sit publicus: sed requiritur vt publicè sciatur esse delictum.

Tum quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum qualitatem eius l. in delictis. §. 1. ff. de noxalibus: & ideo occulta irregularitas iudicatur pænes occultationem delicti.

CASVS XXXV.

EVphemia ancilla cuiusdam mulieris N. bonæ olim famæ, videt nunc illā impudice viuere, nec velle se abstinere a concubinatu. Quo fit vt non modo necesse sit dictæ concubinæ, ad eam ornandum inseruire, verum & mensæ concubinariorū ministrare. Nunc rem aperit Confessori.

Quæritur an debeat à Confessore absolui, si nolit de domo dictę mulieris vllo modo discedere, nec ab huiusmodi obsequijs desistere.

CAsus iste, & si multiplicem habeat dubitandi rationem, decidendus tamen est hac vnica conclusione. Pedissequa non est mortali culpæ obnoxia, illis in rebus concubinarijs inseruiendo, quæ de per se, & ex natura sua sunt licitæ, aut indifferentes, secus si in aliis obsequiis de se illicitis occupetur.

Quod ipsum sic palam est; quia huiusmodi ancilla non cooperatur illis actibus, quatenus ordinatis ad concubinatum, siue vt procedunt à mala voluntate concubinariorum, sed cooperatur duntaxat illis, quatenus sunt actus deseruientes nutritioni, & sustentationi naturę, & corporis ornamento, quomodo Deus et cooperatur eisdem. Quare cum absolute loquendo inseruiat actui comedendi, & induendi, vt est actus hominis, non vitii, immunis redditur a peccato, vt egregiè ostendit. Caiet. 22. q 147. ar. 4. Confirmatur quia veluti licitū est inuitare, & prouocare iusta de causa alium, ad opus aliquod suo genere bonū, vel indifferēs, nullatenus consentiendo in eo, quatenus fit male, vel vt est malū, quo pacto ipse Deus nos inuitat: immo iuuat ad agendum aliqua, quæ sunt peccata, quatenus sunt entia; cum vt talia sint a prima causa, a qua omnia habent, vt sunt. Et sicut egenti cōcessum est petere simpliciter mutuum ab vsurario, quem scit nō sibi gratis mutuaturum, nec peccat sic accipiendo: cum nō consentiat in dationē quatenus vsurariā.

Vtiq; vendere, aut dare peccatoribus non excōicatis necessaria, & vtilia ad sustentationem, nullum est delictum, dummodo id nō fiat intentione ex directo tendēte ad hoc, vt ipsi peccēt, vt colligitur c. audi deniq;, &c. Ad mensurā. q. 3. causa 2. eodem modo culpæ nō erit rea ancilla inseruiēs cōcubinariis, in iis actionibus, quæ vel ex natura sua, vel intentione ipsius non sunt directæ ad hoc, vt tale scelus cōmittant. Adde quod gaudere licet de eo, quod est peccatum alia ratione, quam quia est tale; vt de Redemptoris nostri Christi occisione lætamur, qua parte est pretium humanę Redemptionis, & dolemur. qua parte fuit grauissimum peccatum. Et Laurētius excitabat Decium Tyrānum, vt ipsum assatum ex altero latere verteret, & manducaret: cum tamen versio illa esset lethalis culpę ex parte assantis. Igitur quamuis concubinariorum comestio, vestitus, & ornatus sit peccatū ex voluntate praua eorum, non tamen ex parte Ancillæ, quæ talibus operationibus inseruit, vt vitæ necessitati conducunt. Caie. 22. q. 147. ar. 5. Nau. ī Mā. c. 19 n. 17.

Quia tamen ex hisce obsequiis sæpe sæpius ipsæ ancillæ in pericula animę incur

runt, vt quę vel videntes impudicissimos concubinorum actus, non possint, non concupiscentię illecebris exagitari, & prauis desideriis exardescere, vel iis, qui sciunt illas cooperari quodammodo illis cõcubinatui, non possunt non esse scandalo; agendum cum Euphemia à Confessore erit vt domo illa discedat, ne in peccatum aliquod præceps, obiecta ante conspectum occasione, labetur.

CASVS XXXVI.

Stephanus debitor est mille aureorũ, & cum sit transactus solutionis terminus possitque statim sine emergente dãno summam illam omnem persoluere, differt tamen vsque ad alterum annum ob aliquod emolumentum, quod sibi prouenturum indesperat. Creditor vero & si diues est nec dictis egeat pecuniys, postulat instanter sibi solui, nec vult dictam dilationem concedere.

Quæritur vtrum Confessor debeat cogere Stephanum ad statim soluendum, vel possit eum absoluere, cum dilatione dictæ solutionis.

IN hoc casu Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. artic. 4 existimat. Confessorem nequaquam posse debitori dilationem contra voluntatem creditoris concedere: cũ non sit inter debitorem & creditorem sequester, aut creditoris procurator: sed nomine Dei conscientiarum expurgator. Et ideo in hoc solum debet esse intentus, vt secundum casus, & merita perpendat, an debitor sit soluendo nec ne. Nam si habet vnde soluat, nullatenus inuito creditore est absoluendus: quia per nullum tẽpus licet retinere alienum inuito domino, nemoque ius habet, lucrandi aliena pecunia. repugnante illo, cuius illa est.

Nos vero communi adhærentes opinioni, arbitramur posse Confessorem dilationem dare debitori, quoties videt, quod non ita cito, vel non ita commode, aut nõ sic vtiliter, ac dilationem concedet, rem suam creditor recuperabit. Tum quia in hac re agit potius pro creditor, quam contra. Nam si pœnitens non absolueretur, forsitam creditor nunquam suum recuperaret, vel non nisi cum magno fastidio.

Tum quia creditor, licet voluntate passione obcæcata, non consentiat in talem dilationem, consentit tamen voluntate recta & christiana, qua quilibet debet velle bonum suum absque alterius detrimento, & ita Confessor de consensu virtuali creditoris, potest dici dare dilationem: eo quia si ea omnia sciret creditor, quæ scit Confessor, eadem nequaquam denegaret. Arg. 47. d. sicut hi. & c. Si quis. de Fur.

Tum etiam quia sic consulitur Pænitenti ne recedat a Confessore desperatus. Pro quo facit, C. Soluendo. ff. de negotijs gestis, & l. ait prætor. § ff. de Mino.

Tum denique quia moraliter loquendo, id quod fieri nequit sine magno detrimento, reputatur impossibile. Et ideo cũ debitor magnum incurrat suarum rerum damnum, si statim soluat, nullumque inferat creditor nocumentum ex dilatione ad certum tempus, sequitur quod pro illo temporis articulo non est simpliciter soluendo. Nec obstat, si dicatur, quod pręceptum de restituendo est negatiuum, & ideo ad semper & pro sẽper obligat, quia alienum retinere inuito domino semper prohibetur; fatemur siquidem, id esse verum quando alienum retinetur cõtra domini voluntatem, sed non sic est in casu nostro; Stephanus etenim non tenet illa mille inuito domino: sed domino volente, hoc est velle debente; debet enim velle, vt tempore opportuno restituat. Quod si cõtrarium vult, inordinatam habet voluntatem: estq; cum illo ac cum furioso agendum, cui propius gladius non debet reddi, vt in dãnum alicuius vergat, arg. c. Qui emẽdat. d. 5. ita Syl. verbo restitutio. 5 n. 5. Aug. eo. vult § 5. Hos in Sum. Tab. verbo restitutio n. 4. in fi. S. Ant. 2. par. ti. 2. c. 7. Armilla verbo Restitutio mem. 34. §. Si aũt debitor. Nauar. in Man. c. 17. n. 69. Et hoc esse a Confessoribus magnopere

re

re adnotandum, vt in quo creditorum negotium vtiliter gerunt, & debitorum conscientiis magnopere consulant. Aduertit Gabriel in 4. sen. d. 15. q. 2. Dubio quinto.

CASVS XXXVII.

Blasius pollicetur cuidam Presbytero, se effecturum, vt ei quidam referatur Decanatus, in quo certam habet pẽsionem, dummodo intra duos illam redimat, & statim det ante ingreßum centũ scuta. Quo pacto inito & Decanatu obtento permutauit inde ad annum dictus Presbyter cum quadam Ecclesia curata æqualis redditus, accipiens aliquid pluris, ratione dignitatis, quę est Decanatus.

Quæritur, num huiusmodi Presbyter, tam in acquisitione Decanatus, quam in permutatione, Simoniã commiserit, censuramque incurrerit, & quid eidẽ debeat Confessor consulere.

Triplex in hoc casu inuoluitur difficultas. Prima est. An pensionem vẽdere sit simoniam; Secunda. Num Decanatus acquisitio sub pacto redimendę pẽsionis; donandique pro parte pretii statim centum, sit adeo simoniaca, vt sic contrahentes incurrerint omnes pœnas Iuris. Tertia. Vtrum ratione dignitatis possit quid plus exigi. Et demum in his quid sit Confessor facturus.

Quod ad primũ attinet, Caie. in Opusculo. 13 Respõs. q. 10. & Victoria in suis Relectionibus. q. de Simonia, & nulli ex Iurisperitis in c. Quantum, & c Quæstiones. de Rerum permutatione, & partim, Sotus lib. de iust. & iu. 9. q. 7. artic. 2. in ea sunt sententia, quod pensionum vẽditio seu reemptio, nulla prorsus sit Simonia. Quorũ totum fundamentum est. Quia pensio non est Beneficium spirituale; sed quid pure temporale.

Tum quia cura Beneficii & eorũ quæ beneficio sunt annexa, vt Sacramentum administrare, diuinũ persoluere Officiũ, clericalique incidere habitu, & tonsura, non incumbit illi cui pensio datur, vt est manifestum. Tum quia spirituale dicitur ab obiecto, obiectum aũt pensionis, sunt ipsi fructus; quos constat temporales, & vendibiles esse. Tum quia pensiones sub titulo sęculari conceduntur, vt principibus, ac militibus; quemadmodum & decimæ. Vnde sicut Pontifex summus concedens decimas laicis non intelligitur elargiri, ius spirituale decimarum, vt inquit D. Tho. 22. q. 100. ar. ita cum concedit annuam pensionem non intendit dare Beneficium spirituale: sed certam annualem in redditus pensionem. Tum demũ quia in c. ad q̃stiones. de Rerum permutatione habetur, & percipitur fieri seorsum p̃mutationem præbendarum simpliciter, & postea æquiparari fructus pensionis, & numerata pecunia emi. Quæ ratione & si vrgeãt maxime; nos tamen pẽsionẽ quãlibet super Beneficio Ecclesiastico constitutam, nequaquam redimi pecunia numerata posse, immo omnem contractum de pensione emenda, aut vendenda, simoniacum esse arbitramur.

Ad cuius veritatis probationem adnotamus primo; spirituale, vt ad propositã rem spectat, dici donum supernaturale a Deo datum, ad animarum salutem, vel quid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam, vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data ad conficiendum illud vel annexum eis.

Quę definitio desumitur, tum ex iurisperitis, c. Gratia, & c. Qui studet. 1. q 1. & c. Quam pio 1. q. 2. Tum ex Theologis in 4. d. 25. Et D. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 1. 3. & 4. Ex qua definitione colligitur quædam esse spiritualia a solo Deo immediate creata, vel instituta, vt sunt gratia gratum faciens & quę ipsam efficiunt, videlicet Sacramenta, & septem dona Sãcti Spiritus, & gratiæ, quas gratis datas appellant, & iurisdictio Ecclesiastica supernaturaliter primum à Christo data. Alia vero ab Ecclesia instituta vt Sacramẽtalia, & eis annexa, quibus Sacramenta parantur, conficiuntur, & conseruãtur, Consecratio &

Benedictio Ecclesię, vel Altaris, Vasorũ ornamenta, Aqua baptismalis, vel benedicta, Exorcismus, Catechismus, Ius patronatus, Beneficia, Collationes, Presentationes, Renunciationes; & denique omnia instituta ab Ecclesia, virtute potestatis diuinitus acceptæ. Quæ ideo merito vocantur annexa spiritualibus; quia sunt humanitus superaddita spiritualibus diuinitus datis; quædam quidem antecedẽter, qualia sunt illa, quæ non requirunt in habente aliud spirituale, quam characterem Baptismi, vt ius patronatus, ius sepulturæ, Calix, & similia: alia dependenter siue cõsequenter, quæ vltra dictum characterem requirunt aliquid aliud spirituale. Cuius generis sunt beneficia, & officia ecclesiastica, vt tradit D. Thom. ab omnibus fere receptus. 22. q. 100 ar. 4.

Notandum secundo, Simoniam non esse aliud, quam voluntatem deliberatam dandi, vel accipiendi aliquid non gratuito; sed vt quoddam pretium vel causam principalem & immediatam pro spirituali diuinitus dato, vel humanitus ad illud conseruandum ab Ecclesia instituto. Vnde qui alia ratione aliquod dat, vel accipit quam pro spirituali, vel minus principaliter dat, aut accipit etiam temporale pro spirituali, non committit Simoniam vere & in foro Conscientiæ, vt ait Maior. in 4 d. 25. q. 1. & D. Tho. Quodlib. 7. ar. 1. & Caiet. 2. 2. q. 100 art 3. & in sum. verbo Simonia. Et Nauar. in Man. c 23. n. 100. Et quamuis Simonia omnis sit peccatũ lethale grauissimum, nulla tamen præter illam quæ in Ordine, & Beneficio committitur, pęnis iuris est subiecta, vt affirmat Syl. verbo Simonia. q 18. & Nauar. vbi supra. ad 11. de pæna simoniaci. Considerandum Tertio, pensionem vt in proposito sumitur, non esse Beneficium, cum non pręsupponat clericatum, nec esse portionem fructuum beneficii: sed ius per Ecclesiasticam potestatem Beneficio annexum, non antecedẽter vt ius patronatus: sed dependenter, aut consequenter instar Beneficii, ius in quam petendi recipiendique consignatam portionem ab habente illud Beneficium. Vnde si priscum pensionem morem spectemus, ne vtiquam concedebantur, nisi spiritualibus functionibus annexæ: Cum enim beneficia sint Ecclesiarum stipendia, adiudicari non debent, nisi pro altaris ministerio, vel tanquam mercedem pro aliquo seruitio Ecclesię, vel pro dirimenda lite super aliquo Sacerdotio, quæ aliter dirimi nequit, vt est tex. in c. Nisi essent de Prębendis. Et circa hunc casum absque vllo titulo, vel obligatione, bona Ecclesiæ in pensionem dare, non videtur contineri intra limites dispensationis, vt recte tradit Sotus. de Iust. & iur. lib. 3 q 5. ar. 3.

His prenotatis facile est ostendere pensionem super Beneficio Ecclesiastico constitutam, non posse redimi absque Simoniæ labe. Tum quia ius patronatus videtur magis spirituale, quam ius pẽsionis; cum illud successione hæreditaria acquiratur, vt dicitur c. Cum sæculum, & c. illud eod. Titu. & in Clement. fin eodem Tit. Et donatione transferri possit. Extra eod. c Præterea immo transeat cum vniuersitate vendita in vniuersali, nisi excipiatur eod. Tit. c Ex literis c. Cum secundum. Nec requirit in ius habente tale ius aliud spirituale, quã Christianismum. Ius autem pensionis, nec in hæreditatem obtingit, nec transferri donationem in quẽcumque indifferenter potest, nec rei vendibili, sed beneficio est annexum; requiritq; in habẽte aliqua specialia obsequia in Ecclesia præstita; obligatque ad paruũ Officium B. Virginis persoluendum, vt patet per Extra. Pij V. quæ incipit. Et primo Lateran. Concilio, &c. Vbi dicitur, quod quicunque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt clericus percipit, cũ eodem modo ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionem fructuum rerũque ipsarum omissioni obnoxium. Tum etiam, quia decimæ & si vendi possint ius tamen percipiendi illas, est inuendibile; eo quia clericis debentur propter diuinũ cultum. Et aliud est fructus vendere propter necessitatem Ecclesię, id quod licet;

aliud ius percipiendi tales decimas, quod vendi nequaquam potest. c. Altare. q. 3. Rich. in 4. d. 25. art. 3. Alex. par. 2. q. 187. & D. Tho. q. 100. ab omnibus receptus. Ergo à simili quamuis fructus pensionis sint vendibiles; ipsum tamen ius quod habet pẽsionarius in Beneficio Ecclesiastico vẽdi nõ poterit Arg. de Loca. & conduc. c. Vestra. Et cõfirmatur authoritate Pascali Põtificis Sũmi. 2. q. 3. c. Si quis obiecerit, cuius verba sunt. Quisquis eorũ vendiderit alterum, sine quo neque alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit. Nullus ergo emat Ecclesiam vel præbendam, vel aliquid Ecclesiasticũ, vt pote sine quo spiritualis actio nõ prouenit. Ex quibus verbis aperte colligitur, quod cũ pensio sine spirituali iure non trãseat, eo quod præbendę ac sacerdotia, quibus pẽsio annectitur, ex decimarum fructibus sint constituta; decimæ autem iure diuino & naturali nulla alia ratione imperatæ, & præceptæ sunt, quam vt sint stipendia alimentaque Clericorum, pro spiritualibus functionibus: & ideo conferre pensionem alicui, non est solum conferre illi fructus; sed conferre ius in certã partem decimarum: quod quidem est Ecclestasticum, & spirituale, vt quæ suopte instituto propter munus ecclesiasticum exiguntur, vendita pensione, venditur coniunctim spirituale, puta ius ipsum clericale. Tum quia secundũ doctrinam Glo. c. 2. Ne præla. Vires suas, & cæt. Prælatus iurisdictionem temporalem vendens, si eam habet ab Ecclesia, Simoniam cõmittit: eo quod talis iurisdictio iudicatur spiritualis dependenter, hoc est, respectu sũmi Pontificis, à quo habet dependentiã, vt notat Anton. de Butr. & S. Anton. par. 2. titu. 1. c. 5. §. 14. Notab. 4. & Tab. 4. & Concil. Calced. 1. q. 1. c. Si quis Episcopus Iudicat simoniacos esse ẽt procuratores rerũ Ecclesiasticarũ, & defensores, si p pecuniã instituantur. Cũ ergo pensio habeat dependẽtiã à summo Pontifice, à quo solo potest institui, & sit annexa Beneficio præsupponente addictionẽ & deputationẽ ministeriis diuinis per ecclesiasticam potestatem, multo minus sub emptionis contractum cadet, quam temporalis iurisdictio. Demum ex doctrina D. Thom. q. 100. illud dicitur annexum spirituali, quod vel in spirituali fundatur, vel ex spirituali dependet, vel non potest de iure cõpetere: nisi spirituali, seu clericali statui: sed ius pẽsionis fundatur ĩ Beneficio ipsumque cõsequitur ex ordinatione Ecclesiastica, à qua dependet, nec de iure cõpetit, nisi his qui spirituali statui aliquo modo inseruiunt, vel Ecclesiã protegendo, vel Ecclesiasticis personis obsequia in honorem Ecclesię prestando; igitur cum sit quid spirituali annexum, dependenter & consequenter, non poterit absque Simonia vendi. Arg. Glo. solem. in summa. 1. q. 1 & iurisperit. in rubrica de Simonia, & Theol. in 4. d. 25. Confirmatur eo, quia pensionarius nõ recitans paruum B. Virg. Off. non facit fructus pẽsionis suos, vt in prædicta extrauaganti Pij V. habetur, ergo fructus illi debentur ratione Officij spiritualis, alias quo iure obligaretur ad recitandum & persoluendum prædictum Officium; nisi quia ius spirituale pensionis obtinet, & ea bona quæ deputata sunt Clericatui, & his qui addicti sunt diuinis ministeriis, illisq; debẽtur, ob diuinum cultum possidet. Neq; .n. potuit aut consueuit summus Põtifex astringere aliquẽ ad Officiũ spirituale, & hoc non prestito ad restitutionẽ, nisi ratione stipẽdij spiritualibus functionibus debiti. Nec nostra opinio grauissimis caret authoribus. Est Ioãnis Maior. in 4. d. 25. q. 5 & Nau. in Man. c. 23. n. 111. & in coment c. fi. de Simonia. Quo loco testatẽ prædictã veritatẽ coram Illustriss. Card. Alciato, fuisse disputatã, et ita decisã. Quã Sot. li. 9. de Iust. & Iur. q. 7. ar. 2. nõ reijcit quo ad eas pẽsiones, quę spũalib. functionibus sunt adiudicatæ, vel in cõmutationibus, aut simplicibus renũtiationibus interueniunt. Nec obstãt in contrariũ adducta. Fatemur siquidẽ ius pensionis nõ esse spirituale simpliciter, veluti Beneficium, sed spirituali annexũ. Tũ quia depẽdet a potestate Ecclesiastica. Tũ q a ĩ beneficio

Eccle-

Ecclesiastico fundatur, cui illa pensio annectitur. Tum quia est ius de percipiendis fructibus, personis Ecclesiasticis deputatis. Tum quia obligat ad recitãdum paruum B. Virg. Officium. Tum denique quia licet detur seculari, conceditur tamen ob aliquod in Ecclesia obsequium præstitum aut præstandũ. Et ideo huiusmodi ius licet non sit spirituale ab obiecto, sicut nec decimarum, ius, est tamen spirituale a fundamento, & depẽdentia. Et quamuis concedantur pensiones sæcularibus, cum id non nisi authoritate pontificia diuinitus Ecclesiæ tradita fiat, per quam ius exigendi illam pensionẽ annectitur Beneficio; sequitur dictam pensionem esse quid spirituali annexum consequenter, & dependenter. Nec negamus temporalem actionem circa fructus Beneficij, esse rem sæcularem entitatiue, secus iñ ius actionis circa dictos fructus.

Quo fit vt fructus ipsi possint emptioni, & venditioni subiacere, sed non ius pensionarium. Et in hac re falluntur partis aduersæ authores, quod putant pensionẽ esse illam certam, & consignatã reddituũ seu fructuum portionem, cum non sit nisi ius exigendi talem portionem authoritate pontificia cõcessum, & consignatum in Beneficio, tamquam stipendium pro Officio, & obsequio Ecclesię vtili & commodo, quo eodem titulo potest, & solet ius decimarum concedi principibus.

Textus vero ille. Ad quęstiones de rerum permutatione nihil omnino de pensionibus agit, sed de permutationibus beneficiorum, quorum vtrumq. habet prouentum, sed alterum in aliqua parte exceditur in ipsi prouentibus ab altero. Tunc etiam ratione huius excessus, per viam sequelæ accidit, vt suppleatur per pecuniam; sed vbi alterum tantum beneficium habet prouentus, nullus esse ibi potest contractus permutationis prouẽtuum: quoniam id quod non extat, permutari nequit: immo interueniret ibi vẽditio, & non permutatio, quando pro tota præbenda alterius, pecunia daretur. Iura autem in permutationibus prouentuum, ac reddituum Beneficiorum permittunt quidem suppleri excessum vnius per pecuniam ab altero datam, sed non venditionem præbendę, vt notat Caiet. 2.2.q. 100. art. 4. & Ioan. Andr. ac Franc. c. 1. lib 6. & clem. 1. eo. tit.

Neque itidem officit vsus, quo in Curia redimi pensiones solent anticipata solutione. Nam si id fiat absque summi Pontificis expressa authoritate, inualidũ est, & non obstante tali solutione vbi trãsacti fuerint anni, pro quibus illa est anticipata, peti denuo a pẽsionario possent; vt ait Nauar. in Man. cap. 23. num. 111. Ad 13. quæsitum.

Ex dictis infertur, pensionem nec vendi, nec emi posse; bene tamẽ gratis rem ti, etiam sine authoritate constituentis; Simoniamque committi in emptione, & venditione illius, quamuis non inducat excommunicationem ipso iure: quia extrau. 2. de Simonia, quæ excommunicationis sententia ferit simoniacos, cõprehendit eos solum, qui Ordine, aut Beneficio simoniam committunt. Iam autem pensio cum neq. sit Ordo, nec Beneficiũ, vt est manifestum; & pœnæ sint potius restringendæ, quam ampliandæ, sequitur ad Simoniam in pensione factam nõ extendi, sicut nec ad eam, quæ fieret in iure patronatus, aut sepulturę, & aliis Beneficio annexis. Et ideo Blasius contrahendo cum presbytero, de redimenda pensione intra duos annos in crimen lethale simoniæ incurrit, quamuis ob hoc solũ pęnis iuris non sit subiectus.

Ad secundam difficultatem quę est de acquisitione decanatus cum pacto redimendę pensionis; dandique statim centum scuta. An fuerit simoniaca, & pœnis iuris exposita. Respondemus affirmatiuè. Tum quia realis Simonia incurritur quoties aliquid tacite vel expresse promittitur, & datur pro cõparando Beneficio, tamquam pretium eius: ita vt quod ad aliquam saltem promissorum partem, sit ex vtraq; parte cõpleta, & consummata Sed in casu proposito completur promissum totaliter à Blasio, cuius opera est de-

decanatus presbytero collatus, & id etiã quod presbyter spospõdit, partim adimpletur, vt qui statim dedit scuta centum soluturus intra duos annos reliqua: igitur reali Simonia est vterque infectus.

Nec obstat, quod non dederit collatori, sed mediatori, & intercessori; nam paria sunt dare collatori, & dare tertio, vt moueat collatorem ad conferendum, vt asserit Innoc. in c. Tanta, de Simon. quẽ ibi Felyn. & alij sequuntur.

Tum secundo quia quotiescumq; collatio Bonifacij fundatur in aliquo pacto nõ gratuito, est Simonia, vt docet D. Th. 2.2. q. 38 ar. 2. Et ratio est, quoniam spiritualem cũ non sit natura sua vendibile, gratis donari debet, secundũ illud Christi Matth. 1. c. Gratis accipistis, gratis date; in eo enim quod dixit, gratis date, intellexit quod omnes gratis debent accipere. Vnde non minorem iniuriam illis infert, qui emit, quam qui vendit; cum Deus velit gratias suas sibi soli deberi. Et qui emit, profitetur tacite, se non a Deo ipso, sed a uenditore accipere.

Quare cum spirtuale quodcunque sit mera Dei gratia, gratia autem nõ modo gratia esse desinat, si non gratis detur: sed si non gratis recipitur, vt declarat Leo Papa in c. Gratia. 1. q. 1. vbi, ait Gratia si non gratis datur, vel recipitur, gratia nõ est. Et Vrbanus c. Saluator 1. q. 3. sic dicit. Qui Dei dona quę gratis accipiũtur, vt gratis dentur, propter sua lucra vẽdit, vel emit, cum Simone donum Dei possideri pecunia existimat; sed in casu proposito, collatio decanatus, est fundata in pacto emendi, & vendendi pẽsionem denique pro anticipata solutione statim cẽtum, id quod efficit collationem non mere gratuitam, & ex vtraque parte est promissum exequutioni mandatum, igitur Simonię realis notam contraxerunt.

Tum tertio, quia id quod in temporalibus efficere vsuram, in spiritualib. causat Simoniam, vt est commune doctorũ axioma, sed mutuum dare, cum pacto redimendi talem, vel talem rem, esset realis vsura, quia aliquid extra sortem exigeretur, contra illud Christi. Mutuum date nihil inde sperantes; ergo conferre Beneficium cum pacto redimendę pensionis, & soluendi statim centum scuta, erit Simonia realis; Caie. in summa. verbo, Simonia, & 22. q. 100. art. 6. Syluest. verbo Simonia. q. 22. & Sotus libr. 9. de Iust. & iur. q. 6. & Alii.

Nec obstat siquis dicat pactum de dando spirituale pro spirituali non esse simoniam; veluti si Confessor pœnitenti dixerit, non audiam confessionem tuam, nisi cum pacto quod tu audias meam, aut siquis vendat calicem consecratum pro alio consecrato, seu pro sacro vestimento, sed ius pensionis, & Decanatus sunt duo spiritualia, vt supra est ostensum, ergo pactum de his non videtur esse Simoniacum.

Respondetur quod licet permutare res sacras & spirituales pro aliis eiusdem generis, & quæ pręsertim spirituales sũt iure pontificio, & quando talis permutatio non est iure positiuo prohibita, non sit lethale delictum, dummodo non nisi valoris ipsius rei habeatur ratio, neq. pro consecratione aliquid soluatur, vt ait Sotus vbi supra q. 5. art. vltimo, & Victoria, in Relect. de Simonia: nihilominus quãdo pactum est supererogandi pecuniam, vel aliud pretium pro spirituali, tunc simonia est contra ius diuinum, quia talis permutatio mixam haberet emptionem rei spiritualis, quæ cum gratuito a Deo detur in bonum publicum, inuendibilis est. Cum ergo in præsenti casu pro acquisitione Decanatus postuletur pecunia tã quam pretium eius. Nec in pacto pẽsionis redimendæ apponatur conditio, si Papa consenserit, per quam iustificantur permutationes, quæ iure solum positiuo sunt simoniacæ, immo potius detur anticipata solutione centum scuta ab solutè, & sub emptionis titulo, efficitur realem esse simoniam.

Nec officit pactum non fuisse ab vtraque parte in simul consummatum, seu exequutum, cum centum illa scuta prius collata fuerint, quã Decanatus obtẽtus,

nec

nec dum pretium totum pensionis solutum, & ideo non commisisse realem simoniam, quæ in opere dandi, & accipiendi consistit, sed potius conuentionalem.

Tum quia Extrauag. 2. de simonia interpretata per stilum Curiæ antiquum, Papa sciente ac tollerante seruatum, probat singulariter nullitatem tituli, & excommunicationem inductam per illam esse ita in pendenti, vt non ligent donec ab vtraque parte compleatur simonia. Impleta verò ab vna parte, etiam si lõge postea impleatur ab alia, censeri eas inductas iam inde a cõtracta simonia. Quo videtur satis concludi simoniam adimpleta conditione ex vna solum parte, esse tam diu conditionalem, quandiu pẽdet adimpletio ex altera parte; & hac aduenientè fieri realem, & subiectam eisdem pœnis. Tum quia veluti excommunicatio lata ipso iure contra pensionariũ in casu non solutionis faciendæ in certo termino, eo lapso non censetur incursa. donec is, cui illa debetur, declaret, se velle illam esse incursam, qui etiam si post menses, & annum declarauerit, habetur pensionarius vt excommunicatus, iam inde à termino lapso. Et si forsan antequam id declararet è vita discedat, is cui pẽsio est soluenda, vel soluatur pensio, vel fiat cõcordia, vel demũ pẽsionarius moriatur, nequaquã cẽsetur icursa, & hoc maxime, quãdo pẽsionarius nõ cõsentit psonaliter cõstitutioni pẽsionis, sed per Procuratorem, vt stilus curiæ habet, & testatur Cassiad. decis. 2. tit. de pens. super regul. Cancel. & 12 de rescrip. quem sequitur Nauar. in suo Man. c. 23. num. 104. & c. 27. n. 272. §. 12. Ergo eadẽ ratione excommunicatio contra Simoniacos lata nullitatem tituli, & excommunicationem inducit ĩ pendenti, hoc est impleta ab vtraque parte, etiam si longe postea impleatur ab altera, declarante id stylo Curiæ, quo tamquam nouo, & posteriori tollitur antiquum ius humanum. c. Ad hæc quoniã, de Appell. vbi præcipiebatur ne collatio seu excõicatio pure facta posset esse in pendenti, Arg. c. 1. de Constit. li. 6.

Quas autem incurrerint hi Simoniaci pænas, constat per Extrauag. 2. de Simonia. Nam vltra pænam æternam qua sũt digni ob peccatum mortale adeo graue, vt est simonia c. Cum pridem de Pact. & cap. Cum esset de simon. Vltra etiam restitutionem accepti ad quam tenentur, sunt ipso iure excõmunicati excommunicatione reseruata summo Pontifici, vt qui simoniam realẽ in beneficio, qualis Decanatus est, commiserunt, per Extrauagantem Martini in Concilio Constantiensi, quę incipit. Sacrõ, & per aliã eiusdem quæ incipit. Damnabilis, & per Extrauagan. Pauli 2. cũ detestabile, & aliis pluribus iuribus.

De tertio quæsito. Vtrum ratione dignitatis Decanatus possit quid plus in pmutatione exigi, Respondemus, quod cũ Ecclesia Curata æqualis esset redditus, accepisse quidpiã ratione dignitatis Decanatus, apertissimam fuisse Simoniam.

Tum quia illa dignitas est res quædã spiritualis, vt per se est notissimũ, ac proinde si quid pro ipsa exigitur tanquam pretium, Simonia est.

Tum quia in C. Quæsitum, de rerum permutatione, inhibetur expresse, ne ꝑmisceatur dignitatum permutatio, cum fructuum compensatione, sed per se simpliciter sacerdotium pro sacerdotio, & dignitas pro dignitate commutetur, absque alia superaditione pecuniæ. Quod si fructus extitent minores, quam sint fructus alterius, eo casu ad æqualitatem per solutionem pecuniarum redigi possint. De quo vide Sotum de Iust. & iure lib 9. quæst. 7. art. 2.

Confessores igitur partes in hoc casu erunt, declarare grauitatem peccati, & põtificiæ excommunicationis pænam dicto presbytero, ipsumque teneri ad renũciandum Decanatum Simoniace obtentum, & ecclesiam Curatam eodem vitio acquisitam, cum omnis Presentatio, Electio, Collatio, & quæuis alia dispositio beneficiaria, per realem Simoniam, ipso iure sit nulla, vt patet c. si quis Episcopus & c. presbyterũ, 1. q. & c. de hoc & c. audiuimus

uimus. de Simonia. & in Extrauagātib. Martini, Eugenij, & Pauli 3. & ideo debere non modo id quod quæsitum & cōparatum est Simoniace, relinquere, verum & fructus omnes restituere, etiā ante Iudicis sententiam. Quia cum non fecerit tale beneficiū suū, utpote per simoniā obtētū, ius naturale astringit vt quisque aliena, & nullo titulo comparata relinquat, c. si res. 14. quæst. 6. & de rest. spol. c. Grauis. Restituet autem ipsi Ecclesię, deductis tamen expensis gratia fructuū, & in vtilitatem Ecclesię factis Sylu. verbo, simonia. 13. §. 8. Nec ad dictum beneficium suscipiendum poterit alius cū præfato presbytero dispensare, quam Summus Pontifex, secundum Panor. & Io. And. in c. de Simonia. eo. tit. quamuis si sponte renunciat, per Episcopum dispensari posse, vt habeat Beneficium etiā Curatum in alia Ecclesia, teneat Armil. Verbo simonia nu. 52. Tab. eo. nu. 67. & alii.

CASVS XXXVIII.

Impositum fuit Balthasari pro pœnitētia, vt per annum Beatæ Virginis Coronam recitaret; & aliquam eiusdē Virginis Ecclesiam ab Vrbe distantem inuiseret. Qui cum audierit indulgentiam plenariam concedi cuicumque visitanti Ecclesiā D. Petri, die Epiphaniæ, omnia peragit pro consequenda dicta Indulgentia, vt ab iniuncta pænitentia liber sit: ideoque amplius illam non impleuit. Nūc ad Confeßorem accedit, remque omnem narrat.

Quæritur an teneatur adimplere adhuc pœnitentiam præteritam, & quid Confeßor in tali casu debet iniungere.

PRo huius casus resolutione, Aduertēdum est in primis, Indulgentiam esse remissionem pęnæ tēporalis, debitæ peccatis actualibus pœnitentium, factam à Prælato Ecclesiæ, virtute passionis Christi, & sanctorum. Nam cum in peccato duo reperiantur, nempe auersio a Deo, & conuersio ad bonum creatum, & ratione auersionis, fit lęsiuum amicitię Dei; et ratione conuersionis, offensiuum suæ Iustitiæ fit, vt quamuis pęnitens in pristinā Dei amicitiam reuertatur: nihilominus tamen ratione iustitiæ soluere debeat pœnas ad iustum, non quidem in Inferno, sed vel spontaneas in hoc sæculo, vel in Purgatorio inflictas, veluti in sęculari politia, qui alteri iniuriam intulit si de iniuria veniam petit, amicitiam cōciliat, remaneat tamen damni adhuc debitor, ratione iustitiæ, Quo fit vt qui peccando honorem Deo, quantū in se est subtraxit, vt bonū sibi aut delectabile, aut vtile accumularet, ad resarciendam hanc offensam teneatur aliquid, quod in honorem Dei cedat, de sibi delectabilibus, subtrahere per ieiuniū, et orationem, quæ aliquem afferunt languorem & lassitudinem, vel de vtilibus per Eleemosynam, quæ tria præcipua sunt satisfactionis opera. Ad debitam igitur pęnam cui soluendæ sumus hic, vel in in Purgatorio obnoxii relaxandā summi Pōtificis potestate sibi a Christo tradita, ex inexhausto merito totū Christi, & sanctorum thesauro depromunt p̄pria satisfactionum, quibus nobis applicatis liber ad eadem p̄soluenda reddamur, multa siquidem Christus Dominus pro Ecclesia sua fecit, ac pertulit, quorum omnium extimatio est infiniti valoris, propter dignitatem personæ. Similiter et Sancti ex intentione operati sunt quam plurima, vt non modo propriæ, sed totius Ecclesiæ vtilitati inseruirent, & harū omnium satisfactionum thesaurum, in dispensatione eius, qui vniuersæ pręest Ecclesię collocauit Christus, cum Petro Matth. 16. dixit. Tibi dabo claues, quodcunque solueris erit solutū, & Ioan. 20. Quorū remiseritis, remissa sunt. Et ideo cum vtilitas vel necessitas Ecclesię id exigi, potest summus Pontifex de hoc immēso thesauro cōmunicare ijs, qui per fidē, & charitatē sunt viua membra Ecclesiæ, quantum sibi visum fuerit opportunum, vel vsque ad totalem remissionem pęnarum,

rum, vel vsque ad certam quantitatem, ita scilicet vt passio Christi, et aliorũ sanctorũ illi homini imputetur, ac si ipse eadem illa passus esset. Vnde indulgentiarum concessio appellatur iure optimo a Caiet. in Opusc 21. Quæst. q 1. Absolutio & solutio. Absolutio quidem respectu illius qui indulgentias suscipit, quatenus non ex suo, sed ex alieno a persoluenda suorum scelerum debita pœna, eximitur. Solutio autem respectu Christi ac sanctorum, qui pro ipso soluerunt, iuxta illud. B. Pauli ad Cor. 2. Qui dedit semetipsũ redemptionem pro nobis. Et ad Hebr 9. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Hoc namque interest inter collationem indulgentiarum, & satisfactionem, quam quis exhibet pro alio, quod satisfactio ꝑ alio, est simplex solutio ad iustitiam pertinẽs, quæ fit a ꝑsona priuata pro amico: at indulgentia fit authoritate publica, est quæ remissio & gratuita condonatio pœnę, non solũ in foro Ecclesię, sed etiã apud Deum est quidem ad iustum solutio, quia alias nõ fieret ex infinito thesauro. Est vero absolutio, quia alias non requireret de necessitate potestatem clauis. Hæc diffuse probat Sotus in 4. distin. 21. quæst. 1. artic. 2. concl. 2. & 3.

Hoc supposito facile colligi potest, ꝙ Balthasar per ĩdulgentiã plenariã acquisitã deobligatur a pœnitentia adimplenda.

Probatur, quia ille qui absoluitur a toto aliquo debito ab habente potestatem absoluendi ipsum, remanet iam obnoxius vlterius solutioni eiusdem debiti, exempli gratia. Quia est debitor ducentorum aureorum Principi, & ab eodem obtinet remissionem, non est quod a confessore obligari debeat ad restituendum: Sed per indulgentiam plenariam, absoluitur qui illam assequitur, ab omni pœna suis peccatis debita per potestatem clauiũ, quam Christus Ecclesię commisit soluendi, nõ restringendo in Sacramento, vel extra, sed absolute conformiter ad naturam rei, hoc est peccata, quæ non nisi per gratiæ infusionem remittuntur ministerialiter per sacramenta, pœnas autem peccatorum (quæ per gratiam non omnino tolluntur, sed cum ipsa stant) extra sacramenta: ergo cum Ecclesia possit peccata quo ad pœnam remittere, & id per indulgentias facere prædicet, impium esset non ei adhibere fidem. Quare sicut in sacramento virtute clauium aliqua pœna remittitur per arbitrium sacerdotis, eadem virtute potest Ecclesia extra sacramentum, eandemmet pœnam, quæ remissa culpa relinquitur, ex legitima causa relaxare.

Confirmatur, Nam vt Ecclesia Canones pœnitentiales instituit, ad quorũ normam compellendi erant a confessoribus penitẽtes pro peccatis satisfacere. Et eadem authoritate qua potuit illos abrogare, vt re vera iam non sunt in vsu, potest eadem ratione postquam illæ pœnitentiæ sunt a sacerdote iniunctæ, easdem ob legitimam causam remittere; quę enim authoritas valet pęnas trangressorib. inuiolabiliter præfigere, valeat easdem pręfixas relaxare. Quare cum pęna non requirat ex sui conditione nouã gratię infusionẽ qua remittatur: sed solum vt Ecclesiæ thesaurus applicetur, sequitur ꝙ vbi homo fuerit per pœnitentiã Deo recõciliatus poterit Ecclesia applicando thesaurum ab omni pęna soluenda pęnitentem eximere. Et cum penitentia à Confessore iniuncta non sit nisi pro satisfacienda suorum peccatorum pęna, ab hac iam per indulgentias liberatus, non est quod eidem denuo soluẽdæ sit astrictus.

Adde quod Confessor in sacramentali pœnitentia imponenda nõ efficit aliud, quam prudentia sua taxare satisfactionẽ pęnę hic persoluendæ, iuxta delictorum quantitatem, vt qui à culpa per sacramẽtum est absolutus, a pœna per bonorum operum recõpensationem liberetur. Ergo postquã taxatio illa facta est in sacramento, potest Ecclesia postea per thesauri applicationem, soluendo, a tali pœna deobligare: alias potentior esset sacerdotis virtus ad ligandum quam vniuersalis Ecclesię authoritas ad relaxãdum, quod dici nequit: idque patet ex c. Cũ ex eod.

de

de pœn.& remiss. vbi episcopis interdicitur indulgentias concedere, nisi de pęnitentijs iniunctis.

Prætereà cessante fine, cessant media (neque enim natura ipsa operaretur, si finis deesset) sed finis ob quem satisfactoria pœnitentia in sacramento pænitenti imponitur, est vt pœnam peccatorũ pręteritorum soluat. Ergo cõdonata sibi omni pœna, cessat iam finis iniunctæ pænitentiæ. Neque enim finis Confessoris est obligare ad satisfaciendum, nisi eum qui satisfacere tenetur; sed per plenariam indulgentiam fuit Balthasar ab omni peccatorum suorum pæna in foro Dei, & Ecclesię liberatus, igitur non tenetur vlterius pro eadem satisfacienda quicquam peragere.

Corroboratur, quia si post assequutam indulgentiã Balthasar vitam cum morte commutaret, quæro vel Balthasaris anima euolaret illico ad cęlum, vel in Purgatorio aliquamdiu detineretur. Non est dicendum, quod detineretur in Purgatorio, cum nullam habeat pœnam purgandam, alias non fuisset plenariam assequutus indulgentiam, contra id quod in casu præsupponitur: ergo si ad cœlum volaret, non tenebatur quamuis viueret, pœnitentię sacramẽtali satisfacere, quia omnis pœnitentia cui in hac vita sumus obnoxii, si non soluitur in hoc mundo, est necessario soluenda in altero; & quãdo in altero non est soluenda, ideo est, quia hic fuit persoluta; nam qui plene Deo satisfecit pro reatu suorum peccatorum, non est quod amplius teneatur pro eisdem satisfactoriam iniunctam, vel iniungenda pœnitentiam adimplere. Et ideo. cap. Quod autem. de pœn.& remis. dicitur, quod per indulgentias, penitentialis satisfactio eneruatur.

Hæc eadem conclusio probatur manifeste ex forma ipsarum indulgentiarum: non enim forma est. Remittimus, vel relaxamus annos pœnæ, sed pænitentię: pæna autem purgatorij non est penitentia, quia non vltro assumitur, sed est perpessio pœnæ per vindicem iustitiam inflictæ. At ea pœna quę in sacramento confessionis imponitur, appellatur proprie pænitentia, vt quę pœnitentis voluntate suscipitur. Igitur hęc per indulgentias relaxatur, ac remittitur. Vnde forma antiqua, qua dabantur indulgẽtiæ, exprimebatur de pænitentiis iniunctis; vt patet in Clem. Si dominum. de reliquiis & vener. sanctorum: & nunc si non fit restrictio ad iniunctas, intelligitur tam de iniunctis, quam iniungendis, vt communis habet Theologorũ opinio. in distin. 20. & constat per Extrauag. Bonifacij 8. ca. Antiquorum, de pęn.& remis. D. Thom. in 4. distin. 2. & Capreolũ ibidem. Alex. de Ales. 4. part. q. 63. S. Ant. 3 part. tit. 10. c. 3. Syluest Verbo indulgentia. q. 9 § 23. Tabien. eo. nu. 12. Armilla, eo. § 17. Iurisperitos, c Cum ex eo de Pæn. & remiss. Sotum diffuse in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 1. Albertum & Fel. in suo tractatu de Indulgentijs.

Neque obstat si quis dicat, pęnitentiã sacramentalem habere vim obligatiuam ab intentione Confessoris illam imponẽtis, & ideo indulgentiam tunc relaxare pęnitentias iunctas, quãdo Confessor intendit, & concedit, vt compensari possit pęnitentia cum indulgẽtia, secus autem quando id non intendit. Non inquã obstat, quia si ex intẽtione Cõfessoris huiusmodi recompensatio penderet, nimis restricta esset indulgentiarum potestas, & effectus. Neque enim inferior limitare potest concessionem superioris: sed summus Pontifex habens potestatem in thesauro Ecclesiæ concedit omnibus fidelibus contritis indulgentiam per quam à pęnitentijs tam iniunctis, quam iniungẽdis sint liberi. non est igitur sub potestate Confessoris velle, vt quas iniungit pænitentias, per indulgentiam non tollantur: vt egregie declarat Panorm. in ca. Quod autem, de Pęn.& remiss.

Non etiam obstat, quod pęnitens acceptando impositam sibi à Cõfessore pœnitentiam, ita se obligauit ad eãdem numero per seipsum adimplendam, vt si vell aliam quantumcumque maiorẽ, vel per

aliam

aliam adimpleat, non fit liber a sua obligatione, immo peccet, quia suis pmissis non stat. Verbi gratia, cum impositum est ieiunium, non satisfacit orando, vel eleemosinas dando, nec per aliud ieiunādo; quia cum ieiunium acceptauit, sese ad illud personaliter astrinxit. Quare cū Indulgentiæ sint alienæ satisfactiones, nempe Christi ac sanctorum, quæ virtute clauium applicantur fidelibus, videtur per harum solutionem non obligari pœnitentem, à soluenda sacramentali pęnitentia.

Respondetur indulgentiarum concessionem non esse solum applicationem satisfactionum alienarum; verum etiam esse absolutionem, & remissionem pęnæ factam a potestate clauium, vt supra diximus Et ideo pænitens quāuis a pænitentia quā acceptauit liberari nequeat quantumcumque per alium illam adimpleat, si fit authoritate priuata, potest tamen si fiat authoritate publica, vt fit per concessionem indulgentiarum. Nam per has non modo de iustitia soluit ex Christi & sanctorum meritis omnem pænam cui erat obnoxius: sed etiam per potestatem clauium misericorditer a debito in quo erat de pænitentia iniunctam aut iniungenda persoluenda absoluitur. Et hoc significat ipsa indulgentiarum forma, qua dici semper consueuit Misericorditer Indulgemus, & notat Sotus in 4 dist. 21. q. 1 art. 2. concedimus igitur Balthasarem obligasse se ad penitentiam impositam exequendam, sed sub hac conditione, q̄ semper in sacramentali iniunctam penitentia intelligitur, si ab alia superiori potestate per applicationem Thesauri non deobligetur; veluti qui promittit soluere decem scuta Antonio ex suis bonis, nō dicetur fregisse promissum, si soluat ex bonis a publico erario sibi hoc fine datis. Fit .n. satisfactio, aut per id quod imponitur, aut per aliud æquiualens, vel maius, vt sunt indulgentiæ plenariæ.

Non etiam officit, quod penitentia imponitur a Confessore non modo in satisfactionem præteritorum scelerum: verū etiam in medicinam futurorum, Vnde P. Aug. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, dogmate 23. & habetur de pęn. d. 3. c. sic inquit; Satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionib. aditum non indulgere. Et 2. Ethicorum ait Aristoteles, pænæ medicinæ sunt, non modo morborum præsentium curatiuę: verum etiam a futuris præseruatiuæ. Et hinc est quod Confessor in quantitate, & qualitate pænitentiæ iudex arbitrarius appellatur, vt non modo in ea imponenda respiciat ad mala ante acta & vt mensurę delicti respōdeat plagarum modus; sed ex multis eam iniungat, quæ occasiones prolabendi in similia præscindat, & effrænatam peccatis conditionem, in uirtute contineat, & a recidiuo coerceat. Quare cum indulgentię vim habeant solum satisfaciendi, & non medendi, videtur per ipsas non deobligari confessum a solutione iniuncta pænitentię.

Respondeo duplicem esse pænitentiā, alteram satisfactoriam, alteram restitutoriam, vel ad exeundum à peccato necessariam, qualis est alieni restitutio, odij mortalis depositio, dimissio concubinę, & officij quod sine peccato exerceri nequit & conuersationis qua Cōfessor credit in mortale peccatum lapsurum pęnitentem si illa m non deferat. Hęc pænitētiæ vt sunt necessario imponendæ, nec absoluendi pænitentes si ipsas non acceptent, ita per indulgentias suppleri non possunt, habentque rōnem solius medicinę; At vero illę pniæ, q̄ sunt satisfactorię, & q̄ nō sunt simpliciter necessariæ ad sacrum, sed quo ad quantitatē, & qualitatem arbitrariæ; has dicimus per indulgētias relaxari, vt quæ primo & principaliter a Confessore imponuntur pro reficiēda pæna, quæ post peccatū confessum remanet. Et quanuis sint secundario pręseruatiuæ, veluti ieiunium, quod est medicina contra carnis concupiscentias, & eleemosyna contra auaritiam, nihilominus tamen quia magis habent de pęnali & satisfactorio, ideo per indulgentias relaxātur. Nec tñ negamus multo pfectius

ex

ex genere suo esse pœnitentias adimplere, & propriis operibus pro suis delictis satisfacere, quam indulgentias suscipere, cum per pœnitentialem satisfactionem, digne executam, & melior reddatur operans, ad aliaq; bona disponatur, & præseruetur a recidiuo peccati, & maiori meriti augmentum assequatur, & demum pro temporali debita pœna satisfaciat. Indulgentiarum autem præcipua & propria vi, neque homo redditur, sed supponitur bonus, nec sanatur, nec multũ promeretur, sed tantum soluit pœnam, quam per pœnitentiam iniunctam aut iniungendam soluisset, quamuis eas reciperet: quia actus est virtutis, & quia requiritur gratia præsens, non caret suo merito. Et propterea æstimandæ sunt etiam quam plurimũ indulgentiæ, quæ tollunt pœnam, qua impedimur & retardamur ab ingressu patriæ cælestis, & quo maius est damnum a diuino conspectu retardari, eo maius est lucrum & maioris dilectionis signũ, velle hominem ab omni impeditiuo breuissime dissolui, & esse cum Christo, vt inquit Sotus in 4. d. 21. q. 1. ar. 3 Armilla verbo Indulgentias. §. 12. Nec est quod demum quis dicat, si per indulgentias liberi remanerent pœnitentes ab iniunctis per Confessorem pœnitentiis, posse tunc homines magnas quascunque pœnitentias libenter suscipere, animo illas exsoluendi facili indulgẽtiarum remedio. id quod in magnum detrimentum sacramenti cõfessionis vrgeret. Respondemus, nequaquam nos approbare sententiam Palud. in 4. d. 20. q. 4. vbi consuluit, qui suscepturus est indulgẽtias, faciat sibi grauissimas imponi pœnitentias a Cõfessore, quo per indulgentias ei remittatur purgatorii pœna, quantũ remitteretur si illas impleret. Non enim est hoc consilium docto homine dignum, cum res sit ludicra, ea solũ intentione pœnitentiarum grandem molẽ a Confessore imponi, & a pœnitente acceptari, vt per indulgentias ab illo onere se releuet. Adde ẽt quod cũ in antiqua forma bullarũ vel indulgentiarũ dicatur vere pœnitentibus, & per illud verbũ, verè, adiunctum pœnitentibus intelligatur quod vis affectus pœnitentialis in pœnitente vigeat, secundum veritatem, & non tantũ per exclusionem contrarij; sequitur nõ posse dici vere pœnitẽs, qui non est sollicitus ad satisfaciendũ quicquam per seipsum, & pœnitentias magnas suscipit, vt illas non adimpleat, & per consequens videtur indulgentias huic tali, qui non est vere & positiue pœnitens, nõ prodesse. id quod sentit Armilla, Verbo indulgentia, nu. 13. Nihilominus tamẽ postea quam imposita est a prudẽte Confessore pœnitentia, eamque animo adimplendi acceptauit pœnitens, potest postea adueniente indulgentia liberari ab illa soluenda, eximereq; se ab omni opere pro pœna suorum peccatorum iniunctum. Neque hoc in confessionis detrimentum vergit, eo quia non tollit indulgentia potestatem Confessori, ne pœnitentiam taxet & imponat, sed solum taxatam, & acceptatam relaxat & remittit. Quod si hinc occasionẽ aliqui sumunt, vt remissius se exerceant in operibus meritoriis, illa tepiditas non est in indulgentia coniicienda, sed in ipsos homines, qui absq; comparatione pluris æstimare deberent minimum augmẽtum meriti & gratiæ, quæ per opera a se facta consequuntur, quam liberationem a maxima pœna purgatorii: cum pretiosius multo sit cum merito & gratia ampliori degere in purgatorio viginti annis, quã cum minori esse illic vna die: immo si no Purgatorio per quascumq; indulgentias in cælũ volare. Quo fit vt Confessoris partes sint, exponere Balthasari, quod & si non sit obligatus ad pœnitentiã iniunctã soluendam, vt quam soluerit & relaxauerit per assecutionem indulgentiæ plenariæ: nihilominus tamen enitatur pro viribus pœnitentiam adimplere, tum ut medicamentum futurorum casuum præseruatiuum, tum vt aliorum bonorum operũ dispositiuum, tum vt meliorem meriti laureã apud Deum adipiscatur. Quod si huic Cõsilio obtemperare noluerit, nõ est ppea absolutio illi deneganda, vt qui iã pœnę peccatis debitæ plenè satisfecerit.

D.Thom.& sequaces.in 4 dist. 20.art.4. Scotus, Gabriel, & alij Theologica dis. Goffre.Io. And.Pan. & alii Canonistę in c.Quod autẽ.de pæn. & remis. Syuester. verbo.Indulgentia.§.9.Angelus.eo.§.1. Tabiena.eo.§.13.

CASVS XXXIX.

Henricus artifex in omni confessione accusat se, in rebus officij conficiendi & vendendis fraudem, & mendacia immiscere. Nec ob familiā alendam: et rerum omnium penuriam posse exercere recte, iuste, & sine peccato aliquo suum officium idque ipsum in hac vltima confessione refert.

Queritur. An sit Henrico iniungendū, vt relinquat dictum Officium, & si nolit, quid faciendum sit a Confessore.

Respondetur, nō esse absolute iniungendum Henrico, vt dictum Officium mercaturæ, quod ex se, & sui natura est licitum deserat: sed solū vt illo male non vtatur, & firmiter proponat nunquam amplius quempiam decepturum, & redditurum quicquid illicite acquisiuit. Probatur.

Tum primo, quia si Henricus dictum officium reliquerit, periculū non paruū imminet incidēdi in alium statū, in quo plus multo peccet, vt inquit Adrianus in 4.de sacra.confess.q.4.col.23.

Tum secundo, quia & si nullus absolui possit, nisi statuat saltē virtualiter nunquam se in posterum peccaturum mortaliter, & consequenter velle euitare occasionem, q̄ ex se sit mortifera, aut periculi eiusmodi, vt credat probabiliter, nūquā, vel raro sine peccato mortali se vsurum illa, iuxta illud Eccles.3. Qui amat periculum peribit in illo. Nihilominus tn̄ nullus tenetur de necessitate effugere occasionem generalem, quam prębet officiū, ars, aut exercitiū, quo possumus vti licite, & credamus, nos aliquando in eo peccaturos mortaliter: quia sic deserenda essēt a Christianis omnia officia, & omnes artes in quibus aliquādo peccarunt. Nullumque est officium, in quo qui in eo versatur, aliquando circa illud non peccet. c.de Occidendis 23.q.5.

Tū 3. quia difficile & si sit militi exercere militarem artem absque peccato, vt ait S.Leo.Papa in cap.Qualitas,&c.contrarium, de pænit.dist.5.non tamen tenetur militiam relinquere. Nam D.Ioannes Baptista Luc.13.militibus ab eo quęrentibus, q̄d facto opus esset, vt salui fierent, non præcepit, deserere militiam, & Ecclesia quamuis enumeret militis & negociatoris officia inter admodum periculosa, c.Noli.c.Militare.23.q.1.c.Quoniam.8.dist. & ideo consulat esse relinquenda.c.consideret.§. In his omnibus. de pœ.dist.5. non tamen id præcipit, vt ibidem patet.

Tum 4.qm̄ Papa Lucius 3.in c.cōsulatio, de frigidis,& malefi.determinat, posse duos matrimonio coniunctos, viuere cōiunctim vt frater & soror, licet ob coeūdi impotentiam non esset validum matrimonium eorum. Et tamē cōstat hāc cohabitationem posse esse illis occasionē peccandi sæpissime: Quia & si ad copulam non sint apti, sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ delectationi indulgendum; & de his loqui ibi summum Pontificem constabit intuenti.

Tum 5. quia multi Sancti Cōfessores, absoluūt quam plures adolescentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vendendo, familiariter tractando, cum quib. sępissime peccant voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, ac etiam copula, licet non statuant abstinere se perpetuo ab occasione peccandi, quam illa familiaritas ipsis præbet, maximè si subest aliqua causa notabilis non abstinendi ab ea. Nam cum occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, neque sit ex se peccatum mortiferum, neque sit talis naturę vt fere semper faciat peccare mortaliter eos, qui ea vtuntur, nō videtur habere rationem occasionis propinquę, & quæ de necessitate sit fugienda; vt lautissime declarāt Nauar.

in

in suo Man.c.3.nu.5.littera, E, versus ex hac definitione colligit. Tum denique, quia multum interest inter peccatum & occasionem peccãdi: nam ad peccandum redire nunquã est licitum. At reuerti ad eã occasionem, ob quam lapsus quis est in culpã, licitũ est ob multas causas; quãdo adest vera pęnitentia pręteritorũ, & propositum constans ac firmum nunquã committendi eadem, immo cauendi cũ Dei fauore à non peccando ob dictam occasionem, quando in ea se inuenerit: iustaque ac notabilis subest causa, ob quam nequit talem occasionẽ relinquere. Nec quotannis reincidere, est efficax argumẽtum ad iudicandum pœnitentiam præsentem vel præteritam non fuisse aut nõ esse ex corde, vt docet Gratianus in c Quamuis, de pœnit. dist.3. cum simul esse possit, vt vere doluerim mense præterito de aliquo peccato, multæ sese mihi obtulerint occasiones reincidendi, quas omnes deuici, ac superaui, & nihilominus in fine mensis deuictus semel, ac superatus fui; nec huiusmodi casus efficit vt vera nõ extiterit anteacta cõtrictio, vel absolui rursus non debeam: quia non solum semel aut septies, sed etiã septuagies septies est parcendum. Matth. 18. & Lucæ.17.& c. Septies de Pæn. dist.3. Quare quamuis Henricus exercendo illud Officium sæpissime delinquat: si tamẽ vicibus pręteritis cæpit se emendare, & multoties cũ posset fraudem vẽdendo committere ab eo scelere abstinuit pęnitetq. præteritorum, cum proposito in futurũ non peccãdi, iustasq. habet causas non deferendi tale Officium, non est ad id cogendus, cũ nõ expediat nimis esse rigorosum aduersus pænitentem, vehementerque noceat emũgere adeo vt eliciamus sanguinem, vt dicitur Prouer.3.& c Deniq. 4. dist.

Quocirca Confessoris munus erit cõsulere, & viribus omnib. eniti vt Henricus officium illud adeo animæ suę periculosũ deserat, & alio occuparetur, quo sibi fraudũ, & mendaciorũ non sit tanta materia. sed si iustam ille adducat causã non deferendi, impellatur ad minus vt vere doleat de præteritis fraudib. & peccatis proponatq. firmiter cum Dei adiutorio eisdem se denuo non implicare.

Nec cogendus est vt id voto, aut iureiurando polliceatur ne forte si reincidat, in duo labatur peccata; alterum fraudulentiæ in vendendis mercibus. alterum piurij & fractionis promissi, & sic onus oneri & laqueus laqueo adiungatur. Qd si firmum & stabile propositum non habeat abalienandi sese à fraudibus & mẽdacij in vendendo, non erit absoluendus cũ sit impęnitens, vt docet Adrianus de pænit.q.1.col.3. post Paludanũ in 4 sen. dist.17.q.1. Et sentit D.Ambrosius in c. de Pænitentia dist.3.

CASVS XL.

Antonia ex illicito cõcubitu grauida, cũ a patre ĩterrogaretur, qui cũ peccauerit: illaq; ob vitanda maiora dãna nolit aperire, interficitur a Patre ita cõmoto ob infamiã filiæ. Fornicarius vbi rem nouit. ductus pænitentia vult clericus fieri: eo maxime, quia sibi nunc collatum fuerit simplex quoddam Beneficiũ, ad cuius titulum ordinari poterit; sed antequam ad examen ordinandorum veniat, confitetur sua peccata, remq; omnẽ patefacit.

Quæritur num irregularitatem incurrerit, inhabilisq sit ad tale beneficium, et quid debeat Confessor illi consulere.

De pręsenti casu varie senserunt doctores. Nam Sotus lib. 5. de Iust. & iur.q.1.art.vltimo asserit, huiusmodi fornicarium non esse irregularem, eo quia casuale homicidium ratione rei illicitæ, vt causet irregularitatẽ exigitur, quod opus illud, cui consulto quis operam dat, genere suo sit periculosum, & inductiuũ mortis, aut sanguinis; quando vero illa opera non sunt Clericis ideo prohibita neq; ob id illicita, quia periculosa, sed ob aliam causam tunc homicidiũ quod casuale est, nullam irregularitatem indu-

cit. Quia tunc ta'e homicidiũ nihil habet voluntarij. Exempli gratia. (inquit ille) si clericus in adulterio deprehẽsus inuaditur à marito, & cum moderamine inculpatæ tutelæ inuasorem occidit non debet irregularis haberi, quamuis operam daret rei illicitę: quia homicidium illud nequaquã fuit voluntariũ. Nam & si voluerit adulterium, quia tñ hoc non est per se cã homicidij, nec prohibetur clericis adulterari ob periculũ deformationis, sed ob alias iustas causas: ideo ob sui culpatã defensionem q̃uis adulter occidat maritum defendendo seipsum, non vr̃ in irregularitatis pęnam incidisse. Arg. Clem. j. de homicid.

Et confirmatur per c. Ex literis. eod. tit. vbi excusatur Monachus ab irregularitate, qui cum campanam à Cãpanili deponeret, cadens lignum puerũ oppressit. Fingamus (inquit Sotus) opus illud fuisse seruile, & forsan in die festo; vel contra præceptum prælati, Monachum deposuisse cãpanam, esset ne propterea irregularis? profectò nõ videtur causa vlla ad id credendum. Siquidem rem illam agere in die festo, vel contra prælati iussum, nõ reddit id quod alias non erat ex sui natura directum in homicidium periculosum, et causam propinquam homicidij: quis enim dixerit, peccatum de laborando in die festo, attinere ex natura sua quicquam ad homicidium. Adde etiam quod in c. Dilectus, eod. tit. excusatur clericus, qui sanitatis gratia ascendens equum, inopinato alterũ interemit. Demus quod illamet numero æquitatio fuisset contra iussum Medici, incurrisset ne clericus propterea irregularitatem; nulla profectò videtur ratio id cogere. Cum prohibitio medici nullam dederit causam illi homicidio. Oppositã omnino sententiam habet Siluester, verbo homicidiũ. 2. reg. 3. Tabie. Ver. irregularitas. j. §. 4. cõcl. 1. & alii qui cũ D. Th. 2. 2. q. 64. ar. 8. & Cai. ibi affirmãt, vniuersaliter, casuale homicidiũ sẽper imputari dãti operã rei illicitæ quo ad pænã irregularitatis, licet nõ sẽper quo ad calpã mortalẽ homicidij, idq. probant. Tũ per c. Suscepimus, & c. de cętero, et c. Tua. et c. Sicut ex literarũ, extra eodẽ. Tũ q̃a incursio in irregularitatem, nõ pẽdet ab hoc, ꝙ homicidiũ volũtariũ sit volitum directè, casuale aũt indirectè; sed propter hoc ꝙ illud est volitũ per se; hoc autem aut nullo modo volitum, aut in causa tantũ, & indirectè habet rõnem voliti. Neque. n. de homicidio casuali disputantes distinguerẽt de dãte operam rei illicitæ vel illicite, nisi vellẽt omne homicidium ex illicito opere proueniẽs, comprehendi sub casuali inducente irregularitatẽ. Vnde parum, aut nihil refert, quod fuerit voluntarium & culpabile: dũmodo homicida ĩ veritate quis sit. Nos medium inter vtrũq. extremũ sequẽs, illud solũ homicidiũ ex opere illicito sequutum ĩducere irregularitatẽ arbitramur, cuius tale opus est causa ꝓpinqua. Dicit̃ aũt causa propinqua illicita homicidij, quodcumq. Dictum, aut factum illicitum directum ex sui natura, vel ex consuetudine, vel ex intẽtione operantis, in occasionẽ seu deformationẽ: Quæ est opinio Anchar. & Frãc. in gl. pen. c. fi. de homicidio lib. 6. & Bonifacij in clem. 1. de homicidio, q̃ doctissimus Nau. amplectitur in suo Mã. c. 27. Tit. de irregularitate n. 220. et probatur. Tũ q̃a cõis iurisperitorum regula est culpã ꝓcedentem casũ fortuitum, nõ efficere, vt fortuita imputentur, nisi illa culpa dirigatur sufficienter ad illũ. l. si creditor. & l. q̃ fortuitis. C. de pig. act. Et hĩc est, ꝙ culpa ꝓcedẽs casũ, tũc nocet cõmoditario, cũ illa aliquatenus ordinatur ad illũ. c. 1. de cõmod. & c. fi. de deposit. Equus. n. cõmodatus Anto. piẽs in itinere ictu fulminis, eo q̃a ille, vt luderet, vel fornicaretur ipsũ alligauit stipiti, vbi fulminauit, non perit Antonio, quia culpa ludẽdi, aut fornicãdi nõ est sufficiẽter directa in talẽ casum. Tum quia in c. fi. de homicidio. lib. 6. ideo mandans percutere citra mortẽ, si ille cui id pręcipitur excedat limites, & occi-

occidat, fit irregularis: quia percussio quã illicite præceperat ex se, & sui natura dirigitur in mortem.

Tum quia furiosus quamuis sua culpa furat, & insaniat, non est irregularis, occidendo, vt sentit gloss. c. Si quis insaniens 15. q. 1. & Card. in d. Clem. 1. q. 6. & Imol. in glo. 2 Tũ quia Ebrius, qui iudicio carens interficit aliquem, nec vnq̃ fuit solitus se inebriare, aut sumere arma, & alios ferire, nõ est irregularis, quãuis sua culpa in ebrietatem inciderit: cũ ebrius non peccet in eo, quod extra iudiciũ positus operatur, vt multis argumentis probat Maior. in dist. 15. c. 8. Tũ quia medicus nolẽs curare infirmum, qui ob id moritur. Et diues non pascens, vel nõ vestiens fame, aut frigore morientem. Et qui cũ facile possit, non defendit illum, quem videt occidi; ad quod tamen tenebatur lege charitatis, quamuis non iustitiæ, vt qui non erat in publico cõstitutus officio; peccãt quidem mortaliter, sed tamen irregulares non sunt; vt ostendit S. Ant. 3. p. tit. 28. c. 2. Quo fit vt non sufficiat homicidium sequi ex opere illicito, nisi illud sit causa propinqua, seu sufficiẽter directa in illud.

Ex quib. ad casum propositum respondẽdo, relinquitur manifestum, huiusmodi fornicarium esse irregularẽ; & ex consequenti inhabilem ad beneficia, quousque cum illo dispensetur Ratio est, quia illud stuprum, seu illa fornicatio cũ Antonia, viuente sub tutela patris, est actus illicitus, & sufficienter directus ad mortẽ inferendam, attento patrum honore, & procliuitate ad consuetudine interficiẽdi filias, quę cum dedecore totius familię grauidæ fiunt; attento etiam quod lex in certis casibus similibus permittit patrem occidere filiam, & maritum vxorẽ adulteram. Arg. l. Patri l. Marito. ff. ad leg. Iuliam. de Adul. & l. Grachus. C. eodem.

Quare quamuis fornicatio nõ sit prohibita clericis; quia homicidij periculosa; sed ob mũditiam quæ in Dei ministro requiritur, nihilominus tamen satis est, vt inducat irregularitatẽ, quod sit talis, & cum tali, quæ ex consuetudine & ex affectu paterno ad filiam, et honorem propriũ, possit homicidium causare. Vnde S. Anton. 3. p. tit. 5. c. 8 § 1. col 4. affirmat, illum qui ad mulierẽ alienã ingreditur, eiusq. maritũ interficit, vt se defẽderet ab eo, qui ipsum inuẽtum cum illa volebat occidere, esse homicidã, & irregularẽ; eo quia talis ingressus, iure potest dici esse via ad tale homicidium. Et ꝓinde ꝓuideri debuit ab altero illius consequutio. Et Nauar. in Man. c. de quinta specie irregularitatis, q̃ ex homicidio iniusto nascitur nu. 238. in fine, opinatur clericum adulterum fieri irregularẽ, si maritus ob id occidat vxorẽ, & hãc suã opinionẽ fuisse inquit approbatam à Pio V. cum in sacra pęnitentiaria de ea re esset controuersiã.

Confessor igitur huic voleti ad sacros ordines promoueri imponat, vt dispensationẽ huius irregularitatis postulet à sũmo Pontif. vt dicitur in c. Continebatur. de Homicidio. Quo ad ordines autẽ minores poterit Episcopus dispensare iuxta notata in c. Ad audientiam, & ẽt quo ad beneficium, modo sit simplex, per c. 2. de cler. pug. in duel. & item ad retinendum Curatum iam obtentum, licet non ad obtinendum de nouo. vt ait Deci. in c. At si. §. 1. de iud. nũ. 16. Quod si homicidij delictum fuerit occultum, poterit tunc Episcopus dispensare, tam quo ad irregularitatem, quam quo ad beneficium quodcũnque obtinendũ. per Concil. Trid. sess. 14. c. 7. de reform. vbi conceditur Episcopis facultas dispẽsandi super quacunque irregularitate, procedere ex quocumque delicto occulto excepto homicidio voluntario, & subditur. Si vero homicidium non est ex proposito: sed ex casu, vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quã ob causam etiam ad sacrorum Ordinum, & altaris ministerium, & Beneficia quæcumque, ac dignitates, iure quodammodo dispensatio debeatur, cõmitatur loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Epo, q̃ nõ nisi causa cognita, & ꝓbatis ꝓcibus, ac narratis, nec aliter

dispensare possit. Vide Nauar. in Man. c.27. de dispensatione irregularitatis nu. 239. quo loci decretum istud declarat.

CASVS XLI.

LVdonicus sua bona legauit cuidã Ecclesię, eo pacto, vt singulis diebus missa ibi celebraretur pro eius anima; et nunquã dicta bona alienari possint, sub pœna deuolutionis eorundẽ bonorum ad proximiorem sibi consanguineum. Nunc constat parocho illius Ecclesiæ cõditiones huius donationis non fuisse per suos antecessores obseruatas; idq. detegit suo cõfessori.

Quæritur. An debeat Confessor ei iniũgere, vt renunciet talibus bonis, vel possit illum absoluere quamuis illa retineat, & delictum non reuelet.

IN præsenti casu, dubitationis ratio in hoc est posita, partique vni fauet, quod cum nullus teneatur soluere pœnam ante Iudicis sententiam; etiam si pœna ipso iure, & ipso facto incurratur, quando pęna est talis naturæ, quæ aliquã executionem requirit, qualis est amissio bonorũ. Proinde videtur non teneri Parochũ ad renunciandum talia bona nisi postquam iudicis sententia id fuerit pronunciatum.

Addit quod lex humana sæcularis pęnalis non obligat regulariter ad peccatũ mortale; & omne statutum continẽs pœnam temporariam determinatam, est pure humanum, quo ad illam, quamuis sit quo ad alia, diuinum seu naturale. Cum ergo ille contractus cũ Ecclesia a Ludouico initus, sit quasi Statutum pœnale, non arctabit Parochum quo ad pœnam soluendam in conscientia; & eo magis, quia non est credendum legati illius institutorem, qui semper præ oculis equitatem habere debuit, velle facere Parochum cõtra seipsum exequutorem, cum agere in seipsum, naturę repugnet. Tandem huiusmodi pęna videtur conuentionalis similis illi quam partes in suis contractib. adhibent; ad quam soluendã non teneri trãsgressorem, habet cõmunis opinio; eo quia non videtur esse intẽtio partiũ apponere hmõi pœnas in sit is contractib., vt qui eas icurrunt solutionẽ vltro offerant, sed vt per eas ad obseruandum contractum cogantur. His tamen nõ obstantibus dicendum est in casu proposito teneri Parochum renũciare dicta bona, idq. a confessore esse illi iniungendũ, nec posse absolui si illa retineat. Rō est, quia & si verũ sit, vt argumenta superius adducta probant, neminem teneri ad soluendam pęnã legalẽ aut conuentionalẽ, antequam à iudice pręcipiatur, adeo vt Clem. 1. verbo Officij de hæret adiuncta eius Glossa prebet transgressorem legis non solum a peccato; sed etiam ab excõmunicatione ob illud icursa, absolui posse, antequam soluat pœnam ob eã debitã, & oppositum asserere esset occasionẽ prębere hominibus incidendi in multa peccata, vt qui naturaliter recusant fieri pęnarum contra seipsos impositarum exequutores, contra c. Ex parte de cons. & l. Conuenire, ff. de pact. dot. Anch. in reg. possessor. nu. 21. de reg. iur. lib. 6.

Nihilominus tamen veritatẽ nõ habet in pœna imposita à testatore secundum glos. in c. Ra... testa. à Panorm. & alijs Iuris Canonici interpretib. receptam. Nam cũ voluntas testatoris disposuerit donare illa bona Ecclesiæ sub certis, ac determinatis illis conditionibus celebrandi quotidie, & nõ alienãdi, velitq. vt statĩ deuoluantur ad proximiorẽ cõsanguineũ; ideo illa apposita clausula magis habet rationem conditionis quam pœnæ, redditq; potius legatum ipsum cõditionale, quã pœnale. Ac proinde sicut reliqua a testatore disposita in diuersis casib. nõ indigent declaratione Iudicis, cum casus illi euenerunt, vt patet de vxore relicta à marito domina, & vsusfructuaria cũ conditione si castè vixerit. Hęc n. siue clã, siue publicè castè nõ viuat, nõ põt perseuerare domina & vsufructuaria, tenetúrq. de consumptis à die quo non uixit castè; etiam si nullus iudex humanus ad hoc

com-

cōpellat, quia iam ventū est ad casum in quo testator noluit bona sua ad illam trāsire, ac per hoc nullum tunc haberet ius mulier in illis bonis, quę ex testatoris voluntate sola habeat, quicquid iuris in illis sibi erat. Ita in casu nostro cum testator legauerit Ecclesiæ bona sua sub cōditione celebrādi pro anima sua, & nō alienandi, sequitur clarissime non seruata cōditione, noluisse testatorē dicta bona ad ecclesiam transire, & ideo Ecclesiam nullū habere ius in illis bonis, eaque possidēdo vti re aliena, vt inquit Caiet. i summa Verbo Pęna, & ante ipsum Pano. in cap. Raynaldus, de Testa. Syluest. Verbo Legatum 1. q. 4. & Nauar. in Man. c. 23. nu. 67. versu. Potius est Legatum conditionale, quam pœna.

Confirmatur ex Soto lib. 1. de iust. & iure. q 6. ar. 6. Nam quando aliquis quidpiam legauit sub conditione, huiusmodi conditio nequaquam est lex pœnalis, quia defunctus cum sit persona priuata, nō poterat legem condere; cū lex sit actus iurisdictionis ac potestatis, ergo est conditionale pactum; scilicet do, vt facias. Et ideo si tu cōditionem non impleas, teneris mihi meum restituere, cum non transferā dominium nisi exequuta conditione.

Quare cum Franciscus donauerit sua bona Ecclesiæ sub conditione, vt pro anima ipsius celebraretur quotidie missa, & dicta bona nunquam alienarentur, & expresserit animum suum de deuolutione eorundem bonorum ad proximiorem sibi consanguineum, sequitur quod non obseruatis conditionibus, res non est iacta ipsius ecclesię: sed propinquorum defuncti, & ideo Parochum, cui id nunc cōstat, teneri ad relinquenda dicta bona tāquam aliena, & si nolit non debere absolui, vt qui contra voluntatem testatoris illa retineat. Nec obstat, si quis dicat donationem factam Ecclesiæ sub modo nō reuocari, si modus non seruetur: cum donatum Ecclesię sub modo, videatur donatū pro gloria Dei, & salute animæ principaliter. c. Requisisti. de Testa. Et ideo modus appositus non videtur causa finalis; sed impulsiua, qua cessante non cessat effectus. Et facit l. Mquia. ff. de manu. testa. vbi libertas legata trib. seruis sub hac conditione, vt alternatis vicibus luminaria accenderent super sepulchrum eius; non fuit reuocata, quamuis ipsi talē modū de alternatis vicib. non seruauerint.

Respondemus hoc esse verum, quādo modus nō est principalis, seu finalis causa ipsius cōtractus; sed solum impulsiū; & quando etiam manifeste non exprimitur ipsa reuocatio, quæ duo in proposito nostro casu habentur. Principalis enim causa, ac finalis, qua Motus est Frāciscus, vt bona sua Ecclesiæ donaret, ea fuit vt diebus singulis pro ipso celebraretur, & ideo non existente hac cōditione, donatio vim non habet. Alia aūt conditiō de non alienandis bonis, habet hoc expressum, quod si alienētur, sint ipso facto deuoluta, hoc est nō iam Ecclesiæ, sed proximioris cōsanguinei. Et ideo donatio est in conscientia reuocata, ac si non fuisset facta; tum ob principalis conditionis defectū; tū ob expressam clausulam, qua deuoli ipso facto Ludouicus vult dicta bona ad consanguineum, vt notat Bart. in l. 2. §. fin. ff. De dona. & Bal. in 1. ff. de his quæ pœnæ causa reli. & in l. cum alienam. C. de lega. & canonistæ in cap. Verum, de condict. appo.

Nec est, quod quis dicat, delictum prælati solius, non nocere Ecclesię, vt est regula delictum lib. 6. & asserunt Doctores in C. Breui, de iureiu. Et ideo cum Parochus nunc existens velit cōditiones omnes seruare; nec fuerit in culpa, quod a prædecessoribus illius Ecclesiæ Parochis non sint seruatæ, non videtur iustū, quod tantę pœnæ sit Reus, vt bona illa legata Ecclesiæ debeat a se alienare, & pro aliena culpa pœnam pati.

Respondemus, quod in acquisitis, & in his quę donantur, verum est nō posse prælatum solū nocere Ecclesię: secus est quādo donatio fit sub conditione. Nā si solus prælatus eam non seruat nō valet donatio, quia in acquirendis nocere potest, vt notat gl & doct. 16. q. 6. § fi. & Innoc. i c.

fraternitatem de dona. Angelus, verbo donatio i.§.48. Tabien. eo.§.50. Vnde cũ iam Ecclesia donationis titulũ per conditiones a parochis non seruatas amiserit, nullum tam in dictis bonis ius habet nouus parochus, cũ sint aliena, & proximiori cõsanguineo legata; & posse quẽ pro alterius culpa, pœna simili puniri colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 108. art. fin. & 12. q. 87. ar. vlt. Per hęc facile satisfit dubitationibus in principio positis, vt quæ procedant in his, quæ habent rationem pœnæ proprie, non autem in legatis sub conditione vt est in casu proposito.

CASVS XLII.

IOãnes Principis cuiusdam thesaurarius, negotiatur inscio ipso ex Principis pecunijs ad propriã suã vtilitatẽ, et ita ditissimus factus est, absque tamen rerum domesticarũ Principis detrimẽto. Nunc proximus morti vult testamentum conficere, consulit Confessorem de huiusmodi bonis comparatis.

Quæritur, an debeat ea relinquere Principi, vel possit tuta conscientia legare ea Parentibus.

RESpondemus, Thesaurarium sic negotiantem, in nullo esse obnoxium Principi: sed posse tuta conscientia legare illa parentibus, dummodo ex tali pecuniæ negotiatione nullum etiam damnũ dederit alijs quibus cõgruo tẽpore stipendia erat soluturus: quia tũc teneretur ad reficiẽdum solum tale damnum. Nam cũ pecuniæ non sint ex natura sua fructiferæ: sed id habeant ex industria negotiãtis, inde fit vt quicquid illis comparauit Thesaurarius, suæ industriæ sit referendum & adiudicandum. Vnde vsurarius & latro quamuis restituere debeant, quæ vsura & furto acceperunt, non tñ ea quæ lucrati sunt, pecuniis his ad vsuram acceptis, aut furtiuis negotiationi licitæ eas applicantes: immo qui vellet quicquã accipere de huiusmodi lucro per industriã vsurarii, & latronis comparato, peccaret mortaliter, vsuramque ipse committeret, nisi forte id exigeret pro aliquo cessante lucro, vel resarciendo damno, ex furto, vel vsura sibi illato, vt dicit Sotus, & alii i 4 dis. 15 q. 2. Et colligitur c. Plerique & c. fin. 14. q. 3. & probat D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 4. & Caiet. ibi. Si enim lucrum ex dicta pecunia acceptum deberetur ei a quo est pecunia ablata, reportaret igitur emolumentum ex vsu æris. ac proinde cõmitteret vsuram: nam vsura dicitur ab vsu æris. Et pręterea quia emolumentum prouenit non ratione industriæ: cum nullam dominus pecuniæ adhibuerit, sed ratione vsus ęris, hoc est ratione pecunię, quæ est ab eo accepta, ergo committeretur ibi vsura. Adde ẽt quod restitutio est actus iustitiæ specialis commutatiuæ, quo redditur alteri quod suum est, & ideo vbi nulla interuenit iustitia, nulla etiam reperitur restitutio (neque enim resarcire quis teneretur, nisi damnum illatum) sed Thesaurarius in nullo damnificauit Principem, vel eos quibus erat soluendo, vt supponitur in casu; igitur nulli restitutioni est obnoxius.

Præterea Lucrum, & damnum debent vicissim currere, vt scilicet qui lucrũ apponit, idem afficiatur & damno, igitur si Thesaurarius, & vniuersaliter is, qui ex aliena pecunia lucrum acquisiuit, teneretur reddere lucrum Principi, & domino pecuniæ, necessario efficitur, vt damnum ex tali negotiatione reportatum, ad illum eundem Principem attinere, cui deberetur lucrum. At hoc est aperte falsum, neque. n. est rationi consentaneũ; quod si Thesaurarius pecuniam sua cura commissam male locauerit, & perdiderit, illud dãnum redundet in domino a quo pecunia est accepta, ita scilicet vt propter damnũ occursum debito pecuniæ reddendæ Thesaurarius liberetur. Quare cum Thesaurarius damnum in negotiatione accipiẽs, non debeat restituere infra sortem, sequitur, quod neq; lucrum faciens tenebitur restituere vltra sortem, idest vltra illud quod accepit. Tandem in huiusmodi lucro

cto a Thesaurario facto principalior est hominis industria, quam sit ipsa principis pecunia. Namq; pecunia se habet vt materia, industria vero hominis se habet vt agens, at ex principaliori debet sumi iudicium totius, igitur ex industria lucrantis est iudicandum huiusmodi lucrum, Sed quod quispiam industria acquirit, licite lucratur, neque est restituendum, ergo non est cur Thesaurarius huiusmodi lucrum Principi restituat. S. Ant. 2. part. 1. c 15. §. 5. Sotus de iust. & iur. lib. 6 q. 1. ar. 4. Nau. in Man. c. 23. circa empt. & vend. nu. 94. Syl. verb. restitutio. 3. q 5. in nono dicto. Neque supradictæ resolutioni aduersantur tres leges. C. de iis, quæ ex pub. colla. lib. 10. adiuncto c. pœnale 14. q 5. quibus interdicitur ne quis negotietur pecunia publica in custodiam recepta. Nam id intelligendum est de illo, qui negotiatur cum damno Reipublicæ, vel eorum, quibus debet statutis temporibus stipendia soluere.

Non item aduersatur commune doctorum axioma, quod depositarius vtens re deposita committit furtum l. qui furtum. ff. de condi. fur. nam hæc regula fallit in his, quorum vsus consistit in numero, pōdere, & mensura non obsignata, in huiusmodi siquidem non habet proprie locum depositū l. Qu ntus. ff. Depo. Vide Tabi. & alios summistas verbo Depositum, & S. Ant. vbi supra. Non etiam valet, si dicatur Thesaurarium non plus iuris habere in lucrum principis pecunia comparatū, quam in ipsam pecuniam. Vnde cum illius pecuniæ nullum habeat dominium, sequitur quòd nec lucri ex ea acquisiti Et Paulus ad Rom. 11. inquit: Si Radix sancta, & rami, potest contrario sensu inferri si radix infecta, qualis est pecunia aliena, & rami puta eius lucra, ac proinde restituenda. Respōdemus plus iuris habere Thesaurarium in lucrū, quam in pecuniā Principis: eo quia hæc est solum sibi commissa sub deposito, nec de illa pōt facere quicquid libuerit: at lucrum ex tali pecunia negotiando cōparatum, est suum iure, & titulo suæ industriæ.

Nec similitudo de radice arboris est ad propositū. Nam radix hēt se vt principiū actiuū: ac proinde si pricipiū est infectū, incidat necesse est aliquis def ctus in effectu ex ipsa causa proueniēs. At pecunia aliena per cōparationē ad lucrum ex tali pecunia cōquisitū hēt se passiue: ac proinde quicquid ibi mali est, est malum vtētis, non pecuniæ. Et ideo qui vtitur tali pecunia, vt bonum lucrum accipiat, non tenetur lucrum restituere, quamuis teneretur ei, cuius erat pecunia, dānum oē recompensare; si aliquod incurrisset, ob retentionem diuinam, & negotiationem dictę pecuniæ, vt notat S. Ant. vbi supra.

CASVS XLIII.

Petrus iniustè Antonium capite bannitum ætate quadragenarium occidit, cui erant quatuor filij, & maior natu annorum septem; qui Antonius lucrabatur singulis annis scuta centum, quibus filios iuxta conditionem suam educabat. Nunc Petrus ad confessionem accedit, & hæc omnia narrat confessori.

Quęritur num teneatur facere expensas filijs interfecti, & quid debeat confessor præscribere, vt soluat eisdem singulis annis, & ad quod vsque tempus.

Difficilis est visus multis iste Casus, Tum ob opinionum varietatem, Tum ob varias quæ in eo expendi debent circunstantias. Tria ergo hic petuntur, quorum illud est primū. An Petrus teneatur expensas facere filiis banniti interfecti, & supposito teneri ad aliquam restitutionem. Inquiritur deinde quid singulis annis debeat soluere. Tertiū & vltimum inuestigatur, nū hosce filios toto vitæ suę opere alere sit cogendus, vel aliquibus solum annis, & quot.

Quo ad primum non desunt rationes suadentes non teneri Petrum ad restitutionē filiis pro patre bannito interfecto, nā quoties aliquis per sententiam publicam est adiudicatus morti, non est iā vita

illius

illius filiorum, quia quodcumque ius filii in illa habebant sublatum est per condẽnationem Iudicis, qui cum fungatur publica authoritate, põt maleficos vita priuare, vt habetur 23.q 5 c Reos & per totã quæstionem, sed vita banniti erat adiudicata per sententiam morti. Nam vt in casu ponitur, erat capite bannitus, ergo vita illius iam non erat filiorum. Et ideo Petrus iniuste illum interficiendo, & si peccauerit contra charitatem, vt qui ira percitus hoc fecerit, non tamen cõtra iustitiam, vt qui nihil abstulit filiis, quod iã publico edicto, seu banno esset ablatum.

Confirmatur: quia si huiusmodi bannitus a ministris iustitię captus, ductusque ad suspendium, ab aliquo ex odio prope suspendium occideretur, non diceremus talem homicidam teneri ad restitutionẽ filiis; cũ iam vita huius suspendendi non esset filiorum, vt qui iudicis sententia erat morte damnatus, & ad mortem ducebatur. Ergo eadem ratione, cum in casu proposito illo bannitus sit capitis sententia damnatus, sequitur, quod si interim quod non occiditur publica authoritate, occidatur priuata, peccabit occidẽs, sed nihil aufert filiis, quod ipsorum esset; cum vita patris morti sit edicto publico adiudicata.

Præterea si Petrus, vt minister Iustitię, Antonium sic bannitum occidisset, neq; peccasset, nec esset restitutioni obnoxius, cum Reipublicæ authoritate ei fuerit facultas data interficiendi illum. Potest namq; Respub. post latam sententiam instituere quospiam ministros in latrones, & alios apertissimos Respub. hostes, qui alia via comprehendi non possunt. De quibus habetur c. pro humani de homic. voluntario, D. Th. 2.2 q 64. ar. 3. Sotus de Iust. & iu. lib. 5 q. 1. art. 3. In nullo ergo alio Petrus videtur peccasse, quam quod priuata authoritate dictum bannitum occidit, zelo potius vindictæ, quam iustitiæ. Quare non erit restitutioni obnoxius, sicut qui in bello iusto hostem iniquo animo interficit.

Sed his non obstantibus, dicendum est Petrum teneri ad restitutionem filiis præfati banniti.

Tum quia pater lucrabatur centum singulis annis, quibus filii nutriebantur, quo dãno sunt affecti patre mortuo. Quare iustitia commutatiua exigit, vt per Petrum iniuste eundem vita tollentem, & damnum illud filiis inferentem resarciatur. Ita enim decretum est, c. fin. de iniuria & damno dato, si tua culpa datum est damnum, iure super his satisfacere te oportet.

Tum quia huiusmodi occisio non modo fuit iniusta ex mala intentione: sed ẽt ex ipsomet opere exteriori, cum facta fuerit a particulari persona, non vt ministro iustitiæ. Nam ex eo, quod aliquis capite bannitur, non intelligitur statim concessa facultas cuicumq; ipsum occidendi. Bãniti enim capite nihil est aliud, quam iudicis edicto publico talem iudicari dignum morte. Huius tamen sententiæ ministros, & exequutores non omnes indifferenter instituuntur: sed hoc in aliquibus solum casibus fieri consueuit.

Quare cum bannitus iste, de quo est casus, sit solum capite damnatus, sed suæ sẽtentiæ non sit Petrus factus exequutor; sequitur Petrum talem bannitum occidẽdo, non solum peccasse ratione iræ, vel odii: sed etiam ratione ipsius occisionis iniustæ: & ideo teneri ad restitutionem: iuxta l. Si ex plagis §. fin. ff. ad l. Aquil. Et veluti qui iuste se defendendo, alterum occideret, nec peccaret, nec restitutioni esset adstrictus: sed si debitum modum defensionis excederet, adeo vt culpa lethalis existeret, restitutioni esset obnoxius, vt tenet Nauar. in suo Man c. 25. nu. 24. eo quia huiusmodi mors non solum iniusta esset ex mala intentione: sed etiam ex ipsomet opere exteriori. Ad eundem modum in proposito casu, qui bannitum capite, vt sententię mortis exequutor, occideret, nec peccaret, nec ad restitutionem teneretur: si tamen iniuste, hoc est, vt priuata persona, & contra ordinem Reipublicæ interficit, non modo lethaliter deliquit: verum etiam restitutioni obligatur.

tur. Pro quo etiam facit, quod vbi est dãnificatio iniusta, ibi semper interuenit restitutio, vt declarant Theologi in 4 dist. 15 & D. Tho. 2. 2. q. 62. sed iste bannitus interim, quod capitis sententia in ipsum non exequabatur, erat quoddam bonum filiorum, ac totius suæ familiæ, vt patet; ergo auferendo illi interim vitam, non secundum iuris ordinem, damnificantur iniuste filii.

Adde etiam, quod in casu videtur, quodammodo insinuari Petrũ occidisse præfatum bannitum extra territorium, seu statum, in quo erat bannitus. Si enim lucrabatur centum singulis annis, id difficile esse poterat in eo territorio, in quo capitis sententia erat damnatus. Iam autem malefactorem, quantumcunq; dignum morte interficere non licet in eo statu, ad quem non se extendit potestas principis, qui illum capite banniuit. Exigit namq. actus iste, qui est occisio iusta hominis ex publica potestate, vt fiat intra dominium talis potestatis. Neque enim potest actio potestatis excedere limites sibi subiectos; alias effectus non esset cõmensuratus suæ causæ, ita testatur S. Ant. 2. par tit. 7. c. 8. & Tabien. in verbo Bannitus §. 1. in fin. & Armilla eo. verbo.

Rationes autem in oppositum adductæ concludunt de eo bannito, qui non solum est per sententiam de capite iudicatus, verum etiam data est libera facultas cuicunque ipsum interficiendi, proposita remuneratione. Et si enim huiusmodi facultas non nisi pro grauissimis causis concedi debeat, & quam rarissime. Tum quia illi, qui exequi tentant bannitum sic interficere, vix liberi sunt ab odio, atque iracundia.

Tum quia vt insidias his sic condemnatis tendant mille accumulant peccata, eaque grauissima.

Tum denique quod frequentissime contingit, vt sine sacramentali confessione occidantur. Et ita non modo corpus, verum etiam illis miseras animas interimunt: qui si secundum communem iuris ordinem pœnas sui sceleris luerent, daretur sibi resipiscentiæ, & confessionis tempus, & perempto corpore, anima salutem adipisceretur, vt recte notat Sotus de iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 3. Nihilominus tamen, quando princeps post datam sententiam efficit quoscunque illius iustitiæ exequutores, non solum permissiuè, sed etiam præceptiuè, hoc est, non solum non puniendo, qui tales bannitos interficiunt, verum etiam præmia statuendo, tunc quia bannitum occidit zelo iustitię, nec culpæ, nec restitutionis est reus, quia vt Pater Augustinus pri. de Ciuitate Dei inquit, dum quis quidpiam per ministerium, quod iubenti debet, facit, & non ipse proprie facit, sed alter, qui iubet. Vnde cum Moyses legitimus esset vice Dei iudex ad vlciscendam sceleratissimam, & abominabilem illam conflati vituli Idolatriam; multorumq; esset facienda cædes, nempe viginti trium millium, ad quam exequendam necessarii erant multi iustitiæ ministri, ita vt oporteret amicus amicum, & frater fratrem interficere, iure optimo data a Deo prius in Reos sententia, hosce ministros instituendo, dixit. Occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum pro peccato vituli conflatilis. Vide de hoc Pan. de consuet. c fin. in 2. gl. in fin & Bar. in l. omnis populi ff. de Iust. & iu. & in l. Amissione. §. 1. de capi. dimi & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de const. Tabien. & Armil. vbi supra qui notant differentiam maximam esse, quando lex, vel statutum permittit, occidere bannitum non puniendo occisorem, vel quando concedit, quod possit occidi, & aliquando remunerat, primo siquidem modo non licet sine peccato, estque ipsa occisio iniusta. Secundo verò modo non est peccatum dummodo fiat zelo iustitiæ, & intra terminos potestatis illius qui talem legem condidit.

Quare diuersa admodum esset ratio, si Petrus vt minister iustitię præfatum bannitum interfecisset, & si is bannitus sic esset, de capite per sententiam iudicatus, vt libera foret concessa per Rempub. facultas cuilibet occidendi eundem. Isto

enim

enim casu, nec peccaret, nec restitutioni esset obnoxius. At cum ille, vt persona particularis necem intulerit; cumque nõ esset factus exequutor sententiæ capitis contra bannitum, & vt præsumitur ipsũ vita mulctauerit extra territorium sui bãni, sequitur, dictum homicidium esse iniustum, non modo ob prauam intentionem, sed etiam ratione sui: & ideo ad restitutionem teneri.

Nec est simile de interficiente illum, qui per ministros iustitię duceretur ad suspendium, & de Petro, qui occidit bannitum capite per sententiam nondum exequutioni mandatam. Quia cum hic bannitus non teneatur esse minister suæmet sententiæ, sequitur, eo vsque quo exequẽda differtur, ita vitam esse suam, ac filiorum, vt non nisi summa cum iniuria priuari illa possit, & ideo talẽ occidens, peccat non modo aduersus charitatem, sed contra iustitiam. At vero qui ad patibulum illa conditione, si nupserit, aut si liberos susceperit, relinquatur causa dotis, conditionem esse inualidam, si ducitur, est iam dominio suæ vitæ priuatus, suntque filij spoliati omni iure, quod habebant in tali vita. Quo fit, vt occidens eundem odio, offendat quidem charitatem, sed nulli damnum infert, nec alteri, quod suum est, tollit; & ideo a restituendo est immunis, veluti si alicuius hæretici bona adiudicata fisco, & fisci ministris occupata dum ad fiscum asportarentur, fuissent ab aliquo deprædata, non teneretur iam iste dicta bona heretico, aut filiis hæretici restituere, cum per sententiam iuste exequutam sint bonis illis priuati, nec iã vlterius habeant in illis ius aliquod, sed fisco restitui debent, cuius erant. Eodem ferrè modo vita illius malefactoris, qui lata sententia ad suspendium ducitur, nõ est iam filiorum, aut sua, immo nec Reip. cum illam tanquam sibi nociuam, & pestilentem rescindendam, & interficiendã suis ministris tradiderit. Quare si odio interficiatur ab inimico prope patibulum, erit quidem culpa contra charitatem, sed nulli restitutioni videtur filiis obnoxius; quia intentio mala sine opere iniurioso, hoc est, sine transgressione legum iustitiæ specialis, non obligat ad restitutionẽ, probat late Sotus de Iust. & iure. lib. 4. q. 7. & Nauar. in Man. c. 17. nu. 71. Non sic autem est in casu nostro, & ideo Petrus mortem inferens illi bannito, cuius capitis sententia nondum erat exequutioni mandata, quique centum lucrabatur filiis, astringendus erit, vt damnum eisdem reficiat.

Sed secũdus iam oritur punctus, quid Confessor debeat præscribere, & iniungere Petro, vt soluat dictis filiis, annis singulis. Qua de re varie sentiunt doctores. Nam Maior. in 4. dist. 15. q. 10. existimat homicidam tenere tantum reddere hæredibus defuncti, quantum ipse iudicio prudentum esset lucraturus toto vitæ tẽpore, deductis laboribus, cum non tantũ debeatur quiescenti, quantum laboranti. Et ideo ab homine iam mortuo detrahi debet filiis labor, quo alimenta illis comparabat.

Sed hæc sententia non est vera, quia tunc si bannitus occisus manibus laborabat; & proprio sudore, ac labore lucrabatur illa centum, non teneretur Petrus, qui illum interficit, dare aliquid filiis, cum detractis laboribus nihil remaneat, quod dicere est omnino absurdum. Etenim si quis per fraudem agricolam, seu artificẽ quæcumque ab opere, & labore quo victum lucratur, auertat, in integrum tenetur de damno, estq; non minus illi restituendum, quam si laboraret, eo quia iam accinctus erat operi, & te obstante ac impediente lucrum omne amisit, quare non sunt labores artificum detrahendi, & diminuendi a restitutione, quæ debetur filiis ratione homicidii, immo quanto magis pater erat operi accinctus, suoq; labore ius habebat in lucro, tanto maius damnum est filiis illatum; & ideo eisdem restituendum; immo maiori restitutionis vinculo est astrictus, qui sutorem, vel barbitonsorem, aut alium manuũ arte victitantem interficit, quam qui nobilem occidit, etiam si grauius delictum admittat,

qui

qui hunc perimit, quam qui illum. arg. l. Aut facta. ff. de pœnis. & c. Aut facta, de pœnit. dist. 1.

Scotus in 4. di. 15. q. 3. putat talem homicidā teneri ad sustentationem totius familiæ defuncti, ita vt non modo vxorem, & liberos; verum & omnes propinquos alere debeant, eo quia omnibus dānum intulit; & quisque illorum potest agere rationem hęredis pro operibus defuncti, quæ toto vitæ suæ tempore exercere volebat.

Sed hæc Scoti opinio multis est subiecta scrupulis; Tum quia ex ea sequitur, quod si homicida esset pauper, nec plus lucraretur, quam occisus lucrabatur, teneretur totum dare hæredibus occisi, & nihil sibi reliquum facere, quod esse absurdum probatur. arg. ca. si non licet. 23. q. 5. & l. si præses. C. de Aq. quot. Tum et quia non oēs, qui sanguine sunt coniuncti cum occiso, habent ius in hæreditate illius, nec opere, aut expensis eius viuebant; ideo uelle cogere homicidam ad restituendū omnibus, est rigorosum nimis. Restitutio enim siue redditio præsupponit ablationem, secundum mentem omniū doctorum; & cum multis ex consanguineis nihil iuris sit in bonis alterius, maxime habentis filios hæredes legitimos: sequitur nihil iuris, per occisionem præfatam illis auferri. Nam priuatio præsupponit habitum. l. Decē. ff. de ver. sig. c. Ad dissoluendum. de despon. imp. Adde demum, quod vbi non est debitum legale, non est quod restituatur, vt affirmat Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. Nemini autem, cui non est ius in te, vel ad rem, conuenit debitum legale, licet forte conueniat debitū morale, & Antidotale; vt colligitur ex glos. & alij inst. de act. in princip. & in l. 1. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Cum ergo nō omnibus, & quibusuis parentibus conueniat ius in lucro, vel ad lucrum occisi, sed solum his, qui legitimi sunt eius hęredes, quique tali lucro victitabant, sequitur non teneri Petrum in homicidam ad sustentandum omnes propinquos banniti interfecti.

Quo circa in hac restitutionis quantitate præscribenda existimo vtendum esse potius hominis prudentis iuditio, quam iuris cuiuscumq; reguils, cum nullæ possint dari adeo certæ quin tam occisi, quā occidentis conditionibus, & circunstantijs varientur: & cum non tam vitę (quæ nullo pretio recompensari potest) quam eorum, quibus per interfectionem illatū est damnum, habenda sit ratio. Et in casu nostro, vltra ea, quæ forte in se medicando impendit bannitus, antequam obiret, debet Confessor in arbitrando damno, quod filij, & hęredes eius perpessi sunt, attendere ad qualitatem ipsius occisi. Eo enim quia de capite bannitus est non tanti valet illius vita filijs, vt qui poterat facile à ministris iustitiæ capi, & sententia mortis puniri, quam si liber esset, & nullo banno subiectus. Quamuis etiam lucrabatur scuta centum annis singulis, id pendebat ex incertitudine future infirmitatis, & ex grauamine ętatis, cum esset iā quadragenarius, & ex alijs futuris casibus, quę non nihil de restitutione diminuunt, secundum doctrinam D. Th. 2. 2. q. 62. artic. 4. Respicienda est etiam occidentis conditio. Et si enim debeat damnum omne resarcire etiam cum graui detrimento suorum bonorum, non tamen est in extremam, vel grauem necessitatem conijciendus, & Panormitani opinio videtur rationi satis cōsentanea cum dicit in c. 1. de iniur. col. 1. hęredibus defuncti tantum esse restituendum, quantum ille viuens suo labore, aut arte, lucrari poterat, quod quidem in iure quinquaginta aureis estimatur. l. 1. §. 2. ff. de iis qui deiec. vel effud. & declarat Hostiensis in summa de iniur. col. 3. & Specul. titul. de iniur. §. sequitur. nu. 26. & post hos Nauar. in Man. c. 15. nu. 22. §. 4. & c. Sed in casu nostro cum proponatur, Antonium bannitum, & occisum lucrari singulis annis scuta centum, existimarem non satis esse Petro, restituere dimidium, hoc est quinquaginta: sed oportere tantum reddere, quantum damni fecit, detractis solum periculis, quibus lucrum illud

lud erat subiectum, & quo propius ad æqualitatem rei accedatur, eo Confessoris, & Petri conscientia erit tutior. Arg. l. Fideicommissa. § Quamquam. ff. de leg. 3. & c. Quinta vallis, &c. Veniēs, deiureiur.

Quod attinet ad tertium quęsitum, An per totam vitam debeat hæc restitutio a Petro fieri, vel per certos duntaxat annos, & quot. Respondeo satis, meo quidem iudicio fore, si per quindecim fieret annos.

Tum quia cum Antonius bannitus esset iam quadragenarius, & dies hominis breues sint, multisque concussi infirmitatibus, transacto hoc ætatis termino videtur agere potius alieno labore, quam suo posse victitare.

Tum etiam quia ad illud vsque tempus indigent filii aliena cura, & subuentione, & transactis quindecim annis idonei sunt, vt arte propria decenter viuant. Omnia tamen hæc, vt diximus prudentis Confessoris iudicio sunt arbitranda, & quo magis fieri, poterit ad æqualitatem iustitiæ reducenda, consideratis circunstantiis omnibus, rei, temporis, loci, & psonę, & c. 1. Certi condictio de reb. Credit. & in princip. Inst. de verb. obligat. & l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. D. Tho. in 4. sen. dist. 15. q. 1. art 5. q. 2. ad secundum Richardus, & alii.

CASVS XLIV.

IOannes reliquit filiæ suæ tria millia scutorum, si viro nobilitati suę non inferiori nuberet, quam & instituit vsufructuariam cuiusdam hęreditatis emphytheoticę quousq; masculus, quem genuißet non attingeret decimum quintum annum. Hæc mortuo patre, Deo inseruire in Religione decernit, animumq; Michaeli eius consanguineo declarat, qui non totam illi dotem sed tantum mille scuta Monasterio, vt moris est aliis monialibus ingredientibus illud pro victu, seu dote consignat: cætera sibi reliqua omnia retinet dictus Michael, qui non confessori rem aperit.

Quęritur, quomodo consulendum sit in hac parte Michaeli a confeßore, & non ei iniungendum sit vt totam dotem cum bonis det Monasterio.

NOn defuerunt aliqui ex iuris peritis, qui in Theologicam messem falcem mittere volentes, asseruerunt in huiusmodi legatis vsu frequentibus non teneri hęredem donare aliud Monasterio, quam dotem solitam consignari ab aliis pro victu: vt qui putent, quod quando id, quod legatur filiæ sub conditione, si nupserit, excedit debitam naturalem legitimam, non esse acquisitum illi si conditionem non impleat.

Tum quia vbi constat de voluntate testatoris, eaq; expressa est verbis propriis, & accomodatis, nullo pacto erit ab illa recedendum, l. in conditionibus primum locum, cum simul. de conditio. & demonstr. l. Ex facto, magna, ff. de hęr. inst. l Pœna. Cod. de necessar. ser. hæred. inst. Authen. de nup. § disponat: & ideo 4. q. 2. c. Vltimo, dicitur effectum vltimæ uoluntatis esse, vt ei omnino stetur.

Tum quia etsi leges Religioni admodum foueant, non est tamen iste fauor extendendus iu præiudicium testatoris, ipsiusque voluntatis: cum iniquum admodum sit admitti quempiam ad bona testatoris contra eius beneplacitum: cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter. C. mandat. l. Sed etsi hęc. §. consuluit, ff. de pet. hęr. Et fauorabilibus personis ita debitores sumus, vt aliis iniustitia fieri non debeat. c. Ex tenore, de for. com c. etsi necesse, de don. inter virum & vxorem.

Tum quia, si filia ingrederetur Religionem, viuente patre, non tenetur ei relinquere aliud, quam legitimam de in re naturæ debitam: cætera autem bona potest cuicunq; alteri legare; vel filiam de illis restituendis grauare; iuxta text. expressum in l. Deo nobis, §. Hoc idem. C. de Episc. & Cler. Ergo eadem ratione, si

pater

pater diem obeat,antequam filia monasterium ingrediatur, poterit in illo casu prohibere ne ipsius bona, quę excedant legitimam filiæ debitam, ad monasteriũ perueniant.

Tum denique, quia hæc adiecta conditio si aliquam ob causam reijceretur; ea esset (vt alterius opinio doctores asserunt) quia contemplatiuæ vitæ est impedimento. Hæc autem causa est friuola, & inepta, partim quod fieri nõ videatur verisimile, eam quæ vult ingredi in Religionem, & mundo ac rebus suis terga vertere, perpetuamque vouere paupertatẽ, ab hoc proposito retrahendum fore propter amissionem illius legati. arg. C. de mun. parti. lib. 10. Partim quod eadem oratione, si in defectum istius conditionis substituta esset pia causa, adhuc reijceretur ista conditio id quod aduersatur. §. Sed, & hoc præsenti, in fin in Auth. de sanc. Episc.

Et demum, quia pater non impedit ingressum religionis, qui ad ipsum sufficientem filiæ dotem relinquit: ob quas rationes Baldus in l. Deo nobis. Cod. de Episc. & cler asserit consuetudine, & vsu communi hanc opinionem esse approbatam.

Contraria tamen opinio est iuri omni consentiens, & a Theologis, ac iuris prudentiam bene calentibus recepta, vt docet S. Anton. 3. part. tit. 10. c. 3. Rosela in verbo Legare. §. 21. Syl. verbo Legatum. q. 9. & verbo Hæreditas. 4. §. vlt Tabien. verbo Hæres. §. 16. Ang. eo. §. 21. Pano. in c. in pręsentia de probationib. Rich. & Bar. in d. Auth. nisi rogati. & doctor. in l. si ita quis. ff. de leg. 2. & sic de facto occurrente Bononiæ consuluisse testatur quidam Dangotis. per textum expressum in §. sed, & hoc præsenti. in Auth. de sanct. Episc. col. 9. vbi hæ omnes conditiones, si nupserit, si liberos susceperit, & aliæ similes cum fœminæ, quibus legatum, vel hæreditas sub eis relicta est, monasteria ingrediantur, inualidas esse, & pro non adiectis habendas, decernitur.

Neque dicendum est textum istum intelligi debere quando sumus in dubio, secus quando constat de expressa voluntate testatoris cõtrarium disponentis vt est in casu nostro. Nam hæc euasio repugnat textui.

Primo quia in textu illo statuitur quod si aliquid sub illa conditione, si nupserit, aut si liberos susceperit, relinquatur cautis iotis, conditionem huiusmodi reddi inualidam, haberique pro non adiecta si monasterium ingrediatur, sensit autem ibi expresse testator de matrimonio carnali sine quo non potest dici dos. l. 3 ff. de iure dotium. c. etsi necesse de donat. inter virum & vxorem.

Secundo, qui ea conditio, si non nupserit, expressa a testatore, reijcitur a iure, fauore nuptiarum. l. sed si hoc. §. vlt. l. Quoties. l. cum ita legatum, cum. l seq. ff. de cond. & demonstra. Religionis autem fauor est fauori nuptiarum præferendus. l. Titio. § vl. cum ibi notatis per Bar. ff. de conditio. & demonstr. Voluntas verò testatoris, cum restringatur per legem, est ac si nihil sensisset in illo casu. l quę sub conditione. l conditione. 1. & 2. ff. de conditio. Institutionum Quare procedit ille textus contra voluntatem etiam expressam testatoris.

Confirmatur ex l. Titiæ. ff. de condit. & demon. cuius hæc verba referuntur in Pandectis Florentinis (vt testatur doctissimus ille Ant. Augustinus lib. 1. emend. c 2.) Titiæ si nõ nupserit, ducenta, si nupserit, centum legauit. Nupsit mulier. ducenta, nõ etiam, centum residua petet: ergo quod ibi fauore nuptiarum contra expressam defuncti voluntatem deciditur, an fauorem Religionis extendi tanto magis debet, quia spirituale matrimonium, quod per professionem solemnizatur, anteferturcarnali, quod per mutuum partium consensum in facie Ecclesię præstitum contrahitur, vt tradit. Euer. in suis Top. Ad propositum igitur in illo casu dubium, respondendum est, Confessorem debere Michaeli imponere, vt omnia, quę Pater reliquit filię si nuberet, & filios haberet, elargiatur illi ingredienti Monasterium.

Tum

Tum quia omnis substitutio, seu conditio, quæ præbet impedimentum maioris boni, seu retrahit, à vita contemplatiua eligenda, reprobatur, & pro non scripta habetur. Nam substitutus timens, ne bona sua cogatur restituere alteri hæredi, induceretur ad matrimonium contrahendum, & remoueretur à proposito religionis, & castitatis: & ideo Imperator voluit tale grauamen haberi pro non adiecto, vt patet in tex. in d. §. sed & hoc præsenti, vbi dicit tales ordinationes esse inualidas, habendasque, ac si nunquam essent adiectæ.

Tum quia l. Titiæ, si nupserit, de condit. & demonst. statuitur, quod si testator relinquat Titiæ ducentos, si non nupserit, & si nupserit relinquat centum, si Titia elegerit nuptias, debeat habere ducentos. Quia licet conditionem non adimpleuerit, illa habetur pro non adiecta, quia retrahit a matrimonio carnali contrahendo, quod antefertur vitę solutę, Ergo quod ibi fauore nuptiarum contra expressam testatoris voluntatem deciditur, est multo fortius fauore religionis, & spiritualis matrimonii decidendum, vt quę relicta sunt filiæ, si nuberet, & filios haberet, donanda sint omnia illi Religionem ingressę.

Tum quia illud, quod relinquitur causa dotes, de necessitate intelligitur pro matrimonio carnali, sine quo non potest dici dos, vt in l. 3. ff. de iure dotium, & c. Et si necesse, de don. inter uir. & vxorem. Nam pro introitu monasterii non datur dos, de sim. c. Non satis. & c. veniens. Et tamen illa conditio, seu causa remittitur, instituto, seu legatario intrante monasterium; ita vt tota dos sit illi danda, licet nō possit dici conditionem esse ciuiliter adimpletam, vt in d. §. Sed hæc. Ergo in casu etiam nostro, quamuis conditio non sit actu adimpleta, vt dicta filia nupserit, & filium habuerit, nihilominus tamen, ratione prædicta, debent illa omnia bona apud monasterium permanere.

Tum quia si aliquid relinquitur mulieri cum onere restituendi, si non nupserit, non tenebitur se restituere, si nupserit. l. quoties. ff de cond. & demonst. l. cū ita legatum cum l. seq. (quod tamen limita prout notatur in Authen. cui, C. de indiui.) Ergo multo magis non valebit illud grauamen, de quo in casu pręsenti, vt scilicet filia perdat scutorum tria millia, & hæreditatem, si non nubat, cum id sit impedimentum religionis, & vitę contēplatiuæ, quæ multo præstantior est, quam actiua.

Denique in dubio religioni fauendum est. l. sunt personę. ff de relig. & sumpt. funer. c. fin. de sentent. & re iud. Ergo in pręsenti casu eam sententiam sequi debemus, quæ Religioni magis fauet. Adiudicare autem omnia illa, quæ pro nuptiis relinquuntur filię, quando monasterium ingreditur, redit in fauorem Religionis, vt patet. Quare Confessor Michaeli consulat, vt non modo tria millia scutorum monasterio consignet, verum etiā vsumfructum illius hæreditatis emphyteoticæ, non quidem in perpetuum, sed ad vitam illius Monialis. Vnde Marian. in 2. par. cons. 10. in 6. q. vers. Verum dicit, legatum alimenti annui relictum cuidam Catherinæ pro ipsa, & vna famula, deberi Monasterio, durante vita ipsius quoad partem suam, licet non quo ad famulam, quia per Religionem perdat facultatem habendi eam Naua. in comm. c. Non dicatis. 12. q. 1. nu. 70.

Nec obstant, quæ in contrarium sunt illis a iurisperitis adducta. Nam priora duo procedunt in casu, quo voluntas testatoris expresse legi non repugnaret. In casu autem nostro dispositio testatoris repugnat dict. § I. d & hoc pręsenti. Nec seruanda est voluntas hominis particularis contra voluntatem legis iustę, arg. c. qui peccat. 23. q. 4. Et ideo nulla fit testatori iniuria; & bonum commune legis præferendum est præiudicio personæ singularis. argu. leg. iuste possidet. ff. de acq. vel amit. poss. l. 3 ff. de eo, quod metus causa.

Ad tertium argumentum negatur consequentia, propter expressam legis repugnantiam, quæ grauamen huiusmodi vo-

lenti

lenti ingredi religionem, vt ingressus ad illā maneat semper liber, prorsus irritat, & tollit. Ad quar. arg. fatemur illas conditiones ideo irritari, quia impedimento sunt, vt quis religioni se consecret, vt vitam contemplatiuam amplectatur, Nam licet ob hæc temporalia non debeat vir prudens, & fortis ab ingressu religionis retrocedere; quia tamen huiusmodi motus cadere poterat in mulierem fragilē, eamque quodammodo retardare a tam sublimi statu suscipiendo, decreuerunt leges, pro fauenda religione, huic timori qualicumq; obuiare: & ideo tales conditiones irritarunt. Nec obstat illa consequentia de pia causa substituta in defectum conditionis: quia ibi Imperator, in fauorem religionis considerans, timori etiam superstitioso & leui obuiare voluit, illumque prętulit expressæ testatoris voluntati. Nec sat est quod reliquerit pater competentem dotem filię pro ingressu religionis: quia cum solemnis voti vinculū sit multo pręstantius carnali matrimonio, non est æquum, vt illa, quæ Deo per professionem nupsit, deterioris fiat conditionis, quo ad dotem, quam si homini nuberet, lege principum ita statuente.

Et si qua extat contraria consuetudo, dicendus est abusus, vt tradit Iason l. de quibus. ff. de leg. num. 89. Et hæc est sententia communis doctorum.

CASVS XLV.

Nicolaus iusta de causa non potest totam quadradesimam ieiunare & ideo tam Medici, quam Parochi consilio excusatur a ieiunando, Nihilominus tamen cum sustentari possit cibis ieiunio cōgruis, vult obtinere facultatem ouis, vel lacticinijs vesci: immo, & cum his solum vti valeat sine periculo, obtinet licentiā, carnis comedenda, nec vno vult ieiunare die.

Quæritur, quomodo cum hoc se debet Confessor habere.

Respondetur, Confessoris munus esse declarare Nicolao se in peccatum mortale incurrisse obtinendo licentiam, de comedenda carne, ouis, & laticiniis: cum sustentari valeat escis ieiunio congruis; immo, quod si iusta de causa nō pōt totā quadragesimam ieiunare; pōt semel, vel bis vel ter in hebdomada tenetur id facere, & si nolit, absoluendus non est. Ante huius veritatis probationē annotāda sunt duo. Alterum est ieiuniū esse ab Ecclesia institutū, ad reprimēdas carnis libidines, quæ respiciunt delectabilia sm̄ tactā in cibis, & venereis cōsistentia: & ideo cibos illos Ecclesia ieiunātibus interdixit, quorū vsus, seu comestio, & delectationem ingerit maximam, & ad veneream hominē summe prouocat, cuius generis sunt carnes terrestrium animantium respirantium, & quæ ab his procedunt, vt lacticinia a gressibilibus, & oua a volatilibus. Cum enim hæc nostro humano corpori sint plurimum conformia, sui esu non parum delectationis afferunt, maximeque nutriunt, & ita quo plus ex eorum comestione superfluit, eo magis vertitur in materiam seminis, cuius multiplicatio est vehemens incitamentum ad luxuriam. Quo fit, vt iure optimo hos cibos Ecclesia ieiunantibus interdixerit, differenter tamen: Siquidem abstinentiam a carnibus præcepit simpliciter, & absolute, ita vt implicet, concedere carnes, & ieiunare: immo dispensatus ex imponentia euidenti ab abstinentia carnium est totaliter absolutus a pręcepto ieiunii. Abstinentiam autem a lactiniis & ouis pręcepit fieri in quadragesima c. Denique, 4. d. in aliis autem ieiuniis, præcepit iuxta consuetudinem loci, per quadraginta annos exercitam, & seruatam. arg. c. fi. de consuet. & l. 2. C. quæ sit longa cōsuetudo. Quare tam ieiunantes, quam non ieiunantes, tenentur abstinere diebus ieiunii a cibis prohibitis, consuetudine quadragenaria præceptum Ecclesię sic interpretante.

Nec in terris de nouo repertis, in quibus hæc antiqua consuetudo nōdum viguerat, poterāt Christiani lacticiniis, aut

ouis vti, sed iuri communi erat standũ vt declarat Caie. 2. 2. q. 147. ar. 7. & Nauar. in Man. c. 21. de quinq; præceptis Ecclesiæ. nu. 15. Aduertendum secundo in præcepto ieiunij tria prohiberi, seu tres contineri negationes. Prima est nõ vesci cibis vetitis. Secundo non comedere plusquam semel in die. Tertia non comedere ante horam consuetam Hæc tamen tria, nõ eodem modo se habent ad essentiam ieiunij. Nam comedere semel, & hora cõsueta cõtinentur sub præcepto ieiunii, veluti partes integrales cõstitutiuæ ieiunii in suo completo esse. At vero abstinere a cibis prohibitis, vel simpliciter, vt carnes, vel secundum loci consuetudinem, vel lacticinia, & oua, cadit sub præcepto ieiunii simpliciter, & absolute. Ac propterea quoties quis comedit in die ieiunii carnes, aut alios prohibitos cibos absque iusta causa, toties de nouo peccat mortaliter, secundũ omnes doctores: quia hæc est præceptorum negatiuorum vniuersalis regula, vt obligent ad semper, & pro semper, ita quod veluti sub præcepto, de non furando cadit: vt toto vitæ tempore non furemur, & qui semel, vel bis commisit furtum non excusatur, quin tertio peccet, si tertio furatur, eodem modo sub præcepto ieiunij cadit, quod toto illo die non comedantur carnes, & qui semel, vel bis comedit carnes, durante tẽpore prohibitionis non excusatur quin tertio peccet si tertio comedit carnes, id quod de comestionibus non contingit. Non enim quoties qui comestiones multiplicat in die ieiunii toties peccat: sed sola secunda comestio peccatum est, non vlterior: quia illa sola ieiunium frãgit, cũ comestiones multiplicare nõ cadat sub præcepto ieiunij nõ absolute & simpliciter, sed vt requiritur ad ieiunium: quemadmodum erudite declarat Caiet vbi supra; & Dur in 4. d. 16. Angelus verbo Ieiunium. §. 22. Syluest. eo. q. 8. d. 4. quicquid sentiat Maior. in 4. d. 15. q. 6. &

His suppositis ostendo, Nicolaum non potentem ieiunare totam quadragesimã, si potest bis, vel ter in hebdomada id facere; peccare mortaliter, si non ieiunet. Et insimul quamuis nec vno die ieiunare valeat, non posse vti cibis vetitis, & multo minus carne, si cibis ieiunio congruis sustentari valeat. Tum quia præceptum Ecclesiæ, quando in totum seruari nequit, seruandum tamen est, quo ad illam partem, quo ad quam seruari potest, vt est tex. c. cum dilecti, de dolo, & contumacia & glos. ac Doct. ibi. Tum quia moralia præcepta moraliter sunt, quo ad sui exequutionem interpretanda ita, vt mos bonus, qui in eorum exequutione intenditur, quantum fieri potest, seruetur. Tum quia vouens seruare castitatem, si postea matrimonium contrahat, quamuis non possit, eam seruare omnino, quia debet reddere debitum; tenetur tamen seruare, qua parte potest; & ita non exigere illud. c. si vir 2. 2. d. & ibi. Archid. communiter receptus. Tum quia iuramentum, quod non potest seruari in totum, debet seruari in par. c. Quemadmodum. §. fin cum ei anno. de iureiur. Tum quia, veluti impotentia excusat à ieiunio, ita vbi hæc non est, remanet præceptum in suo robore: & cum sub præcepto quadragesimalis ieiunii cadat vnica comestio, & abstinentia à cibis vetitis non modo in tota quadragesima: sed etiam in singulis eius diebus, exceptis dominicis, in quibus pluries comedere conceditur, qui est potens ad hũc vel illum diem ieiunandum, aut hoc, & illo cibo, ieiunio conformi, se nutriendũ nullam habet dispensationis causam: sed præcepto ieiunii coarctatur quo ad illud, quod potest Arg. c. Ex tuarum de auth & vsu pal. & l. Si domus. ff. de seruit. vrban. præd. quatenus habent, altero ex duobus impedimentis sublato alterum non tolli. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 7. & in summa verbo Ieiunium. C. A. Ieiun. excus. Gabriel in 4. d. 16. q. 3. Not. 5. Reg. 1. vbi inquit, habens impedimentum ad non ieiunãdũ tantum, & toties sumat de cibo quantũ, & quoties sufficit ad impedimenti remotionem, & abstineat a superfluis. Oppositum .n. facere (vt inquit. P. Augustinus) non est pro infirmitate, ieiunare, non posse:

se: sed præ gula ieiunare non velle. Nec obstat, si quis dicat excusatum à toto, excusari a partibus totius, cum in toto etiã pars contineatur. de reg. iu. c. in tota. nec posse rem manere sine suo essentiali. Et ideo, cum Nicolaus sit iusta de causa excusatus a ieiunio, erit excusatus à partibus, hoc est ab vnica comestione, & ab abstinentia à cibis vetitis. Quid enim est non ieiunare, nisi non teneri ad essentialia ieiunij? Respondetur quod durante causa, & ratione, quę excusat à toto, excusari ēt quemlibet a partibus totius, sed negamus eum, qui ob aliquod impedimentum excusatur ab vnica comestione, & cum quo dispensatur, vt pluries comedat, excusari a vescendis cibis quadragesimalibus, vel cum eo dispensari posse, vt carnes comedat. A diuersis enim non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minori & c. ad Audiētiam, de deci. Quare non erit excusatus à toto ieiunio: sed ab ea sola parte quam impedimentum non compatitur. Hęc est. n. præceptorũ Ecclesiæ vis, vt qui impotens est seruare illud quo ad oēs eius conditiones, debeat seruare illud, quo ad eas quas pōt. Non obstat secundo, quod dispensatus de vnica comestione est simpliciter dispensatus de ieiunio, & è contra: quia ablato essentiali, aufertur res, & ideo sicut dispensatus ab obseruatione diei festi, pōt non solum manuum exercitiis laborare, sed ēt non audire missam: quia vtrumq; est de essentia celebrationis festi: ita videtur, quod dispēsatus a ieiunio, vel ab vnica comestione, pōt non solum bis comedere, sed etiam quibuscumque cibis, siue sint oua, siue carnes, vti arg. a contrario sensu, quod in iure aliquando est validissimum. l. 1. ff. de off. eius cui, mand. est iu. et c. cum Apostolica de his, quæ fiunt a pręlato, &c. Respondetur, quod ad construēdum requiruntur multa, sed ad destruendum sufficit vnum: cum bonum debeat esse ex integra causa, & malum sit ex quocumq; defectu: & ideo ieiunium licet construatur ex multis, vt est vnica comestio, & abstinentia à carnibus cibisq; vetitis, quę duæ partes sunt ieiunii essētiales: deficiente tamen quacumq; harum partiũ, iam non est ieiunium, nec dicetur ieiunare, qui bis in die comedit, quamuis escis quadragesimalibus cibetur: nihilominus tamen, & si re vera sic bis comedens non ieiunet: non tamen sibi proindè est licitũ, vesci carnibus: quia causa, quæ ipsum excusat ab vno non excusat ab alio; & cum omnis recessus à iure communi sit odiosus, est semper restringendus c. fi. de filiis presb. li. 6. & in c. quod dilectio. de consang. & affin. Et sicut dispensatio obtenta super affinitate non extenditur ad publicæ honestatis iustitiam, secundum Pan. in c. Non debet, de consang. & affin. nisi in narratione affinitatis vnum comprehendat aliud; iuxta gl. in arbore affinitatis: ita dispensatio obtenta de bina comestione in die ieiunii nō extenditur ad comedenda prohibita, nisi alia iusta subsit causa relaxationis. Nec verũ est illum, cũ quo dispensatur, vt in die festi laboret, de obligari ab audienda missa, si cōmode illi interesse pōt. Cum. n. ista ponantur, vt diuersa, vno concesso non uenit aliud. Neque argumētum a maiori, vel a simili procedit in dispensatione, vt notat Gemin. c. fin. de fil. presby. Concludo igitur admonendos esse eos, cum quibus dispensatur, vt die ieiunii pluries, q̃ semel comedãt, non propterea esse dispensatos, vt carnes edant; vel ouis, & lacticiniis vtãtur. Nec etiam cum quo dispensatur, vt ante horam iustam prandeat esse à ieiunando liberum: cum hora prandii se habeat ad ieiunium tamquam conditio ieiunii, & nō, vt essentiale constitutiuum eius.

Quod si non potest ieiunare totã quadragesimam: sed potest bis, vel ter in hebdomada, tenetur id facere; eoque modo satisfacit præcepto. Nec necessitas, aut iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, excusat ab omni parte eius: tenetur siquidem ab obseruãtiam ieiunii prout potest, vt declarat S. Ant. 2. par. tit. 7. c. 2. §. 7. & Caie. in summa verbo ieiuniũ c. A. Ieiun. excus. & 2. 2. q. 147. ar. 6. Et Nau. in Man. c. 21. de pręceptis Ecclesiæ num. 20. vsque ad 23.

CASVS XLVI.

Christophorus desiderio vindicandę illatæ sibi a quodam presbytero extra Diœcesim commorante iniuria obtulit 20. aureos cuidam, vt aliquod illius membrum mutilaret: sed nequaquam interficeret. Is accepta pecunia illo est progressus & transactis paucis diebus scribit se venenum, mortem ad duos menses allaturum, propinasse dicto presbytero. Quæ res Christophoro valde displicet: immo nec plenam adhibet his dictis fidē, cum sciat prefatum presbyterum viuere: transacti tamen adhuc non sunt illi duo menses, voluit hoc paschate confiteri, & communicari.

Quęritur, quomodo se debuit Confessor cum prædicto gerere, & quid illi erat iniungendum.

Casus iste ex multis redditur difficilis. Primo quia Presbyter nunc recte valet; & Christophorus nullam habet fidem de veneno propinato. Et ideo videtur, debere Confessorem stare potius illius conscientiæ, dictāti idem nihil esse factum, quam incertissimo futuro euentui. Secundo quia si Presbyter transactis duobus mensibus: immo & tribus, nihil mali habeat; non erit Christophorus excōmunicatus. Quare videtur, quod nec modo tali vinculo sit ligatus. Nam excommunicatio pure lata nō potest esse in pendenti. c. Ad hęc quoniam, de app. Iam aūt si presbyter intra illos duos menses moriatur, erit ille iam inde à principio excommunicatus: & si non moriatur, nec quidquam damni sentiat, nunquam erit excommunicatus. Tertio sicuti, qui sagittā immittit in clericum, nō incidit tunc excōicationē, cum Balysta per aerē sagitta pergit: sed illo tempore, quo attingit clericum, vt colligitur ex c. Siquis suadēte, ita cum venenum non attingat cor nisi in fine duorum mēsium, videtur quod tunc incurrat excommunicationem, & non antea. Sunt enim verba cum effectu accipienda, vt dicitur c. Relatum de cler. non resid. Et Corroboratur ex notabili. dicto Pano. in c. cum in cunctis, de elect. § clerici sane, vbi inquit, quod quādo pęna apponitur a iure, ipso facto, propter aliquod delictum, nunquam est locus illi pœnę, nisi illud delictum sit consumatū, quantumcumq; sit inchoatum, vt probatur. c. cū in cunctis & c. perpet. eo. tit. li. 6.

Quibus non obstantibus asserendum est, Christophorum in excommunicationis sententiam incidisse, si venenum fuit suo nomine propinatum: nec esse absoluendum, quoadusque constet de veritate facti: spectādumq; esse tempus illud bimestre, & adhuc plus, vt effectu (iā quod constare aliter non potest) colligatur, fuerit ne venenum propinatū presbytero, vel secus: id quod ostendo. Tum quia in c. Si quis suadente 17. q. 4. per manus violētas, intelligitur quęcunq; violentia, seu iniuria facta clerico, siue id operetur immediate, siue mediate, iuxta glo. sing. in d. c. Si quis, & Palud. & alios in 4. sent. d. 18. & S. Ant. 3. par. tit. 24. Syl. verbo excommunicatio. 6. Nauar. in Man. ca. 27. num. 37. Sed Christophorus operatus est saltem mediate, vt venenū illud presbytero daretur: quia pecunijs hominem cōduxit ad membrum mutilandum. Et quāuis non dixerit eo animo, vt veneno necaretur, nihilominus tamen quia sic mandādo, fuit in culpa, cogitare debuit, illud tale potuisse euenire. arg. c. fin. de homi. lib. 6. Tum etiam, quia danti operam rei illicitę, casuale homicidium inde sequutū imputatur illi argumento a cōtrario sensu desumpto ex c. dilectus, & c. ex literis, de homicid. quod argumentum efficaciā habet, apud iurisperitos, saltem quando probatur illud, cuius contrarium non est iure expressum, iuxta c. a nobis. 2. de sen. excō. & gl. c. significasti, de for. cōp. Cum ergo Christophorus dederit operā rei illicitæ, offerendo pecunias, vt presbyter deformaretur, dicendū necessario erit, illud veneni homicidium esse illi imputandū.

Tum

n. Tum demum quia, vt quis per manus violentas in clericum incidat in excommunicationem, satis est, vt percutiat, ense, baculo, puluere, aqua, saliua, & qualibet re alia simili; vel iubeat, id fieri: immo, & si non iussit, sat est, dixisse suis se vindictam talis clerici expetere, credens, vel credere debens, quod ex hoc ill i mouerentur ad percutiendum, quando re vera affectus est sequutus: sed per venenum multo maior fit iniuria, & nocumentum clerico, cum illud mortem clericus inferat, difficiliq; remedio prouideatur, & mutilet potissimum hominis membrum, nempe. Corrigitur cum Christophorus dederit cuidam 20. aureos, vt aliquod clerici membrum mutilaret, fatendum necessario est, quod si venenum fuerit propinatum, excommunicationis vinculo, sedi Apostolicę reseruatę, est innodatus.

Nec excusari potest, quod nunquam talis veneni potationem intenderit: immo expresse cauerit, & exceperit, vt nequaquam interficeret, & ideo non debere illi imputari, venenum consilio ipsius fuisse paratum, nec ob id excommunicationi subiacere. Non potest inquam excusari. Nam præcogitare tenebatur posse quodlibet malum succedere ex iussione illa, de abscindendo presbyteri membro, & illum, cui pecunias dedit pro vindicanda illata sibi iniuria, debere mandatum exequi, eo modo quo sine sui periculo posset: & sicut prauam habebat conscientiam in sumendis pro malo opere pecuniis, ita nullam habiturum in necando ipso presbytero, quando aliud afficere nequiret. Sicut. n. in exemplo, quod adducit Pan. c. ex literis, de excess. Prel. famulo cuiusdam nobilis verberato, dominus eius sibi dixit, nunquam reuertaris domum, nisi aliud sentiam de te cōtra verberantem. Postea famulus interfeci verberantem. Et quęsitum fuit, an dominus teneretur de illa morte, & conclusum quod sic, vt recitat Pan. in l. Siquis mihi bona. §. iussu. §. de acq. hæred. per quod concludit Tabiena verbo. Excommunicatio. 5. nū. 36. nihil referre quo ad præsentem materiam, directe vel indirectè aliquid consulatur. A simili igitur in casu nostro erit Christophorus excommunicatus, quasi mandasset, si ex eius verbis, datisque pecuniis est aliquo modo sequuta percussio. Interpretari siquidem debet textus ille. Siquis, largissime propter fauorem priuilegii clericalis, & sic consilium, auxilium, vel fauor quando aliquid operantur ad effectum, etiam quantumcumque modicum, vt custodire vestes c. Sicut dignum de homi. dicuntur, agere. Et si interuenit dolus, vt est in casu proposito excommunicatione constringuntur. Vide Tabienā vbi supra, nu. 39. & Pan. in c. Quanta. de cler. pug. in duel. Silu. excom. 6. §. 5. not. 4. Armilla. c. 1. nu. 3. & alii omnes.

Per hæc facile dissoluuntur, quæ in principio videbantur difficilem reddere casum. Et si enim Christophorus nullam fidem adhibeat ei, qui asserit propinasse lethale venenum presbytero: immo & sciat certo ipsum presbyterum nulla infirmitate nunc detineri, recteque valere, non est adhuc absoluendus: sed spectanda rei veritas. Tum quia datum venenum non erat operaturum totaliter suum effectum, nisi ad duos menses, qui hucusq; nō sunt transacti. Tum quia in dubiis tutior pars est eligenda c. Ad audientiam, de hom. c. Si quis autem, de pęn. d. 7. Et cum ille pessimus Assassinus, cui pecuniæ pro sumenda vindicta de presbytero, sunt datæ, affirmet, præbuisse dictum venenum, nec de opposito adhuc euidenter constet, spectāda est illa temporis mora; quæ prudentis hominis iudicio videbitur sufficere ad discernendum, fuerit ne infectus veneno presbyter, vel non. Nec propter huiusmodi dilationem dicitur excōicatio esse in pendenti. Nam ab eo tpe, quo venenum fuit exhibitum clerico, incurritur: quia tunc incæpta est cum effectu iniuria: quā usq. effectum non consumet, & perficiat, nisi transacto certo tempore, quo cor ipsum penetrat: & ita sola notitia excōmunicationis incursę pendet ab euentu futuro, quatenus tunc erit nobis notum Christophorū fuisse excōicatum, p illā veneni

propinationem, suo consensu, aliquo modo factã, quando ex morte clerici constabit venenum fuisse ab illo Assassino propinatum; de cuius veritate Christophorus nunc quamplurimum dubitat. Nec exemplum de sagitta est ad propositum. Illa enim quandiu per aerem volat, non dicitur tangere clericum. Et cum verba sint cum effectu accipiẽda. c. Relatum de cle. nõ resid. & not. Can. in c. Cum in cũctis de elect §. clerici sane, non sufficit, vt quis in excommunicationem hanc. incidat, sola attentatio: sed requiritur, vt perueniat ad actum cõsumatum, & vim, vel læsionem inferat clerico, vt Ioan. de Lig. post Ioan. And. in c. perpetu. de elect. lib. 6. & summistæ omnes verbo; excommunicatio, contra percussores clericorum asseuerant. At venenum quãuis non perficiat totalẽ suum effectum, nisi pscripto, ac determinato tpe: a die tamen, quo propinatur, agit, & operatur ad mortem paulatim, corrumpitq; dispositiones vitæ: & tandem cor adit: Et ideo ab illo principio offensa est persona clerici, ac per consequens ex tunc excommunicationis vinculo fuit Christophorus innodatus.

CASVS XLVII.

FActa est Episcopum monitio, vt qui habet instrumenta uel scripturas attinentes ad res Ioannis defuncti reuelet infra sex dies, quibus elapsis lata est sententia excommunicationis contra inobedientes. Interim Petrus, qui habebat vnum ex his instrumentis erat Romę, nec sibi tali admonitione, seu excommunicatione quidquam fuit relatum, nisi post duos menses a quibus Bononiam venit. De qua certior factus perstitit adhuc per multos dies in non dando tale instrumentum.

Quæritur. An in excommunicationem incurrerit, & quid confessor ei præcipere teneatur.

REspondendum arbitror, Petrum in excommunicationem non incidisse. Adducor autem in hanc opinionẽ. Tũ quia excommunicatio vltra terminum statuentis, nullum habet vigorem, vt in proposito asserit Tabien. Excom. 4. §. 4. & Armilla eo. §. 34. Tum quia sentẽtia excõmunicationis, veluti suspendi aut mutari nequit, nisi de consensu iudicis, illã ferentis: cum id iurisdictionis sit actus: ita neq; differri, mutari, aut prolõgari: ita vt trãsacto tpis limite; in quẽ fertur, iterũ incurratur; vt tradit vltra alios Nau. in suo Man. c. 27. n. 15. Tum quia, si hæredes Ioãnis, in quorum fauorem, & instantiam lata est illa excommunicationis sententia, alicui ab ipsis petenti viginti dierum, aut plurium prorogationem, eandem libere concessissent, etiam posito pacto, vt si vltra viginti dierum spatium, non restitueret dicta instrumenta, reincideret in excommunicationem, profecto nequaquam talis, cui facta esset illa prorogatio, incidisset, non reddendo instrumenta, in excommunicationem, nisi forsan interuenisset nouus consensus iudicis; quia excommunicatio nasci non potest ex contractu, sed solum ex sententia data; quæ iurisdictionẽ requirit. Et ideo cum fuerit limitata ad sextum diẽ, nõ potest illo termino transacto, habere nouũ effectum, sine noua iudicis voluntate. Ergo à simili, cum transactis sex diebus peremptorii, in quorum vltimo excommunicatio sortiebatur effectum, eoq; termino præcludebatur, Petrus, qui interim Romę erat, iustãque habebat dictæ sententiæ ignorantiã; nec nisi post duos menses de illa sibi cõstitit, nõ incurrret excommunicationem, vt colligitur ex Silu. excom 2. q. 3. in fine, & Angelo. Excõ. 1. §. 21. & est doctrina Bal. in l. Tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pactis. Vt enim excommunicatio non potest nasci ex pacto, ita nec ex cursu solius temporis. Tandem confirmatur, quia ne excommunicatio, quo ad futurum effectum duraret in perpetuum præfixit Episcopus illi sex dierum terminum: ita vt excommunicandi intentio non pro quibus-

cumq;

cumq; annis ad omnes extēdatur: sed ad illos dumtaxat, qui intra dictos sex dies illi non obediuerint. Si enim aliud intenderet Episcopus, non apposuisset sextum diem. Ergo cum simus in materia odiosa, quę vltra terminos extendi non debet; & excōicatio ab excommunicantis intentione uires sumat, iuxta doctrinam Pan. in c. Ex parte, el primo de offic. ord. & gl. c. 2. de test. cog. & in c. j. de iudic. sequitur manifeste Petrum, cui non nisi post duos menses innotuit de dicta excommunicatione, quiq; tpe, quo fuit lata Bononiæ, erat Romæ, non ligari tali excōicatione: vt quæ vltra sex illos dies, in quibus ipsum absente & penitus rem ignorantem, non comprehendebat, nequaquam extendatur. Vide Tabien. verbo Excom. 4. §. 4. in fine. & Armil. eo verbo. §. 34. Præcipere tamen debet Confessor Petro, vt quam primum tale instrumentū restituat hæredibus Ioannis, quod si voluerit tanto minus erit absoluendus quanto instrumentum de re maioris ponderis, ac momenti fuerit cum retineat alienum inuito domino; nec remittatur peccatum nisi restituatur oblatum, vt docet D. Thom. 2. 2 q. 66. ar. 6. & prob. c. fi. 14. q. 6 c. Fures cum tribus sequen. de furt. Quod si est retentione dolosa huiusce instrumenti incurrerunt aliquid damni hęredes Ioannis, obligandus est Petrus, ad reficiendum illud damnum, iuxta Confessoris prudentiam, consideratis omnibus, rei, temporis, loci, & personę, cæterisque circunstantiis, Alex Halensi, 2. par. q 87. Adrian. in 4. de rest. Sotus lib. 4 de iust. & iure c. 7. ar. 3.

CASVS XLVIII.

LVcas non modo prope cauponam, seu tabernam suam efficit, vt meretrices habent: sed etiam permittit, vt quibusdamq; aduenientibus inseruiant: nec eo præcipue animo, vt peccata committant: sed vt hilares reddantur, & libentius plures eo diuertant. Qui etiam cum sciat aliquos Ciuitatis inebriari sępe ibidem: nihilominus vinum quoties, & quantum volunt, uendit, & propinat.

Quęritur, cum huiusmodi res sit Parochię manifesta, possit ne nihilominus absolui. & cum qua pænitentiæ sacram Eucharistiam sumere.

MVlta in pręsenti casu dubitantur. Primum est illud. An Lucas sic Meretrices permittendo lethalem committat culpam; videtur siquidem excusari; eo quia malo potius videtur alieno vti, quam ad malum inducere. Nec enim ipsius animus est, vt peccent; sed iam quod deprauatæ vitę sunt, & publice permittuntur earum malo inseruire bono suo, sicut Saraceni iuramento vti ad vtilitatem propriam, & si sciatur, uel credatur superstitiose, & cum peccato iuraturus, est licitum c. Mer. 22. q. 1.

Respondendum nihilominus est, Lucam peccare mortaliter, efficiendo meretrices habitare prope tabernam suam, & permittendo, vt illæ aduenientibus inseruiant. Tum quia communicat peccato alieno, offerens aduenientibus probabilē occasionem fornicandi; quam si ibi non inuenissent, in peccatum non laberētur. Multi enim sunt exteri qui si contiguas meretrices illic non reperirent, nec tabulę interuenientes, ad peccandum cum eisdem non adducerentur. Quo fit vt Lucas non modo consentiat occasioni inductiuæ ad fornicationem: verum etiam eandem, quamuis intentione minus principali offerat. Ad Rom. 1. in c. Notum. 2. q. 1. c. 1. de offic. de leg. pro quo facit decretum P. Augustini, c. Mouet. 32. q. 1 quo probatur esse peccatum, inducere infidelem, vt per sum falsum Deum iuret: quāuis licitum sit ab illo petere, ne iuret se pactum initum obseruaturum, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 78 art. 4. & ibidem Caiet. cui concordat Sotus de iust. & iure lib. 6. q. 1. ar. 5. Cum igitur Lucas inducat virtualiter, & interpretatiue, saltem per illam meretricum occasionem pręsentem, eos qui ad suam tabernam adueniunt, vt in

lapsum carnis incidant, non potest a peccato mortali excusari. Adde negari non posse illam meretr. cum familiaritatẽ inhonestã, & præstita ad tabulam lasciua obsequia, esse sufficientem impulsum, vt homines, esca, & potu satiati peccent lethaliter. Ille autẽ, qui facit aliquid, quod iudicio boni, & prudentis viri, est sufficienter impellens primũ in culpam mortiferam, eiusdem culpæ est reus, vt ait D. Th. 2. 2. q. 43. ar. 3. & S. Ant. 2. par. ti. 7. & c. 4.

Tum quia velut is, qui aliquam Synagogam Iudęorum ędificat, aut reficit, quãuis sine aliqua intentione mouendi ad peccatum id faciat, delinquit mortaliter: quia aliquo modo præbet ansam, & opẽ ad peccandum; ita qui solicitat meretrices, vt prope suam tabernam habitent; vt plures ad illam confluant; illasque admittit, vt inseruiant aduenientibus, opitulatur magna ex parte peccato illorum Arg. c. Sicut dignum. §. illi autem, & § Hi quoque, de homicid. Tum quia dato, quod animus Lucæ sit, vt multi ad tabernam veniãt, quo melius vẽdat res suas: & vtilitati propriæ consulat: nihilominus tamen cum adeo parui extimet salutem proximi, vt id agat, quod credit proximum ad peccatum fornicationis illecturum, in crimen incidit lethale. arg. c. Nihil de præscrip. & c. 1. de oper. nou. nunt. Vt enim qui transiret per ianuam domus alterius, quem ob illum transitũ mortifere ira, vel odio peccaturum crederet, mortale committeret scelus: eo quod paruifaciat spiritualem salutem proximi: ita qui cõtiguas tabernæ habet ex proposito meretrices, & eas propinare, & inseruire facit hominibus aduenientibus, clarum est paruipendere, quod illi in concupiscentiam erga illas inflammentur: & ideo Inferno est dignus, vt colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 9. & gl. c. Quis autem. d. 10. Nauar. in Man. c. 17. nu. 195. §. Ex his sequitur. Nec ratio, quæ ad oppositum adducebatur veritati conclusæ obest. Tum quia non vtitur malo meretricem, petendo ab eis rem aliquam ex se bonam: immo malam, & saluti eorum, qui ad tabernam accedunt periculosam, vt est cohabitare contigue, & inseruire mensis. Tum quia, licet non inducat meretrices ad malũ; vt quæ ex se sę paratę sint semper ad peccandum, inducit tamen virtualiter & interpretatiue homines illo aduenientes, offerendo eis occasionem impudicarum mulierum, quarum familiari colloquio prolabuntur facile in concupiscentiam. Tũ quia petens ab infideli, vt iuret stare inito contractui, petit id, quod licitũ est. Vnde si alius iurat per falsos Deos, non petenti, sed iuranti attribuitur: vt declarat Caiet. 2. 2 q. 78. art. 4. & lib. 17 in Respons. 14. in Respons. ad 3. At vero Lucas, petens a Meretricibus, vt habitent propè suam tabernam ad trahendos illos homines, & permittẽs, vt ad mensam illis seruiant, petit interpretatiue id quod est illicitum, ex parte meretricum: vt puta quod hominum animos alliciant, & attrahãt inhoneste, prospicitque parum saluti spirituali aduenientium, vt quibus dat ansam vsu frequentissimam ad fornicandum; & ita petit, id quod est occasio proxima non meretricibus solum, sed hominibus illo occurrentibus, vt in peccatum prolabantur: propter quæ omnia nequit a culpa, æterno supplicio damnanda, excusari. Inquiritur secundo. Vtrum sciens aliquos inebriari sæpe in sua taberna, eisq; nihilominus vinum quoties, & quantum volunt vendens, & propinans peccet mortaliter. Respondendum est affirmatiue cũ D. Th. 2. 2. q. 150. ar. 3. Tum quia vsus rationis est multo maius bonum, quam vsus domus; sed qui priuaret aliquem vsu suæ domus, non solũ totaliter, hoc est in perpetuum; sed etiam ad tempus, puta vno die peccaret mortaliter; quoniã vsus ille, quo priuatur est bonum notabile, & circunstantia temporis non facit, vt pro nihilo habeatur, igitur multo magis priuãs proximum suum vsu rationis per vnum diem, peccabit mortaliter, Cum uero consuetudo faciat, vt Lucas scire debeat, illos homines tanto potu inebriatos iri, sequitur, quod dando illis vinũ in tanta quantitate, non potest per ignorantiam excusari; & ideo sciens, &

volens

volens fuit causa, quod inebrientur arg. l. quod te, ff de rebus cred. Nauar. in Mã. c. 25. n. 121. §. 111. Tum quia ille, qui vẽderet arma ei, quem scit more, ad interficiendum seipsum, peccaret mortaliter vt docet, S. Ant. 2 par. tit 1 c 24. § 11. arg. t. Notandum 2. q. 1 Ergo a pari, qui vendit illi vinum, quo scit inebriaturum seipsũ, cum priuans seipsum sic violenter, & iniuriose tam notabili bono, vt est rationis vsus, delinquat lethaliter: quoniã vsus rationis non est bonum voluntarium, sicut domus; sed est bonum naturale sicut oculus, manus, & cætera naturalia. In naturalibus autem ita peccat mortifere priuans seipsũ, sicut priuans proximum: quia homo nõ est dominus suorũ naturalium, vt possit se priuare illis, cũ vult: sicut potest donare domum, & illius vsum, vt docet Caiet. 2. 2. q. 150. ar. 2. in q. An vna ebrietas inferat notabile nocumentum. Tum demum, quia nõ solũ peccat, qui aliquod peccatum committit: sed etiam omnes, qui eidẽ culpę cõsentiũt, vel adiuuando, vel nõ impediẽdo verbo, & opere, cũ possunt, iuxta illud ad Rom. 1. nõ solum, qui faciunt; sed & qui facientibus consentiunt c. 1. de offi. deleg. Vbi glossa, & omnes. c. Sicut dignũ, de Homic. Et declarat D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 7. Sed Lucas vendendo vinum illis, quos nouit tãta quantitate vini inebriari, non impedit id, quod si nõ vendidisset in tanta copia uinum, posset impedire, igitur peccat mortaliter.

Nec excusatur Lucas, eo quod si ille nõ vendidisset talibus uinum, irent alio emptum, & nihilominus ibidem inebriarentur. Nam vt qui vẽdit gladium illi, quem scit emere ipsum, vt se, aut proximum interficiat, non excusatur, eo quod ab alio vendetur. Et ueluti percutiens iniuriose proximum non excusatur a crimine; eo quod si ipse non percussisset illum, ab alio esset sic, vel magis percutiendus. Exempli gratia, Si aliquis dominus famulis suis præciperet, vt nomine suo vindictã sumerent de Antonio, illumque occiderent & cum quisque dictorum famulorum vellet, & niteretur talẽ occidere, nihilominus si vnus ipsorum anteiret; & gladio Antonium perfoderet, nequaquam excusaretur ab homicidij scelere: pro hoc q etiam si per ipsum non perpetraretur, alius iussu eiusdem domini, vel omnes insimul famuli illud erant perpetraturi. Ita qui vendit & ministrat vinũ illis, quos solitos nouit inebriari, non excusatur à peccato cõsentiendi, & cooperandi in talem ebrietatem, quamuis si ipse non vendidisset, ab alijs emerent.

Nec valet, si quis obiiciat opifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, non peccare mortaliter, quãuis sciant ipsas rebus illis peccaturas, & ideo a simili qui vinũ vẽdit illis hominib. nõ peccare, quãuis sciat illo vino eos peccaturos. Rñdemus, disparẽ esse rõnẽ; quia opifices illi non inducunt, nec iuuant directe per illas vestes, & calceos ad meretricandum. At Tabernarii vendentes vinum, propinantesque illud dictis ebrijs non modo tacite; immo vt plurimũ expresse, inuitant & iuuant directo ab inebriandum, & consentiunt inebriationi.

Vnde sicut Tabernarius ministrans cibos vetitos iis, quos scit certo nullam habere causam frangendi ieiunium, cum charitatis sit non solum velle bonum dilecto: sed remouere malũ, seu cauere offensam; & multo magis nõ præbere ea, quibus offenditur. Vnde d. 86. c. culpã, & 83. c. Error dicitur, quod facientis culpã habet, qui quod põt corrigere, negligit emẽdare. Et quasi declarando, quod dictũ est, subditur. Nec caret scrupulo cõsensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, quod est doctrina Gabr. in 4. d. 16. q. 3. ar. 3. dub. 6. Ad eundem modũ Tabernarius ministrãs copiã vinis his, quos nouit sępe inebriari, culpã incurrit lethalẽ, quia & si non sit, fortasse causa principij peccati, est tamẽ causa actus, per quẽ peccatũ exequitur, aut saltem continuationis illius, vt in simili tradit Maior. in 4. d. 15. q. 4. & colligitur ex D. Th. 2. 2. q. 147. artic. 4. & multo clarius. q. 150. artic. 1. in Resp. ad 3. vbi sic inquit. Qui inuitat aliquem ad bibendum excusatur a peccato

si ignoret talem esse conditionem bibentis, vt ex hoc potui inebrietur; sed si ignorantia desit, neuter à peccato excusatur. Tabiena verbo Ebrietas, nu. 2. S. Ant. 2. p. ti. 6. c. 3. §. 2. sic inquit Tabernarij, cum perpendunt aliquos ex nimio vino sumpto inebriari, quod experti sunt pluries, vt in ebriosis, et non curant propter auaritiam, grauiter peccant. Angelus verbo Ebrietas. §. 1. & Alii.

Vltimum principale quod petitur; An cum huiusmodi res sit Parochiæ manifesta, possit nihilominus absolui, & qua cũ pænitentia Eucharistiam sumere.

Ex his, quæ dicta sunt facillimè dissoluitur. Nam cum ostensum sit Lucã peccare mortaliter, tam admittendo illas meretrices, quam vendendo vinũ illis, quos nouit tanta quantitate vini inebriari; & hęc sua peccata sint publica, & Parochiæ manifesta, potest quidem si sanctè confiteatur, & vere pæniteat, & omnem meretricandi occasionem e continguo Tabernæ expulerit, vinumq; denuo illis ebrijs non vendere proponat, absolui. Qua in absolutione prẽstãda, prudentissimus debet esse Parochus, vt non faciliter, nec leui imposita pænitentia illam concedat, sed primo experiatur, an Meretrices, quibus habitandi tuguria locauit, ab eisdem effectu ipso eiecerit, vel si locari procurauit, expelli solliciter, & intra Tabernam nequaquam excipiat, nec ingredi permittat. Ad sacram autem communionem admitti non debet, donec publice, pænitentiam agat, aut Parochus facta sibi ab ipso facultate, publice denuntiet non modo præteritorum peccatorum, datique vniuersæ Parochiæ scandali pænitere, & cõfessum esse, sed etiam omnem de futuro occasionem esse ablatam.

Tum vt, qui Lucæ prauis exemplis offensi fuere, eiusdem emendatione ædificentur, iuxta Bonau. & Palud. in 4. dis. 9. q. 4. Tum quia Parochus faciendo secus, particeps fieret criminis scandali, quod Lucas prebet ita turpi, & infami contagione publice fædatum, ad purissimam communionem accedens, contra Canonem. Pro dilectione. de consecrat. dist. 1. & c. Si tantum, & c. Si placuit. 6. quæst 1. & c. Si sacerdos ext. de officio Ordinarij; Vnde D. Chrysostomus in lib. de cõpunctione cordis, & clarius hom. 83. super Matthęum vehementer admonet eos, quos manifeste cõstiterit peccatorum sordibus esse pollutos a sacra communione arcendos: alioquin pænam ministrantibus imminere: eo quod dominum irritẽt. Quare cum illi, de quorũ culpa publice constat, & emendatione latet, iniuste petant communionem, iusteque a Parocho negari illis possit, si conferat, sponte sua confert: atq; ideo particeps fit illius criminis, vt ait Durandus in 4. dist. 9. q. 5.

Adde etiam Parochum non esse rei sacræ dominum: sed dispensatorem, qui debet sacramentum digne tractare, & tãquam minister irrogat ipsi sacramento iniuriam, ipsum ministrando his, qui in publico scandalo perseuerant contra domini præceptum, Nolite sanctum dare Canibus, neque margaritas ante porcos proiicere.

Concludo igitur Lucam peccare mortaliter tum in meretricibus sic admittendo tum in vino Ebriis vendendo. Et cum hoc sit notissimum Parochiæ non esse absoluendum, nisi vere pęnituerit, nec cõmunicandum nisi prius de emendatione publice constiterit D. Thom. in 4. distin. 9 art. 5. quęst. 1. & 3. q. 80. art. 6. Sotus in 4. distin. 12. q. 1. art. 6. concl. 1. summistæ omnes verbo, Eucharistia, & verbo communion. Nauar. in Man. cap. 21. de præceptis Ecclesiæ. num. 55.

CASVS XLIX.

MAtthęus annorum tredecim, cum summo flagraret legendi, & scribendi studio, Patre ac Matre uiuentibus uouit Religionem, si utrumque posset recte consequi. Nunc uero decimumsextum attingens annũ. Patre mortuo & de tali emisso uoto contristatus rem matri aperit cui uehementer displicet, filium tali vo-

voto esse astrictum ut qua alium non habet: præcipitque filio, ut uxorem ducat. Ille consulit confessorem.

Quæritur, An Mater possit huiusmodi uotum irritare, & quid debeat Confessor Matthæo consulere.

PRo huius Casu resolutione prænotandum duxi, Votorum duo esse genera. Quorum vnum dicitur solémne, & est illud, quod professione tacita, vel expressa Religionis approbatæ, vel ex sacrorum Ordinum susceptione celebratur. Alterum appellatur simplex, & est quandocunque aliud votum, siue occultum, siue publicum fuerit: quod nec in professione Religionis, nec in susceptione sacris ordinis consistit. c. 1. de voto li. 6. D. Tho. 2. 2. q. 88. Palud. in 4. d. 38. q. 2. Scotus ea. dist. S. Ant. 2 part. tit. 11. c. 2. & summistę omnes verbo, Votum. Vnde simplex votum est promisio rei tradendæ. Quia enim Deo aliquid promittis, tua restat ligata fides, id faciendi. At solẽne votũ est traditio personæ, siue promissa fuerit siue secus. Traditio autem non fit, nisi vbi ille qui traditur, solemniter recipitur. Veluti enim nuptiæ eo dicuntur solemnes, quod vterq; coniugum totaliter mancipatur rei vxoriæ, ita per susceptionem sacrorum ordinum mancipatur clericus diuino ministerio, & per renuntiationem sæculi, & professionem, peracto probationis anno in Religione aliqua, emissam, perfectionis statum religiosus assumit, vt docet D. Tho. in 4. dist. 38. q. 1. art. 3. & 2. 2. q. 88. ac late Sotus de Iust. & iure lib. 7. q. 2. ar. 5.

Præ supponendum est deinde, dispensationem, cõmutationẽ, & irritationem voti longe inter sese differre.

Tum quia dispensatio requirit semper causam iustam, & rationabilem, qua dispensans poterit omnino votum relaxare, & ab eius obligatione vouentem liberare absq; eo, quod illi quidpiam loco voti iniungat. At commutatio exigit vt id in quod votum est redimendum, seu cõmutandum sit aliquid aliud melius; aut saltem æque bonum; quam erat id quod vouerat; melius quidem si ex mera vouẽtis libertate petatur commutatio, æquale vero si ex iusta aliqua causa. Irritatio autem non aliam expostulat rationẽ, vel causam, quam voluntatem illius, qui ad irritandum pollet facultate per quam, obligationem vouentis inualidat, & omnino anullat.

Tum secundo differunt; quia dispensatio, & commutatio voti indiget iurisdictione ecclesiastica; quæ non nisi ad Ecclesiasticos Prælatos spectat. At irritatio non indiget alio, quam quod vouens nõ sit sui iuris, sed alieni. Et ideo Pater ipsoque deficiente, mater, quę tutelam filiorum suscepit, & ipsi tutores, vel curatores pupillorum, vel minorum, maritus etiã vxoris, & dominus suorum seruorum, & Abbas, vel prælatus religiosorum sibi subiectorum vota irritare omnino possũt. Nam vt recte inquit D. Tho. 2 2. q 88. ar. 8. Nullus qui alterius subditur potestati, potest, se in iis rebus, in quibus illi subiicitur, obligare voto, quod validum sit absque eius consensu. Et ideo sẽper in tali voto intelligitur hæc conditio, Si illi placuerit, arg c. Puella, & c. illud 20. q. 2. c. Mulier. 32. q. 2. c. Manifestum, & c. Nolunt. 33. q. 5. cum suis glosis, Theologi in 4. d. 38. S. Ant. 2. p tit. 11. c. 2. § 6. pag. 3. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 12.

Aduertendum est tandem, eos, qui carent ætate sufficienti ad contrahendum matrimonium (quæ in masculis, est cum ad decimum quartum annum, in feminis cum ad duodecimum perueniunt) si eo pollent iudicio, vt tam peccare, q̃ mereri valeant, post vota quæcunq; simplicia, tum personalia, vt continentiæ, Religionis, orandi, ieiunandi, & alia similia, quę ipsius personam respiciunt, tunc realia, vt q̃ principaliter ad rẽ familiarẽ pertinent, aut donãdi aut sumptus faciendi, emittere, & ad illa obseruanda obligari, iuxta gl. insignem ab omnibus receptam in c. Mulier q. 2. & Pan. in c. 1. de uoto, et Inn. c. Scripturę, eo. Nihilominus tamen parentes

parentes illorum, uel tutores omnia personalia usque ad supradictam ętatē abolere, & irritare, sicut realia usque ad vigesimum quintum annū libere possunt. Cum .n. ad rationem voti requiratur deliberatio, qua vouens se obligare intendat, huiusmodi deliberatio duplici ex causa infirmetur, & inefficax fit vel scilicet ex defectu rationis, vt i furiosis, et amentibus, dum suo paroxismo subijciūtur, vel ex eo, quod quis non est sui iuris: sed alterius voluntati subiectus; nullus siquidem potest per promissionem se firmiter obligare ad id, quod in alterius potestate consistit: eo quia uotum est voluntariū, & quicunque est alicui subiectus, quantum ad illa, in quibus subiectus est, non est suæ potestatis facere, quod vult: sed dependet ex voluntate alterius. Hinc est quod infantes rationis vsu carētes, & pueri vsque ad decimum quartum annū, ac fœminæ vsque ad duodecimum, cū sint quo ad se ipsos sub iugo parentum, & ab horum voluntate sua dependat: quo ad res autem domesticas subiaceant vsq. ad vigesimum quintum annum parentibus vt habetur. ff toto tit. de minor. 25. annis. Hinc est, ita dictum tempus si voueant, posse eorum vota ita a parentibus vel tutoribus irritari, & annullari, vt numquā amplius ad ea adimplenda teneātur: nisi completa ętate, qua de iure eximuntur a parentū cura, eadem vota de nouo emittant vt habetur. c. Quidam & c. Placet, de conuers. coniugatoru, & D. Th. ac Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8. Angelus verbo votum. 4. q. 2. Sotus de iust. lib. 7. q. 3. ar. 12.

His ita præcaratis R. respondendū est, posse Matthæum filijs habet [illegible], irritare; & penitus annullare illud suum, de religione ingredienda, votum: dummodo ipse Matthęus post decimum quartū annum non expresse illud ratificauerit, hoc est ita acceptum, & gratum habuerit vt expresse voluerit tale uotum valere in posterum, quamuis ad illud vsque tempus simpliciter, & absolute non valuerit.

Ratio est, quia cum natura illius voti ante legitimam ætatem facti habeat conditionem hanc implicitam, vt sit sine præiudicio paternę potestatis, et nulla postea sit facta alteratio in dicto voto, quamuis mutata sit persona; quia per continuationem eiusdem actus dummodo non varietur intentio, non mutatur eius substātia, fit, vt remaneat semper votum in prima qualitate, & natura sua. Et ideo sicut a principio poterat a parentibus irritū reddi, sic semper perseuerat; nisi expresse de nouo approbetur.

Consolidatur hæc ratio, quia illud votum poterat ad decimum vsque quartū annum irritari a parentibus, vt patet, vel ergo quod postea nōn possit irritari ab eisdem parentibus, habet ob temporis solam continuationem, vel ob nouam intentionem vouentis, vel ob naturam voti præteriti. Non potest dici primum. Nā tempus nihil diminuit de natura voti, vt cuius obligatio non pendet a tempore: sed ab intentione, cum qua fit. Et ideo sicut, q̄ fuerunt initio, nullo temporis solo progressu non cōualescunt; ita quę fuerunt ex sui natura irritabilia: si aliud nō interueniat, quam temporis cōtinuitas, non amittunt suam naturam. Nec etiam potest dici secundum, nempe ob nouam intentionem vouentis: nam pręsupponimus Matthæum post decimum quartum annum nunquam nouum voluntatis actum habuisse; quo voluerit tunc vouere, quod olim vouerat. Cum enim in toto spatio quatuordecim annorum sit sub paterna cura quo ad personam, & quasi patris possessio; & ita promiserit id, quod erat alterius, & non suum, efficitur nisi nouam ratificationem, quando sui iuris est, effecerit, & de suo simpliciter voueat, manere semper parentes dominos materię illius, quę fuit promissa.

Nec sat est Matthæum credidisse semper votum suum esse validum: & ideo illud non ratificasse expresse, sed per talem credulitatem videri ratificatum implicite. Etenim actus credendi est actus intellectus, & nō voluntatis; obligatio autem voti pendet a voluntate: Nec vllus vnquam dixit quod per hoc solum, quia cre-

de-

debam aliquem contractum esse validū, vel me teneri ad dandam eleemosinam alicui, cui tamen simpliciter nō tenebar, antequā sic credidissem; manere me propterea omnino ligatum semper, & astrictum ad id ipsum.

Nec etiam dici potest ratificasse Religionis votum, per hoc quia intēdebat illud exequi. Nam intendere exequi, & si spectet ad voluntatem: nihil tamen facit ad ipsum votum, nec mutat naturam voti; sed solum facit ad exequutionem voti, quam respicit. Et ideo quamuis milles qui intendat adimplere id, quod vouit, non propterea coram Deo ratificat de nouo antiquam promissionem, sed eadem in sua priori vi consistente, statuit illam exequi.

Nec demum dici potest naturam conditionalis voti in absolutum ex eo commutatā: quod sicut parentibus lege concessa erat facultas irritandi vota filiorū vsque ad quartumdecimum annum, ita hoc transacto termino ablatto est illius huiusmodi potestas. Etenim filius quamuis non subsit patri nisi vsque ad præfinitum tempus; nihilominus tamen intra illud tempus, ita est res patris, vt nihil possit de se disponere, absque cōsensu illius. Et ideo pater semper remanet dominus materiæ pro nunc promissæ. Veluti si qs promitteret dare viginti scuta pauperibus de pecunijs Antonij, quas habet in deposito, non tenebitur, quamuis ad pinguem fortunam perueniat, & Antonius ad missam, donare hæc viginti ex suo, & semper Antonio, quando sibi de tali voto constiterit, erit liberū siue adhuc pecuniæ sint in deposito, siue non sint, annullare illud votum: cum de alieno nullus possit absolute vouere, sine consensu domini.

Quare cūm Matthæus ante decimum quartum annum sit res aliena; & pater sit dominus voluntatis ipsius, poterit in quocumque tempore sibi cōstiterit de tali voto, illud annullare, vel eidem consentire, vtpote de re, quæ erat tunc sua sine se factum.

Nec per hoc, quod quis lege aliqua amittit quandam domum suam, fit propterea, quod fructus præteriti, iure percepti, non fuerint sui, & non possit irritare quodcumque votum, absque consensu suo, de re, quę tunc erat sua, factum.

Quare & si pater transacto quartodecimo anno perdat ius ī persona filii, quo ad actus futuros: numquam tamē amittit ius, quod ī ipsum habuit quo ad actus preteritos: ita vt quoties sibi constiterit, filiū vouisse de materia, cuius pater erat dominus, posit tale votum irritare, vt de re sua, si ne se factum.

Adde etiam quod c. Puella 20. q. 2. ideo dicitur votum solemne professionis à puella, quæ non habebat duodecim annos, per susceptionem veli emissum, debere statim à parentibus irritari; quia si tardatur in irritatione tantum quod iā puella sit ætatis legitimæ, non potest amplius irritari.

Tum quia pręsumitur ratificatum in ætate legitima, non reclamando: sed perseuerando in Religione, & faciendo eos actus, ad quos non nisi professo admittuntur: per quos videtur tacitæ comprobasse, & solemnizasse votum, cum facta æquiparentur verbis. Et ideo Ecclesia, ad quam spectat iudicium de uoto solemni, rationabiliter sic præsumit. Immo glossa ibidem. §. At si annum, putat illud statim debere incipere à tempore scientiæ, argu. 17. quæst. 2. capit. Si quis incognitus. Ita quod transacto anno, & die a quo parentes sciunt puellam illam professionem emisisse, si statim non annullant, non posunt iam denuo, illud irritare: quia tacendo scientes consensisse videntur. Quare cum in dicto decreto adiungatur ad votum solemne à puella factum, ante legitimam ætatem, posse statim à parentibus reuocari, sequitur euidenter, quod in voto simplici potest non solum statim: sed pro quocumq; tempore, post etiam ætatem legitimam à parentibus reuocari dummodo in ætate legitima, in qua iam pater non est dominus voluntatis filii ab

co-

eodem filio nō ratificetur. Ad quid enim apponeretur à Concilio Triburiensi, cuius est illud Decretum particula statim, ad votum solemne, si etiam in omnibus simplicibus id ipsum eueniret?

Præterea vt voti obligatio impeditur ex defectu rationis, ita ex defectu materiæ; vt docet D. Thom. 2.2.q.189. ar.5. in corpore, sed si quis ante rationis vsum, qui cōmuniter esse solet in septēnio, votum emittat sit Religionis, quod postmodum nec irritatum fuit, nec legitima ætate iterato confirmatum, non tenetur sic vouens illud postea obseruare, sed potest ex seipso illud annullare; eo quia nemo ante illud legitimum tempus tenetur Ecclesiasticis legibus, puta sacramentorum aut ieiuniorum, & per consequens nec tenetur voto, quod ex deliberata voluntate pendet; immo non obligatur ad talè votum, iuxta mentem Soti de Iust & iur. lib.7.q.3.art 2.post 4.conclu. in 2.documento; eo quia in re tanti momenti, vt est libertatis amissio, & Religionis ingressus; si non est certum & compertissimū: quod habebat rationis vsum, melior est possidentis conditio; igitur ex defectu materiæ, quando votum impeditur. hoc est, cum vouet quis id, quod sui iuris non est, sed alieni, si post modum nec fuit acceptum a rei domino, nec legitima ętate, nempe quando sui iuris erat puer, de nouo confirmatum, poterit à parētibus annullari, & irritum reddi cum nulla maior ratio videatur in vno voto, quam in alio. Et si illud, quod ex defectu rationis est nullum, processu cuiuscumq; ætatis, non conualescit, cur hoc, quod ex defectu materiæ est conditionale, processu cuiuscumque ætatis non remanebit tale?

Facit pro hac opinione c. Quidam, & c. Placet de conuers. coniug. Vbi maritus ingressus Religionem; eamque professus inscia vxore, est eidem reclamanti, & cōtradicenti, postea restitutus; nec eadem vxore mortua, tenetur iterum Religionem intrare: eo quia vouerat id, quod nō erat sui iuris pro tempore, quo vxorem habebat. Et ideo hac mortua, hæc obligatio de ingressu Religionis, nō reuiuiscit: igitur à simili, cum filius de iure naturæ sit patris, vsque ad decimumquartum annum; nec possit eodem inuito, se religioni pro tunc obligare, sequitur quod postea a paterna subiectione, liber, & quando est sui iuris non perdat præfatum votum suam cōditionem intrinsecā, & natiuam; quam habuit de consensu patris, cuius res tunc filius erat, nisi nouo volūtatis actu a filio approbetur. Ita Caiet. 2.2.q.88.ar.8. & multo latius, & clarius q. 189. art.5. cui subscribit. Nauar. in Man. c.12. de non vane iurando nu.70. §. Interrogatus in pater.

Fauent etiam huic sententiæ summopere verba illa Nu. 30. vbi sic habetur. Mulier, si quidpiam vouerit: & se iuramento constrinxerit; q est in domo patris sui; & in ætate adhuc puellari; si cognouerit pater votum, qđ pollicita est; & iuramentum, quo obligauit animā suā, et tacuerit voti rea erit, quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit. Sin autē, statim vt audierit, contradixerit pater, & vota, & iuramenta eius irritauerunt, & cæt. Quibus in verbis perpendendum est non dixisse dominum. Sin autem transacta ætate puellari nō fuerit contradictū à patre, sit rea voti: sed statim, vt audiet pater, hoc est in quocumque tempore illud constiterit patri, siue in ætate puellari, siue post, & contradixerit de obligatam esse puellam a tali voto.

Nec ratio Soti de Iust. & iur. lib. 7. q. 3. art. vlt. quod seruus dum erat sub alterius dominio si votum emisit, q nunquā à Domino fuit irritatum: postea libertate donatus, non potest ad dominum reuertere; qui illud irritet: neq; irritationē tenere. Similiter militare in eo, qui est subiectus patri, ob quam solam rationem à nostra cōi discedit opinione, quicquā habet momenti, aut roboris: cum maxima sit differentia in hac parte inter Adultū seu puberem respectu domini, & impuberem, seu filium minorem respectu parentum. Horū enim voluntas omnis est parentum: & ideo in nullo omnino possunt,

sunt, de se ipsis disponere, absque illorum consẽsu. At puberes cum propriã habeãt volũtatem, nec seruus sit domini absolute, & totaliter: sed solum in his, quæ eius seruituti, & dominio incumbunt; hic est, quod vota impuberis possunt à patre, adueniente etiam pubertate, irritari: cũ sũt facta de re omnino sua. At serui votum, adueniente libertate, non potest iam irritari; quia non habebat dominus in voluntate serui potestatem, nisi secundum quid, hoc est in illis, quę sibi præiudicabant, quo prę iudicio cessante, remanet votum in suo robore, vt notat Silu. Votum 4 § 2. Versu. Quintum. Notãda est differentia, & Nauar. in Man. ca. 12. nu. 65. & verbo Religio 2. q. 15. versu. Sed si impulsio doli capax. Pater habet authoritatem irritandi, non solum ratione sui præiudicij, sed etiam ratione subiectionis, quę suberat puer, quando uouit.

CASVS L.

SIluestro in sacris constituto obtingit iure hęreditario castrum quoddam cum mero, & mixto imperio. Cumque sint multa a prædecessoribus publicata banna in pęnam sanguinis; ille eadem confirmat & renouat, aliaque cõtra quosdam rebelle de nouo promulgat. Et nulla summi Pontificis obtenta super hoc specialiter dispensatione sępe celebrauit, nullo sibi facto conscientiæ scrupulo.

Quæritur. An talia faciendo banna, irregularitatem incurrerit.

HVic casui videtur satisfieri posse, per text. in c. Episcopus ne cle. uel Mona. li. 6. quo loco dicitur, quod licet clericis non liceat causas sanguinis agitare: eas tamen cum iurisdictionem habent temporalẽ, debent & possunt, metu irregularitatis cessante, alijs delegare: vbi gl. §. super hoc maleficio, posse dictum clericum alicui delegare, etiam specialiter super aliquo maleficio: puta Homicidio in sua iurisdictione commisso; vt inquisita veritate iustitiam exequatur, & si ille exequatur, & occidat non propterea illum pręlatum esse irregularem.

1 Ex quibus breuiter existimarem dicẽdum, quod Siluester si publicet illa banna per modum legis ad prouidendam populi quietem, & ad iustitiam per gubernatorem exequendam; quamuis sciat aliquem morte ob id plectendum, non est irregularis. Si vero publicat per modũ sententiæ datæ in causam sanguinis imminentem de præsenti, tunc ab irregularitate non est immunis.

Tum quia ad incurrendam irregularitatem, quæ prouenit ex homicidio iusto, necesse est, vt sit vel dictũ, uel factũ directũ ex se, & suapte natura, vel ex intentione speciali operantis in deformationẽ, vel homicidium: ita vt directio per quãlibet generalem intentionẽ non sufficiat: qualem habent principes, qui condunt legem, cuius authoritate delinquẽtes traduntur morti, vt probat Archid. 23 q. 5. cap. Officia. & Panor. cap. Sententiam ne Cler. vel Mon.

2 Tum quia veluti speciale est in hac irregularitate, vt pro actu etiam iustissimo imponatur, ita speciale est, vt ad id requiratur causa adeo propinqua, & intentio ita specialis, vt sufficienter sit ex parte operantis in homicidium ordinata. Quo fit, vt Clerici, & Religiosi, qui interesse solent bellis iustis, & pijs, exhortãdo milites ad pręliandum, & vincendum non incurrunt irregularitatem: quamuis sequantur multa homicidia: quia non habent intentionem specialem, vt homicidia huiusmodi fiant: nec ipsis suis manibus deformant, sed solum ex se, & primaria, ac generali intentione exhortantur ad victoriam, & ne succumbant inimicis, & ideo vellent, vt victoriam assequerentur, absque cuiusque interitu. Quod si multi occumbunt, id non est specialiter ex sua exhortatione intentum, vt colligitur ex Pan. & hom. in d. cap. Sententiam, S. Ant. 3 p. tit. 28. c. 2. §. fin.

Quo fit, vt cum per dicta banna non in-

intendat velle prælatus, nisi sui status pacem, & tranquilitatem; nec illa ferat tanquam sanguinis sententiam in particulari exercendam, sed solum per modum pœnalis legis, vt tales, vel tales delinquētes ad statum suum reuertantur, pæna mortis plecti, possint, à suo iudice sæculari, non videtur irregularitatis Reus, quāuis ex tali banno, per modum legis promulgato sequatur homicidium, vt docet Sil. verbo homicidium, 3. §. 5. Tabiē. verbo irregularitas. 2. nu. 4.

Tum etiam, quia veluti in prælato in defensionem Ecclesię, & fidei inuocanti contra violātes brachium sęculare, et exhortanti tales, non quidem, vt occidāt, aut deforment (hoc enim esset directe ad homicidium prouocare) sed vt Ecclesiam vel patriā liberent, & terras ab hæreticis occupatas ad fidem reducant, non imputatur ad irregularitatem, quāuis exinde aliqui accedant, sub pæna infligēda mortis à iudice, nullam irregularitatem contrahit: secus autem est, si banna haberent rationem latæ sententiæ mortis in hunc, vel illum Reum. Nec valet si dicatur, ꝙ intentio actualis siue expressa, & virtualis, siue tacita æquiparātur. l. Cū quid. ff. de reb. cred. & c. Quemadmodū de iureiur. Et hunc prælatū edendo talia banna, virtualiter velle, vt occidantur, & suspēdantur illi bāniti; cum aliter bannū exequi in illis nequeat. Iam autem, qui vult antecedens, vult etiam necessario consequens l. 2. ff. de iurisd. om. iudi. c. præterea, de offic. deleg. Rñdendū est, illud valere cōiter: sed non in his, quę spectant ad incurrendam irregularitatem ex homicidio proueniēte à causa iusta. Neq; .n. ea, quæ sufficiūt homicidio iniusto, vt incurratur irregularitas, sufficiunt in homicidio iusto. Nam qui iubet aliquem percuti baculo iniuste, prohibendo etiam omnino, ne tali modo percutiat, vt interficiat; si tamen iussus ille interficit, est iubens irregularis: quia illa causa reputatur propinqua, & illa intentio habetur, vt sufficiens, c. fin. de Hom. lib. 6. Non tñ prælatus habens iurisdictionem temporariam, si iubeat gubernatori, vt iustitiā exerceat; quāuis inde certo nouerit, & debere aliquē suspendi, in irregularitatē incurrit: quia vt supra diximus; sicut speciale est in huiusmodi irregularitate, vt pro actu ēt iustissimo imponatur; ita hoc specialiter in ea sola reperitur, vt non cōtrahatur, nisi per causam propinquissimam, & intentionē, in aliud non intentā principaliter, q̄ in homicidiū, seu deformationem. Et hinc est, ꝙ opem ferens, & assistens; ēt sine armis iniustę præliantibus, dare dicatur talem causam; & habere talem intentionem sufficientem ad irregularitatis pænam, vt ait Innoc. c. Penul. de hom. & tñ qui assistit iuste pręliantib. nō dicatur dedisse talem causam, quāuis aliqui occidantur. c. igitur cum 3. sequentibus. 23. quæst. 8. etiam si ipse assistat armatus, cap. Continebatur, de cle. percuss. immo, etiam, si ferretur, cap. 3. eod. tit. Sil. & Tabien. ubi supra Armilla Verbo irregularitas, nu. 18 Per quod etiā satisfit ad illud, quod adduci potest ex c. presbyter, & c. Continebatur. cū multis alijs de homicidio, ad incurrendam irregularitatem, satis esse, velle illam ī causa sua. Et ideo Siluester, confirmando pręterita banna; & edēdo futura, quæ sunt sanguinis, non posse ab irregularitate esse immunem; si ob ea aliquis ex bānitis interficiatur, vt quæ sint lenitati sacerdotali quam Christus est professus, quamq. in suis ministris voluit Ecclesia inesse, sub pęna inhabilitatis ad Ecclesiastica peragenda, non parum aduersa.

Occurrendum est, huic rationi locum esse in irregularitate ex homicidio iniusto proueniente; in qua causa quęcunq. in illud directa sufficit. Non sic in ea irregularitate quæ ex iusto accidit homicidio. In hoc enim non nisi causa proxima, & specialis in deformationem ordinata requiritur; de qua non intelligūtur pręfati Canones Nauar. c. 27. nu. 216.

Et si quispiam adhuc vrgeat Christum nō assumpsisse sæcularē potestatē iudicādi; sed spiritualem regni Cælorum; vnde fieri videtur consequēs, vt nec clerici pos-

sint

sint illam exercere dicente et Paulo 1. ad Timot. 11. oportere Episcopum sine crimine esse, non vinolentũ, non percussorẽ &c. Dices cum Soto in 5. lib. de iust. & iure. q. 1. artic. 4. non aliud hoc argumento concludi, quam quod potestas Ecclesiastica qua ratione spiritualis est, non se extendit ad iudicia secularia ferenda, nisi quatenus ordinem habent ad finem spiritualẽ. Huic tamẽ non repugnat, quominus clerici possit secularem principatum exercere per seipsos authoritate summi Pontificis; & per alios à se delegatos authoritate propria in illis terris, in quibus laicam iurisdictionem habent. Neq. diui Pauli intentio est prohibere, ne sacerdotalis ordo in iudicem sanguinis assumatur, cum id ab Ecclesia fieri possit, & soleat; immo nec etiam, vt tamquam publicę potestatis in malefactores non animaduertant: sed solum ne tanquam priuatæ personæ, & cũ officio publico non funguntur, sint occisores.

CASVS LI.

ANgela obligata speciali voto ad recitãdum singulo quoq; die Virginis Coronam, cum illam vnico contextu, & sine aliqua interruptione posset perficere: diuersis tamẽ horis eiusdem diei interruptis Coronam sæpissime dicit per partes: idque confessori explanat.

Quæritur. An voto satisfecerit; sitq. ei iniungendũ, vt deinceps totã simul dicat.

DVo præsens casus expostulat, quorũ primum est. An voto Angela satisfaciat. Secundum est illud. An supposito quod satisfaciat; iniungendum nihilominus illi sit, vt in futurum totam insimul Coronam recitet, vel non nisi per partes, vt consueuit. Et quo ad primum non desunt rationes, quibus ostendi possit, forsan Angelam, ita per partes recitantem non satisfacere suo voto.

Tum quia consuetudine receptum est ab omnibus, dictam coronam, nõ nisi totam, & insimul dici; habereque rationem vnius actus completi ex pluribus imperfectis compositi. Consuetudo autem sortitur vim legis l. de quibus, ff. de legibus &c. Ecclesiam. 12. dist. Et omnium interpretum certissimus est in rebus incertis consuetudo c. Cum dicitur, de consuetu. l. Minime, ff. de leg.

Tum quia tota Corona videtur habere rationem vnius horæ canonicæ. Vnde in multarum Religionum constitutionibus imponi consueuerunt laicis, & conuersis Religiosis pro diuino Officio dicere certum numerum coronarum, quasi ꝙ vna duntaxat Corona nõ respondeat toti Officio, sed alicui solum horæ. Iam aũt hora canonica debet dici integre & sinẽ interruptione, vt colligitur ex capit. Missas, & cap. Cum ad celebrandas, de consecratione distinctione prima vbi dicitur, quod nullus Ecclesię minister officia Ecclesię ĩperfecta pręsumat oĩno relinquere.

Tum quia vnus actus vnico, tempore, & sine interruptione fieri debet, vt patet in stipulatione, & testamento, l. 1. §. 1. leg. Cõtinuus de ver. oblig. & l. Hæredes palam. §. fi. ff. de testam. & l. Hac consultissima. C. eod. tit. Iam autem vna corona nõ nisi vnus videtur esse actus.

Tũ denique, quia diuinum officium non debet relinqui inceptum, cũ ad hoc iussum sit fieri, vt nõ interruptum noscatur cap. nihil. 7. q. 1.

Quibus tamen non aduersantibus, asserendum est Angelam sic per partes coronam beatæ Virginis recitantem suo voto satisfacere.

Tum quia, veluti omnes horę canonicæ vnius diei, & si sint vna oratio sub certo numero psalmorum, lectionũ, & aliorum huiusmodi ab Ecclesia, pro suis ministris ad laudẽ Dei ordinata, vt tradunt cõmuniter Doctores, nihilominus tñ septem, vel octo interruptis horis sufficienter, & iuste perficitur; vt patet ex communi Ecclesiæ consuetudine, qua Matutinũ media nocte, & Prima diluculo, & ita aliæ diuerso tẽporis interuallo recitantur. Quare a simili Virginis Matris Corona,

H quæ

quæ constat ex quinq; partibus, quarum vnaquæque habet vnum Pater, & decem Aue Maria, poterit dici quinquies, spaciis diei distinctis. Et vt illi qui diuino officio persoluendo sunt astricti, satisfaciũt suo oneri, dicendo partes totales, hoc est primam, tertiã, sextam, & cæteras distinctis diei temporibus; ita Angela, quæ vouit Coronam, satisfaciet suo oneri, recitãdo partes totales, hoc est decem Aue Maria, cũ vno Pater, diuersis diei interuallis.

Tum etiam, quia si pro Indulgentia aliqua obtinenda, vel pænitentia implenda, vel voto aliquo exequendo fuisset impositum alicui, vt tali die visitaret quinq. Ecclesias, clarissimum est, quod licet hoc peregeret interruptis partibus visitando vnam ante prandium, aliã post, & reliquas sub noctem, ita tamen, vt eodem vno die visitaret omnes, satisfaceret suæ obligationi, vt late probat Nauar. in comment. de Indulgentijs super §. in Leuitico. de pœnit. dist. 1. not. 32. nu. 41. ergo Corona, vel Rosarium Beatæ Virginis dicendum aliquo die, vel ratione voti, vel impositæ pęnitentiæ, vel quacunq. alia de causa, quãuis dicatur per partes totales, & interruptis horis, adimpletur sufficienter; & exoluitur id quod erat debitum.

Tum quia, vt se habet Rosarium gloriosę Virginis ad suas integrales partes, quantum quælibet constat ex quinq. Pater noster; & quinquaginta Aue Maria; ita Corona eiusdem Virginis ad suas partes, quarum quælibet continet vnum Pater noster, & decẽ Aue Maria, sed vsu cõmuni est receptum, vt Rosarium per partes, et interruptis horis dictum, sit ad amussim & perfectę recitatum; igitur Corona Virginis per suas partes, & per interpositionem dicta erit etiam complete persoluta. Confirmatur, quoniã vna decas Rosarii vel coronæ complectens decem Aue Maria licet videatur indiuisibilis, nec interrumpi possit quoad illa, sicut vna septẽ horarum Canonicarũ quo ad ea, quæ continet: vna tamen decas Aue Maria separabilis, & diuisibilis, videatur ab alia decade, non secus, ac vna hora canonica ab alia. Quare sicut negari nõ potest illum, qui singulas canonicas horas diuisim, & separatim vno die recitat, pręstasse recte suum munus, dixisseque totũ diuinũ Officium; ita fateri necesse est, illũ qui Coronam vno die, quãtumuis diuersis horis recitat, perfecisse suũ onus, & vere totam coronam pro illo die dixisse.

Adde, tandem omnem actum regulariter posse fieri per partes interruptas, exceptis his, in quibus contrarium iura statuunt. Vnde emptio, venditio, & alij contractus, dempta stipulatione, possunt cõmuniter fieri per litteras, & nuncios; & sic magno interuallo inter consensum vnius, & alterius, iuxta tex. memo. in princip. inst. de oblig. & consens. sed nullũ ius naturale, diuinum, aut humanum prohibet, quin Rosarium, vel Corona gloriose Virginis non possit per singulas suas partes, & tempore interrupto dici; ergo Angela interpellatis horis recitando corronam quo ad singulas partes, votum suum satis superque perfecit.

Nec rationes in oppositum allatæ cõuincunt, vt quæ fere omnes falso nituntur fundamento, æquiparantes præfatam Coronam vni canonicæ horæ, quę constat portionibus; minutis, & indiuisibilibus, cum tamen assimiletur magis tali officio constanti ex singulis horis tanquam partibus separabilibus; sicut illa constat ex singulis decadis Aue Maria, vt iam explicauimus. Quare ad primam rationem negamus hanc esse consuetudinem vniuersalem a doctis, & sapientibus receptã, vt pręfata corona non nisi insimul tota, & sine interruptione recitetur, & quamuis sit vnicus actus, non tamen vnitate simplicitatis, & indiuisibilitatis: sed est cõpositus ex pluribus partibus, quarum & si quælibet sit incompleta, & imperfecta in comparatione ad totam coronam; est tamen perfecta & completa in ratione decadis, & in comparatione ad alias decades Aue Maria. Ad secundum facilis est dictis responsio. Neq enim verum est, q̃ tota Corona habeat rationẽ vnius horæ canonicæ: immo habet rationem plu-

plurium horarum quo ad hoc; vt sicut singulæ horę possunt diuisim, & separatim recitari, vt quarum quælibet compleatur per certos suos psalmos, & antiphonas, ac versus, quasi per partes minutas, et indiuisibiles, ad eundem modum coronæ partes possunt diuisim, & disiunctim persolui: cum sint quinque decades, quarũ quælibet vno Pater, & decẽ Aue Maria tanquã portionibus minutis, & impartibilibus constet. Vnde non comparamus vnam coronã pluribus horis canonicis in ratione valoris, & satisfactionis: quo pacto in Religiosorum constitutionibus pro onere totius officij imponuntur conuersis plures coronę: sed ęquiparamus solum illam diuino officio in ratione totalitatis, hoc est, vt diuinũ officiũ est vna totalis oratio cõtinẽs plures partes ad inuicem separabiles, ita corona habet plures decades inter sese patibiles. Ad tertium concedimus esse aliquos actus, qui non nisi uno tempore & coniunctim fieri valent, quorum vel natura est talis, vt non patiatur suarum partium sectionem, vel iuridico statuto diuidi prohibentur, sed negamus omnes actus esse tales, immo regulariter possunt exequi per interruptionẽ temporis, vt supra est ostensum.

Ad vltimum dicimus, longe disparem esse rationem orationis priuatæ, et officii diuini publici, maxime sacrificii missę, de quo textus ille loquitur. Nã hoc, tum ad euitandum scandalũ populi, tum ad non causandũ tædiũ aliis cum quibus dicitur, non debet longa mora intersecari publico. At priuatę orationes, quæ priuatim dicũtur, sunt alienę ab his incommodis; & ideo possunt intercidi.

Concludo igitur, Angelam satis adimpleuisse suum uotum de recitanda singulis diebus Virginis, Corona, quamuis per partes, & interpellatim recitauerit. Hæc ex Nau. in Enchiridion de Oratione, & Horis Canonicis cap. 10 nu. 37. §. Tertio principaliter quæro.

Inquirebatur secundo, An dato quod Angela suo voto satisfecerit, dicendo coronam totam, sed per partes disruptas imponendum sit illi a Confessore, vt denuo non nisi simul et vno statu totam recitet, & non sic diuisim, & sigillatim. Nam quod peccet saltem venialiter sic recitando videtur probari.

Tum quia assuefactio inchoandi quippiam, & non finiendi est vitium inconstantiæ, & inconsummationis, vt inquit D. Thom. 2. 2 q. 53. art. 5. & S. Ant. 2. par. tit. 5. capit. 12. & communiter doctores, qui testantur actus omittendi opera cœpta sine causa, esse vitiosos.

Tum secundo, quia inurbanum, & inciuile est, non finire colloquium cęptum cũ principe, & ad alia sine causa diuertere; quod facit, qui finire omittit coronã.

Tum quia id, quod admiscetur, ne finiatur, distrahit ab attẽtione, & deuotione, qua cum fuit corona incepta: & proinde qui hoc agit, non potest dici claudere: immo apertiisse pectus host.

Quare cum partes confessoris sint, remouere pænitentem ab omni crimine, etiam veniali, videtur ex his imponendũ esse Angelæ, ne deinceps sic disruptim, et sectius Coronam perficiat; sed insimul & connexe totam.

Nos vero & si regulariter id fieri sciamus: nihilominus tamen, vbi aliqua suppetit iusta causa recitandi coronam Virginis per partes, hortamus potius confessores, vt pænitentes incitent ad illam dicendam per partes, quam coniunctum.

Tum quia sicut facultas dicendi horas canonicas diuersis diei spatijs magnam præbet occasionem recitandi illas cõmodius, attentius, & deuotius cum frequenti, & cõtinua magis recordatione diuinorũ mysteriorũ: ita facultas dicendi præfatas decades horis diuersis, maximã offert anxam frequentandi die memoriam Virginis deiparæ, & multo cum maiori spiritu, & erga Deum affectu illas dicendi.

Tum etiam, quia nullus negare potest, per has partes decades sic diuisim recitatas præstare hominibus occasionem occupandi melius tempus (quę pretiosissima res est) quam si ob id, quod non possunt totam Coronam finire, nolunt il-

iam incipere transfigētes multa temporis curricula otiose, dum ad Ecclesiam euntes, vel ad Congregationes, & expectantes socios ad horas dicendas, vel negotia expedienda, vel expectantes ingressum, & audientias principum, aut iudicum, aut aliorum quibus cum agere debent, detinentur, ibi otio languentes; nec recitant coronæ partem interim: eo quia arbitrantur, cum nequeant eandem forsan perficere, nihil illis prodesse, quo ad hoc, vt non teneatur denuo eādem incipere. Quibus si persuaderetur a cōfessoribus, quod optime satisfaciunt recitando aliquam, vel aliquas decades coronę: & postea negotijs peractis, non oportere reincipere, sed reliquas intermissas perficere, otiositatem effugerent, & libentissime in sic recitando occuparentur.

Adde etiam multos esse rusticos, & ancillas, quibus impositum est pro pœnitentia, vt singulis diebus Virginis coronam recitent; qui si persuaderentur satisfacere dicendo mane decem, & alia hora decem, & sic diuisim pro temporis opportunitate, perfecissent alacriter iniunctam pęnitentiam: à qua tamen sæpissime deficiunt; eo quia obligatos se esse putāt ad simul & coniunctim totam dicendam, nec sibi superesse a quotidianis laboribus tantum temporis, quantum tantarum decadum multitudo exigit.

Demum hæc opinio Religionem fouet, & pietatem auget, vt quæ ad multiplices in die habendos orationis actus animum excitat: ergo est fouenda, c. fi. de re iud. c. relatum de testamentis. l. Sunt personæ, ff. de relig. & sump. fun.

Obiectam autem facile corruunt, si dicamus illa non procedere in orationib. priuatis, & quæ priuatim recitantur, sed in publicis, in quib. ab Ecclesia sunt præfixe, & pręfinitæ certæ horæ quibus dicātur, vt colligitur ex cle. 1. de celeb. miss. & cap. 1. eo. tit. ff. vbi Innoc. & Host. & omnes alii hoc annotarunt.

Et ratio diuersitatis est, quia missę, horæ canonicæ, & aliæ orationes publicæ non tam in fauorem, & vtilitatęm recitantium, quam ad consolandum eos, qui illas sunt audituri, & in fauorem vtilitatis publicæ: quę consistit in diuini cultus augmento, sunt ab Ecclesia institutæ. Et iō certis diei horis dicēdę, quib. nec postponi, nec anteponi, iusta sine cā possunt; cū ips illud sit præfixum quasi in fauorē creditoris, & ideo non prętermittendum leg. si ita relictum, §. Pegasus, ff. de leg. 2. l. in fideicommiss. §. Pegasus, ff. de vsuris l. Qui Romæ in princ. vbi glo. & Bart. ff. de verbor. obligat. At vero orationes priuatæ, cum pręcipue sint ordinatæ ad cōmodum, & vtilitatem eorū, qui illas sunt recitaturi, non aliæ sunt in illis taxādæ, seu præfigēdæ horæ quam quæ facilitati merito, ac deuotioni recitantium inseruiunt.

Quo fit vt qui coronam non cōiūctim totam, sed partes integrales, seu per decades diuersis tēporibus diei recitat, vt frequentius memoriam Virginis habeat, & sæpius in die mentem in Deum eleuet, deuotiusque ac cōmodius suas orationes perficiat, multo vberiorē spiritualis gratiæ fructum sibi compararet, quam si totā copulatim cum minori deuotionis feruore recitasset. Hæc enim antiqua erat sanctorum patrum Aegyptiacorum consuetudo, vt orarent parum & frequenter, parum quidem, vt attentiores preces effunderent, frequenter autem vt sępius cum Deo conseruarētur, vt refert Cassianus, lib. 2. c. 10. & P. Augustinus ad Probam citatus a D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 14.

Neque huiusmodi assuefactio recitandi sic per partes coronā, appellari potest vitium inconstantiæ. Tum quia id non fit rationem effugiendi laboris, sed maioris acquirendæ deuotionis, & occupandi tempus melius.

Tum quia incæpisse, & non finiuisse tunc est vitium, quando oratio interrumpitur termino indebito, vt qui inciperet decadem, & non finiret, sicut qui inciperet primam, nec illam terminaret. Vnde sicut nō diceretur ea actio inconsūmata, vel imperfecta, q̄ ī matutino terminatur, vel in vna, et altera hora, imo pfectissima

est

est diuini officij recitatio, cum per diuersas noctis, & diei horas expletur, ita numeris omnibus absoluta est illa coronæ Virginis recitatio, quæ fit per suas partes, nō quascumq; sed decinarias, quæq; singulis diuini officii partib. seu horis proportionantur. Neque hoc inurbanitati, aut inciuilitati attribui debet: Sed magis deuotioni, & meritorum augmento, velle sępius amorem erga principem manifestare, cum eodem frequēter colloqui, & parte vna precum finita, differre aliam ad tēpus, quo tanta cum reuerentia, & caritatis ardore, in Deum animus feratur, quātum suprema illa deitatis maiestas prærequirit. Qua in re non aperitur pectus hosti: immo tanto magis clauditur, quo omnis torpori, & otiositati aditus intercluditur: vt cœpta attētio, & deuotio, quę forte tota illa precum multitudine lassaretur, & tepesceret, horarum illa interruptione accrescat: & nouo charitatis ignicu lo inflammetur.

Quare tantū abest, vt cōfessor debeat, pœnitentem se mouere à tali recitādi modo, ob dictas causas, facto, vt potius exortari, & admonere quoscunq. debeat: vt si uel tempus ad totam coronam dicendam nō suppetit, vel si ad refricandam sæpius beatæ Virginis memoriam, & accendendum ergo diuinum amorem, & aliam ob iustam pietatem, volūt per partes dictam coronam recitare, in sācto isto proposito laudabiliter, & meritorie perseuerēt: id ꝙ colligitur ex Paludano in 4. d. 45. quęst. 2. Nau. de Oratione, & Horis Canonicis, c. 10. in tertio quæsito.

CASVS LII.

LVcas, cum colat prædiū sub vna Parochia, se transfert ad habitandū sub altera, & huic soluit primitias; non illi, sub qua est prædium, è quo fructus colligit. Nec vnquam voluit ex tota frumēti, & uini cōgerie, sed ex sua dumtaxat parte, salua omnino, & integra ea, quæ est patroni, primitias dare, quia sub tali pacto, locatum est sibi prædium, usq; est aliorum colonorum usu. Et cum elapsis annis, dederit competente mēsuram, nunc iratus in Parochum, nō nisi paruissimum soluit. Interrogatus igitur à Confessore, num primitus soluerit narrat prædicta.

Quæritur, quid in his debet confessor ei iniungere: & utrum incurrerit in casum ab Episcopo reseruatum de primitijs: non solutis.

PRo clariori huius totius casus notitia, prænotāda sunt duo. Illud est primum. Primitias nihil aliud esse, quā oblationem Deo factam de primitiuis, rerumq; optimis initijs, in recognitionem diuini beneficij, & professionem, seu testationē, quod ex terrę fructib. quicquid percipitur, Deo authore prouenit, vt dicitur Num. 8. & Deuter. 25. Ius siquidem naturę docet, vt pro grati animi signo primas offeramus pensiones Deo earū rerū, q̄ per ipsū nobis sunt collatę; iuxta illud Paral. vl. Quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. Vnde sicuti eidem, qua Deus est, & supremum per se bonum, honores debentur diuini; quę sunt sacrificia, & obligationes; & ministris q pro nobis apud ipsum interpellant, & eundem ꝓpitiū, ac misericordē nostris malis reddūt, cōcreditæ sūt decimæ; ita Deo, vt munifico largitori, & q in reb. vitæ necessarijs abūdātissime nobis ꝓuidet, debitæ sūt gratiarū actiones: quæ primitiæ appellātur. Hę tamen ad totam Leuiticam Tribū attinebāt, vt q̄ omnis erat diuinis mancipata obsequiis. At primitiæ nō nisi in sacerdotum vsū cedebant, nec ex primaria intentione ad eos alendos offerebātur: sed ex consequenti, & secundaria, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 4.

Quare oblatio erit, cum aliquid Deo offertur, ob suā bonitatem, ac deificā maiestatē. Quod si totū immoletur, & cōsumatur, dr̄ sacrificiū, vt animalia olim: & nunc altaris sacrificiū. Si vero sit integrū in Ecclesia permansurum, vt Cerei, Numi, Panis, Vinum, & cætera huiusmodi,

di, quæ in fabricam, seu ministros cedũt, oblationis nom: n obtinet. Decima autẽ erit cum aliquid Deo offertur principaliter, & immediate pro sustentãdis ijs, qui eidem in terris ministerio specialis inseruiunt. At primitiæ sunt quæcunq. Deo pro beneficio aliquo ab eodẽ accepto impenduntur. Secundũ quod prænotamus est: Primitias triplici iure esse debitas. Tũ naturali: eo quia ratio ipsa, vt nos docet Deo quatenus supremum bonum est, honores exhibere diuinos; & oẽm summissionẽ, ac obediẽtiã per sacrificia; ita quatenus terræ fructus nobis quotidie pro vitæ alimẽto suppeditat, aliquam de his partẽ gratiarum loco eidem cõsecrare æquitas ipsa postulat. Hinc Romani ductu naturæ, vt refert Plinius lib. 18. c. 2. nihil antea de terræ nascentib. degustabãt, quã sacerdotes nouarum frugũ, ac vini primitias libarẽt. Tum iure diuino. Nã Exod. 23. dicitur. Primitias frugum terrę tuę deferes in domum domini. Et Leuit. 3. offeres primitias domino. Idem habetur Nũ. 18 & Deut. 12. & alibi sæpe.

Tum demum iure Pontificio, vt patet 16. q. 7. c. Decimas, vbi à Gregorio septimo dicitur, oportet congruẽtius nos decimas, & primitias, quas iure sacerdotũ esse sancimus, ab omni populo accipere; quas fideles dño pcipue offerũt. Idipsum cõstat in toto titulo de decimis, per multa capita. His pręnotatis, dubitationẽ primam, An scilicet primitiæ sint dandæ illi Ecclesię, sub qua est prædium, vel potius ei, sub qua colonus viuit; & sacramenta recipit, sic, diluimus: vt de iure non nisi Ecclesiæ, sub qua est prædiũ, sint dandæ.

Tum quia primitiæ non sunt personales, sed prædiales, hoc est offeruntur Deo pro beneficio fructuum, & ideo illi Parochiæ dicari debẽt, sub qua fructus colliguntur. Nam vt decimæ personales cõcomitantur personam, ac domicilium; ideo namq; debent Ecclesię Parochiali, in qua diuina quis audit, & sacramenta recipit 16 q 1. c. Quęsti sunt; ita & prędiales, & quæ agri fructibus sunt connexæ, iis debentur illi Parochiæ, sub qua est prædium, vt notat Gloss. communiter recepta. in d. c. Quæsti sunt. Tum item, si primitiæ darentur illi Ecclesiæ, sub qua Lucas habitationem transfert, læderetur maxime illa Parochialis prior, sub qua est ager, vt cui ablata esset illa portio; quę de antiquo iure erat sua: contra quod statuitur 16. q. 1. c. Si quis. Vbi dicitur, q; q; proprietatis suæ loca, vel res alicubi dare delegauerit, decimationum prouentũ priori Ecclesiæ legitime assignatum, inde abstrahendi nullam habeat potestatem. Vide etiam Extra, eod. titu. cap. A nobis, & cap. Tua nobis.

Adde quod sicut Epus non potest ex proprio libito id, qd est vnius Ecclesiæ, dare alteri, inuito sacerdote c. sine exceptione 12. q. 1. Nam omnis, qui a Domino, & Ecclesię, cui cõpetũt aliqua, aufert, vt sacrilegus iudicatur. c. Nulli. 12 q. 2. ita multo minus poterit colonus primitias, quas cõsuetudine antiqua erat solitus dare Ecclesiæ, sub qua prædium erat, alteri, quo habitandum se transfert, conferre. Priuilegium siquidem solius Papæ est, vni auferre, & alteri dare 6. q. 3. c. Cõqstus c. Nũc vero. Per pricipalẽ, & 16. q. 1. c. Frater noster. Tandẽ nulli consulẽdũ est, cum alterius iactura 11. q. 3. c. Siquis vero, & 14. q. 5. c Deniq; & 2. 2. q. 2. c. Primũ: aliorum siquidẽ honores non debẽt alijs esse occasio nocendi. vt Cod. de sta et imag. l. vlt. Iam autem si a coloni arbitrio penderet eas primitias, quę sunt vnius Ecclesiæ, ad alteram transmittere, profecto consultum fuisset vtilitati vnius, cum dãno alterius. Vide de hac re. D. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 3. Sed an primitię conferendæ sint ex tota fructuũ congerię, aut ex illa dumtaxat parte, quæ colono post diuisionem cum patrono factam obtingit?

Respondetur, quod & si standũ sit hac in re consuetudini, vt habetur c. 1. de decimis, & Extra. de Decimis, c. Ad Apostolicę. de rigore tamen iuris, non tenetur colonus ex tota frumẽti, aut fructuum aliorum congerie, sed ex sua solum parte, vt fuit in pacto, soluere primitias.

Ratio est, quia primitiarum exhibitio

continet in se duo, scilicet ipsam rem dandam, & modum dandi. Si consideretur res ipsa, quæ datur, sic cadit sub obligatione præcepti statuentis, quod primitiæ offerantur; estque de iure naturali, & diuino. dictat.n.natura, vt gratissimus sit Deo benefactori, iubetq; Deus ipse multis in locis sacræ scripturæ, primitiarum fieri oblationem, vt superius annotauimus. Sed si spectetur modus dandi, quatenus videlicet datur per modum oblationis, quæ est spontanea, sic nulla primitiarum quantitas est lege definita: sed relinquitur communi arbitrio offerentium, vt testatur Diuus Hieronymus super Ezechielem: & refertur in decretali lib.3.tit.30.c.1.cuius hæc sunt verba. Primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine definitæ: sed offerentium arbitrio delectæ. Traditionem quoq; accepimus hebræorum, non lege præceptam: sed arbitrio magistrorum inoletam: quod qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus, qui minimum sexagesimã. Adde quod colonus dat primitias, intendens virtualiter illum finem, quo fuerunt institutæ. Is autem est offerre illas in gratiarum actionem, de receptis ex toto prædio fructibus. Quare cum donat id, quod est consuetum, satisfacit præcepto, siue id sit ex toto aceruo, siue ex parte.

Confirmatur, quia ipse patronus ex pacto inito cum colono, videtur intendisse, offerre primitias in signum gratitudinis. Nam ideo hoc onus soluendi illas imposuit colono, quia sciebat se iure ipso teneri pro parte sua: quo grauamine, vt alleuiaretur, coniecit totum in partem coloni, qui cum ipsum acceptauerit, se se voluntarie astrinxit soluere pro omnibus. Volenti.n.nõ fit iniuria vel dolus, c. Sciẽti, de reg.iu.li.6. Quare cũ primitiarũ portio (quã quotã vocant) sit ceremonialis, pẽdeatq; ex iure humano, vel ex consuetudine legitima, non est aliud patronũ contraxisse cum colono, vt soluat primitias, quam si clarius significaret, vt illi incumberet gratuita illa primitiarũ oblatio pro fructibus ex toto agro collectis.

In hac autem diœcesi, cum sit vniuersalis fere consuetudo vt colonis incumbat primitiarum solutio ex ea dumtaxat parte, quæ illis obtingit, videtur non teneri Lucam ad aliud quam ad huiusmodi vsũ, & præscriptam consuetudinem obseruandam. Nam, vt inquit D. Tho. 2.2.q.27.artic.3. sicut verbo humano lex instituitur, ita & actibus maxime multiplicatis, qui consuetudinem faciunt, aliquid causari potest, quod legis virtutem obtineat, inquantũ scilicet, per exteriores actus multiplicatos, interior voluntatis motus, & conceptus rationis efficacissime declaratur: quia quod multoties fit, ex deliberato rationis iudicio prouenire videtur: & secundum hoc consuetudo sortitur vim legis, & eam abolet & interpretatur. 11.d. c. in his, & 9.q.3.c. Conquestus.

Quod autem Lucas iam cõuenientem Primitiarum mensuram, quam elapsis annis, tribuere consueuerat, nunc abnegat, & non nisi paruissimam Parocho soluerit, rerum efficit ipsum peccati.

Tum quia consuetudini rationabili, & præscriptę, absq; vlla iusta ratione contra uenit. c. ex litteris, de consuetudine.

Tum quia collatum est illi prædium, sub pacto soluendo primitias: & in omni pacto obligatur quispiam seruare consueta. l. Semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. Tex. est in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil edic. ff. de aqua plu. arcen. l. Si prius. §. placuit C. loca. l. licet. ff. de leg. comisso. Tũ itẽ, quia & si in his, quæ sunt meræ oĩno libertatis, vt inuitare aliquem ad conuiuium; recipere hospitem; donare par caponum ex liberalitate, & in cæteris huiusmodi, non inducatur cõsuetudo, vt no. Innoc. in c. Bonæ, il 2. de postu. Præl. Nihilo secus tamen in his, quæ ita sunt libertatis, vt etiam aliquid habeant necessitatis: sicut decimæ, & primitiæ valet consuetudo. Arg. c. Vestra, de locat. & per textum expressum in c. Ad Apostolicam, de Simonia: dum dicit laicos cõpellendos ad seruandum laudabilem consuetudinem, erga suam Ecclesiam, pia deuotione fidelium introductam. Vnde Pa-

nor. in c. suam nobis.de decimis, dicitse semper tenuisse, vt possit introduci consuetudo in his, quę sunt liberæ facultatis, quando non præcessit exactio, sed sic fiūt ex libertate, quod interuenit sancta deuotio. Tunc enim non habet vitium inducta consuetudo, nec fundamentum vitiosum, sed laudabile; quia non est arduum, nec admirabile, si ab eo metuntur temporalia, qui seminat spiritualia, vt in cap. Si Epus. de offi. or. lib. 6. & c. Qm. eo. tit. Secus autem foret, vbi exactio præcedens dedit causam consuetudini, nam tunc cōsuetudo non valeret; quia habuit initiū vitiosum; quo in casu loquitur text. in c. Cum Eccl. de Sim. Confirmatur hoc ipsum doctrina Bartoli, in l. Cum de in rem vers. ff. de vsu, vbi inquit, quod & si quando est donatio pura, non relata ad certū quid, sed solum ad amicitiam vel liberalitatem, non pręsumatur introducta obligatio: quando tamen rōne sacramenti, seu rei spūalis exhibitæ, aliquid confertur, videtur populus longo tpe id obseruando se ad hoc voluisse obligare, & constituere illam spontaneam obligationem, in recōpensationem spiritualium, recognoscendo Deum in muneribus suis, & redimendo peccata elemosinis; de pęn. d. 1. c. Medicinam, & in fauorem ecclesię, c. ex parte de cens. & c. Ex parte, de conce. pręben. Quo pacto intelligi debent doctores tenentes, quod ex libera obligatione fit cōsuetudo obligans. Lege Tab. verbo consuetudo. §. 15. Syl. Verbo, Decima. §. 4. & alii communiter. Quare confessor iniungere Lucæ, & aliis debet, vt primitias secundum consuetam mensuram Ecclesię, sub qua est prædium, soluat. Nec est absoluendus, antequam id quod præteritis annis de solito detraxit, reficiat. Cum in Concil. Trident. sess. 25. c. 12. de Reformatione, in hunc modum præcipiatur. Qui decimas (quod idem videtur in hac Diœcesi intelligendum de primitijs, quæ loco decimarum dantur ad clericorum sustentationem) aut subtrahunt aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta, absoluantur. Hoc autem intelligendum est de illis qui restituere antea possunt, vt declarat Nauar. in Man. c. 21. nu. 31. Crediderim incidisse Lucam in casum reseruatum in hac diæcesi, de primitiis non solutis. Tum quia non soluit Ecclesiæ, cui tenebatur soluere, sicut qui non restitueret ei, cui res est ablata, non diceretur soluisse debitum. Tum quia non soluit omnem consuetam primitiam. Iam autem non faciens totum, ad quod tenetur, idem est, ac si nihil fecisset: vt qui ieiunaret solum vsque ad horam nonam & in reliquo diei sępe comederet, non diceretur ieiunasse, & qui furatus est centum, non diceretur restituisse per hoc, quod restituit solum vnum. Tum quia intentio Episcopi est, reseruare transgressionem huius præcepti eo modo, quo consuetudine est receptū, & ne defraudentur Ecclesię a suis solitis oblationibus. Iam autem Lucas & a consuetudine recessit, & Ecclesiam debitis primitiis fraudauit, nō soluens ex ira, & odio in Parochum id, quod erat in antiquo vsu. Et ideo cū dolose id egerit, nō debet dolus eidem patrocinarii, ff. Pro socio, verū. §. tps, & ff. de re. iur. Non fraudantur in fi. & 16. q. 1. c. legi, & de collusione detegenda, c. Audiuimus: quia satis esset indignum, si fraus, & dolus, quę in præiudicium ecclesiastici, & alieni iuris nituntur cōmittere, in eorum non redundarent incōmodum, & iacturam. Si autē Parochus, cui primitiæ debentur, illas cōditionaret, non peccaret tūc, qui illas nō soluere, nec in casum reseruatum laberetur: quia id, quod in fauorem alicuius est factum, potest renunciari, & illo non vti cum voluerit, vt est sententia Gloss. solēnis in c. peccatum de reg. iur. li. 6. Nec refert, an diues sit ille, qui debet, vel pauper, vt ostendit Maio. in 3. sen. d. 37. q. 36.

CASVS XLIII.

FRanciscus morti proximus declarat filio hæredi, pręsente vno solo teste, se uelle, ut Antoniæ dentur centum scuta, utaturque dum uixerit sua domo. Hæ-

res patre mortuo, cum in testamento nihil de huiusmodi legato appareat, non uult di ctam pecuniarum quantitatem Antoniæ persoluere: redditq; pro causa confeßori: legatum illud non fuisse solemnitate iuris relictum, nec poße ad ipsum in foro exteriori obligari.

Quæritur An nolens soluere, sit absoluendus, et quid agere teneatur Confessor: cum huiusmodi legata sine iuris solemnitate facta occurrerint.

POstulat iste Casus dissolutionem cuiusdam difficultatis intra Cismontanos: & Vltramontanos ab antiquo controuersæ: nec a Theologis, & iurisperitis adhuc satis decisæ. An hæres teneatur in conscientia soluere legatà absq; iuris ciui lis solemnitate facta, & quæ non sunt ad pias causas, hoc est Ecclesiæ, vel pauperibus, vel pro anima derelicta. Nam in his non requiri tantam solemnitatem, quan tam leges cõiter in testamẽto, seu legatis aliis pręscribunt, & sufficere, quod fiant corã duobus testibus, est concors omniũ sententia: & habetur expresse in c. Relatũ, primo de testamentis. Bar. in l. 1. C. de sac san. Eccl. & Bald. in l. institutio. ff. de hære. insti & hoc in fauorem Religionis, Ac Ecclesiasticæ libertatis, cui statutum, seu lex omnis præiudicans irrita est; & scribentes hanc, vel iudicantes secundũ ipsam in excommunicationem incidunt. c. Graue. de sent. excom. Rosella verbo ex com. 1. 18. excommunicatione. Nauar. in Man. c. 27. nu. 27. nu. 120. & c. 17.

Quo ad propositam ergo difficultatẽ, arbitrantur quam plurimi, dicta legata absque iuris solemnitate facta, obligare in foro animæ. Ita Panor. in c. Quia plerique de immu Eccles. Innoc. de Elect. c. Quod sicut. & Lex testamento C. de fideicommis. Do. Ant. de But. in c. Quia plerique de immuni. Eccl. dicit se consuluisse in facto, in quo tantum vnus testis fuerit adhibitus, teneri hæredem ĩ foro animæ, legatum soluere. Idipsum asserit Sylu. verbo, Alienatio. §. 12. & verbo, testamentum. §. 5. Tabien. verbo, Heres, § 4 & verbo testamentum. §. 5. Adrianus quolib. 6. art. 1. & alii quam plurimi.

Ratio est. Tum quia, vbi nulla falsitas interuenit, debet cessare dispositio ciuilis, legis, & seruari æquitas, ac obligatio naturalis; quæ oritur ex dispositione defuncti. l. Cum amplius. § is. natura debet. ff de reg. iur.

Tum quia negari non potest, quin hic sit consensus naturalis, & perfecta ratio voluntatis ipsius defuncti. Iam autem solemnitates ciuiles non possunt derogare iuri naturali. In foro enim animę sufficit contractum tenere, secundum limites iuris naturalis, seu gentium, ad quod sufficit consensus. Nam lex naturalis, cum sit quædam legis æternæ participatio, & impressio diuini luminis in creatura rationali, qua inclinatur ad debitum actum, & finem, & lex ciuilis, quę principis voluntate ad bonum sui populi constituitur, eatenus iusta sit quatenus naturali le gi conformatur, vt docet D. Th. 1. 2. q. 95. art. 2. sequitur non posse hanc ciuilem, quæ inferior est, vim & obligationem alterius naturalis tollere, aut reuocare, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 94.

Tum etiã quia tota legis ratio, de pluralitate testium fuit vt constaret de voluntate defuncti, & obuiaretur fraudibus, ac dolis; quibus posset aliquid contra defuncti voluntatem machinari: & sic vbi expressa est voluntas defuncti, nec subest fraudis suspitio, vt in casu proposito, cessat legis ratio, qua cessante, ipsa quo que lex vigorem non habet. l. Adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & c. Cum cessante, de Appell.

Tum etiam, quia durum videtur admodum dicere, illum, qui fuit electus electione valida ex iure naturæ, hoc est consensu eligentium, teneri in foro conscientię, renunciare, si aliquæ iuris solẽni tates sunt prętermissę: vt puta, si vnus, solus ex viginti eligẽtib. nõ fuit ex odio vocatus, vel cãpana solita sonari in similibus actibus, nõ fuit sonata. Ergo ad eundẽ mo dum, quamuis solẽnitates testiũ non sint

adhibi-

adhibitæ, durum videtur, quod legatum voluntate defuncti factum, non sit validum seu renuntiandum.

Tum denique quia in c. Cum esses. de testa. Alexander 3. interrogatus de consuetudine, quæ erat in Episcopatu Hostiensi, vbi nullum testamentum, & legatum, nisi secundum leges humanas, septē videlicet, aut quinque testibus subscriptum, admittebatur: Respondit in hæc verba. Quia a diuina lege, & sanctorum patrum institutis, & generali Ecclesiæ cōsuetudine, id noscitur esse alienum, cum scriptum sit, quod in ore duorum, vel triū testium stet omne verbum, præscriptam consuetudinē improbamus, & testamenta, quę Parochiani coram presbytero suo, & tribus, vel duabus alijs personis idoneis, in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere sub interminatione Anathematis prohibentes, ne quis huiusmodi audeat rescindere testamēta.

Ex quibus patet, testamentum, seu legatum sine legis solemnitate factum, si de voluntate testatoris constat, esse in conscientia validum. Vnde Grego. 13. q. 2. c. Vltimo, præcipit. vt voluntas vltima defuncti, modis omnibus conseruetur. S. Ant. 3 par. titu 10. c. 3. in fine.

Parti tamen neganti, quod scilicet huiusmodi legata, non pia, absq; iuris ciuilis solemnitate facta, non sint valida, nec hęres teneatur in conscientia ad illa soluenda, adherendum probabiliter arbitror.

Tū quia Respublica pōt iusta de causa, naturalem ciuium voluntatem cohibere in suis dispensandis rebus; & modū illis præscribere, quo non seruato, contractus in conscientia pro infecto habebitur: vt si ex oculto modo emendi, aliquę fraudes, perercrescerent, posset Princeps legem statuere, vt emptio, quæ coram testibus non fieret, non valeret; adeo vt in conscientia posset dictus contractus, vt illegitimus rescindi. Vt enim potuit prohibere, ne pueri bona sua quantumcumque spontaneè alienarent, ne per eorum imprudentiam male dilapidentur, ita vt puer decem, aut duodecim annorum, si donasset ducentū scutavni, inuito tutore, nō esset in cōsciētia talis donatio valida, vt patet lege. 1. de Minoribus. C. si maio. fa. ra. ha. l. Vltima. & l. Pupillus, ff. de acq. re. do. D. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7. ad secundum, sicut etiam de primogenituris, seu rebus fideicommissis, si quis aliquid scienter emisset, non esset tutus in cōscientia; quia cum partes sint propter totum, & quilibet sit Reipublicæ magis quā suus, vt hæc, potest ob vlciscenda maleficia priuare homines propria vita, ob æquitatis, ac iustitiæ communis conseruationem, quę de iure naturali est, potest translationem dominii impedire. tam cohibendo domini voluntatem ne det quam adimēdo alteri facultatem, ne recipiat, vt colligitur ex D. Th. 1. 2. q. 95. art. 2. & 3. Cum ergo Respublica alienationem, seu donationem defunctis prohibuerit, nisi fieret præsentibus tot, vel tot testibus, vt patet l. Hac consultissima. Cod. de testamentis. Sic. n. dicitur. Vbi testamentum non fuerit subscriptum, pro infecto haberi conuenit. Et rursus. Ex imperfecto autem testamento, voluntatem tenere defuncti non volumus. Et institu. quibus modis testa. infirmentur, §. Ex eo. ait Iustinianus. Imperfectum testamentum sine dubio nullum est. Quibus verbis clarioribus, aut efficacioribus potuit lex efficere, vt testamentum, seu legatum illegitimè factum, non valeret, quam istis, an nempe testamentum sit nullum? habeatur pro infecto? voluntas defuncti non teneat? Sit irritum? nullam fidem faciat, neque in iudicio, neque extra? & cætera huiusmodi, quæ exprimuntur pluribus in legibus.

Tum quia si absque vllo testamento quis legata fecisset, aut hæredem nuncupasset, vt exempli gratia, si quis absque liberis Bononiæ moriens, dixisset secreto fratri suo vterino se velle, vt Ioan. extraneus sit omnium suarum rerum hęres, & sic è vita migraret absq; alio testamento, profecto non teneretur ille frater legitimus hæres, qui nec id pollicitus est, nec ratum habuit, cedere in conscientia tali hæredi extraneo, non obstante, quod nouiss

uisset optime defuncti voluntatem, nec vllam ibi interuenisse fraudem: quia lex Reipublicæ cum sit iusta, & ad euitandos dolos statuerit talem alienationem absq; debita solemnitate factam, esse nullam, & in pœnam negligentię testatoris voluerit, vt tali voluntati non stetur, attendendo magis ad commune bonum, quam ad particulare, sequitur, non peccare hæredem, si iustæ legi obtemperando illegitima talia legata non soluit. Nam si obseruando leges, quis peccaret, tum leges illæ conscientias illaquearent; nec deberent ab ecclesia tolerari. Quod .n. absque peccato mortali obseruari non pōt, derogandum est, vt declaratur c. Quoniā, de pręscriptionibus: leges ciuiles quantū est ex natura sua obligant in conscientia, nisi a iudex intentione legislatoris constet, cum, & à naturali deriuentur constituentes in particulari species virtutis, quod illa in uniuersali dictat; & quietū Reipublicæ statum in ordine ad sempiternam fęlicitatem, tāquam ad vltimum finem intendant, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 4. & 2. 2. q. 12. art. 2. ad 1. Videturque colligi ex illo D. Petri in sua prima canonica c. 2. vbi postquam fideles omnes admonuit, vt subditi essent dominis, nō tantum bonis, sed etiam discolis: quia hęc erat uoluntas Dei, subiungit Hęc est .n. gratia, si propter Dei conscientiam, sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Dicens propter conscientiam, significat conscientiam ciuilibus legibus ligari.

Præterea demus aliquem pupillum esse naturalem, & legitimum hęredem alicuius defuncti ab intestato: qui tamen defunctus, uel testamento minus solemni, & illegitimo alium hæredem instituerit, vel tutori dūtaxat manifestauerit, se velle, ut rerum suarū hæres sit Antonius extraneus: tunc tutor in conscientia si non tenebitur dictam hęreditatem pro suo pupillo petere, vt qui sciat ex uoluntate mortui, non esse pupilli, sed alterius: profecto accusatus in iudicio condēnabitur ob negligentiam, vt pupillo refundat omnia, h... sua ... perdidit, & sic ex vigore legum, de nullitate testamenti, si eisdē non obtemperauerit, damnabitur in omnibus suis bonis. Si vero obtemperat, & pro pupillo agens, non obsequitur voluntati defuncti peccabit, vt contraria fert opinio mortaliter. Quare ne in has angustias m[i]serum tutorem coniiciamus: vt debeat absque vlla culpa damnari per iustam legem in bonis suis, fatendum est illum non teneri in conscientia ad c[on]seruandam voluntatem talis defuncti: sed potius ad obtemperandum legi a Republica constitutæ, & ita legata sine solemnitate iuris relicta, non obligare in foro interiori, sicut neque in exteriori.

His adde, legem accidentarios, & particulares cuiuslibet casus non respicere: sed communes, & ea quæ vt plurimum contingunt, vt docet D. Thom. 1. 2. q. 4. & 95. artic. 1. ad 3. Iura enim, ut ff. de leg. Pomponius ait. Constitui debent in his, quæ accidunt, & vsu venire possunt: non tamen in his, quæ pręter opinionem, & insperato contingunt. Et ideo cum ratio legis de solemnitate testamenti, & legati fuerit, vt fraudibus, ac dolis obuiaretur, fit, vt quamuis in aliquo particulari casu finis ille deficiat: lex nihilominus suum retinet vigorem. Vnde Theologicum est axioma, finem legis non cadere sub lege: sed actiones, quibus illuc tenditur, vt declarat D. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 9. Sicut ergo puer decem, vel duodecim annorum sub tutoris cura viuens, quantumcumque alias prudentia, & iudicio valeret: si prædium aliquod iusto etiam pretio vendidisset, vel illud libere donasset; contractus huiusmodi venditionis, seu donationis, inconsulto tutore factus, esset in conscientia inualidus.

Nec obstaret dicere finem legis prohibentis pueros, bona sua alienare, ne per eorum imprudentiam male dissipentur, hic cessasse: cum iste puer prudens & sagax sit, vendideritque rem iusto pretio, quia & si cessauit in illo euentu particulari, non tamen cessauit in communi. Vel uti etiam qui maceratione carnis, non indigeret, qui est finis legis ieiunii non prop-

propterea a ieiunando deobligaretur. ita quamuis in tali, vel tale legato, non interfuerit vllus dolus, sed libera, & certa sit defuncti voluntas: lex nihilominus, quę inualida facit talia legata in suo permanebit robore; & huic obtemperans, nequaquam peccabit: alias frustranea, & iniqua esset talis lex: vt quę & subditorum conscientias non quietaret; & ei adiudicaret rem, qui tamen illam tuta conscientia possidere nequiret.

Tandem sicut rem alienam bona fide praescribens tutus est in conscientia; nec tenetur illam vero domino rursus restituere, vt patet c. Vigilanti, & c. fin. de praescriptionibus. Et ratio tota est: quia principes, vt occurrerent litigiis, & concertationibus, potuerunt pro bono communis pacis, & vt tranquilla essent rerum dominia, bona subditorum, eisdem met inuitis, in alios traducere, Vnde l. 1. ff. de vsuc. ducitur, quod pro bono pacis, introducta est vsucapio. Et sequitur, quod cum eadem etiam ratio militet in legibus testandi, seu legandi, & pro bono publico, & communi pacis, ne fraudes in vltimis defunctorum voluntatibus interuenirent, vtq; multarum concertationum, & litium abscinderetur occasio: principes lege manifesta statuerint irrita ac nulla esse illa legata; quibus certa deficeret solemnitas; fatendum necessario est, tuta conscientia posse hęredem illegitima legata, & quae iuris solemnitate carent, non adimplere; Vide Sotum de iust. & iu. lib. 1. q. 5. ar. 3.

Contrariae partis rationes leui negotio dissoluuntur, vt quae falso nitantur fundamento, nempe quod cessante in particulari legis fine, cesset legis obligatio. Neque enim verum est, quod non indigens maceratione carnis, qui est ieiunii finis, deobligetur à pręcepto ieiunii, vel quod carens dilectione Dei, qui est finis praeceptorum Decalogi, deobligetur ab obseruatione actuum, qui singulis praeceptis iniunguntur. Nam lex commune bonum respicit, & non huius aut illius dumtaxat. Et ideo quousque ratio, quae mouit principem ad talem legem condendam non cessat in toto genere, nec legis vis, & robur cessare debet, dist. 6. c. statuimus. §. causas. inquit Glos. quod cessante causa, cessat constitutio, idest quando causa cessat actu, & exemplo, hoc est, vt non possit trahi in pernitiem exempli, vel cessat nō omnino, & ipso facto, sed ad hoc, vt dispēsari possit circa personam illam, vel cessat quando hoc in iure exprimitur quod cessare debeat, vel quando omnis causa cessat, & impulsiua, & finalis, efficiēs, & occasionalis, tunc cessat constitutio. ff. de postul. l. 1. §. sexum. Veritas haec exemplo alio fit apertissima. Cautum est hoc, ne quis arma noctu deferat, vt occurratur quaestionibus, & homicidiis, Num aliquis quantumcunque pacificus, & è quo nullum timeatur digladiationis periculum, si arma noctu deferat, transgressor legis non habetur? minime gentium. Ita in proposito quamuis nullus in illo legato relicto interfuerit dolus; nihilominus vis legis in suo stat robore: alias leges huiusmodi multis scrupulis subditorum cōscientias irretirent, cum saepe obscurum, & ambiguum sit; tanta ne interuenerit fraus, quanta sufficiat ad obtemperandū ciuili legi; vel tam parua, vt eidem standum non sit, sed iuri naturę.

Nec lex ciuilis, quae iusta est, & pro bono communi statuitur, dici potest naturę iuri repugnare, immo ipsum interpraetatur & moderatur. Vnde Panor. in c. quae in Ecclesiarum, de const. iure optimo asseruit, constitutionem principis ex rationabili causa factam contra aliquid, quod est, de iure gentium, vel de iure naturali, tenere, & illum obseruantem non peccare, uidemus siquidem, per pręscriptionem inductam a iure positiuo, priuari dominum proprio rei suę iure, sicut propter delictum confiscantur tuta conscientia bona alicuius, vt c. Vergentis de haereticis, & C. de bo. dam. per totum, & c. Quorundam, de Iudaeis. Vbi summus Pontifex inducit seruitutem contra libertatem, quae est, de iure naturali. Quare cum lex prohibens alienationem in vltima voluntate, absque testium numero septem, si testamen-

mentum est nuncupatiuum, hoc est, sine tabellionis subscriptione, solo verbo institutum, vel si est subscriptum, sed tamen occlusum, & obsignatum.

Tametsi in testamento aperte scripto sufficiant tres testes, cum tabellione, & quinque sine illo, vt à iurisperitis, inst. de testamentis, & l. Hac consultissima. C. de testamentis, diffusissime declaratur sit lex iusta in bonum publicum ordinata, ne ob fraudes, & varias hęredum fictiones, contentiones, & lites, in legatis a defuncto relictis insurgant, fatendum est illam iuris naturę esse interpretatiuam, cum & natura ipsa pro communi bono conseruando particulare aliquando relinquat, & destruat, & ideo dictam legem iustam, & rationi consentaneam obseruans nequaquam peccabit: quia licet de consensu defuncti constet: non tamen ita constat, vt ad alienationem suarum rerum sit satis: quemadmodum de pupillo diximus, quod & si constet voluntatem suam esse vendere, seu donare possessionē aliquam amico suo: nō est tamen hęc alienatio licita, quia lex est huiusmodi naturalem consensum interpretata, & moderata non valere ad alienandum sua nisi concurrente voluntate tutoris. Et vtrumque factum est nō modo in fauorem alięnantium, sed multo magis in fauorē publicum, qui est causa iusta ad statuēdum in præiudicium cuiuscumque priuati l. Item si uerberatum, ff. de rei vend. & notatur in l. antiochensium, ff. de priuil. cred.

Nec casus de electo ex consensu maioris partis eligentium est similis huic nostro de legato absq; iuris solemnitate relicto. nam de illa electione non disponit lex, nisi vt possit infirmari, vel irritari: nō autem quod ipso iure sit nulla. Hoc enim si decreuisset, tunc electus non esset in cōscientia tutus. Quare vnus eligentium, quod non fuerit ex contemptu, vel odio vocatus, dum tamen maior eligentium pars in electum consenserit, non irritat naturali, vel humano iure electionem: sed irritandi facultatem concedit, ac propterea quousque non irritetur, tutus est ipse electus in conscientia: sed legatum absque solemnitate factum non modo lege decernitur irritandum, sed nullum & irritum esse statuitur. Et propterea quantumcumque constet de voluntate defuncti, si non constat modo a lege pręscripto, & cum testibus ad alienandum in vltimo vitæ necessarijs, non obligari hæredem ad legatum illud persoluendum: quamuis crediderim legatarium si legatum possideret absque fraude, vi, & dolo sibi secreto relictum, non teneri ad illud restituendum hæredi, nisi vocatus in iudiciū, & condemnatus; & maximè si hæredi aliquo modo constat de tali legato. Quia etsi lex irritet legata absque solemnitate iuris facta, quo ad hoc vt hæres non teneatur in conscientia illa soluere, & hoc in fauorem Reipublicæ, ac ipsorum hæredum: nihilominus tamen non videtur in tanto rigore huiusmodi legata irritasse, vt legatarius teneatur in seipsum agere, & absque iudicis sententia quicquid obtinet renunciare. Veluti si quis iusto pretio emit bona Ecclesiæ absque vllo dolo, & fraude; licet non interuenisset solennitas in tali alienatione requisita, iusta potest Ecclesia tacente, rem possidere: sicut & ipsa Ecclesia potest tuta conscientia eadem repetere. Vnde ipse emens non tenetur rem emptam renunciare, quosque iudicis sententia id declaretur, Ita quamuis hæres repetere valeat id, quod defunctus absque iuris solemnitate legauit: ipse tamen legatarius non tenetur, hærede non repetente, rem offerre, & renuntiare, vt docet Sotus, vbi supra.

Nec cap. cum esses, de testa. aduersatur nostræ sententiæ. Tum quia licet iure naturæ, duo, vel tres testes sufficerent, vbi homines naturali sinceritate viuerent: postquam tamen humanæ fraudolentiæ in Rempub. scripserunt, & in defunctorum voluntatibus, quę sæpissimè latebāt, mille doli sunt commixti ius publicę vtilitatis, quod cuilibet particulari iuris est præferendum, coegit, vt numerus testiū augeretur: eo maximè quia ius primæuū

naturæ

naturæ non prohibet, ne plures adhibeãtur testes, quam tres: sed solum exprimit, & declarat in humana sinceritate illos tres sufficere. Et ideo in occurrentibus casibus, si plures fuerĩt necessarii, relinquit id dispositioni principum. Hinc ecclesia in aliquibus grauissimis causis vt puta ad condemnandas personas curiæ insignes, veluti Cardinales, Episcopos, &c. voluit adhiberi plures testes, quam tres, vt patet 2. q. 5. Can. Præsul.

Nec credendum est, Alexandrum tertium in d. c. cum esses, voluisse ciuiles leges, quæ testium multitudinem, ad confirmandam defuncti voluntatem requirũt, abrogare, & contra principum authoritatem quidpiam hac in parte agere, arg. c. duo sunt 96 distin. Et not. gl. in d. l. cum esses. Sed vel ibi loquitur de piis legatis, quæ non aliam solemnitatem, quam quę iuris naturalis, & diuini, duorum, aut trium testium exigunt. Aut id, quod est verosimilius, cum Episcopus Hostiensis esset in territorio Ecclesiæ, & sub Pontificis authoritate ciuili, potuit Papa nouã concedere legem, quæ suis in terris obseruaretur. Nam neque legata ad pias causas relicta, illegitimo in testamento admitti vbilibet, iure ipso consueuerunt, quamuis admonendos semper duxerim hæredes, ad eadem adimplenda.

Hæc non aduersam improbando opinionem, sed probabilem, & quæ principũ legibus, ac Reipub. tranquillitati fauere magis videtur, se sequendo diximus: adhortantes ipsos cõfessores, vt pro viribus in eo laborent, ne defunctorum voluntas vltima defraudetur: maxime, quando rẽ committunt fidei hęredum. Et quamuis legata non sint solemnitate ciuili relicta: ea tamen quo ad fieri potest soluant. Nã & si ad id non teneatur, vt probauimus, nec possit eisdem denegari absolutio, si nolint illa adimplere: nihilominus tamẽ virtutis opus est præclarum defunctorũ optatis omnibus satisfacere: cum inter particularia suffragia illa magis sint singularia: ac perinde cæteris paribus plus adiuuantia, quæ ab ipso defuncto sunt fieri iussa, quoniam sunt veluti propriæ satisfactiones, quibus quispiam sua propria deuotione, & opera pro se ipso satisfacit, vt docet D. Tho. in 4. d. 45. q. 2. art. 2 q. 2. Sotus in 4 ea. d q. 2. ar. 4. concl.

CASVS LIV.

Laurentius presbyter cum ad celebrandum pro defuncto inde ad tria miliaria vocaretur; nec summo mane Breuiarium suum reperiens, speransque se habiturum aliquod accõmodatum ab aliis in Ecclesia, in qua defuncti peragebatur officium: nulla tandem est sibi Breuiarij oblata copia. Et ita non dicto matutino celebrat, & domum reuersus, nec Breuiarium suum per quindecim dies reperiens diuinum officium toto illo tempore non persoluit. Nunc Bononiam veniens Breuiarium emit, & confitetur.

Quęritur an peccauerit mortaliter, tã celebrando, quam diuinum officium non persoluendo: & quæ pœnitentia sit ei iniungenda.

PRo huius casus decisione aduertendum est in primis triplici ex capite teneri quemlibet sub reatu mortali ad recitandum diuinum officium, nempe ex ordine sacro, ex Ecclesiastico beneficio, ex professione in religione approbata. Quod enim omnes illi, qui subdiaconatu, diaconatu, & presbyterio sunt initiati arctentur ad horas canonicas dicendas, est sententia D. Th. quol. 6 ar 8. & theologorum omnium. Exprimiturque id manifestè in c. presbyt. de celebratione missarum, vbi omnes presbyteri obligantur ad diuinum officium. Nomine autem presbyteri intelligi illo in loco omnes clericos, testantur glos. ibi, & Panor. ac omnes iuris canonicis interpretes, & est tex. capit. Si quispiam. de cohab. cler. & muli. Vnde innocentius c. dolentes: de celebrat. Missa. minores, etiam clericos exprã

mit,

mit, quo textu Panor. adeo est hallucinatus, vt minoribus ordinibus initiatos teneri etiam ad diuinum officium dicendum arbitraretur. Cui sententiæ etsi Palud. in 4. dist. 15. q. 5. non omnino subscribat: ad aliquid tamen recitandum eos, plusquam laicos teneri affirmat. Nihilominus cum nulla sit ratio, nec præceptũ, nec consuetudo, qua ad hoc obligentur, nec si statum permutent, vt illis non fiat licitum ad nuptias transire, & functio minorum ordinum in solo præparamento tẽpli, vasorumque terminetur nec proximũ habeat ad Eucharistiam respectum, veluti subdiaconatus, & diaconatus habent, non putarem ad aliquid recitandum illos esse adstrictos. De subdiaconis autẽ, & diaconis est textus clarissimus d. 92. c. fin. quo dicitur, si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus Ecclesiæ deputatus in quolibet loco fuerit, in quo Ecclesia est, & ad quotidianum psallendi officium matutinis, vel vespertinis horis ad Ecclesiam non conuenerit, deponatur a clero. Vbi glos. notat quod licet textus specialiter loquatur de eo, qui alicui Ecclesię est intitulatus: nihilominus tamen de quolibet clerico est intelligendus. Et ratio, quæ est optima iuris interpres, ea est quod qui maioribus ordinibus initiatur, vitæ suæ statum firmiter mutauit in eum, qui diuino cultus est consecratus, & ad Deum collaudandum institutus, laudum ordine & modo ab Ecclesia pręscripto. Modus autem pręscriptus est is, qui in Breuiario continetur. Igitur tam subdiaconi, & diaconi, quam presbyteri, ratione status ex sęculo in cultum Dei translati, tenẽtur ad diuinum officium psallendum. Quod autem ratione Ecclesiastici beneficii, aut præbendę sub clericali titulo obligetur quis, etiam sacris non initiatus, ad horas canonicas, aperte & ex supra citato c. fin. d. 92. in illo verbo, deputatus, & ex c. fin. de rescript. lib 6 quo dicitur beneficium non dari nisi propter officium, & ex Concil. Lateran. a Iulio II. cœptum, & a Leone X. continuatum, quo statuitur, vt nemo beneficium curatum, aut simplex habens, qui, elapsis sex mensibus ab eius consequutione, sine legitimo impedimento officium diuinum recitare omiserit, pro tempore quo non recitauit, fructus suos faciat: immo eos impendere, tamquam rem iniustè captã, in fabricam beneficii, aut in eleemosinas pauperum teneatur. Et ratio in promptu: quia cum proprium clerici onus sit horas canonicas recitare, quibus Deum pro populi peccatis exorant, & oneri merces debeatur: ac ideo beneficium detur propter officium, fit non posse mercedem beneficii tuta conscientia possidere, qui ab huiusmodi recitatione ab Ecclesia definita cessat. Vnde colligitur aberrasse maximè Laurentium, vt bene notat Syl. verbo, hora. §. 3. cum dixit clericos in minoribus ordinibus beneficia obtinentes, si per alios inseruiunt, excusari a diuinis pendendis horis. Etenim illi cum percipiant fructus, & onus recitandi personale sit, non video quo iure transferre hoc in alienos humeros possint. Haberet tamen illa Laurentii opinio veritatem in eo dumtaxat casu, quo quis solo beneficii titulo potiretur, nullisq; fructibus absque causa a se data gauderet, vt Palud. in 4. d. 15. q. 5. & Caiet. in summa verbo, hora, & alii Summistæ asserunt: quia inuoluntaria prorsus mercedis carentia, ab obsequio, propter quam illa meretur præstãdo, excusat, vt est in illo qui vel litigiosum habet merũ tit. prębendæ, absq. vllis fructibus, vel quod hi omnes ex concessione Pontificis alteri reseruantur. Secus autem dicerem de illo, qui tenuissimum quantumuis habet beneficium. Nam eo ipso, quod redditus ecclesiasticos cuiuscunque sint valoris percipit, sese ad officium, pro quibus illi sumuntur pendendum voluntariè astrinxit, vt recte ait Syl. verbo, Hora, §. 3. & Tab. eod. §. 2. & Cardina. in clem. 1. de celebr. Miss. colligiturq; ex D. Tho. quodl. 6. q. 5 ar. 2. quicquid somniet Sot. de iust. & iur. lib. 10. ar. 3. q. 5.

11 Quod demum Religiosi ratione solius professionis, si choro sunt deputati ad horas canonicas recitandas teneantur, atte-

statur,

statur, & comprobat tum laudabilis, & receptissima in omnibus religionibus consuetudo, qua superiores ad professionē, quem religiosum choro addictum admittentes, illum ad persoluendum diuinum officium obligare intendunt.

Tum vel maxime, quod cum Religiones, quæ sub tali ritu sunt ab Ecclesia approbatæ, vt diuinum officium in cōmuni celebrent, vt sunt antiquę omnes, si illud omittant, ob lethali culpa excusari nequeant, cum à pręcipue religionis munere his diuinis laudibus adiuncto sint alienæ. Inde fit, vt Religionis membra, quę sunt singuli religiosi choro astricti, si adesse in eo nequeāt vt officium publicè decantent, priuatim saltem munus illud recitandi horas, perficere teneantur: alias totum Religionis corpus esset alicui obligationi obnoxium, ad quam nullum ex membris coarctaretur.

Adde etiam, quod eadem ratio, quare clerici ratione ordinis obligantur ad diuinum officium, vtpote sunt, quia assumpti specialiter ad laudem diuinam, militat in religiosis, qui ratione professionis vitæ contemplatiuæ, quæ in Dei laude consistit, mancipiantur. Laudes autem Dei ecclesiasticis ab Ecclesia præceptæ sunt horæ canonicę. Vnde sicut existentes in sacris deputantur cultui diuino per ordinem sacrum, gaudentque foro ecclesiastico: ita vt non possint ad vitam sæcularem redire: eodem modo religiosi per votum solemne.

In hanc sententiam descendit D. Tho. 2. 2. q. vl. in responsione ad secundum. Palud. in 4. d. 15. q. 5. Syl. verbo, Hora, §. 5. Nau. latissime in repet. c. Quando, de consecrat. d. 1. not. 7. & in Manua. confess. ca. 25. nu. 36. Sotus de Iustitia, & Iure li. 10. q. 5. art. 4. Gab. Biel. in 4. d. 15. q. 8. in fine, conclu. 3.

Adnotandum est secundo, quod licet olim varia fuerit in ecclesia, ad psallendas diuinas laudes, Breuiaria: omnia tamen post reformatum ex Concilij Tridentini decreto sunt abolita, & antiquata, illis solis exceptis, quę ab ipsa prima institutione a sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio ducentos annos antecedat, vsu esse alicubi cōstiterit, vt habetur ī Bulla Pij Quinti, quæ incipit, Quod à nobis postulat ratio, &c. Vnde fit palam, non posse clericos ex eo tantum, quod ad titulum patrimonii sunt ordinati, officium diuinum soluere alio, quam Romano hoc nouo Breuiario: quicquid dixerit Directorium absque textu & ratione. Sicut nec in illis locis, in quibus aliud est in vsu ab Ecclesia recepto Breuiarium, poterit quicumque hoc relicto, accipere, quo nunc Romana Eccl. vtitur. Non enim a peccato mortali excusarem eos S. Benedicti, vel S. Dominici religiosos, vel priuatos alicuius Diœcesis clericos, qui diuinum officium, ad quod singulis diebus tenentur, quantumcumque in camera solitarie persoluerent non secundum ritum Breuiarii a sua Religione, vel Diœcesi consensu Pontificis receptum, quamuis illi dicerent secundum ritum Breuiarii nunc ab Ecclesia Romana instituti & reformati, cum eligere modum psallendi diuinum officium non sit in libito cuiusq.; sed spectet ad Episcopum, & vniuersum capitulum, intercedente Summi Pontificis Placito, vt exprimitur in dicta Bulla Pij V. & tradit Sotus, vbi supra art. 4. Tabiena verbo, Horæ Canonicę, §. 16.

Sciendum est tertio, illum, qui omisit vno die pendere horas canonicas, non teneri, die elapso, easdem repetere, vt docet D. Thom. quodlibet. 3. art. 29. & Innoc. 4. c. 1. de celeb. missę.

Ratio est, quia sicut quando onus est annexum soli personę, non transit transacto die: sed debet vel vno, vel altero illud adimplere, vt confessio, & communio in Paschate est opus annexum magis personæ, quam diei: Dies enim Paschæ non statuitur ad finiendam obligationem, sed ad dilatandam debiti solutionem, & ad declarandum illam fieri posse intra annum: ita quod, illo elapso die, non cessat omnino obligatio, sed manet adeo, vt quam citius poterit, teneatur peccator satisface-

re;

rè; veluti citatus ad comparendum vno die, si non potest comparere illo die, obligatus est comparere quam primum post illum poterit. cap. cum dilecti. de dolo, & contum. & leg. Celsus ff. de recep. arbitr. Pari modo à contrario, quando onus est annexum diei, transacto die transit onus; adeo vt iam tali obligationi non sit homo subiectus: vt audire missam die Dominico, & ieiunare in Vigilia Apostoli, sunt obligationes magis diei quam personę; ita quod, qui missam nō audit die Dominico, ita mortaliter peccat, vt quantũcunque duas vel tres audiat alio die, non satisfaciat obligationi pręteritæ. Cum ergo diuinarum horarum pensum sit onus diebus singulis annexum, si quis illud omittat vno die, non satisfacit recitando bis in alio die. Et propterea non est necesse, vt tali transgressori imponatur vt totũ officium omissum repetat, sed sat est iniungere aliam pęnitentiam arbitrariam. Dies autem ad recitandam est à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, ita vt, quamuis peccet venialiter, qui officiũ non recitat horis debitis, si id faciat absque iusta causa, non tamen peccat mortaliter si ante mediam noctem illud dicat, vt ait S. Ant. 2. par. tit. 9. c. 12. §. 3. & Ioan. Andr. in c. quando de consec. d. 1.

His suppositis, de casu proposito variæ esse videntur doctorum sententiæ. Aliqui arbitrantur non excusari quem ex carentia Breuiarii à recitandis horis: sed peccare semper mortaliter si illas nō recitat. Tum quia facile semper est Breuiariũ inuenire, aut commodatum, aut emptũ.

Tum quia eo præcepto, quo pręcipitur alicui, recitare horas canonicas, præcipitur ẽt illi, vt tollat omnia impedimenta, & adhibeat omnia media necessaria ad impletionem huiusmodi præcepti. Medium autem, ad recitandas horas, est Breuiarium; igitur tenetur semper non carere Breuiario. Tum quia si impossibilitas Breuiarii excusaret a dicendis horis, tunc sequeretur, quod qui proijceret Breuiarium in mare inaduertenter, excusaretur postea à dicendis horis, quod videtur omnino falsum. Et ideo concludunt, quod ex quacunque causa quis carens Breuiario, si non pendeat diuinum officium, ad quod tenetur, semper peccat lethaliter. Veluti si quis ex proposito, siue à casu vadat cubitum, si ex eo solum quia dormit, omisit in die festo audire sacrum non excusatur à transgressione præcepti de audienda missa. In quam sententiam inclinatur Marsilius in 3. sent. quæst. 21. ar. 2. propositione 2.

Opposita tamen opinio videtur tenenda, vt verior, & communior, quod scilicet dictus Laurentius presbyter pro illo tempore, quo nō potuit habere Breuiarium, non peccat lethaliter non recitando: dummodo tamen id, quod memoriter potuit, dixerit. Ostenditur. Tum quia nemo tenetur ad impossibile. c. Nemo de Reg. iur. lib. 6. arg. l. impossibilium. ff. de Reg. iur. Dicere autem, totum nocturnum, ac diuinũ officium absque Breuiario est mortaliter loquendo impossibile.

Tum quia vbi non est liberum, & voluntarium, non potest esse peccatum secundum P. Aug. relatum in §. 1. 15. q. 1. & docet D. Thom. 12. q. 6 Huiusmodi autẽ omissio recitationis horarum non est voluntaria.

Tum quia clericus, qui inebriatur, & propterea omittit illo die recitare diuinũ officium, quamuis peccauerit in ebrietate: non tamen peccat in omissione diuini officijs eo quod talis omissio non fuit illi præuisa, nec modo aliquo voluntaria: & ideo non imputatur illi ad culpam, vt docet Bartholomęus Medina in 1. 2. D. Th. q. 71. ar. 5. concl 5 in responsione ad secũdum. Igitur a simili, qui caret Breuiario non imputatur illi ad culpam omissio horarum, nisi quando illa carentia Breuiarii fuit consulto volita: & ita recitationis omissio pręuisa.

Tum quia, vt homo ex nimio itinere defatigatus, & vadit dormitum, adeoque obruitur somno; vt non sit expergefactus die dominica, nisi quando iam missæ omnes erant celebratæ, non imputatur illi omissio missæ ad peccatum: alias da-

remus hunc hominem esse extra salutis statum, vt qui forsitan, quando iuit cubitum, erat in gratia, postea vero in somnis labitur in peccatum; a quo tempore non potest exurgere: Ita presbyter, quãdo perdidit Breuiarium, erat in gratia; & tamen, quia non dixerat Matutinum, & alias horas, carens omni Breuiario, labitur in peccatum, a quo peccato pro illo die, ob carentiam Breuiarii non potest exurgere, igitur dabitur in vita aliquis status, in quo homo non potest peccatum mortale præcauere, quod est impossibile.

Quod vero per hoc non excusetur dictus presbyter a recitandis his psalmis, & antiphonis, quę scit memoriter probatur.

Tum quia debitor si non potest soluere totum, non propterea deobligatur a soluendo id, quod potest. Qui .n. non potest creditori suo soluere centum, si potest decem, nequaquam deobligatur a soluendis decem.

Tum quia necessitas, aut iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, nõ videtur excusare ab oĩ parte illius. Nam, vt ait Caiet. 2. 2. q. 144 ar. 4. præceptum Ecclesiæ licet in totum seruari non possit, seruandum tamen est quo ad illam partem, quæ seruari potest; pro qua re est textus in c Cum dilecti, de dolo, & cont. vbi dicitur, quod cum mandatur alicui vt ad certum terminũ se Iudici præsentet, duo sub hac forma mandantur, vt ad Iudicem veniat, & ad diem sibi præfixam accedat. Vnde si venire non possit ad diem assignatum, tenentur nihilominus, se Iudici præsentare, &c.

In nostram sententiam descendit Palud. in 4 d. 15. S. Ant. 3. p. tit. 13. c. 4. §. 5. Tab. verbo Horæ canonicæ, §. 20. Sotus de Iust. & Iur. lib. 10. q. 5. ar. 3.

Quæ pro cõtraria opinione sunt adducta, nihil omnino cogunt. Nam ad primum fatemur, quod si iste presbyter potuit facile Breuiarium habere vel emptũ, vel accommodatum, & noluit illud habere, peccauit tunc quidem mortaliter: quia voluit illam omissionem horarum in sua causa. Quando autem aliquis dat causam peccati, clarum est, quod peccat vt tradit D. Thom. 2. 2. q. 79. Et ideo cum iste voluntarie ponat impedimentum ad præcepti de recitandis horis impletionẽ, non potest negari quin peccet lethaliter. Noster autem casus agit de illo, qui fortuito euentu Breuiarium perdidit, neque est in loco, vbi haberi possit.

Ad secundum dicimus, quod tenetur quidem presbyter habere Breuiarium nõ præcepto distincto a præcepto de recitandis horis, sed eodemmet, quo obligatur ad recitandas horas, obligatur itidem ad Breuiarium, sine quo horę omnes dici nõ possunt Vnde si facile potuit habere Breuiarium, & non voluit; & propterea non recitauit horas, non commisit duo peccata, sed vnum, quod est non velle recitare horas voluntate suæ quasi causę: sed si forte fortuna perdidit Breuiarium, nec potest illud habere, non est iam quod ad id, quod est sibi impossibile, obligetur. Sine Breuiario autem impossibile est recitare ea, quæ memoriter nesciuntur. Ad tertiũ Respondetur quod qui Breuiariũ in mare inaduertenter proiicit, si illa inaduertentia fuit crassa, peccat mortaliter, quoniam facit se impotentem ad præceptum de recitandis horis adimplẽdum; voluitque huius transgressionem in sua causa. At vero si inaduertentia fuit excusabilis, tunc non peccat in non pendendo officio diuino: quia nullum præceptum obligat ad impossibile. Ex his colliges, quod quãuis presbyter peccet lethaliter, quando ex proposito Breuiarium sibi nõ comparat: non tamen peccat non recitando postea, quasi qđ hic sint duo peccata vt duæ malitię necessario confitendæ: sed est vnum solum, nolle scilicet comparare Breuiarium, quo recitet.

Probatur, tum quia huiusmodi omissio recitandi non habet aliam libertatem, & volitionem, quam eam, quæ est in præcedenti causa; ergo nec habet aliã malitiã.

Tum quia si quis expresse dicat noto recitare mane horas canonicas, si postea nõ recitat, non fecit duo peccata, sed vnum. Igitur nõ habendo Breuiarium cum possit,

sit, & postea non recitando, non committit duo distincta scelera, sed vnum, quod est noluisse comparare Breuiarium, ad quod tenebatur, vt medium necessarium ad recitandum. Tum quia si quis sibi ex ira amputat pedes, ex quo nequit ire in Ecclesiam ad audiendum missam, non peccat omissione missę audiendæ, sed ex impossibilitate, quam posuit abscindendo suos pedes; ita quod totum peccatum est in illa antecedenti causa, vt colligitur ex D. Tho. 2.2.q.150 art. 4. vt docte probat Nau. in comm. super c. Quando, de consecr. d. 1. & in Man. confess. c. 15. nu. 101. vide Bart. Med. 12.q.71. ar. 5. concl. 5.

Ex his patet Laurentium presbyterum illo die, quo sibi nulla fuit copia Breuiarii, nec per ipsum stetit, quominus illud compararet, non peccasse lethaliter, non recitando eam diuini officii partem, quā sine Breuiario pendere non poterat; dum modo, quam memoriter sciebat, persoluisset, si tamen commode potuit a celebrando supersedere, interim quod diuinum officium non recitabat, superdere tenebatur; quia celebrare ante matutinas recitatas horas est crimen mortale, nisi vergente aliqua necessitate, aut ob graue damnum vitandum, vel scandalum effugiendum id fiat, eo quod contrauenitur consuetudini generali Ecclesiæ tacito Pōtificum consensu approbatæ, quam habere vim legis, ex eo constat. Tum quia est de rē bona, & non in vsu paucorum, sed fere omnium; iudicaturque faciendum non modo, vt pium, sed necessarium; & superiores sciunt, & approbant, quę quatuor efficiuntur, vt consuetudo quælibet vim legis obtineat. Tum quia, vt leges nō alia ratione nos obligant, quam quod iudicio populi, pro lege susceptæ, sunt ita ea, quæ sine vllo scripto populus probauit, ab omnibus obseruanda sunt, cum nihil intersit, an suffragio, seu consensu populus suā voluntatem declaret, an rebus ipsis, & factis. Et ideo leges non solo consensu legislatoris, sed etiam tacito consensu totius populi per dissuetudinem abrogātur, vt habetur. ff. de legibus, & Senat. consult. Tum quiā in c. In his d. 11. sic dicitur. in his rebus, in quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt, & sicut præuaricatores diuinarum legum, ita, contemptores ecclesiasticarū cōsuetudinum coercendi sunt. Ita S. Ant. 3. par ti. 13 c. 4. Syl. verbo Missa q. 6. Tab. eo. §. 6. & alii fermè omnes Sūmistę. Quo fit, vt non careat maxima reprehensione Sotus li. 10. q. 5. ar. 4. qui solus voluit absque vllo textu, & ratione ab omnium Doctorum sententia in hac parte discedere.

Pœnitentia demum Laurentio iniungenda pro omissione diuini officii illis diebus, quibus ille facile potuit Breuiarium comparare, & noluit, est in arbitrio confessoris posita, sicut contigit de aliis peccatis: teneturque restituere pro rata de fructibus beneficii, & vt habetur in Bulla Pij V. nisi forte omiserit per paucos admodum dies, vt notat Barth. Med. in Instruct. Confess. in 4. pręcepto §. 11.

CASVS LV.

R*Euerendus Bartholomeus cathedralis, seu collegiatæ Ecclesiæ Canonicus, etsi in choro semper præsens sit, per raro tamen cum aliis diuinum officium canit: sed vel priuatim ibidem intra se ipsū illud recitat nulla proferens verba, vel antequam adeat chorum, aut postea illud recitat, dicens aliorum consuetudini se cōformare, & etiam vereri ne alta voce, e suo loco canendo, seu recitando alios perturbet.*

Quæritur, an sua satisfaciat obligationi, & distributiones quotidianas restituere teneatur, & cui.

PRo huius Casus decisione notandum est, in duobus potissimum differre orationem publicam, quam ecclesia clerū persoluere iubet, a priuata, seu singulari, idest, oblata a singulari persona pro se, vel alio.

Primum est, quod publica fieri debet verbis: nec sat est quod fiat sola mente: quia oportet eam toti populo, pro quo offertur, innotescere, vt ad deuotionem, & suam intentionem cum orantibus coniūgendam excitentur, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 83. art. & glossa cōiter recepta, clem. 1. de relig. & Adr. quolib 8. Hæc autem verba ita debebant esse clara, vt ab aliis audiri, & percipi valeant, quando horæ publicè dīt; quando vero dīt priuatim, & seorsum, sat est est quod sint verba secreta. Oratio autem priuata non requirit vocem secretam, nec claram, sed sat est, quod mente fiat, vt inquit D. Tho. vbi supra, & gloss. cle. 1. de celebr. missæ.

Secundum est, quod publicæ orationi nullus potest adimere verba, neque voces etiam si impediant deuotionem, cum non sit principaliter instituta ab Ecclesia ob bonum dicentis, sed totius fidelis populi. At priuatiuę orationi nō solum possumus, verum etiam prudenter agitur adimendo voces, quando per eas fit deuotionis iactura, vt tradit Dur. & alij in q. d. 15. q. 12. Ex his colligunt doctores illū, qui ad recitandas horas canonicas est astrictus, non satisfacere suæ obligationi, si eas intra ipsum, nulla omnino proferens verba, recitet. Tum quia hæ horæ cum sint quædam oratio incumbens ministris Ecclesiæ ex officio, prout sunt medij inter Deum; & populum, necesse est vt sit solēnis, & ex natura sua publica, hoc est, apta venire in aliorum notitiam. Tum quia huiusmodi horę dicendę sunt iuxta formam ab Ecclesiam traditam, sed Ecclesiā, quę non nouit nisi, quę foris sunt, instituit, vt per voces sensibiles dicerentur, vt sic eidem constaret, per suos ministro offerri debitum orationis cultum, ac munus, quod per illos offerre voluit, vt habetur in concil. Agathensi extra, de celebra. missarum c. Presbyter. & in Concil. Tole. 4. de consec. d. 1. & Inno. c. dolentis, de celeb. Miss. Tū quia diuinum officiū cū sit oratio communis, & in persona ecclesiæ offeratur; necesse est, vt sicut ecclesia sensitiuis creaturis constat, ita illa suorum ministrorum oratio fiat signis communibus, & notis aliis, pro quibus offertur, vt sunt signa vocum, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 12 & Alex. de Ales 4. q 90. n. 2. ar. 1.

Tum demum, quia vt in reliquo cultu, sic præcipue in gratiarum, laudumque actione, atque orationibus, & pręcationibus necessarium fuit, vt totus Christianus populus vnitatem repræsentaret, vt per hoc maxime, vt ait D. Paul. vnam fidem, vnum baptisma, atque vnum Deum profiteremur. Hæc autem concordia, & vnitas seruari non potuit, nisi oratio vocalis ecclesiæ lege constitueretur, quæ esset ab vniuersis suis ministris seruanda. Et ideo qui non voce, sed mente diuinū officium persoluit, nequaquam suę obligationi satisfacit.

Sed num teneatur quilibet recitare diuinum officium voce tam clara, & alta, vt assistentes illud audire, cessante altero impedimento, valeant, vel satis sit formare verba intra labia, ita vt solus ipse, qui recitat, illa audire, & intelligere queat, controuersum est inter doctores. Medina in tractatu de oratione q. 1. arbitratur, non satisfacere suæ obligationi, qui tam alta, & clara voce diuinum officium non recitat, vt ab aliis, si præsentes essent, audiri posset. Rationes, quibus in hanc adducitur sententiam, sunt. Tū quia hoc est expressum decretū ecclesię Gallicanę illis verbis, non in gutture, neq; inter dentes, seu deglutiendo, aut syncopando. Tum quia D. Th. 2. 2. q. 83. ar. 12. asserit orationē publicā nō solum requirere vocē, sed ēt altam vocem. Tum quia Ca. ea. q. & ar. putat peccare dicētē missā adeo submisse, vt eam non possint audire circunstantes.

Tum quia orat ut minister ecclesię in persona cōi, & ideo oportet sic intelligibiliter orare, vt percipi posset a se, & aliis distincte sensus uerborū: vnde deuotio ecclesiæ excitari ualeat, quod nō esset, si submisse, & uocibus inter labra solum formatis, & a se dūtaxat perceptibilib. recitaret.

Oppositam tamen opinionem ueriorem esse puto, neminem teneri, quando solus & priuatim diuinum officium persoluit.

soluit, uti uoce alta, & ab alijs perceptibili; sed satis esse formare uerba intra labia, ut solus ipsemet, qui recitat, illa audire, uel intelligere ualeat: secus autē est; quando ex munere suo tenetur illud publice dicere, ita ut a populo, uel ab alijs, qui cū ipso recitant, audiatur.

Probatur hæc sententia. Tū quia id seruant multi docti, & pij homines, qui recitant diuinum officium audiendo missas, aut manēdo in sacellis, aut choris, vel cubiculis, vel proficiscendo cum alijs, vbi si tā altè, & clare recitarent, vt Medina recitandum dicit, alij alios impedirent, & aliorum perturbatores censerentur; quales habentur quotidie, qui clara, & alta voce orant. Et cum multi grauissimi doctores habeant, posse quemlibet simul satisfacere præcepto de audienda missa, & de recitandis horis; relinquitur manifestum, aut perturbandum esse sacrificium: aut sufficere submissa voce, & inter labia suppressa illas recitare.

Tum quia Caiet. 2.2.q.83. art. 12. prudenter dixit Orationem publicam debere de præcepto esse vocalem; sed claram, & altam solum de decentia: quæ tamen decentia cessat, cum ad non impediendū, vel offendendum alterum decentius est illam submisse dicere.

Tum quia non minus missa est oratio communis, & ministris Ecclesiæ incumbens, quam horę canonicæ; & tamen magna pars missę, & horarum canonicarum pronunciatur, & debet pronunciari secreta voce, & quæ a circunstantibus non audiatur. Tum quia alioquin innumeri sacerdotes, & pii, ac eruditi tenerentur restituere magnam partem fructuum suorum beneficiorum, cum innumeri sępissime recitent submisse in præsentia dominorū, amicorum, & aliorum ex vrbanitate, & ciuilitate, & ad fugiendā hypocrisis speciē. Tū quia illi, qui diuinū officiū solus recitat, iniungitur vt illud pronunciet ad se tantum mouendum, & vt toto homine, idest, mente & corpore Deo inseruiat: adhoc autem sufficit formare verba, ita vt ab ipso solo audiantur & percipiantur; saltem ad hoc, vt in conscientia nō teneatur ad illud. Tum demum quia, etsi uox clara & ab aliis præceptibilis uideatur necessaria ad hoc, vt possit probari in foro exteriori officium diuinum esse dictum, tamē ad hoc, vt Deo in foro consciētiæ satisfaciat, satis est, vt vocibus a solo recitante perceptibilibus pronunciētur. Nā vt aliæ voces ordinantur ad alios in Deū mouēdos, ita submissæ ad se in Deum concitandum: & ideo priuatim sic solus canonicas horas persoluens, non tenetur ad aliud, quam vti vocibus a se audiri, & intelligi aptis: iam aūt verba intra labia prolata, & submisse dicta voces quidē sunt. Ita Nau. in tract. de Oratione, & horis canonicis c.20.n.14. Ea verò, quę in contrariū sunt adducta, concludunt solum de his, quibus ex munere sibi iniuncto incumbit horas canonicas dicere tali modo, vt a populo, aut ab aliis secum in choro alternatim recitantibus audiatur. Hi enim debent tali voce vti, qua non modo ipsi sed & cæteri ad deuotionem promoueantur.

Illud autem decretum Ecclesiæ Gallicanæ inuehitur in eos, qui ita male voces efformant, & tam celeriter pronunciant, vt notabiliter perperam recitent, contrahendo syllabas, dictiones deglutiendo; & suos versus incipiendo antequam ij, quibuscum recitant, suos absoluant, quod est graue peccatum & vsu frequentissimum, cōtra clem. 1. de celeb. miss. & c. dolentes eo. tit. Vnde per ea, quæ dicta sunt, aduersæ alię rationes leui negocio dissoluūtur.

His sic præsuppositis, est præcipua huius propositi casus difficultas. An canonico satis sit ad lucrādū distributiones quotidianas, recitare priuatim horas ante, vel postea in domo, vel Ecclesia, & solū præsentialiter adesse in choro, absque hoc quod cum aliis ibidem cantet, aut recitet.

Cui respōdemus, nequaquam sufficere, sed necesse esse, vt cū aliis in choro, vel alibi, vbi illæ distributiones lucrifiūt, decantet recitando, psallendo, vel cantando cū aliis. Tum quia distributiones non dantur ob id solum quod dicūtur, vel cantantur quomodocunque horæ; sed quia di-

cuntur, vel canuntur cum aliis in choro, vel altera parte Ecclesiæ, vbi, & quemadmodum statutum est.

Tum quia Concil. Trident. sess. 24. de reformatione c. 12. apertissime id statuit loquens de Canonicis, & dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus institutis in hæc verba. Omnes per se diuina, & non per substitutos compellantur obire officia, atque in choro ad psallendū instituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distincte, deuoteque laudare.

Tum quia, vt ait Caiet. in lib. 47. Respon. Respon. 8 non satisfacit præcepto dicendi horas ad lucrandum distributiones quotidianas Canonicus, & Prælatus, qui est in choro, & partem dimidiam nō canit; etiam si illam recitet submisse, & aliam dimidiam partem audiat: ergo multo minus illas lucrabitur, si nullam partē ibi cum aliis recitet. Nam ratio chori consistit in communicatione vnius cum alio, ita vt quidquid diuini officii ibi dicitur, sit commune alteri: & hoc est per se in tali modo alternatiuo dicendi, ad quem chorus est institutus: sed non potest esse commune alteri, quando dicit sibi soli: quia vt sic est sibi proprium. Quare recitans per se, & non cum aliis, non satisfacit obligationi annexę choro; atque adeo nec distributiones huic coniunctas lucrabitur.

Tum quia veluti qui altari seruit, de altari viuere debet, ita è contra, qui viuit de altari, seruire debet altari, in c. cum secundum Apostolum de præben.

Adde neminem inficiari posse canonicatum esse beneficium ecclesiasticum: & ideo teneri ad diuinum officium. Et cum illa prębenda non videatur ad aliud esse ordinata, quam pro stipendio ministrantium in choro Dei, teneri proinde dicere diuinum officium modo chori, idest, alternatim, & vt commune aliis.

Confirmatur decreto ecclesię Gallicanę Titu. quomodo diui. offic. vbi dicitur, quod cum psallendi gratia omnes ibi conueniant, muta ac clausa labia tenere non debent, sed omnes, pręsertim qui maiore funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulētur, &c.

Adde in multis diuersarum Ecclesiarū constitutionibus esse sancitum, vt in his, quæ anno 1582. à capitulo Cathedrali Ecclesię Bononiensis prudentissime ęditis est ordinatum c. 9. vt omnes canonici per seipsos ordines susceptos exercere, & cætera omnia officia, quę debent in cultu diuino præstare, & officium ipsum in vtrisque vesperis diebus solemnibus ordiri teneātur; & c. 10. vt pręfixis, & opportunis temporibus in choro conueniant ad horas canonicas dicendas, & c. 11. vt ea psallendi ratio ab omnibus tam canonicis quam mansionariis seruetur, quæ sit decens & congrua tanto muneri. Et ca. 17. Pro interessentibus nullo modo habendos, sed pœna mulctandos qui priuatim officium dixerint; cum ij re vera nec choro, nec suo muneri satisfaciant.

Ex quibus omnibus, & aliis, quę adduci possent, manifestum relinquitur debere canonicos ad distributiones lucrandas dicere diuinum officium in choro cū alijs, tenerique ad psallēdam, & recitandam partem suam, non qualitercunq; sed vt communem sibi, & alijs, quia debet esse, vt pars chori, & per consequens, vt per audibilitatem communicabilis aliis; ac ideo submisse dicendo, cum vt sic non sit pars communis officii: quia non participatur ab alijs per audibilitatem, non satisfacere suæ obligationi, nec posse distributiones accipere; immo ad easdem restituēdas alijs canonicis obligari. c. 1. de cler. non resid. li. 6. Quod si non præstiterint, non posse absolui. ita Nauar. c. 10. de oratione, & horis can. n. 47. & Sotus de iust. & iur. lib. 10. q. 5. ar. 4. Qui illorum canonicorum vicem dolet, qui in choro muti sedent: & vtinam tam attenti, quam sęculares. Quique non animaduertunt stipendia esse illis constituta vt adsistant, & sua numerositate sedes exornent, sed re vera vt psallant: beneficium siquidem, vt lex est in c. fi. de rescrip. li. 6. non nisi propter officium datur, & quotidianæ chori distributiones non nisi ob quotidianas in

choro horas. Horę autem chori, vt sic, necesse est vt sint communes. Et ideo deflendum est, eo iam rem peruenisse, vt aliqui indignum sua grauitate, maiestate putẽt cum aliis alternatim psallere, & canere, idque onus totum capellanis inferioris classis committant, & hi soli altari seruiunt; illi autem pinguiores altaris fructus vsurpant, tantoq; magis esset ab omnibus hoc recitandi, & psallendi in choro munus peragendum, quanto huius temporibus hęretici sanctissimũ hoc orandi institutũ ab Ecclesia deturbare contendũt. Nec Caietani opinione se tueri canonici valent, qui in summa, verbo Horarum, in fine asserit, maiores chori nõ debere cantare, sed à minoribus cantata meditari. Nam etsi forte id erat in aliquibus Ecclesiis olim vsitatum, Conciliũ tamen Triden. decreto sess. 24. c. 12. est abrogatum, & per extra. Pii V. quæ incipit Ex primo Lateranensis Concilij &c. vbi irrita statuta, cõsuetudinem, fundationem, vel aliud quodcumque iùs, quo illi, qui sunt choro addicti, possunt ex sola præsentia fructus, aut distributiones prætendere, vultque vt omnes sub pæna peccati mortalis, & amissionis fructuum, ac distributionum teneantur ad diuinum officium dicendum.

Quare cũ habeant distributiones propter chorum, cui adsunt, tenentur illas lucrari officio chori, hoc est, communi cum alijs. Communicatur autem per alternatam vocem audibilem, vt recte docet idẽ Caiet. lib. 17. Respon. Respon. 8.

An autem per totũ integrum annum, si non recitent in choro, & modo chori, teneantur vltra eam distributionum portionem, quæ canentibus datur, omnes fructus illo anno a canonicatu perceptos restituere; crediderim quod non.

Tũ quia fructus canonicatus, siue prębenda non modo dantur pro canendo diuino officio cum aliis, sed pro assistendo & authoritatem, ac grauitatem prębendo sua præsentia ipsi choro, & pro missis in solemnitatibus dicendis, & alijs faciendis, quæ canonicorum officio sunt annexa; & ideo solam eam partẽ, quæ horis in choro cum alijs dicendis correspondent, restituere tenentur, ita vt si trecẽtum scuta de redditib. habeat ex canonicatu q̃s, & per vnum annum in choro cum alijs nõ recitauit, nõ obligarẽ ipsum nisi ad cẽtum scuta restituenda; cũ reliqua videantur canonico dari pro honorando sua præsentia ipsum chorum, & pro missis, & pro multis conuentibus, ac processionibus, quibus interest. Tũ quia motus proprius Pii V. cum sit pœnalis, non videtur intelligẽdus, nisi de parte fructuum, quę in beneficio correspondet recitationi diuinarum horarum, non aũt de illa, quam parochi habent ex administratione sacramentorum, & missis dicendis, vt tradit Barth. Med. in sua instr. confess. li. 1 §. 11. in 1. præcept. Arg. eorum, quæ quo ad suspẽsum à beneficio notat Bonif. in clem. Cupientes, de sent. excom. nu. 5.

CASVS LVI.

PAulus cum dotem promissam filiæ, quam nuptui tradidit, soluere statim nequiret, fecit pactum cum marito, durante solutionis mora daturum se illi singulis annis sex pro centenario. Nunc vero filia cum sit vidua, & diues, relicta vsufructuaria, at filij sui curatrix, necdũ sibi sit soluta dos, persistit in eisdem pecunijs ad sex pro centum exigendis.

Quæritur, num id sibi liceat, & quid confessor teneatur tam Paulo, quam viduæ filię iniungere.

DVo pręcipue Casus iste postulat. Alterum est. Vtrum si certa quotta, verbi gratia, sex pro centenario detur marito pro non soluta dote, sit vsurę delictũ.

Alterum, An vidua possit tuta consciẽtia eadẽ sex pro centenario accipere, quoad tota promissa sibi a patre dos persoluatur. Ad primum Respondetur, pactum illud esse licitũ, & ab vsurę nota alienũ, dũ modo habeatur ratio ad onera matrimonii, & non ad quantitatem pecuniã dotalium. Impellor autem in hanc sententiam.

Tum quia maritus non accipit illa sex annuatim ob expectatam duntaxat solutionem, sed ob onus matrimonij, cui remanet subiectus. Est. n. matrimonii onus vxorem, ac familiam alere, superstite semper manente dote. Nā maritus perpetuo tenetur vxori de integra dote. Quare hæc si sibi solueretur, posse rem fructiferam emere. Vnde saluo capitali, vxoritium onus subleuaret, & ideo interim, dum dos non soluitur, accipiendo aliquid; vt se a matrimoniali grauamine indemnem cōseruet, iam quod dos eo fine datur, non videtur vllum crimen. Tum quia c. Salubriter, de vsuris. Interrogatus Papa Innoc. III. Num qui vxorem duxit, certa dote sibi a socero constituta, sed quia socer pecuniā tunc temporis non dedit, & quasdam tradidit genero possessiones ī pignus quousque illi esset persoluta, possit nec accepti pignoris fructibus gaudere, aut potius eosdē debeat in sortem cōputare. Respondet Summus Pontifex non esse computādos in sortem, sed a genero absque vsura posse percipi, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Igitur cum vsusfructus pignoris sint vniuersaliter computandi in sortem, at illos recipere in pretium mutuatæ pecuniæ, & expectatæ solutionis sit in omnibus aliis contractibus, prēter dotalem, usuræ labes. Extra de vsur. c. primo, & secundo, & C. de distra. pigno. l. prima. Et ratio, ob quam in textu dicitur posse gener' illos salua cōscientia extra principalem sortem percipere, sit non lucrum cessans, aut damnum emergens, vel soceri donatio, sed ius ipsum dotale, quo ille, qui fēminā nuptui tradit, tenetur marito de leuamine vxoritij oneris. Est aūt matrimonij onus, & maritus vxorem, familiamque alat, reseruata semper dote, id quod in alijs oneribus non contingit. Idcirco sicut Pontifex concessit genero fructus piginoris suscipere, interim quod dos non persolueretur nō ratione pignoris absolute, quia hoc esset illicitum, sed eo quia sibi non datur, quo onera matrimonii perferat, sequitur eodē oneris supportati iure posse certam pensionem quotannis accipere, ob non solutam a socero dotem, dummodo in consignatione pensionis habeatur rō non ad quantitatē pecuniarū dotalium, seu ad lucrum cessans, sed potius, ad onera ipsa vxoritia; idque duntaxat percipiatur, quod supportandis dictis oneribus sit satis, vt tradit Syl. vsura. 3. nu. 2. quem sequitur Sotus lib. 6. de iust. & iur. q. 2. art. 2. Tum denique quod ratio vsuræ consistit in mutuo, & cum ratione expectatæ duntaxat solutionis aliquid exigitur, vt docent Theologi in 4. d. 15. & iurisperiti, c. consului, de vsuris. Iā autem gener, qui certam pēsionem quotānis a socero accipit ob dotem non solutam, non illam recipit principaliter ob moram, seu ob expectatam solutionem: quia tunc esset quædam ratio mutui, & manifesta inæqualitas, vt qui salua sorte, vellet aliquid ratione temporis, & ob vsū pecuniæ. Nec etiam illam pensionem recipit ratione interesse, seu lucri cessantis: quia per accidens se habet ad matrimonii onera, quod maritus negocietur: aut non negocietur, vtatur, vel non vtatur dote, ad fructificandum. Et ideo secundum ea, q̄ sunt per accidens non est iudicandū, de re, sed recipit dictam quottam ratione oneris, & grauaminis vxoritii, quod de per se includitur in matrimonio, & a quo subleuandus erat maritus per fructus dotis. Igitur quousq; hęc nō psoluatur, si quidpiam proportionatum tali grauamini singulis annis recipit, nulla est mutui veri, aut palliati ratio: & ideo nulla vsura. Cōfirmatur, l. Pater, ff. de doli mali, & met. excep. vbi dicitur, quod quādo Pater alii filiam, non potest gener recipere fructus pignoris; igitur interim quod dos a socero non soluitur, si quidpiam vltra illam singulis annis datur, non est nisi, vt subleuetur maritus ab onere, quod sibi ex vxore ducta incumbit, vt eandē enutriat, integra & salua persistente semper dote: quod onus cum de per se includatur in matrimonio, propterea nulla ibi interuenit vsura; cum lucrum illud non continget ex mutuo, vel expectatione, sed ex alia

onerosa

generosa causa, vt egregie declarat Caie. 2. 2. q. 18. ar. 2. Sylu. vsura, 3. §. Sotus, de iust. & iur. lib. 6. q. 1. ar. 2. Tab. vsura 10. Nau. in man. c. 17. nu. 213. & alii summistę, nec non Ioann. Cald. Petrus, de Anch. & Panormit. in c. Salubriter, de vsuris, multis per D. Didacum a Lyeua in capitulo primo, lib. variarum resolutio. relatis.

Nec rationes, quibus Adrianus in 4. q. vltima de vsuris, & Ioan. Andr. & Dom. Ant. & Ioan. de Legnara in d. c. Salubriter. de vsuris, & Laurent. de Ridolph. ac nonnulli alii persuasi sunt, vt contractũ hũc vsurarium iudicarent, eo quod onus matrimonii non valeat iustificare dictũ contractum, sicut nec ratione cuiuscumque oneris iustificantur alii contractus, vt patet in pignore, quod qui habet, quãuis teneatur aliqua onera sustinere in cõseruãdo dicto pignore: nequit tamen fructus extra sortem recipere.

Nec etiam qui stipendio regis viuit, & si teneatur alere familiam, potest fructus illius rei, quæ sibi forte pro securitate stipendii datur, & recipere vltra stipendiũ. Quare cum in casu proposito nullum interueniat lucrum cessans, aut damnum emergens, eo quia, non constat maritum esse solitũ mercari, vel ponere apud mercatorem pecunias: & qui pecuniam non habet negotiationi expositam, agere, de lucro cessante non potest, videtur ratione expectatę solutionis augmentum illud vltra sortem quotannis accipi, & ita vsura est. Addentes ex capite salubriter, de vsuris non posse iustitiam dicti contractus colligi, cum ibi non agatur, de certa pecunia quotta, sed de possessione, cuius fructus variis fortunæ casibus subsunt. Et ideo conceditur a Sũmo Pontifice, quod non teneatur maritus computare illos in sortem propter onera matrimonii: quia propter illa subleuanda concessit, & donauit socer genero dictos fructus incertos, qui textus cum sit exorbitans a iure, non debet extendi ad sex pro centenario, quæ nunquam fortunæ subiiciuntur.

Arguunt demum, quod cum a principio sit datus terminus, non potest hic agi de mora. Et ideo sicut maritus poterat sine dote vxorem accipere, ita potest, & vult expectare, cum libere contrahat de dote sibi non soluenda vsque ad certum tempus. Volenti autẽ non fit iniuria: & ideo nihil debet vltra sortem recipere.

Nõ sunt tamen rationes istę alicuius roboris, uel efficacię. Ad primã dicimus aliis cõtractibus non inesse de per se, & ex natura rei onus aliquod: at contractui matrimoniali inest intrinsece, & ex natura rei ipsius, uxorem & familiam alere, integra permanẽte dote. Tenetur enim maritus vxori de integra dote, & ideo iure ipso, ob illud onus subleuandum, põt aliquod lucrum singulis annis exigere, interim quod dos non persoluitur ab his, qui uel illam soluere, uel mulieri alimenta prębere condecentia suo statui sunt astricti. Quare in contractu pignoris debent fructus computari in sortem; quia nõ est ibi onus familiæ alendæ ex natura ipsius contractus, ut satis patet: secus autem in contractu matrimonii, cui est per se annexum vxorem alere, reseruata semper dote. Nec causa lucri cessantis, aut damni emergentis est ad propositum. Illa .n. est cõis in omnib. contractibus, & tamen leges aliquid peculiare tribuunt genero in fauorem matrimonii, quod ita reperitur solum in hoc matrimoniali contractu, & non in aliis. Vnde parum refert, quod gener sit mercator. Non enim illud lucrum obtinet ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, sed ob vxoritiũ onus, cui in re ipso est id concessum, vt supra explicauimus.

Nec obstat non respondisse Pontificẽ in d. c. salubriter nisi de fructibus pignoris. Nã id facit, quia de alio nõ fuit quæsitum: & ex eodemmet responso colligitur posse etiã alia via, quam pignoris ius suum de onere matrimoniali subleuando a socero exigere; ita vt illud lucrum non sit sibi concessum ex dono, & mera gratia, sed ex debito, & iure, quo pater tenetur filiam nuptui traditam alere, vel dotare, ita vt salua dote, maritus familiam sustentet: & ideo parum ad rem facit,

facit, quod fructus, seu lucrum subsit fortunę, aut non subsit: sed necesse est, vt nō excedat onera supportanda, vt recte tradit Sylu. verbo vsura.

Nihil itē refert, quod a principio fuerit datus terminus: quia non recipit illud lucrū ratione moræ præcise, sed ratione oneris vxoritij: & ideo stat, quod voluerit concedere terminum solutionis: noluerit tamen perdere id, quod iure matrimoniali sibi conceditur, vt fructus interim a socero recipiat, non excedentes onus supportandum. Non quod negemus posse quempia, & vxorem indotatā ducere, & nihil pro dote statim non soluta exigere: cum iuri suo possit quisque renūciare: hoc tamen non fit, nisi id libere exprimat, vt tradunt Doct. capit. is qui tacet. de reg. iur.

Concludendum est igitur, posse maritum, interim quod promissa dos sibi non soluetur, accipere sex pro centenario: si illa ad subleuāda matrimonii pōdera, iuxta conditionem suæ sortis, sunt necessaria. Ad secundam difficultatem de vidua, quæ eadem sex pro centenario, pro non soluta ab hæredibus dote, accipit, arbitratur Caiet. 2. 2. q. 78 art. 2 ad sextum, non posse ab vsuræ nota excusari.

Tum quia id solum erat cōcessum marito, cui incumbebat, superstite dote familiam alere. Nec enim in d. c salubriter, de alio agitur. Cum ergo illa concessio sit a iure exorbitans, non est ad mulierem viduam extendenda.

Tum etiam quia, cessante causa, cessat effectus, & id, quod non est, non pōt effectū operari: iam aūt mortuo marito, non est matrimonium, ob quod dos, & lucrū dotale conceditur. Et ideo videtur quod non possit vidua illarum pecuniarum quottam exigere.

Nobis tamen placet, cum communi sētentia, posse tuta conscientia vxorē mortuo marito, etiā si in viduitate persistat, quottam illam suæ sustentationi conuenientem ab hęredibus accipere, quoad illi dotem persoluant, & maxime si filios, & filias habet.

Tum quia negari non potest multo maiora onera in esse mulier viduæ, quā nuptæ, Incumbit, enim illi familiam alere, filios marito mortuo nutrire, seseque in ornatu, & comitatu tam digne, & honorifice pertractare, vt eius, cuius vxor extitit, nobilitas non denigretur.

Tum quia secundum Bal. C. vnde vir. & vxor. l. 1. viduę dn̄r habere dotem, & non alia ratione, quam quod matrimonium, etsi quo ad vinculum per mortem viri sit dissolutum, remanet tamen quo ad onus alendæ familię, & conseruandi dignitatem status. Et ideo ad subleuandum tale onus, interim quod hoc sibi nō soluitur, potest conuenientem portionē dicto oneri singulis annis accipere.

Tum quia ille, cui debentur alimenta, licet se, de suo elimento, potest tamen petere alimenta ab eo, qui tenebantur, vt notat Ias. in l. de alimentis. C. de trāsact. & Ana. cons. 64. & Pau. de Cast. & Alex. in l. diuortio. in prin. ff. sol. mat. Sed dos datur ratione alendæ vxoris, estque veluti proprium patrimonium mulieris, vt ff. de mino. l. 3. §. sed vtrum. in fin. Ergo quousque parentes dotem detinent, nec illam mulieri soluunt, potest illa quid lucri suæ sustentationi proportionatū singulis annis accipere. Si enim id poterat maritus, ad alendam vxorem, cur non poterit ipsa ad alendum se in viduitate constitutam?

Nec vlla hic vsuræ labes cōmiscetur, cum non accipiat huiusmodi lucrum vltra sortem ob solutionis moram, vel lucri cessantis rationem, aut temporis prorogationem: sed ob alimenta sibi iure matrimonij debita, propter quę dos conceditur; qua non data ius alimentorum nō amittitur: & ideo neque huiusmodi lucrum annuatum potest ab alio exigere, quam ab eo, qui illam dotare, vel alere tenebatur, nec in postulando lucro habēda est ratio, seu respectu ad quantitatem pecunię, sed potius ad sui status decentiam: ita vt sit familiæ minoribus expensis sustentare valeas, quam dum maritus viuebat, minus etiā lucri accipiat vidua, quā acce-

acceperat, superstite marito, vt recte tradit Sy'u. vbi supra. Sotus, de iust. lib. 6. q. 5. versu antiqui ex eadem radice. Ledesmus 2. 4. quæst. de vsuris. Angelus verbo dos §. 28.

Nec obstant rationes Caiet. Nam etsi concedamus id lucri marito esse concessum ratione oneris matrimonii, Negandum est tamē, sublato ex hac luce marito, non remanere vlterius onus familiæ alēdæ in vidua: cū hæc dignitatem mariti, quamuis defuncti, præseferat, & status, ac nobilitas mariti hæreditario quodam iure in vxore, filiis, ac tota sua familia permaneat. Dedecet enim illam, quę nobilissimo nupsit, abiectissimeą; & viliter in viduitate viuere. Idcirco ratione huiusce oneris persistentis, poterit vidua, cui dos non soluitur, ad illud subleuandum quidpiam commensuratum tali oneri singulis accipere annis. Nam eadem manēte causa, debet idem produci effectu, caussa aūt concessionis lucri in matrimonioquādo dos non soluitur, est onus matrimonio, ex natura rei coniunctum, ergo cum adhuc tale onus, licet aliqua ex parte remissum, perduret in vidua, licebit huic pro releuando eo pondere, quo grauatur, eo quod talis viri vxor fuit, aliquid condecens exigere.

Et cum secundo dicitur dotem non esse nisi sit matrimonium, intelligi debet, nisi vere sit, aut fuerit: ita quod dotis ratiō includit verum, & ratum matrimoniū & quod filia nuptui tradatur, iam autem in vidua præcessit verum matrimonium, ratione cuius obtinuit dotē, qua salua, tanquam suo, & filiorum patrimonio debet sustentari.

Quare cum mortuo marito, adhuc virtute remaneat matrimoniū quo ad onera; vt quia filios, & se, ac statum suum tenetur non modo secundum gradum propriæ personæ, sed et eius, cuius vxor fuit, conseruare, poterit interim quod dos sibi non soluitur, tantum lucri postulare, quantum ad releuanda relicta onera satis esse videatur.

Confessor igitur in prędicto casu iniūget tam Paulo, quā filię, vt interim quod dos nō soluitur, illud lucri donet, quod oneri matrimoniali, seu viduali subleuādo, quodą; per soluta dote subleuaretur sit conueniens, ita vt illud lucri, & augmenti, siue quinque, siue sex pro centenario, sit magis in iuuamen, & auxiliū supportandi oneris vxoritii, quam in recōpensationem cessantis, commodi. Nam vt sæpe sæpius diximus, si ob dilationem temporis, spectatamque principaliter solutionem aliquid augmenti vltra sortem postularetur; contractus esset vsurarius & ideo qui mercatori dotem traderet, vt eandem tutam, ac securam haberet; & vltra quotannis quippiam augmenti ab illo, quoniam cum talibus pecuniis plurimum lucratur, acciperet, vsuram manifestam cōmitteret: eo quod ratione temporis, saluo capitali, vellet de labore, & industria aliena fructum; vt tradunt omnes Theologi in 4 dist. 15. & iurisperiti in capit. Salubriter. de Vsuris, & Summistę, verbo Vsura, & late S. Ant. 2. part. tit 1. cap. 7.

CASVS LVII.

Gabriel infirmitate oppressus testamentum condidit, in qua omnia sua Ecclesiis, ac certis personis relinquit nihilque consanguineis, etsi egenis, ob intestinas cum eis inimicitias, postea ingrauescente morbo, & de inimicitijs, pœnitens confessorem acersiri iubet, nec tamē suaderi potest, dictis cōsanguineis quidquam legare.

Quæritur, nū sit absoluendus, & absolutione data, an quæ in dicto testamento in inimicitijs facto legauit sint animæ suæ profutura?

QVo ad prioris dubii resolutionem illud aduertendum est tres cōsanguineorum dari lineas: quarum prima est descendentium, secunda ascendentium, tertia collateralium: & quod

ftator quandiu habet aliquem ex descendentibus, vt filium nepotem, pronepotẽ, & sic in infinitum, tenetur illum hæredẽ relinquere, nisi adsit vrgens, & iusta caussa exhæredationis: & cum talem descendentem instituit, non tenetur de aliquo ascendentium facere mentionem. Instit. de hæred. quæ ab inte. Quod si nõ habeat descendentes, vel iustam habeat causam eosdem exhæredandi, tenetur ascendentes instituere, si fuerint. l. quoties, C. ad Senat. consul. Offic. Sed si tam descendẽtes, quam ascẽdentes legitime illi desint; non tenetur collaterales, hoc est, fratrẽ, sororem, filios, fratrum, aut sororum, & quemcumque aliũ ex trauersalibus, quãuis succedant ab intestato in hæredem relinquere, sed potest de iuris rigore instituere, quos vult, etiam non attinentes: hoc tamen excepto, quod si hæredem instituit hominem aliquem infamem, poterit tunc frater, uel soror ex eodem patre agere de nullitate institutionis non autẽ sic eadẽ solum matre sint. C. de inof. test. leg. fratres vterini, vel nisi crimen ingratitudinis commiserint, vt in Authen. de nup. §. ingratitudinis.

Et quamuis non desint, qui asserant testatorem, qui nec parentes, nec liberos, qui sunt necessarij hæredes, habet, teneri ad relinquenda bona sua cõsanguineis quibuscunque, seu cognatis, & maxime si pauperes sint, nisi ob vitæ prauitatem, & ingratitudinem secus fieri promeruerint, hoc tamen absolute verum non est, sed solum limitatur ad illos consanguineos, qui extreme egent, & quibus nullus alius proximior cognatus est, qui eos alere possit, & velit. Nulla siquidem lex naturalis, diuina, vel humana ad plus de præcepto obligat, quam ad subueniendũ collateralibus extreme egẽtibus. arg. l. 1. C. de sacr. Eccles. Et docet Nauar. in Mã. c. 26. in admonitione pro volente testari, nu. 36. Sylu. Verbo testamentum. 1 §. 10.

Nec obstat, si quis dicat fratres, & sorores ex eodem patre, & legitimo thoro natos succedere ab intestato, & ideo esse necessarios, & quasi naturales hæredes, nec posse nisi legitima, & euidenti caussa exhæredari. Nec enim lex definiret illos esse hæredes defuncti, qui absque testamento moritur, nisi iure naturæ, quod lex semper respicit, hæredes forẽt. & ideo qui nihil eisdem relinquet, videtur legi naturę repugnare. Non inquam obstat: nam lex, quæ est ciuilis purè directiua, & quę semper respicit id, quod est optimũ, fundatur in voluntate pręsumpta ipsius defuncti, de qua cum in testamento non cõstet, præsumit lex voluisse defunctum, vt sua ad extraneos non transirent, & in suos proximiores transferentur. Et ideo vbi alii hæredes non sunt magis intimi, ac coniuncti defuncto, ordinat lex vt fratres, & sorores, & quicumq. fuerint proximiores succedant ab intestato, fundando sese non in naturali lege, per quã isti hęredes sint, sed in voluntate defuncti pręsumpta.

In casu igitur præsenti videndum, & examinandũ a Confessore erit, antequã absolutionem præstet, An hi consanguinei, quibus ob inimicitias nihil Gabriel in testamento reliquit, sint descẽdentes, hoc est, filii, & filiorum filii, vel ascendentes, idest, pater, auus, proauus, & similes, vel sint solum collaterales. Interrogandumque erit, num aliquod extet in ciuitate statutum, quo decernatur de institutione hæredum qui sint legitimi, & oĩno non prętermittendi. Et demum expendetur vtrum ex hoc facto sit, scandalum nasciturum.

Quod si consanguinei sint tales, quos iure non potest exhæredare, tunc non erit Gabriel absoluendus, nisi testamentũ mutet, & hæredem legitimum instituat; vt notant doctores C. de lib. præteri. Authen. non licet. Nullus siquidem tuta cõscientia priuari potest publico instrumẽto hæreditatis portione, ad quam ius legitimũ habet, nisi forsan subsit euidens, & cognita causa, qualis non est priuata quęlibet inimicitia.

Tum quia testator legem iustitiæ violat, si nõ distribuit bona inter suos filios, & his deficientibus inter ascendentes; nõ

quod

quod teneatur ex æquo omnibus, neque possit plus vnquam alteri relinquere, vt falso Ioannes Luppus in cap. per vestras. §. 26. de donat. inter vir. & vxo. existimauit, cum neque illa sint cõmunia Reipublicæ bona, sed particularia testatoris, neq. authoritate publica, sed priuata distribuantur: sed quod in ea parte, quę est iure hæreditario cuilibet debita, non potest hæredem defraudare, vt quam lex naturalis pro alendi filiis, seu parentib. consignatam, & taxatam esse voluit. In reliquis, quæ legitimam portionem excedunt, liberum est testatori plus vni filio, quam alteri, siue bonus, siue malus sit relinquere.

Tum demũ quia, vt ex P. August. 17. q. 4. cap. Quicumque refertur ille, qui exhæredando filio hæredem vult facere ecclesiam, quærat alium, qui suscipiat, non Augustinum.

Si vero Gabriel hæredes nõ habeat necessarios, & illo cõsanguinei sint ex collateralibus, nec extreme egeant, nullumq; sit oriundum scandalũ: ex eo quod nullã oĩno de eis mentionem faciat, vel quidpiam relinquat, non est illi denegãda absolutio: cum liberum illi sit vti iure suo; & quem magis voluerit hęredem instituere: admonendus tamen esset, vt sicut inimicitias deposuit, ita in signum veræ, & christianæ charitatis bonum pro malo redderet, & aliquid eisdem legaret.

De eo autem, quod secundo loco quæritur an quę in dicto testamento in inimicitia mortali facto legauit, sint animæ suę profutura, est maius dubiũ, & testatoribus admodum necessarium.

Pro cuius intelligentia duo aduertenda sunt. Alterum est operum bonorum alia appellari mortua alia mortificata. Mortua sunt, quæ ab hoĩe existente in peccato mortali sunt facta, qui hõ cũ careat vita gratię, & charitatis quidquid in eo statu operantur, non est gratum, & acceptum Deo; sed mortuum priuatiuæ dicitur. Mortificata autem illa opera appellãtur, quæ a volũtate Dei gratia illustrata fuerunt elicita, & vt sic in finem vltimum ordinata: sed per subsequens peccatum, in quod homo postea cecidit, ab assequutione præmii sunt impedita. Alterũ ꝑnotandum est, opera bona in gratia Dei facta non modo valere ad promerendũ beatitudinem, verum etiam ad pœnam peccatis pręteritis debitam mitigandam. Vt enim per peccatum auertendo nos à Deo, & conuertendo ad creaturas priuamur gloria, & reatum pænæ cõtrahimus ita ab alienando nos à creaturis, & coniungendo per opera bona Deo digni reddimur mercede beatitudinis, & satisfacimus pęna, quam ex indebita adhæsione ad creaturas subituri eramus: per gratiã siquidẽ quam homo uere de peccatis cõtritus acquirit, & beneuolentiam Dei cõciliat, dignusque beatifica visione efficitur; & pæna æterna, cui ob sua scelera erat astrictus, in temporalem commutatur, soluẽdam hic per bona opera, vel in Purgatorio per ignis passionem, vt declarant Theologi in 4. dist. 16. & in Concilio Trid. definitur, sess. 14. c. 8.

His suppositis concors est doctorum sententia, legata quantumcumque pia relicta in testamẽto cõfecto ab homine existente in peccato mortali: nihil prodesse animæ suæ quo ad meritum beatitudinis quantumcumq. ille de peccato doleat, & confiteatur, in Dei gratia spiritum esset.

Tum quia tali opera sunt mortua, & sicut caruerũt principio vitali, quæ est gratia, ita absq. vita perseuerant. Quod enim nunquam vixit, nunquam reuiuiscit.

Tũ quia ratio, quare opera nostra sũt accepta Deo, est quia persona, a qua illa fiunt, est illi gratia, respicit enim Deus primo ad hominem, quam ad hominis obligationes, iuxta illud Gen. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Et ideo cum homo in peccato mortali existens sit inuisus, & odiosus Deo non possunt opera, q̃ vt sic exequitur, esse illi vnquam grata & accepta, iuxta illud D. Pauli 1. ad Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeã, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Tum quia per pænitentiam nihil noui

datur

datur operibus bonis præteritis, sed tantum remouetur impedimentum, nempe peccatum, quod est obstaculum omnis meriti; obuiatque ne ad effectum ad quẽ acceptata sunt, peruenire valeant: sed opera bona extra charitatem facta nũquã acceptata fuere ad remunerationem beatificam. Quare per pænitentiam aduenientem non remouetur eis obstaculum præmiationis.

Adde q̃d remoto obstaculo peccati mortalis, opera priora redunt ad eum vigorẽ, quem habuerunt ante peccatum. cum ergo mortua opera nullam prius habuerit efficaciam respectu futuri pręmij beatifici, nequaquam acquirent illam per solã remotionem impedimenti. Confirmatur ex cap. Nihil. de Consecr. dist. 5. & gloss. cap. quod quidam, de pęn. & remiss. D. Thom. 3. par. q. 89 art. vlt. Richar. Bona. Scot. Palud. & alii, in 4 sent. dist. 15.

Quod vero nec illi defuncto prosint ad satisfactionem pœnarũ, quas in Purgatorio est soluturus, ex his patet.

Tum quod satisfacto est amotio offensæ, & restitutio amicitię: nascitur, siquidem satisfactionis debitum ab iniuria quam quantum in nobis est, intulimus Deo per conuersionem ad creaturam, p̃ferendo hanc illi: iam autẽ ei, quem iniuria afficimus, non fit satis, nisi per amicitiæ reconciliationem: sed hęc amoris cũ Deo reconciliato fieri nequit absque gratia, & charitate, vt de fide est; & actus voluntatis, quo legata illa in testamẽto sũt instituta, iam pertransiuit, nec potest idẽmet numero resumi, ergo impossibile est quod si legata illa, vt præterita, & vt in peccato instituta considerentur, nisi nouus superueniat voluntatis actus charitate informatus, quo iterum instituãtur, & dignificentur, nihil præmii, vel satisfactionis apud Deum sortientur. Vide Sotum, & adde concludendo Nau. in Manu. c. 26 nu. 36.

Tum quia omnis satisfactio nostra oportet, vt nitatur satisfactioni, & passioni Christi, quem Paul. ad Rom. 8. & D. Ioannes in prima Canonica c. 2. & 4. generalem propitiatorem, & propitiationem pro peccatis nostris appellant, & Pater æternus, cum dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: significauit aperte nullum satisfactorium opus esse apud ipsum alicuius valoris, nisi ab homine, qui est Christi mẽbrum per charitatem procedat. Influentię. n. illius passionis non possunt deficcatis membris, & quæ carent vitali gratię spiritu, cõmunicari. Vnde per Isai. c. 1. dominus clamat. Væ genti peccatrici: quo mihi multitudo victimarum vestrarum? plenus sum holocaustomatũ arietum: non offeratis vltra sacrificium frustra. Et D. P. Aug. 12. de Ciuit. Dei c. vlt. explicans illud Ioan. 3. Facite fructus dignos pænitentiæ, inquit, quod qui animę suæ nõ miseretur placens Deo, nihil pro suis peccatis ei potest dignum offerre. Quare cum principium merendi, ac satisfaciendi sit gratia, quæ est vitæ initiũ, sequitur opera illa bona relicta ab existẽte in peccato mortali caruisse principio vitæ fuisseque ab intrinseco mortua: & ideo nisi nouo charitatis actu viuificentur, nihil prodesse ad satisfactionem. D. Thom 3. part q. 86. ar 6. Richar. Bonau. & communis in 4. dist. 15.

Quare consulendum est iis, qui testamentum condere volunt, vt prius animum à peccato expurgent & tunc legata instituant, quando probabiliter credunt se esse in gratia Dei, vt credendum est fideles esse potest debitã confessionem, & communionem, vt quæ legata ordinant, prosint illis ad satisfactionem pro peccatis cõmissis, & ad assequutionem maioris gloriæ. Quod si forte in statu mortalis peccati testamentum effecerunt, admoneantur à confessoribus, vt susceptis sacramentis, renouent per ratificantem consensũ omnia prius ordinata, & quęcũque per alios ex persona sua ordinabuntur. Sic enim si quę prius instituerunt extra gratiam, & vt sic nullius penitus sint valoris, per istum nouum consensum acceptabuntur à Deo, ac si nunc de nouo per eos fuissent ordinata proderuntque

tam

tam ad pœnæ remissionem, quam ad præmii augmentum. Alia multa de hac materia lege apud Gabrielem in Can. lect. 58. & lect. 26. vbi etiam late ostendit quā to sit salubrius legatā per seipsum instituere, & in vita exequi, quam instituenda, vel exequenda hæredibus relinquere, & ex omnibus suffragiis nulla præstātiora esse, quam quæ per officia Ecclesię, vt per missas, & exequias funerales instituuntur.

CASVS LVIII.

CVm statuto Ciuitatis prohibitū sit, ne quis sericum, vel aliud simile mercium genus extra ciuitatis confinium deferat sub pæna amissionis earum rerū, & duorum mille scutorum Fisco applicandorum; delatus est Marcus ad iudicē de huiusmodi crimine, ob quod in carcerē coniectus adducit duos falsos testes, qui iure iurando affirmant tales merces non fuisse ex earum genere, quæ erant prohibitæ, & sic defraudat fiscum.

Quæritur, an huiusmodi testes vltra peccatum mortale sint restitutioni obnoxij fisco, & quid confessor debet illis iniungere.

PRæsens casus sicut doctores vtrinque habet grauissimos, ita rationibus ad vtramque partem fulcitur non leuibus. Et quod hi testes astringi à Cōfessore debeant, vt Fisco restituant, nec alias sint absoluēdi, est opinio Ioā de Pla. in l. quoties, de exac. pri. li. 10. & Bart C. de assl. l. post, a qua non longe abest Pan. c. Canonum, de const. & c. dilecti, de arbitris, nituntur autem hisce argumentis.

Tum quia restitutio fundatur in iniustitia, cui est aduersa. & hi testes suo testimonio iniustitiam fecerūt Fisco, cum id, quod iure legis suum erat, per mendacium abstulerunt.

Tum quia, vt D. Th. 2. 2. q. 62. art. 6. inquit, qui damnum dat in eo, quod parum abest vt sit, idem est, ac si rem ipsam furaretur, & restitutioni est obnoxius Iam hi testes damnum intulerunt Fisco in re illa, quæ parum aberat, vt condemnaretur & adiudicaretur.

Adde quod secundum communem sētentiam ille, qui per fraudem, & iniuriā aliquid abstulit ab eo, qui ius aliquod ad rem habeat, non solum peccat, sed ad restitutionē tenetur vt patet de eo, qui per vim, aut fraudem impedit ne legatarius relinquat sua bona alicui. Nam etsi testator sponte sua illa legabat, tu tamen per iniuriam abstulisti ab eo ius, quod iā habebat recipiendi: quod ipsum asserendū est de quocunque per fraudem impediente collationem, aut præsentationem beneficij, officii, aut alterius boni, & commodi factā, per l. 1. & 2. C. Si quis aliq. testa. prohi. & l. fin. ff de hæred. insti. Cum ergo in casu proposito Marcus esset ī carceribus, & ob id Fiscus haberet ius quodammodo ī duo mille scuta & in ea, quæ extra confinium Ciuitatis abstulit, quæ erat pena legis; & per fraudem commodum hoc testes impedierunt, videtur propemodum obligandos ad damni restitutionem.

Oppositā tamen sententia est verior, quod isti testes non teneantur ad restitutionem Fisco, & quamuis negauerint veritatem in iudicio, nec ratione huiusce periurij (qui est casus hic Bononiæ reseruatus) absolui possint absque illustrissimi Archiepiscopi authoritate, nō tamen cogendi sunt ad damnum aliquod resarciendum Fisco, vt colligitur ex Syluestro Restitutio 2. q. 5. ver. 7. vbi pro hac opinione citat S. Bernardum, Sot. de iust. & Iur. lib. 1. quæst. 6. arti 6. & expressissime Nauar. in Manu. cap. 25. de peccatis testium, nu. 51. versu. ad quęsitum. Rationes quibus in hanc adducor sententiam, hæ sunt.

Tum quia fiscus nō habebat adhuc ius aliquod in bonis illis, cum pæna non debeatur in conscientia ante condemnationem, vt quę habet rationem passionis; & natura ipsa abhorreat, vt idem sit agens,

&

& patiens, vt docet D. Tho. 2.2.q. 62. ar. 2. intollerabilisq; esset lex, quæ homines adeo astringeret, vt proprijs bonis, quantumuis locupletari sua se sponte priuarent, easque fisco offerrent, ac eisdem inauditis, & culpæ circunstantijs, quibus rigor legis sæpæ mitigatur, minime perspectis seipsos damnarent contra id, quod decernitur c. Non in quenquam, & c. Iudex 1. quæst. 7.

Tum quia interesse remotum, & extra rem non debetur l. si sterilis §. cum per vend. ff. de actio. empt. Iam autem interesse illud fiscale, cum pænale sit, non est intrinsece coniunctum cum commisso delicto, sed pendet omnino a sententia iudicis condemnante ex qua condemnatione sine alia noua expressione pœnæ oritur ex natura rei condemnatio ad pænam iuris; ita quod sicut in pecuniis non est interesse, seu lucrum nisi virtualiter: tunc autem est actu cum sunt negotiationi expositæ, & veluti qui triticum ex horreo furatur, non tenetur ad interesse, sed bene quando esset satum, seu sationi præparatum: quia illud lucrum licet non sit cōiunctum cum tritico simpliciter, est tamen coniunctum cum illo, vt terræ est datum. Pari modo pœna legis non est interesse, nec lucrum acquisitum propinquo fisco statim ac delictum committitur, sed vbi est per iudicis sententiam proditum.

Tum quia leges humanæ præsertim pænales non obligant, maxime in foro animæ, nisi quatenus sunt receptæ, vt dicitur c. primo, de consti. lib. 6. Lex enim consuetudine contraria abrogatur. Nam cū humana lex a voluntate hominis ratione regulata proficiscatur; & ratio, ac voluntas in rebus agendis manifesteтur nō solum verbis, sed etiam factis; quod enim multoties fit, videtur ex deliberato iudicio rationis prouenire: idcirco per actus maxime multiplicatos, qui consuetudinē efficiunt, mutari potest lex & exponi, vt docet D. Tho. 1 2. q. 97. ar. 3. Iam autem in nulla orbis parte leges ciuiles damnantes ipso etiam facto, siue ipso iure reos amissione suorum bonorum, sunt ita receptæ, vt ante damnationē illico ac delinquūt teneātur ipsimet bona sua ad fiscum deferre, & seipsos accusare. Quis enim dixerit Assassinos, vel eos, qui ferunt arma prohibita obligandos esse à Confessore ad soluendum pænam lege illis impositam, antequam sententia iudicis de tali scelere conuincantur?

Tum demum quia si prędicti testes, eo quod veritatem negarunt, essent obnoxii ad restituendum aliquid Fisco, multo magis ipse Marcus, qui contra legem egit, ad id teneretur, & omnes custodes confiniū Regnorum, quibus ex officio publico incūbit inuigilare, & custodire, ne quis aliquam extra deferat, vel intra portet, vel non nisi soluto vectigali, sub pæna priuationis omnium bonorum, coarctandi à confessoribus essent restituere non modo vectigalia, quæ ob eorum incuria non sunt soluta, verum etiam bona, quæ ob id debent Fisco applicari: quod nullus sapiens assereret, cum non sit credendum legislatorem, qui præ oculis semper id q; iustum, & ęquū est, habere debet. l. quod si Ephesi, ff. quod cer. loc. velle facere rerum ipsum contra se executorem. ar. l. Nimis graue, C. de resti. & l. Humanitatis. C. de excus. tut. & præsertim in pænis ita grauibus, vt corporis, honoris, aut fortunarum. Conradus tract. 1. de contract. q. 7. Adrianus quolib. 6. art. 1. Caietanus in Summa verbo pęna. Syluest. Heresis. 1. §. 8. Tabiena. Assassinus. §. 1. Archidiaconus. c. Cum secundum leges, de hæreticis lib. 6. cui Anchar. & Philip. Franc. adhæserunt, & Ioannes Andr. c. Pro humani. de homi. lib. 6. & Bartho. l. eius, qui dilatorem. ff. de iure fisc. & glos. c. Fraternitas. 12. q. 2. & alij quamplures.

Argumentis aduersæ partis leue est satisfacere: supponunt enim omnia Fiscum habuisse ius in illam pęnam ex sola perpetratione delicti, antequam per sententiam adiudicetur: id quod esse falsum ostendimus.

Vnde ad primum dicimus, testes illos non fecisse iniustitiam fisco nisi remote, & per accidens. Non enim fisci erant illa

bona

bona ob legem solam, neq. ratione transgressionis legis habebat aliquo modo ea Fiscus, sed solum ratione condemnandi, delicti a iudice; ita quod ante talem condemnationē bona sunt illa Marci, & non alterius. Et ideo per negationem veritatis nihil abstulerunt testes a Fisco nisi remote, & quasi extra rem. Et per hoc dissoluitur secundum. Ad tertium argumētum, neq. enim periurium illud testium intulit damnum in re, quæ esset Fisci, vel proxime futura esset: quia nullū oīno ius obtinet Fiscus in pęnā a lege positā eo solū, quod contra illā agitur: sed eo, qđ contra illam esse actū sentētiatur; qua snīa data, incipit tunc habere ius ad res trāsgressoris; & cū illas obtinuit, & Fisco tradidit habet ius, quod dicitur in re. Quare ante dictam sententiam non potest fiscus agere de damno contra Reum, seu testes; nec isti proinde sūt vlli restitutioni obnoxii.

CASVS LIX.

DIonysius plura babet beneficia simplicia, quorum vna sufficiebat ad honeste decenterque viuendum, attēta suę psonæ qualitate: nihilominus tamen, vt cōmodius valeat suis egenis parentibus subuenire eadem ab Episcopo sibi collata absq. aliç Summi Pontificis dispēsatione, retinet, & hanc piam suam intentionem Confessori declarat.

Quæritur, an possit a Confessore absolui, si re ipsa non renuntiat, retento eo dumtaxat, quod sat est sua personæ.

TRia implicite cōtinet pręsens casus, ex quorum resolutione cōstabit Cōfessori, quid cum Dionysio sit acturus.

Primum est; An beneficiorum simplicium pluralitas sit omnino illicita.

Secundū, an subuenire parētib. egenis sit iusta causa obtinendi plura beneficia.

Tertium est, An dispensatio Episcopi sufficiat, vt tuta conscientia haberi illa possint.

Pro responsione ad primum. Aduertēdum est triplex esse actionū genus. Quædam sunt, quæ malitiam, & deformitatē habent inseparabilem; ita vt nunquā bene, sed semper male fiant, vt mentiri, fornicari, & c. Aliæ sunt indifferētes, vt quæ ex sui natura nec bonitatem, nec malitiā includūt, sed possunt vtriq; coniungi, & aliquando bene, aliquādo perperā fieri, vt deambulare, loqui, comedere. Tertij generis sunt illæ, quę etsi per se nudè: & absolutè considerata deformitatem quādā habeant, circūstantijs tn̄ vestitę licitè, & virtuose fieri possunt, vt hominē occidere publica authoritate, vel in sui ipsius defensionē. Quamuis ergo beneficiorum implicium pluralitas non sit res in primo genere mala, eo quod in multis casib. super hoc iura canonica dispenset, vt habetur 21.q.1. & tradunt doctores in c. cū iam dudū, de præb. Nec etiam sit res indifferēs, ac est tenere plures vestes, seu possessiones cū hoc nullam implicet indecētiā: illud autem præseferat quandam rectitudinis deordinationem. Tum quia ratio docet, ne vnus plurium personas induat, sed vnicuique ministerio suus particularis deputetur minister, & iuxta præceptū D. Pauli vnusquisq; maneat in ea vocatione, qua est vocatus.

Tū quia diuinus cultus eo magis minuitur, quo plura beneficia in paucioribministris coadunātur, dicente Gregorio 89. dist. cap. singula, sicut in vno corpore multa mēbra habemus, oīa autem membra non eundem actū; ita in Ecclesiæ corpore multa membra sunt: & ideo distincta officia esse debent, & Ecclesię diuersis personis commendandæ, alias totum corpus esset occultus, aut totum auditus, aut vnus multorum corporum oculus. Est tamen beneficiorum simplicium pluralitas res illicita, & mala tertij generis, vt quę per se nude spectata prauitatem, & inordinationem repræsentat, sed aliquibus vallata circunstantiis honesta, ac decens redditur. Et quod ex sese prauitatem repræsentet ex eo patet.

Tum quod distributiuæ iustitiæ est p-

requirat, non est illa vanitatis libra ponderanda fructuũ, seu reddituũ tenuitati, sed id solum spectandum, quod ecclesiæ magis conducit, vt erudite docet Sotus, lib.3. de iust. & iur. q.6. ar.3. & Innoc. c. cum iam dudum, in 4. de præb. & est doctrina D. Th. quodl.9. q. vlt. art. pen.

De secundo. An subuenire parentibus egenis sit iusta causa obtinendi plura beneficia, pars affirmatiua visa est Card. in Clem. Gratiæ, de rescrip. qui putat beneficiorum pluralitatem esse licitam, quãdo ea intentione obtinentur, non vt splẽdide viuatur, sed vt largiores eleemosinę pauperib. fiant; & de eo, quod superest ex necessario ad decentem vitam, maior occasio subueniendi aliorum miserijs, & distribuendi in opera pia, habeatur. Tum quia hoc videtur esse præstãtissimũ opus, ob quod intentio eorũ, qui tales fructus præbendales instituerunt, non defraudatur. Vnde 21. dist. per totum præcipitur, vt clericus sit eleemosynarius, & hospitalis. Tum quia sicut pluralitas beneficiorum in ordine a causam propriã videtur includere quandam indecentiã, ita in ordine ad causam, & cõem. bonitatem continet: iam aũt subuenire pauperib. quãuis sint consanguinei, in bonum publicum redundat.

Tum demum, quia sub statu clerici videtur comprehendi etiam ipsi parentes, arg. c. primi, de coha. cler. & muli. Nã parentum ignominia redundat in totam familiam nec decet Episcopi, aut Cardinalis cõsanguineos ostiatim mendicare: & ideo tenetur facere bonum subsidium, & debitum eisdem, magis ẽt, quam aliis, arg. c. inquirendum de pecun. cle.

Hęc tamen sententia, etsi forte ante Cõcilium defendi posset, nunc iam veritati nõ est consona. Tum quia Concil. Trid. sess. 24. c. 17. absolute prohibet habere plura beneficia ẽt cõpatibilia vltra id, vel ea, q̃ sufficiunt honestæ, ac decenti vitę sustẽtationi. Quare cum hanc solam causam pro habendis pluribus beneficijs iustam esse dicat, nõ est, quod quis ob alendos parentes tutò plura beneficia possit.

Tum quia beneficia sunt Ecclesiarum stipendia, ita vt non sint conferenda nisi pro altaris stipendio, de Rescrip. cap. fin. & Paulus primo ad Cor. 9 Nemo suis stipendiis militat vnquam, & citat illud Deuteronomii 25. Non alligabis os boui trituranti, dicens propter clericos illud fuisse scriptum. Vnde subdit, si nos vobis spũalia seminamus, magnũ est; si carnalia vestra metamus? Et prima ad Timo. 5. Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altario deseruiunt, cum altario participant. Vnde illud toto iure tritum axioma est sũptũ, beneficium non dari nisi propter officiũ. de rescrip c. fi. Cũ ergo solus clericus seruiat Ecclesię, & non parentes, nõ debent beneficia dari, vt subueniatur egestati horum, sed vt pręmietur, & stipendietur labor, & seruitium illius.

Adde, quod omnis causa iustificans indecentiam, q̃ includit pluralitas beneficiorũ, est reducenda in vtilitatem, & cõmodum ipsius beneficii, & cultus diuini Ecclesiastici. Hoc autem, quod est parentum inopiæ succurrere, non est causa redundans in vtilitatem Ecclesiæ, & diuini cultus augumentum.

Tum quia Conc. Trid. sess. 25 ca. 1. de reformatione, omnino interdicit quibuscunq. beneficia Ecclesiastica, tam secularia, quã regularia obtinentib. ne ex redditibus Ecclesiæ cõsanguineos familiaresve suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant ne res ecclesiasticas, quę Dei sunt, cõsanguineis donent, sed si pauperes sint, iis, vt pauperib. distribuãt, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: immo quã maxime potest, eos sancta synodus monet, vt oẽm humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq. carnis affectum, vnde multorum malorum in ecclesia seminarium extat, penitus deponat. Hæc ibi. Cum ergo sacrum Concilium velit, vt Præbendati, & beneficiati se habeant erga parentes pauperes tanquam eleemosynarii: ita vt superfluum personæ distribuant in ipsos, veluti facerent in alios

abrogare: bene tamen iusta interueniente causa mitigare, videtur sibi ipsi repugnare Sotus, cũ asserit in tali pluralitate esse quid iuris naturæ & diuini, & tamẽ, quod nullã causam, vt in eo dispensetur requirat, sed satis sit libera Episcopi voluntas. Quo circa dicendum est, non posse Dionysium illa plura beneficia simplicia sic obtinere, sed requirere Summi Põtificis dispensationẽ, qua habita iuste potest illa retinere non ea intentione, vt fastu maiori viuat, aut thesaurizet, sed vt largius in pauperes, quamuis parentes, modo tamen paupertati conueniẽti eleemosynas, diffundat, & in alia opera pia liberalius se exercere valeat. Nã sicut in huiusmodi beneficiis nõ est pluralitas adeo iuri naturali, & diuino contraria, vt in aliis, quæ residentiam exigunt, ita minor causa ad dispensandum in illis, quam in istis requiritur. Quare cũ subuenire pauperib. quicunq; illi sint, redundet in vtilitatem publicam, non est cur ob hanc causam nõ possit Summus Pontifex dispensare in minoribus his præbendis, seu beneficijs. Vnde Abbas in c conquerente, de cle. non resid. inquit, quod veluti dispensatio, quæ in hisce fit ob causam propriã, & priuatam, est dissipatio, nec tuta in cõscientia, ita ea, quę fit ob causã publicã est vera dispẽsatio, & iuris cõis relaxatio; dũmodo id fiat causa cognita, & ab eo, qui potest. Iam autem in sacerdotiis, quib. est annexa residentia; requiritur vrgentissima, eademque ecclesiæ necessaria causa; At in simplicibus alienis à cura, & residẽtia multo minor causa sufficit.

Tum etiam quia dispensatus, qui bona fide nixus superioris authoritate, putat eã sibi iusta de causa datam, excusatur à peccato, donec satis nouerit eam nõ fuisse sic datã. Arg. c. quod culpatur 23. q. 5. & causa, quam quis bona fide putat iustam, etiã si oĩno iusta nõn sit, excusat à mortali, vt docet Caiet. 2. 2. q. 143. ar. 5. Tum ob illas tres rationes, quib. de mente Card. probauimus subuentionem parentum pauperũ esse iustã causam ad obtinenda plura beneficia, quæ etsi non concludũt absolute, concludunt tamen in his simplicibus cũ dispensatione Summi Pontificis. Et hæc est sententia Nauar. in suo Man cap. 25. nu. 129. vbi collationes factas a Sum. Põtificib. post Conc. Tri. de beneficiis, quorũ vnũ sufficit vni, non posse, inquit, in foro conscientiæ esse validas etiã cum dispẽsatione, nisi iustificentur per itentionem à Cardinale requisitam. Concludo igitur, ex supradictis nõ posse confessarium absoluere Dionysium habentem illa plura beneficia, nisi vel renuntiet, vel postulet a Summo Pontifice dispensationem, exprimendo intentionem suam esse, parentibus, vt pauperibus subuenire, et in pia opera largiorem esse; non autem dissipare, vel sibi thesaurizare, Syluest Beneficium, 4. §. 4. q. 3. prope finem. Tabiena Beneficium. 2. §. 2. 4. versu, tunc istis conditionibus superuenientibus, vel aliqua istarum, vel similis.

CASVS LX.

Philippus, cum vidisset publice clericũ percuti, & facili negotio id impedire poßet: tamen noluit, non quia tale factum sibi placeret, sed quoniam indicabat suæ nobilitati indecens, priuatis hisce concertationibus in medio ciuitatis immisceri, nunc interrogatus a confessore. An suæ ope ĩdigẽtib. succurrerit, enarrat p̃dicta.

Quęritur, num peccauerit mortifere, & in excommunicationem Canonis. Si quis suadente. 17. q. 4. inciderit.

IN hoc casu diuersæ sunt doctorum opiniones, quidam arbitrantur Philippũ incidisse in excommunicationem, & vniuersaliter omnem illum, qui potest sine suo periculo protegere clericum, & non protegit, maxime si id simplici uerbo prohibere possit, esse excõmunicatum, arg. extr. de sent. exc. cap. delicto lib. 6. vbi qui negligit, si potest impartiri auxilium vicino pro repellenda iniuria, videtur iniuriãti fauere.

Tũ q̃a consentiens, et faciens pari pęna

est publicum, & publice perpetratur, & de cõsensu saltem præsumpto. Et hoc probant rationes, quæ pro prima opinione sunt adductæ. Nã opinionis secundæ fundamenta, quibus probatur non esse excõmunicatum, valida sunt, loquendo de vera, & in reali foro interiori excommunicatione, quæ non nisi per verum & realẽ consensũ incurritur: secus autem de præsumpta, & in foro exteriori.

CASVS LXI.

ANdreas cum quibusdã scholarib. ad aleas ludens, vni, qui sibi præterito anno lucratus est scuta viginti, lucratur absque dolo, & fraude scuta cẽtum. Sed cum postea illi constiterit, omnes alios ab ipso esse filios familias, accedente confessionis tẽpore, rẽ hanc Confessori explicat.

Quæritur, an ludendo cum scholaribus deliquerit mortifere, teneaturque ad restituenda illa centum.

DVplex includitur in hoc casu difficultas. Altera de peccato. Altera de restitutione, & vt ad primum facilius sit satisfactum, aduertendum est, illam opinionem videri probabiliorẽ, quæ asserit ludum alearum, quemcunque alium fortunę magis, quam industriæ nitentẽ, animo etiam lucrandi potius, quam recreãdi non esse prohibitũ laicis sub culpa mortali. Tum quia l. 1. ff. de aleæ lusu, & alea. & auth. Alearũ vsu. C. de relig. & sumpsu. & si quæ aliæ ciuiles leges interdicũt alearum vsum, non videntur inferre culpam mortalem, cum sint sæculares, quę regulariter tam ardue non obligant.

Tum quia non videtur intentio legislatoris ciuilis esse, arctare ad culpam mortalem nisi ratione grauitatis materię Reipublicę nociuæ. iam autẽ ludere principaliter ob lucrum non est nisi prodigalitas, quæ ex se non est mortifera, vt ostendit D. Th. ab omnib. fermè receptus. 2. 2. q. 185. art. 7. Adde quod leges illę non tractant de materia iustitiæ qua maxime respub. conseruatur, sed materia temperantiæ, vel modestię, quæ hominem in ordine ad seipsum rectum efficit & leges huiusmodi, vt plurimum ad veniale solum obligant. Tum quia leges prędictæ quo ad effectum, & vinculum culpæ mortalis non sunt in vsu receptæ: cum in omnibus mundi partibus videamus cuiuscunq; ordinis laicos magnam pecuniarum summam: & ferè omnes principaliter intendentes lucrum, aleis ludere, qui tamen a Confessorib. absq. vllo scrupulo absoluũtur: quamuis non habeant propositũ abstinendi a tali ludo: id quod inualidũ esset, & confessorib. sacrilegum, si laici in sic ludendo mortaliter delinquerente penitentia 1. & 2. de pęn. dist. 3.

Tum demum, quia ludus non fit mortalis ex sola circumstantia animi principaliter lucrãdi aliquid ẽt notabile ab eo qui donare potest, cum huiusmodi intentio sit actus auaritię, liberalitati, & non iustitiæ contrarius, nulla siquidẽ iustitia violatur, ex hoc qđ duo domini rerũ suarum libere exponunt illas damno, vel lucro per viã ludi, eo quod scienti, ẽt volenti libere in his: quorum est pro sua voluntate dominus, non fit iniuria. Vterq; autẽ scit, & vult pecuniam suam, cuius est libere pro sua voluntaria dispositione dominus, tali lucro, vel damno per talẽ viã, nẽpe ludi exponere, vt latè ostendit Cai. 2. 2. q. 168. art. 3. & tangit in summa verbo ludus. Nauar. in Man. ca. 19. nu. 10. §. Quarto, quod non audeo, &c.

Nihilominus tamen laici in ludendis aleis a graui peccato veniali excusari nõ possunt, & quin sæpissime in mortale prolabuntur. Tum quia est inordinatus lucrandi actus, cum res in vnum finem ordinata in aliũ fere semper sibi aduersum conuertatur: est. n. ludus ad animi recreationem inuentus & vertitur in negotiationem turpem, ac totius hominis intẽtionem occupantem, ipsum que defatigantem contra c. fi. de ver. signi. l. legata inutiliter, ff. de alim. legat. Tum quia homo a rationis idustria, qua pecunia comparanda est, & conseruanda, se deiicit, &

alienare non possunt, vt sunt minores. Nam cum duobus modis duntaxat transferatur dominium, scilicet, aut domini voluntate, aut lege; & lex non modo diuina, sed etiam humana possit translationẽ impedire tam cohibendo domini voluntatem, ne det, quam adimendo alteri facultatem, ne recipiat, & ideo ciuibus prospiciens omnino prohibuerit ne antequã eorum libertas pleno rationis iudicio ducatur, sua bona dilapident, veluti prohibuit pupillis de bonis propriis disponere, & eorum alienatio irrita foret. l. 1. de minoribus, idcirco velle lucrari aliquid notabile ab huiusmodi culpa est lethalis.

Tum quia consentaneum rationi est, vt commutationes, quæ fiũt in ludo, quia sunt ex natura sua turpes, nisi causa recreationis fiant, ad hoc vt efficaces sint, liberam omnino voluntatem, & plenum iudicium exigant, sicut etiam donationes quę a furiosis, & amentibus, & mente captis fiunt non sunt validæ. 15. q. 1. c. merito, & in clem. si furiosus, de homic. l. Modestinus in fi. ff. de don. Cũ autem minores, & qui sub tutela patris sunt, non habeant plenum iudicium præsumptione iuris, nec liberam voluntatem, vt de bonis paternis disponere valeant absq; patris, vel tutoris licentia, l. pupillus. ff. de acq. rer. dom. efficitur, eum, qui ludo nititur, vt dicti pupilli bona sua alienent & male perdant, iniustum facere, & peccare mortaliter. Vide D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. ad secundum argumentum.

Neque ab re diximus Andream peccasse mortaliter, si rem notabilem lusit. Nã si res erat modici pretij, & tantum solum voluit lucrari, quantum a scholaribus ludi potest, nõ delinqueret, nisi venialiter. illos enim, qui a partibus in studia, vel in curiam mittuntur, crediderim posse paruam aliquando pecuniarum quantitatẽ consentaneam suo statui ludere. Exempli gratia, qui centum scuta singulis annis expendit si quatuor, aut quinque ex illis in alearum ludum, vel alium malum vsum impendat, & sic perperam consumet, non esset ob solam illam impensam lethali peccato obnoxius. Tum quia illud detrahit ex portione vsui suo conscripta. Tum maxime ob patris tacitum consensum, qui cum sciat iuuenes vix posse sine illis dispendijs viuere, & mundi nobilitatem, ac amicorum familiaritatem talia requirere, implicitam quandam licentiam, ac facultatem concedere ad huiusmodi inordinatas expensas videtur, arg. gl. clem. 2. de uit. & honestate, verb. conuertendum, & tradit Sot. lib. 4. de iust & iur. q. 5. art. 2. Quod ipsum dicendum est de Religioso, qui studet, aut negociatur impensis sui Abbatis, modo id recitationi honestę causa faciat: eo quia tanto fortior, & aptior redditur tum ad studijs vacandũ, tamen ad monasterii negocia gerenda, quo moderata animi, & corporis relaxatione vtitur, ad cuius vsum conceditur tacite & à monasterio, & à Priori id, quod prudentis iudicio arbitramur necessarium. Sentit Nauar. in comm. c. cum ad monasteriũ, de statu monach. & Man. c. 19. nu. 12.

In secunda difficultate. Vtrum Andreas teneatur ad restituendum illa centum, existimant quidam illum reum esse in conscientia restitutionis illorum centum, vt qui vniuersaliter asserunt per ludum alearum non acquiri rei lucratæ dominium, sed vel distribuendam esse in pauperes, quando qui perdidit erat sui iuris, vel patri, aut tutori, si erat minor & pupillus: eo quia non solum ludus alearum est vtroque iure prohibitus, sed ipsa alienatio: Et propterea nullus per ipsum titulus acquiritur, nec sic acquisitum bona fide possidetur. Non enim potest repeti secundum ius ab aliquo, quod ille non tenetur dare, vel restituere, neque iniusto titulo possidet. Iam autem in amisso per ludum datur repetitio, vt patet in constitutione Gręca legis ciuilis, quę concedit repetitionẽ acquisiti lucri vsque ad quinquaginta annos. At iure naturali tenetur illud lucrũ dare pauperibus, tãquã prauo titulo & ex illicito opere acquisitũ, & solo iure ciuili tenetur reddere illud repetenti. Vnde si prius dedit pauperibus põt

postea

postea in iudicium vocatus excipere coram iudice, se iam naturæ ius seruasse.

Quod autē teneatur pauperibus, ostendunt ex eo, quia colludentes dant operam rei illicitæ, & ideo qui perdidit, amisit dominium, & alter non acquisiuit.

Adde, quod Episcopus auxilio pręsidis potest talia lucra si nō repetuntur ab his, qui amiserunt, exigere, & pauperibus erogare, vt dicit text. in anth. alearum lusus, id quod non posset, si talia lucra non essent pauperum. Ita Paludan. in 4. dist. 15. q. 3. & plures alii.

Hęc tamen sententia non est vera quo ad illud, quod asserunt vniuersaliter, omne lucrum per aleas acquisitum esse restituendum, & quod sit falsa probatur.

Tum quia iure naturæ nulli prohibetur illa ludendi via alienare sua bona, vt qui potuisset absq; ludo lucratum donare, lex .n. etsi interdicit ludum alearum, non tamen interdicit lucrum, licet in pœnam lucrantis tali ludo prohibito concedat repetitionem, pæna autem non debetur ante iudicis sententiam.

Tum quia inter lucrantes pactum interuenit, & obligatio condicti. Quilibet enim etsi simpliciter nolit perdere, vult tamen conditionaliter, hoc est, spe lucri. Et ideo lucrans possidet rem lucratam titulo interuenientis pacti, & obligationis condicti. vtrisque placentis. Nihil siquidem tam naturale, quā vt acquisitio fiat secundum voluntatem domini tradentis, inst. de rerum diu. §. per traditionem.

Tum quia si lucratus teneretur restituere, deberet id facere domino. Nam mendici iure naturæ non succedunt, nisi vbi non habetur copia domini.

Tum denique, quia cum sponte perdiderit, & alius absq; dolo, aut fraude lucratus fuerit, nulla restat restitutionis obligatio, nisi idem ipse iure ciuili repetat. Multa .n. possunt repeti, quæ in pænam statuūtur, ad quæ tamen is, qui in pęnam incidit, non tenetur ante sententiam pro repetente latam, vt qui in principem cōspirauit, vel hominem iniuste interfecit, priuari per sententiam iuste potest hæreditate sua, & tamen ante sententiam non tenetur illam dimittere. Et quamuis Episcopus præsidis auxilio lucra hæc exigere, & pauperibus erogare posset, & quidem benefaceret, si id exequeretur, vt hoc modo turpitudo ludendi caueretur, nihilominus tamē ex hoc non sequitur, quod lucrantes teneantur dare, antequam exigantur, sicut nec in aliis casibus, in quib. fiscus potest turpiter acquisita tollere, & ideo talia lucra nō sunt pauperum, priusquam donentur eis.

Adde, quod multi sunt actus lege diuina, vel humana prohibiti, vbi tamen id, quod acquiritur per tales actus, non est restitutioni obnoxium, vt patet de meretricio, & de mercatura in loco sacro, vel in die festo facta, nec tamen meretrix, aut mercator pretium suæ mercedis venditę tenetur restituere, per quæ facile est ad opposita respondere. Alex. de Ales, par. 4. q. 86. memb. 3. art. 6. D. Tho. in 4. d. 15. q. 2. art. 4. & 2. 2. q. 32. art. 7. Richar. in 4. d. 15. & Scotus, ac alii ibi, qui omnes asserunt non teneri ludentem omnia, quæ aleis est lucratus, restituere, si non interuenit metus, vis, aut dolus, aut inhabilitas ad donandum in perdente.

Quidam alii arbitrantur. Andream nō teneri ad restituendum illa viginti, quæ altera die à scholari filiofamilias sunt illi lucrata, & ideo detractis hisce viginti, debere restituere reliqua, hoc est octuaginta, eo quia filiusfamilias non potest lucrari plus ab alio, quam ipse potest perdere. Debet siquidem vtriusque colludentium esse par conditio: iam autem nulla est æquitas, vt filiifamilias valeant plus in cōscientia lucrari, quam perdere. Quare scholaris ille sicut non poterat perdere nisi quinq; ita nec plusquam quinq; lucrari potuit: & ideo conscientia reliqua quindecim restituere vero domino: ac ꝑ consequens iste accipiens illa quindecim, & vlterius quinq; quę diximus posse scholarem ludere, nihil iniustum committit. Quoties enim aliquis accipit ab alio id, quod iste tenebatur illi restituere, etsi forte peccet in modo accipiendi,

piendi, non tamen operatur contra iustitiam; nec est restitutioni subiectus, iusta gloss. singu. in c. ius gentium. 1. dist. Quare non erit astringendus Andreas, vt restituat Scholari, nisi octuaginta Hæc est opinio Soti de iust. & iur. lib. 4. q. 5. art. 2. quę eadem videtur Sylu. verbo ludus q. 17. desumiturq; à Pan. in c. filius, de testa.

Sed non est hæc Soti opinio sequenda: falsum siquidem est, non posse collusorē plus lucrari quam perdere.

Tum quia nec textus, nec ratio est, quę concludat pauperem aliquem honesto loco natum, quinimo plebeum, & mendicum non posse amplius lucrari à diuite, quam diues ab ipso.

Tum quia c. Si qua de rebus 12. q. 2. & §. pupillus, inst. de inu. stipul. probant contractum cum pupillo, aut cum Ecclesia factum valere in alterius præiudiciū, quamuis in eorum non valeat.

Tum etiam, quia illis, qui sunt sub potestate aliorum, nec sunt sui iuris, non est prohibitum acquirere dominis, Est autē vetitum alienare ea, quæ sunt domini.

Tum item, quia iniuriam perpeti potest, qui eam facere nequit. l. illud. ff. de iniur. translata in c. illud 15. q. 1.

Quo circa in casu proposito dicendum est, Andream teneri ad restituendum centum, detractis solum quinque, quæ scholaris ex tacita patris facultate ludere poterat.

Ratio est, quia cum scholaris ille non sit dominus rerum suarum, sed pater, non potest inuito patre distrahere; & ita Andreas lucratus est ea, quæ erant aliena, eademque retinet inuito vero domino.

Nec obstat, quod ille scholaris lucratus fuerit pridie ab Andrea viginti: nam cum id fuerit diuersis diebus, & ludo discontinuato, non potest fieri recompensatio: eo quia vbi filius est illas pecunias lucratus subsunt dominio patris, quidquid enim filiusfamilias acquirit, patri acquirit. Et ideo cum illa viginti fuerint a filio acquisita patri, non potest denuo filius, eodem patre inuito, illa distrahere, & abalienare: & propterea qui talia lucratur, retinet alienum contra domini voluntatem. Adde quod Andreas sciebat, vel coniecturari facile poterat, illum scolarem esse filiumfamilias, omniaq; illius esse patris: & ideo licitum illi esse acquirere patri, sed non furari, seu dilapidare, quæ sibi dantur a patre. Et ideo non potest Andreas conqueri de fraude: quia fraus non dicitur fieri scienti, & consentienti l. Nemo ff. de re. iur. Et hanc opinionem esse veriorem ac tenendam affirmat Armilla, verbo ludus §. 8. & Tabien. ac alii, & Nauar. in Man. c. 35.

Opinio autem Soti, & aliorum tunc solum vera erit, quando ipsi collusores interrogati, an essent filij familias: vel possent alienare, dixerunt se facultatem habere donādi, & perdendi: mentitiq; fuerint non esse sub alicuius potestate, prouocaruntq; alium sub hoc mendacio ad vsum. Tunc enim crediderim posse fieri recompensationem illius, quod in alio ludo sub illa bona fide fuit perditum, fraus siquidem, & dolus nemini debent patrocinare, c. ex timore, de Rescrip.

CASVS LXII.

Barnabas presbyter beneficium habebat, cuius redditus tempore, quo sibi est collatum, sexcentorum scutorum summam non excedebant, nunc octocentum valent. Illud elapsi diebus renunciauit eo animo, & confidentia, vt consobrino suus daretur, non aliàs renunciaturus, assignata ducentorum scutorum portione ad beneficiati sustentationem, reliquias in pensionem sibi reseruatis. Et vt concessio facilius impetraretur, prouentuum summam non nisi sexcentorum scutorum esse Ponticifi enarrat, & sic obtēta est gratia. Nunc ergo sit sibi scrupulus tū de animo, quo renunciauit, tum de fructuum summa quam non expressit.

Quæritur, num Simoniaca fuerit hæc renunciatio, & quid Confessor circa prędicta debeat illi iniungere.

Cre-

CRediderim in hoc casu nullam commisisse Barnabam Simoniam in hac confidentiali renunciatione: eo quia confidere solum, quod collator conferri beneficium renunciatum illi, cui renuncias conferre desiderat post renunciationem libere, & sine vllo pacto, vel modo conuētionis factam, nequaquam est Simoniaca confidentia.

Tum quia nullus interuenit ea in re contractus non gratuitus, nec aliquid deductum est in pactum, quo collatio reddatur inuoluntaria. c. quam pio, 1. q. 1.

Tum quia nullo iure naturali, aut diuino est prohibitum desiderare, vt renunciatum beneficium conferatur huic, vel illi, si sunt bene meriti secundum Pan. in c. dilecto, de præben. Huiusmodi siquidē desiderium nō modo conceptum, sed verbis expressum nihil iniquitatis habet, nec tollit, quin renunciatio pure, & libere fuerit facta.

Tum quia extrauag. fœlicis recor. Pij IV. & Pij V. super confidentia beneficiorum editæ nihil de nouo prohibent, quod ante illas non fuerit prohibitum, sed solum inuehunt, & disponunt contra confidentiam illicitam beneficialem Simoniacam, interueniente pacto, aut aliquo alio impediente liberam fieri collationē: cuius generis non est hęc confidentia, qua cum Barnabas renunciat, vt in qua non interueniat aliud, quam simplex desiderium, vt conferatur consobrino.

Tum quia confidentia in vniuersali, & tota sua latitudine sumpta est certa spes de re aliqua, quod ita fuit, est, vel erit; accipiturq; aliquando in bonam partem, vt Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion. Aliquando in malam.

Vnde datur confidentia licita, & illicita: licita est qua quis ordinate sperat: illicita, qua inordinate. Ac propterea sicut confidentia beneficialis illicita est illa, qua quis inordinate confidit, quod collator conferet beneficium suo consanguineo illo indigno, arg. c. cum in cunctis. §. fina. de electio. ita licita est illa, qua quis ordinate confidit, quod collator conferet beneficium suo consanguineo ex eo principaliter quia illo est dignus, remittendo tamen rem beneplacito Summi Pontificis. Cum ergo à Barnaba ita factum sit vt in manibus Pontificis absolute, & libere sine aliqua conuentione renunciauerit, desiderans, ac proponens eidem consobrinum suum, vt tanquam idoneo fiat de tali beneficio collatio, petere autem seu procurare modis licitis beneficium digno, cum nullam indecentiam notabilē contineat, non est, quod talis renuntiatio vt vitiosa, aut simoniaca damnetur, vt colligitur ex D. Tho. in 4. d. 25. q. 3. art. 3. & 2. 2. q. 100. art. 5. quibus locis ostendit appetere beneficium siue curatum, siue non, si is, cui appetitur, est dignus, non esse ex genere suo aliquod peccatum. Vide Armillam, & alios verbo, renunciatio, & Nau. c. 25 num 116. & S. Anto. 3. par. tit. 1. c. 1. §. 11. gl. c. ordinationes, 1. q. 1. Pan. & communis, in c. 1. dilecto, de præbend.

Id autem vidēdum est diligenter a cōfessore, vtrum falsa illa expressio valoris redditũum beneficii subreptitiam fecerit impetrationem, & irritam proinde ipsam collationem. Nam etsi expressio valoris non sit de iure communi necessaria in impetratione, iuxta glo. in clemen. 1. de præbend. si tamen exprimitur, oportet, vt cū veritate fiat, ita vt si maioris sit valoris, inualidet impetrationem: eo quia in gratijs Apostolicis causa habet vim conditionis, etiam si ex simplicitate fuisset dictū. Nec ignorantia excusat, quia iam quod id voluit Pontifici significare, & exprimere, tenebatur diligenter se informare, vt ait Armilla verbo, beneficium. §. 87.

Adde etiam, quod semper in rescripto Apostolico ad beneficia intelligitur hęc particularis conditio, si preces veritati innitantur, c. ex parte, de rescript. Vnde & ex c. ex litteris, eo. titu. colligitur Iurisperiti rescriptum impetratum tacita veritate, aut suggesta falsitate, vel etiā quocunque alio tacito, vel expresso, quod si tacitum, vel expressum non fuisset Papa non ita de facili concessisset, esset subreptitium, & nullius roboris. Quo fit, cum

Barna-

Barnabas ad obtinendam facilius à sede Apostolica gratiam tacuerit ex proposito verum beneficij valorem quo ad redditus ipsos certos, litterę ipsæ sint subreptitię, tam quo ad collationem, quã quo ad pensionem; debetque proinde Confessor illi iniungere, vt rem de nouo à sede Apostolica impetret enarrata veritate, secus non posse gaudere pensione; nec consobrinum eiusdem rei conscium beneficio. Agendum est, an debeat exprimi valor antiquus, an nouus.

CASVS LXIII.

AVgustinus rem bona fide emit, quã sibi postea constitit esse alienam, & antequam a proprio domino peteretur, illam reddit venditori, quodam ficto rei defectu, vt suas reciperet pecunias: quibus habitis venditor ille ab hac ciuitate discessit, nec scitur quo abierit: nunc vero rei dominus rem petit ab Augustino.

Quæritur, An confessor debeat Augustino imponere, vt rei pretium restituat.

PArs negans est mihi probabilior, quod Augustinus nec peccauerit mortifere reddendo rẽ non domino, vt suam pecuniam rehaberet? nec tenetur prætium rei vero domino restituere.

Tum quia emptor plus tenetur sibi prouidere, quam domino rei. arg. l. si præses. C. de seru. & aq. & c. non licet. 23. q. 5. charitatis siquidem, ac iustitiæ ratio exigit, vt propriũ commodum præferatur alieno: & ideo Augustinus reddendo rẽ venditori, vt recuperet pretium datum, non intendit principaliter nisi sibi prouidere: per accidens aũt furis culpa, & non sua contingit damnum domino. Iam autem actus non est iudicandus vitiosus ex eo, quod contingit per accidens, sed ex illo, quod inest per se. l. siquis nec causam ff. de reb. cred.

Tum quia Augustinus nulla lege iustitiæ ad aliud obligatur, quam reponere rem penes eum, a quo accipit, vt iste fiat ad restituendũ potens, & illam vero domino reddat. Quare reddendo rem emptori videtur potius iuuare ipsũ, vt exeat a peccato, & maxime si ipsum postea inducat, vt rem vero domino restituat, sicut inducere tenetur cum videatur cooperari peccato eius.

Tum quia restitutio, quæ solum obligat ratione rei acceptæ, & non ratione acceptionis, non pręcipetur fieri cum magno restituentis detrimento, vt patet de inuento, & ex successione habito deposito. Neque enim quis tenetur ex huiusmodi incurrere damnũ in propriis. Quare Augustinus, qui bona fide rem emit nõ tenetur sine sua culpa pati in conscientia dispendium pretii, quod expendit, sed poterit, ut illud recuperet reddere rem venditori. Nam si Augustinus rem eandem inuenisset, & post longum tps sibi constaret dominum talis rei esse Lusitaniæ, non tenetur propriis expensis illam in Lusitaniam mittere, & restituere domino, vt est omnium sententia; ergo eadem ratione non est cur in conscientia astringi debeat, si eam bona fide emit, vt ipsam restituat domino cum iactura pretii, quando facile potest hoc ab emptore recuperare, eundemque admonere, vt domino restituat.

Tum quia iniquus esset emptionis contractus, si emptor bonæ fidei deberet semper stare periculo damni sine vlla culpa sua. Nam si non potest reddere rem venditori, vt rehabeat suum pretium, sed debere reddere domino, cum dominus non teneatur resarcire pretium; & venditor, vbi sibi constitit manifestatum esse suum furtum, arripuit fugam, iniqua erit innocentis temporis conditio: & ita contractus emptionis, qui iure naturæ consistit in equitate, inferioris & iniquæ sortis efficiet partẽ emptoris, vt qui semper in discrimine versatur perdendi rem, & pretium rei.

Tandem Augustinus reddendo rem venditori nihil aliud intendit, quam nõ

ditori tale vitium non manifestare, & ad restitutionem tenetur: ratio est in promptu, nam etsi lege iustitiæ nullus cogatur subuenire proximo, eiusq; occurrere dãno, nisi id vel publico ex munere sibi incumbat, vel proximus extrema necessitate opprimatur, extra quos duos casus solus charitatis præceptum violat, qui proximi damnis, ac periculis non occurrit: Nihilominus tamen occasionem periculi, aut damni ex proposito alteri præbere, est charitati, & iustitiæ aduersum, vt satis patet. Venditor autem eo ipso, quod rem vitio alio affectam venum exponit, nec vitium pretio resarcit: & id, in quo nociuũ est, emptori occultat, occasionem damni dat, & periculi: quę nescius emens incurrere posset. Damni quidem, si res propter vitium minoris sit notabiliter, pretii quã venditur; periculi vero si propter idem vitium vsus rei vel inanis sit, vel forte nociuus; vt si quis ad aliquam medicinam indigeret fortissimo vino, & venderetur ei adaquatum, vel militi ad bellum proficiscenti venderetur equus mancus pro sano, quo postea in acie vti non posset, vel aurũ alchimisticum venderetur pro naturali, & sic de cæteris, quæ in maximum emptoris præiudicium vergerent. D. Th. 2.2.q.77.ar.5. Maior. in 4.d.15. q.40. Gabriel. ibi q.10. ar.3. dub.1.

Sed tota doctorum dissensio in hoc est posita, an non manifestando vitium occultum, quod tamen emptori non est periculosum, dummodo extenuetur pretiũ iuxta proportionem vitii, ita vt non pluris res vendatur, quam cum vitio valet, sitq; vsui emptori pro pretii ratione, & si tali vitio cognitio nequaquam illam emptor emeret, peccatum restitutioni obnoxium committatur.

Et quidem Panor. in c. iniustum, de rerum permu. & Cor. q.54. Angelus verbo emptio. §.8. Syluest. eo §.20. & iuniores fere omnes, quos sequitur Naua. in Man. c.23. nu.89. arbitrantur, quod vitium occultum licet emptori non sit notabiliter damnosum, sed pretio extenuetur, si tamẽ venditor coniicit emptorem non empturum, si illud sciat, peccare mortaliter, & ad restitutionẽ teneri, si illud taceat nec manifestare velit.

Ratio est, quia dum aliter nõ esset empturus inuite contrahit, ac perinde iniuriam patitur. Nulla enim maior fraus, quam cogere aliquem ad emendum id ꝙ nullo modo vellet emere. Nec videtur transtulisse dominium suarum pecuniarum in venditorem, qui emit deceptus, & innuitus, argum. l. in rebus, §. item qui sciens. ff. com. & l. Iulianus. ff. de ac. emp. Quare tenetur venditor speciatim declarare defectum, quem ipse scit, & emptor ignorat. Nec sat erit de pretio detrahere, quanti ob illum minoris valeat, si emptor nequaquã emeret defectu cognito: secus autem si emeret, licet minus libenter.

Nobis tamen contraria sententia videtur verior, venditorem scilicet non teneri ad culpam mortalem, seu restitutionẽ, tacendo, & non manifestando vitium occultum, quod emptori non est damni, vel periculi occasio: quamuis coniiciat emptorem non empturum, si notum sibi esset tale vitium, dummodo pretium commensuretur rei vitiosę.

Tum quia quando probabiliter scitur aliquam rem sic defectuosam, forsitan emet, sed nequaquam tanto pretio, quanto valet, non est illicitum, defectum occultare: quia non tenetur venditor præstare occasionem diminuendi notabiliter de pretio iniusto suarum mercium: & nihilominus emptor inuitus omnino illud prætium dat, vt qui nequaquam daret, si rei defectum nosceret: ergo a pari, sicut licet ad vendendam rem pretio iusto occultare vitium volenti emere, sed nolenti dare tale pretium; ita licebit occultare vitium volenti dare tale pretium: sed nolenti emere; Si.n. inuoluntarium in pretio non reddit talem contractum illicitum; cui inuoluntarium in emendo illicitum illud reddet, si nulla emptori fit iniustitia ex parte pretii, nec damnum, aut periculum ex parte rei.

Tum quia nemo, dum vtitur iure suo, dat alteri causam damni: sed venditor tacendo

præcipiunt, intelligantur solum illis casibus, in quibus vel pluris iusto res venditur, vel non est ad suos vsus accõmodata, & sic omnino emptori inutilis. Etsi enim, qui equum submancum venderet nobili iuueni cursitare solito, & qui ad celerem in brauiis efficiendum cursum illũ emeret, iniuste agere, quantuncũq; de pretio detraheret; ita qui eũdẽ equũ, tacito tali defectu, venderet viro senio confecto, cui equus leniter gradiẽs inseruit magis, quã insultans, & celeriter currẽs, nullã illi irrogaret iniuriã, sicut qui sericũ exterũ, & Ferrariẽse pro Bononiẽsi (quod eodẽ fere modo est) cuilibet vsui vẽderet ad ratam pretii, non esset de culpa, aut iniustitia damnandus. Nec fundamentũ, quo aduersaria opinio fulciebatur, quid quã habet roboris. Nõ enim ex eo, quod emptor ob ignorantiam defectus inuoluntarie emat aliqua à vẽditore, afficitur iniuria. Nam ille, qui suo vtitur iure, non est alicui iniurius, nec dicitur causã dam ni dare, qui tacet, vt suę vtilitati prospiciat. 23. q. 4. c. qui peccat, Cõcludendum igitur est, Lodouicũ non peccasse lethaliter, nec debere à suo Confessore ad aliquam restitutionem astringi; si tres dictę cõcurrerunt circunstantiæ, vt videlicet periculum, & damnũ euitaretur, & emptori esset merx secundum rationem pretii vtilis, sicut in casu videtur insinuari, resarcitum fuisse damnum extenuatione pretii, pannum nõ extitisse inutilem emptori, nec vitæ suæ aut incolumitati nociuũ, nec emptum, ut alteri reuẽderetur. Admonendus tamen esset a Confessore, ne in futurum talibus occultationibus vteretur, vt quę admodum periculosæ sunt, & digna Reipublicę animaduersione cohibendæ, ac plectendæ.

CASVS LXV.

Bernardus in carceribus positus, & per inferioris iudicis sententiam ad triremes damnatus, ad superiorem nihilo minus appellat, vt vel gratiam aliquam consequatur, vel saltem exequutionem dictæ pœnæ aliquantulum differat, sciens iure sibi esse illatam. Nunc vero solitus in Natiuitatis Domini festo confiteri, de iusta sententia se appellaße exponit.

Quæritur, An sic appellando peccauerit mortaliter, & possit absolui, si primę sententię, quam primum obedierit.

Videbitur prima facie alicui Bernardum appellando non peccare. Tũ quia naturalis ratio dictat, vt ad se, suaq; defendenda possit quis iuris tutela, beneficio. iam autem appellatio est quædam iuris tutela, vt patet ex Causa. 2. q. 6. per totum. Tum quia idem est causarum ordo, qui & iudicium, & sicut in causis naturalibus inferior est influxui superioris subiecta, ita inferior iudex a superiore pẽdet: & ideo ab illo ad hunc recurrere, & appellare nulla est inobedientia. Tum ẽt, quia communiter doctores tenent damnatũ iuste ad mortem posse a carceribus; eosdem etiam rumpendo, effugere; ergo multo magis licebit ad superiorem iudicem appellare. Nam sic tua nullus tenetur facere illud, vnde mors sequitur, q̃ contingeret, si maneret in carcere, à quo fugam arripere posset, ita nullus tenetur accelerare sibi pęnam, si illam differre potest per fugã appellationis ad superiorẽ.

Tum quia vsu est receptissimum apud quoscunq. reos exequutionem sententię propagare per appellationem, nec tamen de hac re fit sibi scrupulus.

Oppositum tamen est asserendum, Bernardum scilicet de iusta sententia appellando peccare mortaliter, nec posse absolui, nisi ab appellatione destiterit, & primæ sententię obtemperauerit.

Tum quia nemini iuste ac iuridice cõdemnato licitum est se a legitimo iudice defendere: nam qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, vt habetur ad Rom. 12. appellare autem est resistere.

Tũ quia fit appellans iustitiæ, ac Reipublicæ detrimentum infert: eo quod sępissime illis prolationibus iudices, & ministri vel lassantur, vel corrumpuntur, & restant scelera impunita.

L Tum

Tum quia re ipsa imponit iudici falsũ in damnum suæ auctoritatis & scientiæ, quasi iniustam sententiam tulerit; appellatio siquidem est procuratio iniquæ sententiæ querelam continens. ff. de mino. præfecti, & colligitur ex cap. licet. 2. q. 6.

Tum quia nullus potest a prælio iusto se defendere, nisi excusetur ignorantia: iam autem iudex prælium contra Rei delictum sententiæ ense aggreditur. Quare nullo appellationis telo potest Reus iustè damnatus se protegere.

Tum quia obedientiam violat, quam iudici debet, iuxta illud Pauli ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, iam autẽ appellatio est quædam recusatio iudicis, & ab eius obedientia exemptio.

Accedit, quod appellationes conceduntur ad tollendum grauamen, extra de appell. c. vt debitus: sed qui iuste est cõdemnatus, nullum patitur grauamen, igitur si non seruat sententiam iudicis, offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui frustratorie appellat ab ipso. C. quando prouo. non est necess. l. vlt. in fine, & gloss. distinctio. 30. c. Si quis præpostera. § sententiam. vide D. Thom. 2. 2. q. 69 artic. 3. Richard. in 4. d. 15 Syluest. Verbo, accusatio, q. 14. Tab. eo. §. 9. Sotum de iust. & iur. lib. 5. q. 6. artic. 3. Et confirmatur arg. c. quicũque. 2. q. 6. vbi dicitur, quod quicumque non confidentia iustæ causæ, sed causa differendę morę, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, vel si de facto suo cõfessus, ne abiiciatur, appellare voluerit, huiusmodi appellationes nõ recipiãtur, & c. omnino. ea. causa, & qua appellationes huiusmodi puniri iubentur. Et Concil. Trident. sess. 23. de reformatione cap. primo reprehenduntur illi Rei criminum, qui ad euitandas pœnas, & Episcoporum subterfugienda iudicia, querelas, & grauamina simulant, & appellationis diffugio iudicis processum impediunt, & remedio ad innocentiæ præsidium instituto ad iniquitatis defensionẽ abutuntur.

Rationibus autem initio adductis facillimum est respõdere: nam priores duæ procedunt, quando de æquitate sententiæ dubitatur. Tunc enim, quia inferior iudex fines iuris transgreditur, & ab ordine superioris exorbitat, licitum est subdito ad superiorem recurrere, vt se suaq; teneatur, nec in tali iusta appellatione est inobediens, cum nemo teneatur parere inferiori, nisi quatenus consistit, nec deuiat a superioris iudicis ordine: secus autem est quando liquido constat sententiam esse iustam, & Reum damnari recto iuris ordine. Tunc enim si per appellationem velis sententiam prorogare vel effugere, iniuriam iudici infers ipsum calumniose de iniustitia accusando, & aduersarii etiam iustitiam quantum potes perturbas: & ideo genere suo est mortale peccatum in tali casu appellare.

Tertium verò argumentum ideo contra hanc veritatem non militat, quia dispar ratio est in fugiente è carceribus, & in appellante; illi enim, etsi iuste damnato, licitum est fugere: quia nulli per talẽ fugam, qua suæ vitæ prouidet, iniuriam irrogat, ut late docet Caiet. 2. 2. q. 69. art 3. & 4. At vero appellans a iusta sententia, se ipsum calumniose defendit in iudicis vituperium, & aduersarii damnum, & Reipublicæ nocumentum, non modo quia delicta impunita esse, quantum in se est, efficit; verum quia impedimento est iudici, ne in aliis videndis causis occupetur. Nec talis vsus appellandi tolerandus est a Confessoribus; cum sit abusus apertissimus nociuus iudici, aduersario, & Reipublicæ: & ideo delictum mortale, vt obligandus sit ad restituenda omnia dãna, & interesse, quæ ex sua iniusta appellatione prouenerunt. Nau. in Man. c. 25. tit. de peccati Rei accusati, & capiti. §. 38.

CASVS LXVI.

Martha ob B. Virginis deuotionẽ, cui dies Sabbati est dedicatus, emisit votum non vendi tali die: postea vero auaritia cupiditate allecta; promissis non stetit, immo a Confessore instanter postu-

Lat

dat, ut tale votum in quid aliud sibi commutet.

Quæritur, An in fractione dicti voti culpa sit lethalis, possitque a Confessore permutari.

PRo huius quæsiti decisione aduertendum est secundum mentem Theologorum in 4.d.38.& D. Tho.2.2.q.88.art. 1. & 2. Votum non esse aliud, quam promissionem saltem interiorem deliberate Deo factam de aliquo bono maiori a superiori non reuocatam. Vnde sicut neque desiderium nec propositum quantumcunque deliberatum faciendi aliquid, nisi simul adsit animus seipsum obligandi, non obligat, neque appellari potest votum, ita quamuis nihil verbo, aut scripto exprimatur, si sola mente sit promissio ea saltem consideratione, & deliberatione, quæ ad peccandū mortaliter, vel ad merēdum sufficeret, etiam si ex iracundia, quæ tamen iudicium, & rationem vouentis non absorbeat, uere, & proprie erit uotum, dummodo tacite, vel expresse, mediate, vel immediate fiat Deo. Promissio .n. quæ homini fit, etsi in conscientia obliget, non tamen sub ratione uoti. Et licet promissio de rebus necessario euenturis, vt est ipsū senescere, mori, vel de his, quæ sunt æternę saluti contraria, vt peccata mortalia, aut ęternam salutem impedientia, vt venialia, vel diuinis consilijs aduersa, vt non mutuare, non fide iubere, non facere eleemosynam, de his inquam non possit esse uotum, vt quæ non modo non bona, sed mala sunt, & Deo odiosa: de rebus tamen, quæ sunt de consilio, seu supererogationis, immo & de præceptis, quæ ad fidem ęternæ salutis sunt omnino necessaria, potest fieri votum, cum non obstet id, quod est debitum secundum vnā virtutem, nempe secundū castitatem, vt non fornicari, fieri ēt debitū secundū aliā virtutem, scilicet religionis per voluntatē vouentis idipsum Deo, vt declarat D. Th.2.2.q.88.ar.2. Tota tamen pręsentis casus difficultas consistit, an de rebus indifferentibus possit esse votum, & dubitationis ratio hinc insurgit. Tum quia multa sunt differentia, de quibus emitti votum potest: est verbi gratia indifferens non ingredi talem domum, vel non conuersari cum tali homine, & tamen de his fiunt nonnunquam salutaria vota, vt homo se a peccandi occasionibus liberet.

Tum quia ea, quæ sunt indifferentia, statim ac vouentur, ad religionis materiā pertinent, & ideo ratione voti de impertinentibus ad pertinētia cōmigrant. Tum quia votū, ac iuramētū de eisdem sunt & tn̄ si quis iuret rem indifferentē, quam postea non efficiat, est periurus ratione mēdacij, vt si a latronib. occupatus iuret eisdem donare decem scuta, quæ postea liber factus nolit donare, non excusatur a periurio, quia etsi talis donatio sit res ex natura sua indifferens, nihilominus tamē vt subest iuramento, adeo veritatis rationem induit, vt si id non præstes, mendacium iurauerit. Accedit, quod in casu proposito Martha vouit non nere ob Virginis deuotionem, iam aūt opus sumit bonitatem a fine; & ideo licet nere vel non nere sit opus per se sumptum indifferens, relatum tamen in Virginis deuotionē, qui est finis optimus, redditur eiusdem ordinis, ac bonitatis. Nos hanc difficultatem ita dirigamus, vt de rebus indifferētibus, quatenus indifferentia sunt, nisi per aliquam circunstantiā superadditam transferantur ad ordinem bonorum, seu expedientiū ad bonum, nullum votū esse obligatorium asseramus. Et ideo Marthę promissionem de non nendo in sabbato ob deuotionem Virginis nec esse votum, nec ipsam obligare, & non modo a Confessore, sed ab eademmet annullari posse tenemus. Pro cuius veritatis elucidatione adnotandum est, indifferentia dupliciter assumi posse ad materiam voti, vno modo sub sua indifferentia, idest quatenus ex se nec bona, nec mala moraliter sunt, immo virtuose, & perperam fieri possunt vt comedere, bibere, dormire, sedere, loqui, prædia emere, filiam dotare, domum ingredi, laborare, & cętera huiusmodi, quæ ratione sui subiecti possunt rectæ rationi

esse consona, & dissona. Alio modo, vt translata de indifferentium ordine ad ordinem bonorum per appositionem alicuius rectæ circumstantię, vt ire Bononiam ad visitandum corpus Sancti Dominici, non ingredi talem domũ, vt euitetur Dei offensa, non laborare tali die ad celebrandum festum Sancti Nicolai, & cætera talia, quæ licet simpliciter, & per se sumpta non includant ex obiecto bonitatem, aut malitiam, ratione tamen annexa circumstantiæ, bona, vel mala sunt. De indifferentibus primo modo, si votum emittatur nullius est roboris nec valoris Quia cum votum ad gratiã, & honorem Dei fieri debeat, nõ solum de re illi inuisa emitti non decet, sed nec ẽt de illa re, quę vel illi nihil est accepta, vel ad laudẽ, & honorem suum nihil cõducit. Res aũt indifferentes quousq; in sua indifferentia persistũt, nõ sunt alicuius momenti, nec quicquam cũ diuino honore habent. Adde quod promittere Deo hæc indifferentia, est stultũ: prouenit siquidem ex stulta de Deo imagine, quasi Deo placeant ea opera, quæ nõ sunt moraliter bona, quæque vana & frustratoria sunt, vt pote in nullum finẽ rectæ rationi consonum ordinata, immo votum de nõ pectendo caput in sabbato, vel non comedendo capita in reuerẽtiam decollationis Baptistæ & cętera huiusmodi, ẽt si pro honore sanctorum fiant, habẽt magis similitudinem superstitionis quã deuotionis, vt ex Alberto notat Sylu. verbo votum, 1 q 4 i fine dicti tertii, vt quia offerantur Deo hæc vana & inutilia, tanquã illi grata & delectabilia, & ideo qui sciẽs talia vota displicere Deo, vellet nihilominus illa emittere, peccatũ blasphemiæ committeret, vt pote quod sciens, & prudens attribuit Deo, quod Deo non cõuenit, vanis. s. & inutilibus tã suo honori, quam nostræ saluti ipsum delectari, vt ait Caiet. in summa, verbo votum, c. de voti materia. De indifferentibus vero circumstantionatis & translatis ad ordinem bonorum, hoc est, quę non vt indifferentia sumuntur, sed vt relata ad finẽ bonum, & ad animæ vtilitatẽ, si votum emittatur, validum est, & Deo gratum; exempli gratia, ire Bononiam est opus de se indifferẽs, & si quis voueat absolute ire Bononiam, nullo voti vinculo astringitur, sed si addàtur adire Bononiã ob visitandum corpus D. Dominici vel sancti Petronij, tunc iam ire Bononiam nõ est opus indifferẽs, sed est actus virtutis Religionis, & propterea votũ valet. Et similiter ingredi domum talis viri est actus indifferens, & inepta materia voti; sed si meum ire ad illã domum est mihi peccãdi ansa, propter frequentẽ abusum ludi, vel occursum alicuius mulieris, aut ob aliquid aliud offensiuũ Dei, tunc nõ ingredi domum illam, relatum ad securitate animæ meæ est de genere bonorum ad salutem æternam cõducentiũ, iux. illud, Si manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Quo fit vt si quispiam ad effugiendã peccandi occasionem, & ob animæ suæ salutem voueat nõ ire illuc, votum valeat, ita tamen, vt cessante illa superaddita circumstantia, quæ transferebat illud opus indifferẽs ad ordinem boni, cesset protinus obligatio voti. Vt enim non ire ad illã domum erat materia voti, quia relata erat ad euitãdum scandalum, & occasionem peccati, sic fundamento dictę circunstantię, & relationis cessante, puta muliere, aut ludo, cessat ibi bonitas, & mutatur opus illud de expediente, & vtili indifferens, & vanum, quæ non est materia voti, ac per cõsequẽs absq; aliqua dispẽsatione potest ire ad domum illã in tali casu, vt docte explicat Caiet 22. q. 88. art. 2. Cum igitur nõ nere, seu non filare in sabbato sit opus indifferens, quia nec bonum, nec malũ morale importat: propterea Martha vouens nõ nere in sabbato, nihil vouit; immo promisit Deo id, quod displicet Deo, quia nequaquam illi placet stulta promissio, qualis est indifferentium. Et quamuis id fecerit ad honorem beatæ Virginis, & adiunxerit ad non nere in sabbato reuerentiam gloriosæ Matris, adhuc votum non obligat, quia adhuc nõ filare retinet suam indifferentiam, nec per talem circunstantiam reducitur ad

bonum

bonum moris, cùm negatio filationis, seu nô uendi ob reuerentiam beatæ Virginis nullum bonum morale importet, eo quod nullam affirmationem habet annexam, quæ sit materia reuerentiæ beatæ Virginis: ordinare siquidem talem negationem in reuerentia beatæ Virginis, est nihil vtile ordinare, sicut etiam inutile esset honori, & reuerentiæ eius filare, oppositorum namque eadē est ratiō: nihilque magis attinet ad reuerentiam Virginis vouere filare, quam vouere non filare, secus autem esset, si voueret non vere in die sabbati, vt aliquoties Virginis Rosarium recitaret, aut voueret non facere opera seruilia in die sabbati, vt expeditius cultui diuino illo die inseruiret, sicut in die festo. Tunc enim votum est validum, quia iam, non sunt opera indifferentia, sed moraliter bona, arg. cap. Paratus 23. q. 1. c. disciplina, & c. Et qui emendat. 43. distinct. Syluest. Verbo votum 1. 4. q. 4 Tabien. eo §. 5. S. Ant. 2. par. tit. 11. capitu. 2. §. 1. Angelus votum 1. num. 5. Sotus de iust. & iur. lib. 7. q. 1. articu. 3. Sed quamuis tale Marthæ votum sit irritum, quia tamen ipsa putabat esse ualidum, & nihilominus ex auaritia illa fregit, peccatum commisit lethale, eo, quia contra cōscientiam egit, & tanto affectus est auaritiæ intenta, vt quamuis tale votum obligasset, illud fregisset, operans enim contra conscientiam dictantem aliquid esse mortale, quamuis vere illud non sit mortale, peccat mortaliter per c. per tuas. de. 2. de Simon. & tradit Caiet. in lib. 17. Respon. q. 13. Ratio est, quia licet id nō fiat contra ullam legem iustam particularē, fit tamen contra illam legem ęternam generalem, qua Deus supremus legislator prohibet, ne quis agat id, quod credit nō esse agendum: immo neq; id, de quo dubitat, an liceat agere, iuxta c. iuuenis, de sponsa. & c. Dominus, de secund. nupt. & c. inquisitioni, de sentent. excommunic. & c. omni, 28. q. prima, additis his, quę tradunt Theologi in 2. sentent. distin. 39. & D. Thom. 1. 2. q. 19. art. 5. Quare Confessor debet Marthę declarare suum uotum esse vanum, & nullius obligationis, vt deinceps ex erronea conscientia nō peccet.

Adductis in oppositum non est difficile satisfacere. Ad primum concedimus de in differentibus vt relatis ad finem bonum, posse esse votum, non autem, de indifferentibus in sua indifferentia permanētibus. Ad secundū, negamus, indifferētia, eo solum quod vouentur, attinere ad materiam religionis: immo potius, vt indifferentia, tantum abest, ut sint materia voti, vt magis sint materia superstitionis: eo quia attribuimus Deo gaudere, & delectari his, quę nec ad honorem suū, nec ad salutem animæ nostræ quidquam faciunt. Ad tertium dicimus, iuramentum promissorium, de re indifferenti non magis obligare, quam votum, de eadem rei quoniam tale iuramentū nihil est aliud, quam promissionis, ac voti confirmatio. Et ideo si votum de indifferenti re factū non obligat, neq; etiam iuramentum de eadem re obligabit: exempli gratia: iurauit quispiam, se nunquam amplius cum Antonio loquuturum, vel nunquam amplius transire per talem vicum vbi forte ad lapidem offenderat, pedē, vel iurauit quid aliud simile, nihil ad salutem animę conferens, peccauit quidem, cum sic vane iurauit, sed tale iuramētum nequaquam astringit: immo absq; vlla dispensatione facere cōtra ipsum, quādo vanū fuisse creditur, vt re vera fuit, nullum est peccatū: quia materia vana non est iuramenti subiectum, ac proinde neq; obligationis capax. Nā veluti homini, si promitteres nō amplius ingredi in domū suā, vel non loqui cum illo, nihil tuā faceret promissionē, vt quæ parum sibi conduceret, ita nec Deus: Vnde Eccl. 5. vtraque ꝓmissio dicitur Deo displicere, scilicet infidelis, & stulta. Neq; propterea, quod tale iuramētum non adimpletur, dicetur quis iurasse falsum: quia iuramenti malitia, ac falsitas supponit iuramenti valorem, iam aūt de re vana & indifferenti, vt sic, nō est validum iuramentū, Vbi vero dubiū esset, an res iurata esset aliquo modo vtilis & fructuosa, vel nō, cōsulēdus esset sic iurās,

vt dispēsationem iuramenti procuraret, cum in his securior pars sit semper eligēda. Neque simile iudicium faciendi est de iuramento extorto, quando cadit super materiam. quæ est alicuius momenti. Si enim iurasti latroni dare decem scuta, teneris iuramentū adimplere: eo quia exoluere promissam pecuniam res est vtilis & cōmoda, atque ideo, vt sic ex natura sua est iuramenti materia: ac propterea, si ue sit tale iuramentum à te ipso voluntarie factum, siue à latronibus extortum, propter reuerentiam diuini nominis est adimplendum, vt ait Sotus de iust. & iur. li. 7. q. 1. art. 3. Caie. 2. 2. q. 89. ar. 3. S. Ant. 2. par. tit. 10. c. 16. Angelus verbo iuramētum. 5. § 5.

Ad vltimum respondetur, quod illa circumstantia ob Virginis Dei paræ deuotionem, seu reuerentiam, non facit, vt nō filare sit opus bonum: quia illa negatio filationis, etiā vt sic, nullum morale bonum includit, nec aliquid quod in honorem Virginis redundet, vt iam supra est satis explicatum.

Vtrum dos, seu legatum relictum alicui si nupserit, vel filios habuerit debeatur illi in conscientia, si Religionem ingreditur.

PArtem affirmātem, vt verissimam, amplexati sumus in responsione ea, quę data est 44. casui quam in facto occurrente Bononiam cōsuluisse testatur quidam Bangotis per textum expressum in §. sed & hoc præsenti, in Auth. de sanct. Episc. col. 9. vbi has omnes conditiones si nupserit, si liberos susceperit, & alias similes, cum personæ quibus legatum vel hæreditas, sub illis relicta est, monasteria ingrediuntur, inualidas esse, & pro non adiectis habendas, decernitur.

Nec dicendum est textum istum intelligi debere, quando sumus in dubio: secus quando constat de expressa voluntate testatoris contrarium disponentis, vt est in casu nostro. Nam hæc euasio repugnat.

Primo quia in textu illo statuitur, q si aliquid sub illa conditione, si nupserit, aut si liberos susceperit, relinquatur causa dotis, conditionem huiusmodi reddi inualidam, haberique pro non adiecta, si monasterium ingrediatur. Sensit autem ibi expresse testator, de matrimonio carnali, sine quo non potest dici dos. l. 3. ff. de iure dotium cap. & si necesse, de donat. inter virum & vxorem.

Secundo quia ea conditio, si non nupserit, expressa a testatore, reiicitur a iure, fauore nuptiarum l. sed si hoc. §. vltim. l. Quoties, l. Cum ita legatum, cum l. seq. ff. de cond. & demonstr. Religionis autē fauor est fauori nuptiarum pręferendus, l. Titio, §. vlt. cum ibi notatis per Bart ff. de cond. & demonstr. Voluntas vero testatoris cum restringatur per legem, est ac si nihil senserit in illo casu. l. quæ sub conditione, l. conditione. 1. & 2. ff. de conditio. Institutionum. Quare procedit ille textus contra voluntatem etiam expressam testatoris.

Confirmatur ex l. Titiæ. ff. de condit. & demonstr. cuius hęc verba referuntur in Pandectis Florentinis (vt testatur doctissimus ille Anto. Augustinus libr. 1. emend. cap. 2.) Titiæ si non nupserit ducenta, si nupserit centum legauit. Nupsit mulier, ducenta, non etiam centum residua petet: ergo quod ibi fauore nuptiarum contra expressam defuncti voluntatem deciditur, ad fauorem Religionis extendi tanto magis debet, quanto spirituale matrimonium, quod per professionem solemnizatur, antefertur carnali, quod per mutuum partium consensum in facie Ecclesiæ præstitum contrahitur, vt tradit. Euer. in suis Top.

Ad propositum igitur in illo casu dubium, respondendum est, Confessorem debere Michaeli imponere, vt omnia, quæ pater reliquit filiæ si nuberet, & filios haberet, elargiatur illi ingredienti Monasterium.

Tum quia omnis substitutio, seu conditio, quæ probet impedimentum maioris boni, seu retrahit a vita contemplatiua eligenda, reprobatur, & pro non scri-

pta habetur. Nam substitutus timens, ne bona sua cogatur restituere alteri hæredi, induceretur ad matrimonium contrahendum, & remoueretur a proposito religionis, & castitatis: & ideo Imperator voluit tale grauamen haberi pro non adiecto, vt patet in text. in dicto §. sed & hoc præsenti, vbi dicit tales ordinationes esse inualidas, habendasque, ac si nunquam essent adiectę.

Tum quia, l. Titiæ, si nupserit, de condit. & demonstr. statuitur, quod si testator relinquat Titię ducentos, si non nupserit, & si nupserit relinquat centum, si Titia elegerit nuptias, debeat habere ducentos. Quia licet conditionem non adimpleuerit, illa habetur pro non adiecta: quia retrahit a matrimonio carnali contrahendo, quod antefertur vitę solutæ. Ergo quod ibi fauore nuptiarum contra expressam testatoris voluntatem dicitur, est multo fortius fauore religionis, & spiritualis matrimonii decidendum, vt quę relicta sunt filiæ, si nuberet, & filios haberet, donanda sint omnia illi Religionem ingressæ.

Tum quia illud, quod relinquitur causa dotis, de necessitate intelligitur pro matrimonio carnali, sine quo non potest dici dos, vt l. 3. ff. de iure dotis, & cap. Et si necesse. de don. inter vir. & vxorem. Nā pro introitu monasterii non datur dos, de sim. c. Non satis. & cap. Veniens. Et tamen illa conditio, seu causa remittitur, instituto, seu legatario intrante monasterium: ita vt tota dos sit illi danda, licet nō possit dici conditionem esse ciuiliter adimpletam, vt in dicto §. Sed hæc. Ergo in casu etiam nostro, quamuis conditio non sit actu adimpleta, vt dicta filia nupserit, & filium habuerit nihilominus tamen ratione prædicta, debent illa omnia bona apud monasterium permanere.

Tum quia si aliquid relinquitur mulieri cum onere restituendi, si non nupserit, non tenebitur id restituere, si nupserit. l. Quoties, ff. de condit. & demonstr. l. Cum ita legatum cum l. seq. (quod tamē limita pro vt notatur in Auth. Cur. C. de indiu.) Ergo multo magis non valebit illud grauamen, de quo in casu præsenti, vt scilicet filia perdat scutorum tria millia, & hęreditatem, si non nubat, cum id sit impedimentum Religionis, & vitæ contemplatiuę, quæ multo pręstantior est, quam actiua.

Denique in dubio, religioni fauendū est, l. sunt personę. ff. de relig. & sumpt. fun. c. si de sent. & re iudi. Ergo in præsenti casu eam sententiam sequi debemus, quæ Religioni magis fauet. Adiudicare autem omnia illa, quæ pro nuptiis relinquuntur filiæ quando monasterium ingreditur, redit in fauorem Religionis, vt patet. Quare confessor Michaeli consulat, vt non modo tria millia scutorum monasterio consignet, verum etiam vsumfructū illius hæreditatis Emphyteoticæ: nō quidem in perpetuum, sed ad vitam illius Monialis. Vnde Marian. in 2 par Consi. 10. in 6. q. versic. Verum, dicit, legatum alimenti annui relictum cuidam Catherinæ pro ipsa, & vna famula deberi Monasterio, durante vita ipsius, quo ad partem suam, licet non quo ad famulam, quia per Religionem perdit facultatem habendi eam Nau. in comm. c. Non dicatis 12. q. num. 70.

Nec obstant, quę in cōtrarium sunt illis a iurisperitis adducta. Nā priora duo procedunt in casu, quo voluntas testatoris expresse legi non repugnaret. In casu autem nostro dispositio testatoris repugnat dicto §. sed & hoc præsenti. Nec seruanda est voluntas hominis particularis contra voluntatem legis iustæ. Arg. c. Qui peccat 23. q. 4. Et ideo nulla fit testatori iniuria; & bonum commune legis præferendum est prœiudicio personę singularis arg. leg. iuste possidet. ff. de acqu. vel amit. poss. leg. 3. ff. de eo, quod metus causa.

Ad tertium argumentum, negatur consequentia propter expressam legis repugnantiam, quæ grauamen huiusmodi volenti ingredi religionem, vt ingressus ad illam maneat semper liber, prorsus irritat, & tollit. Ad quartum argumentum

fatemus illas conditiones ideo irritari: quia impedimento sunt, vt quis religioni se consecret, vt vitam contẽplatiuã amplectetur. Nã licet ob hac tẽporalia non debeat vir prudens, & fortis ab ingressu religionis retrocedere: quia tamẽ huiusmodi metus caderem poterat in mulierem fragilem, eamq; quodammodo retardare tam sublimi statu suscipiendo, decreuerunt leges, pro fauenda religione, huic timori qualicunque obuiare, & ideo tales conditiones irritauerunt.

Nec obstat illa cõsequentia de pia causa substituta in defectum conditionis: quia ibi Imperator in fauorem religionis considerans, timori etiam superstitioso, & leui obuiare voluit illũq; prętulit expressa testatoris voluntate.

Nec sat est, quod reliquerit pater competentem dotem filiæ pro ingressu religionis: quia cum solemnis voti vinculum sit multo præstantius carnali matrimonio, non est æquum, vt illa, quæ Deo per professionẽ nupsit, deterioris fiat conditionis, quo ad dotem, quam si homini nuberet, lege principum ita statuente.

Et si quæ extat contraria consuetudo, dicendus est abusus, vt tradit Ias. l. de quibus, ff. de legib. num. 89. Et hæc est sententia communis doctorum.

FINIS.

Librum istum iscriptum Responsiones ad eos casus, &c. Reuerendi P. Mag. Ludouici, Lusitani, nihil contrarium S. Matri Ecclesiæ, aut quid aduersus bonos mores, vel contra Principem aliquem fateor, ac me illum vidisse, ac legisse, & pro fides veritatem meipsum subscripsi.

F. Cirillus de Bonon. Theologus.

Librum hunc inscriptum Responsiones ad eos Casus summa diligentia visum examinatum fateor, nihil in eo esse, quod non sit catholicum, vtile, & absq; vlla hæresis suspitione, vel alicuius erroris, & plana R. P. M. Ludouici Pallestrelli Lusita. authoris eius sanam catholicam, & eximiam eruditionem redolentẽ dignumq;, quod in manus omnium communemque vtilitatem veniat, ac typis excusum euulgetur, & in publicum prodeat. In quorum omnium fidem me subscripsi, Die iij. 1585. Bonon in ędibus D. Franc.

F. Lucius Angusciola Plac. Thol. Consult. ac pub. Metaph.

Præsens liber inscriptus Responsiones ad eos conscientiæ Casus, &c. Cum fuerit a me perlectus non solum a quacumq; suspitione hæresis distans: sed immo maximè Christianæ fidei, & sacris dogmatibus consonans repertus est: & ea eruditione, doctrina refertus quibus excell. ac admodum R. M. Ludouicus illius author. (Præceptor mihi summopere colendus) inter omnes, nostrę tempestatis Theologos fulget Qua propter studiosis omnibus maximopere proficuum fore amplius arbitror, si Typis impressus publicæ commoditati committatur.

Franciscus Odofr. Canon. Bonon. Theologus. ac Iur. Vtr. Doct.

Istæ Responsiones Casuum anni 1581. & 82 nihil habent contra S. fidẽ, aut morum probitatem: quinimmò valdè doctę, & elaboratę sunt, vt fidem facio hac subscriptione meæ.

Gul. Septeus Theologus & Canon. Salensis.

IN-

INSTRVTTIONE PER LI CONFESSORI CON ALCVNE REGOLE GENERALI.

Circa i contratti di vendita,

COL PATTO DI FRANCARE, ACCIO MEGLIO sappiano auuertire i Penitenti di alcune cose principali, e necessarie da sapersi in tai Contratti.



Erche in questa Città, e diocese è molto frequente, & antico l'vso di vendere, e locare, con patto di retrouendita, ouero di francare: & essendo che in simili contratti col'successo del tempo sono scorsi uarij abusi, e modi palliati; che spesse volte rendono i contratti ingiusti, e feneratitij, con gran pregiudicio delle anime: ha giudicato Monsig. Illustriss. Card. Paleotti Arciuescouo di Bologna per il debito dell'vfficio suo pastorale, e desiderio, che ha della salute del suo popolo, di significare a tutti i Confessori, & a tre persone, à chi spetta, alcuni auertimenti generali; alli quali si douerebbe hauere riguardo, per conoscere se tai contratti, che sono diuersi da i Censi della Bolla di Papa Pio V. felice memoria in foro conscientiæ siano leciti, e sicuri, non si toccando per hora il foro esteriore; & essendosi il tutto maturamente consultato con molti Theologhi, e Canonisti, & altri huomini di dottrina, bontà & isperienza.

QVELLO CHE SI DEVE osseruare in ciascun contratto.

VNo Christiano, che teme Dio, e desidera la salute sua, deue in ogni attione sua, & particularmēte nel fare qualche contratto, auuertire, non solamente il fine, che lo muoue a fare quello, che sia bono: ma anchora i mezi, che si adoperano, siano parimente boni, e legittimi. [Nam ad hoc vt quis bene operetur non solum requiritur bonus finis: sed etiam requiruntur debita, & conuenientia media, & circunstantiæ. S. Tho. 1.2.q.7.ar.1.2.& q.57. art.5.glo.2.in c.1.de collu.de reg.] perche può spesso auuenire, che la intentione d'alcuno nel fare vna cosa sia bona: ma i mezi, e la strada, che si tiene, sia cattiua, Et allo incontro saranno alhora i mezi buoni, ma la intentione cattiua. Et perche per fare vna attione intieramente buona, come si conuiene, è necessario, che il fine, & i mezi con tutte le circonstanze corrispondano in bontà: perche altrimenti ciascuna, che discordi, rende l'attione vitiosa, & illecita. [Actio si quidem non est bona, nisi omnes vndiq; bonitates concurrant: quia quilibet singularis defectus producit malum. S. Tho. 1.2.q.18.ar.3.& 4.in fi.] Però si parlerà prima del fine, & intentione, che è la principale; poi de gli altri mezi.

Del Compratore, che fine deue hauere.

DVnque circa i cõtratti, vendita, e locatione, di che parliamo al presẽte, douerà il prudente Confessore, quãto alla persona di quello, che ha comprato, e locato, primamẽte inuestigare bene, qual sia stata la intentione sua. Et se è stata bona: cioè di comprare realmente, e giustamente: passare dipoi a i mezi. Se è stata cattiua, vedere in che ha peccato, perche può essere, che habbia hauuto intentione di guadagnare piu del giusto, & può essere che habbia hauuto intentione di fare vsura. Onde altrimenti hauerà da procedere nel dare la penitenza in questo, & altrimenti nell'altro, come appresso diremo.

Chiara cosa è, come si è detto, che nessuno atto humano può esser buono, se non si fa a buon fine. [Nullus actus censetur bonus nisi bono fine constet. Sanct. Anto 4. part. titul. 2. capit. 4. in princ. ibi prima ergo. S. Ber. super cant. serm 10.] però ne ancho questo atto di compra co'l patto di ritrouendere può essere buono, se non ha il buon fine, che è la buona intentione: la quale si domanda buona quã do è drizzata solamente al retto è ragioneuole. Et allhora è cattiua, quando si ha mira di guadagnare oltra a quello, che è licito: il che suole accadere in due modi principalmente. L'vno è quando il cõpratore habbia hauuto disegno di auantaggiarsi nel comprare per poco prezzo quello che communemente suole valere piu, con lesione notabile del venditore, nel qual caso il contratto si rende ingiusto, & il compratore in conscienza sarà tenuto ricompensare il danno. L'altro è se il compratore harà hauuto animo di fare vsura: & allhora oltre allo auuertirlo, che egli non può perseuerare in tal contratto come vsurario, e nullo; si doueranno fare restituire gli affitti, o compensare nella vera sorte quegli, & ogni altra cosa, che hauesse conseguito oltre alla sorte, come sono frutti, animali, seruitù, o qualunque altro vso, che principalmẽte habbia hauuta origine dalla natura della cosa comprata. [Lucrum ex natura rei fænori traditę principaliter prouenięns, est restituenis. S. Tho. 2. 2. q. 78. Syl. verb. vsura. 6. nu. 2. Aegid. quodlib. 6. q. 22. Nauar. qui communem dicit in Man. confes. c. 17. n. 278. Tab. in vers. vsura. 6. in fi. prin. Bero. in c. Cum tu, nu. 45. & 49. de vsur.]

Ma perche spesso i penitenti non sanno explicare bene qual sia stata la loro intentione, se non in confuso, co'l dire, che hanno hauuto animo, che i loro denari non gli stessero otiosi: ma gli frutassero qualche cosa. Però oltra varie interrogationi, che potrà fare intorno a ciò il prudente confessore, per esplorare bene l'intimo di questa sua intentione, douerà ad vna cosa percipuamente hauere riguardo, cioè se il compratore hà hauuto fermo proposito di comprar detti beni, & acquistare il vero dominio, o pure solamente di prestare il denaro, & pigliare gli affitti conuenuti: perche nel primo caso la intentione saria stata buona: ma nel secondo il contratto saria stato vsurario, & consequentemente saria tenuto il compratore alla restitutione de gli affitti, & altre cose, come di sopra [Quia in foro cõscientiæ animus potissimum inspicitur c. consuluit, de vsur. Vbi autem non ad fuit animus emendi, contractus iudicatur vsurarius S. Ant 2. par. tit. 1. c. 8. §. 8. Syl. de vsur. 2 q. 15. Nauar. in Man. ca. 17. num. 247. & seq. Angel. l. 2. C. de pact. intemp. & vend. post num. 1. Maria. Sen. rub. de vsur. q. 17. §. 89.

E vero che se non consta chiaramente, che l'animo del cõpratore sia stato di prestare il denaro: ma solamente di ritraherne guadagno, mediante tal contratto, il quale per alcune clausule, o patti sia fenetatitio: allhora la buona fede, che hauerà hauuta, lo potrà escusare dalla restitutione, ma non però di quel tanto, in quo erit factus ditior; & questo fino al tempo che li dura la buona fede, [Ignorãtia, seu bona fides ex consuetudine producta excusat a peccato Barto. in l si quis sit fugitiuus.

tiuus §. apud Labeonē. ff. de ædil. edic. gl. recep. 1. q. 1. §. notandum Ioan. Mon. in c. ignorantia, de reg. iur. in 6. Card. in clē. 1. §. fi. oppo. 3. de vsur. Ioā. And. communiter recep. in c. de postul. præl. in 6. Vnde bonę fidei possessor, si fructus non extant, sed sunt consumpti, tenetur solum restituere in quantum factus est locupletior, l. sed & si, §. 1. & l. item veniunt. §. 1. ff. de petit. hæred. Syl. ver. fructus num. 2. Tab. eod. q. 2. Caiet. 2. 2. q. 62. art 6. Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. artic. 2. Nauar. in Man. cap. 17. nu. 8. [La qual fede tāto più saria ragioneuole, quando fosse causata, o da consuetudine, o da età minore, o da rusticità, o sesso feminile, o da altra simile causa, perche secondo la commune opinione de i Dottori. [Minor, mulier, & rusticus, & similes excusantur ab vsuris per ignorantiam commissis Bald. in l. cum allega. col. 4. in princ. per illam gloss. C. de vsur. citatūr per Cæpol. de simul. cōtract. 6. casu principali sub nu. 107. Cagnol. in in l. 2. sub nu. 53. vers. Et hæc conclusio, &c. C de pact. int. empt & vendit.] Onde per chiarirsi meglio di questa intētione, quando sia dubia, douerà il Confessore auertire, che sorte di notitia ha hauuta il penitente per se, o per altri, delle case, terre, & altri beni innanzi che le comprasse: perche se bene il compratore non deue essere astretto ad vsare tanta diligenza, per sapere le predette cose, quanto vsare suole vno diligente padre di famiglia, q̄do vuole comprar liberamēte senza questo patto: si ricerca però anco in questo caso vi adoperi diligenza di consideratione, per sapere le loro qualità, valore, e rēdita. Altrimenti se hauerà comprato alla cieca senza prudente notitia, o informatione alcuna considerabile, si potrà dubitare non essere stata la intentione vera di comprare: ma più tosto di fare prestanza, e pigliare come si è detto gli affitti cōuenuti. Nullus enim pręsumitur iactare suum cap. super hoc de renun. & in l. cū indebito. ff. de probat. Et cum deceptio esse possit in specie substantię, quantitate, & qualitate rei venditæ: ideo cōiicimus neminem velle emere id, cuius nullam prorsus notitiam habet D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2.] Onde essendo in questo caso il contratto palliato, & feneratitio, sarà tenuto alla restitutione de gli affitti, e del resto, come di sopra: saluo però sempre, come si è detto, se la buona fede di quello che ha comprato, non facesse risoluere altro quanto appartiene al restituire detti affitti, & il resto. Et però douerà allhora il pio Cōfessore consigliare il penitēte non solo a douersi affatto astenere dal pigliare piu affitti: ma a restituire anco i pigliati per lo passato (saluo quanto alla detta restitutione se non fosse escusato come di sopra) & a cercare, con tutti i modi honesti di rescindere il contratto, & a nō viuere in modo alcuno con pericolo.

Dopò questo quando nella intentione del compratore non si conosca scrupulo: ma che sia stata schietta, e pura di cōprare, & il venditore gli habbia detto di volere vendere & esso compratore nō sia stato chiaro del contratto; ma habbia pensato che'l venditore volesse vendere con vna volontà almeno sforzata, ouero conditionale a similitudine della volontà del nocchiero, che per saluare la naue vuole gittare le mercātie nel mare. [Nam coactio conditionata, seu violentum mixtū, cum habeat magis de voluntario, quam inuoluntario, non irritat venditionis cōtractum. D. Th. 1. 2 q. 6. ar. 6. & 2. sent. distin. vigesima quarta, quæst. tertia, artic. 4. Iusperin in c. Abbas eodem tit. & c cū locū. de spons. & decimaquinta quęst. 1. cap merito.] ancora che esso compratore non habbia creduto fermamente, che'l venditore volesse vendere: allhora si ha da venire a i mezi, che si sono tenuti; cioè a i patti, e modo di contrahere, che si è osseruato, actio bona non solum dicitur ex obiecto, & fine: sed ex circunstantiis, & mediis. D. Thom. 1. 2. quæst. 18. & quæst. vigesima, art primo, & secundo, & in secunda distin. 40. quæst. 1. artic. 4. Maior. ibidem q. 7. Caiet. super Matth. cap. 4.

Quali

Quali mezi, o sorte de patti può vsare il compratore.

DVnque in questi mezi, e patti primamente si ha d'hauertire, se il prezzo della cosa venduta sia giusto, come communemente si suole vendere: computato però quello, che ragioneuolmẽte può importare il patto di ritrouendere, che si ha in luogo, e parte del prezzo: è però diminuisce in qualche parte il vero valore dal la casa, che si vẽde. Altrimenti, se tale contratto di vendita sarà stato con lesione notabile del venditore; il contratto saria ingiusto, & il compratore saria tenuto in conscienza alla ricompensa del danno. [Quando res emitur minus iusto pretio scienter, tenetur emptor in foro conscientię ad compensationem damni venditori. si sit notabile damnum. S. Tho. 2. 2. q. 77. artic. 1. Caiet. in sum. tit. de empt. Sot. de iust. & iur lib. 6. q. 3. ar. 1. in fi. ver. Nullum ergo dubiũ, &c. Nauar. distin. Man. cap. 23. nu. 86. & sequen.] Di modo che p sicurezza dell'anima è cosa conueniente che'l prezzo sia giusto, diffalcato però sẽpre quel tãto, che può importare il patto, & obligo di retrouendere. [In compensatione damni, seu pretij, habenda est ratio pacti de retrouendendo, quod est pars, ita vt diminuat de pretio secundum arbitriũ boni viri. Tiraquel. de retract. conuent. in præfatione nu. 20. Couar. lib. 3. var. resol. capit. 10. nu. 1.] il che hora non si può limitare precisamente, per le varie circonstanze, che possono cadere nel contratto. Ma doue nasca dubitatione, per le diuerse qualità de i contratti, e bene, che vna anima timorata si attẽga almeno alla parte piu lontana dal pericolo, e piu sicura p la conscienza. [Tutior pars pro anima eligenda est. cap. iuuenis cum glo. de sponsal.] E per maggiore sicurezza douerà indurre il penitẽte a pigliare conseglio da sauij, e timorati Christiani Dipoi quando il contratto sia stabilito, e fermo con buona intentione, e giusto prezo; nel tassare gli affitti della locatione si ha d'hauere principale riguardo alla vera, e giusta renditą, e frutti della cosa locata, hauendo consideratione, quãdo vno anno per l'altro rendono dette terre, ò case; [In cõstituenda pẽsione in contractu locationis habendus est respectus ad fructus, & redditus perceptibiles rei conductæ, Armil. in ver. vsura. §. 14. Syl. in ver. vsura. 2. quæst 15.] Douendosi poi fare la remissione al cõdutore ne' casi di guerra, o tempesta, o casi fortuiti; come ordinano le leggi ciuili, e canoniche. Altrimẽti passando lo affitto il giusto reddito, saria tenuto alla restitutione, o alla cõpensatione di quanto hauesse conseguito più del giusto.

Oltre di ciò douerà ancora il patto di poter francare, essere per lo medesimo prezzo, che si è vẽduto, e non maggiore, [Non debet fieri pactũ vt pro maiori prætio retrouendatur c. illo vos. de pign. vbi Imol. Tiraquel. in tract. conuent. in præfatione nu. 31. Angel. ver. vsura 1. nu. 66. Nauar. in dist. Man. cap. 17. nu. 247.] Eccetto però se in questo caso non concorresse altra circunstanza, che mitigasse la durezza di tal patto: il che considererà il prudente Confessore. Lo istesso farà anco il Cõfessore in caso che le parti hauessero conuenuto, che le grauezze, o pericolo della cosa venduta spettassero al venditore: o quando hauessero fatto altro patto contra la natura di questo contratto, che grauasse vno de' contrahenti: perche anco in ciascuno di questi casi bisogna, che vi siano equiualenti circonstanze per cõto del prezzo, ò di altra cosa, che mitighino la grauezza de simili patti: altrimenti il contratto saria ingiusto nel foro dell'anima; se bene quanto al foro contentioso si presumerebbe più tosto feneratitio. [Pactum, vt res redimatur pro maiori precio, quàm empta sit. Item pactum, vt commodum, & incommodum rei emptæ præter constitutum afficium pertineat ad vẽditorem, vel alias contra naturam cõtractus, in foro poli reddunt contractum iniustum: in foro autem fori faciunt præsumi vsurariũ. Syl. ver. vsura 2. q. 15. ver. sm emere, &c. Tab. ver. vsura. 16. in pri. §. 1. cum seq. qui probant vtrunque.

Del

Del venditore, che modo deue tenere.

Circa la persona poi di quello, che vêde con patto di ricomprare conducendo in tanto la cosa venduta ad affitto; hãno d'auuertire i Confessori, che quãdo il contratto fosse vsurario nel modo, che di sopra si è detto, può anch'egli in varii casi hauere peccato. Come se con parole persuasiue alla vsura hauerà indotto il compratore, che non haueua volontà, ne intentione di commettere tal peccato a prestar li denari ad vsura: hauendo poi quella coperta, & palliata sotto spetie di contratto di vendita, & compra co'l patto di francare. [Inducere non paratum ad fœnerandum mortale peccatum est. S. Anton. 2. par. tit. 2. c. 2. §. Caiet. in ver. ad vsurã accipere Syl. vers. vsura. 7. § 1. Tab. ver. vsura 8. § 1. 2. & 3. Nau. in Man. c. 17. nu. 262. Armil. ver. vsura nu. 38. Bero. in c. super eo, vbi Abb. de vsur. Alex. de Neuo cons. 101. num. 20.] Eccetto però se il venditore si trouasse in necessità estrema, e domandasse i denari semplicemente in presto, & quegli volontieri pigliarebbe, e desiderarebbe hauere senza la vsura: perche in tal caso non li potendo hauere gratis, se hauerà persuaso, & indotto il compratore a prestar li denari ad vsura, & hauerà conuenuto di pagare quella. (però cõtro sua voglia) potrà esser iscusato [Cõstitutus enim in extrema necessitate non peccat inducẽdo ad mutuandum sibi sub vsuris eũ, qui sine illis mutuare non vult. Innoc. recep. in d. c. super eo. quam citat Nauar. in d Man. c. 17. nu 263. Syl. vers. vsura 7. §. 1. Tab. vers. vsura 8. §. & 3.]

Similmente quando hauerà proceduto co'l compratore con termine di domãdare in presto, offerendo insieme la vsura; [Petens pecuniam mutuo sub vsuris peccat S. Ant. 2. par. tit. 1. c. 2 §. 11. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 4. quos citat. & sequitur Naua. in d. Man. c. 17. nu 202. Tab. ver. vsura 8. §. 5.] ò in altro modo harà cõsentito in quella, e tra di loro hauranno poi conuenuto di coprirla co'l contratto di vendita, & compra, come di sopra: perche questo sarà peccato; se bene il cõpratore da se stesso fosse stato pronto con la volõtà per dare ad vsura. Cõsentiens aliquo modo in vsuris peccat. Paul. Apost. c. 1. ad Rom. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 4. & in su. ver. ad vsuram accipere. Tab. Ver. vsura 8. §. 5. Iurisperiti 11. q. 3. c. qui consentit Il qual peccato tanto si renderà maggiore, quanto che il fine, per lo quale il venditore si vorrà seruire de tai denari, sarà cattiuo, e vitioso; come per ispenderli in meretrici, o altre simili sceleratezze. E però vero che ne i sudetti due casi possono cõcorrere alcune circonstanze considerate da i Dottori, che aggrauarebbono, o alleggerirebbono il caso nel foro della conscienza, di che parliamo. [Nonnullas circũstãtias recuset. Imol. in c. debitores extra de iur. iur. Di piu anco hauerà peccato il vẽditore, quando scientemente con lesione notabile del compratore, lo hà dannificato, ò nel prezzo della cosa venduta, o nella quantità de gli affitti nel contratto della locatione. [Vendens rem deliberatã pluris notabiliter, quã valeat, peccat, & tenetur ad restitutionem. Nauar. in d. Man. c 17. n. 75 & c. 23. n 82. cum seq. Caiet. in su. ver. venditio. vers. sed si vendit. pluris, Cagnol. in l. 2. de rescind. vendit, n. 16. cũ seq. Conductor etiam minorem notabiliter soluens pensionem rei conductæ, quam soluere debeat, peccat, & tenetur ad restitutionem, Syl. ver. vsura. 2. § 16. Tab. ver. locatio. §. 14. S. Ant. 2. par. tit. 2. c. 1 §. 18. Syl. ver. locatio §. 13.] Il che se bene non cade sotto il peccato della vsura, è però peccato di ingiustitia; che obliga alla restitutione. Eccetto se il compratore gli hauesse rimessa questa lesione: quando sia persona, che habbia potuto fare tale remissione. [Excusatur, qui alium lęsit quando ei remissa est, & condonata ipsa lęsio sponte ab eo, qui damnum passus est, & habet facultatem condonandi. Nau. in d. Man. c 17. n. 75. & c. 23. n. 37. S. Ant. 2. p. c. 1. in prin.] Può nõdimeno in questo caso anco talhora esser iscusato il venditore per alcune circonstanze, che considerano i sacri Dottori.

Delli Sensali, consultori, & altri mezani, che interuengono in simili contratti.

TAnto abhorrisce la legge christiana i peccati, & la violatione della charita, & giustitia, che obliga a colpa non solo a principali delinquẽti: ma ancora tutte le persone che prestano in ciò l'opera o participatione sua in qualũque modo. Anzi spesse volte queste come instrumẽti maligni, senza i quali gli interessati nõ fariano incorsi nella fossa de gli errori; restano piu aggrauate al tribunale del cielo, che i principali istessi. Perciò tutti questi tali, siano sensali, mandatarij, consultori, mediatori, incitatori, o che in altro modo si ingeriranno ne i contratti, che di sopra sono giudicati illiciti, sappiano di restare anch'essi rei di simili colpe, [Proxenetæ, & mediatores, vt pecunia tænori detur, peccant mortaliter; S. Ant. 2. part. tit. 1. cap. 9 §. 17. fol 45. & tenentur cum vsuraro ad restitutionem, vt ibid. S. Ant. Caiet. 2. 2 q. 62. art 7. Sylue. vsura 7. §. 3. Nauar. in Manu. cap. 17. num. 267. & facit legis cuius ope. in princ. ff. de adul. Ideo diligenter moneantur a confessoribus.]

Et perche oltre a questi casi si fanno ancora varie altre fraudi, e simulationi, che tutte hora non si possono prescriuere. Però si ricorda a ciascuno, che quando habbia a celebrare simili contratti, cõ inserirgli altre clausule, o conditioni, che non sono comprese ne i presenti auuertimenti, debbia prima consultare bene cõ persone di conscienza, per non lasciare illaqueata l'anima sua. Che Dio benedetto per sua misericordia ne guardi ciascuno, &c.

Datum Bononiæ in Archiepiscopali Palatio die 15. Martij 1587. ristampata, &c.

Lud. Nuntius Secr.

Summario della Bolla di N. S. Papa Pio Quinto sopra i Censi, publicata del M. D. LXIX.

CHE i Censi si mettano sopra beni stabili, & beni confinanti, a denari contanti, & presente il Notaro, & testimonij, & non altrimente.

Che il prezzo sia giusto, intiero, & che attualmente si sborsi, quando fa il contratto.

Che non si faccino paghe anticipate, ne patti intorno ad esse.

Che non ci intrauenga obligo di nissuna sorte circa casi fortuiti, se non quanto comporta la natura del contratto.

Che non si possa impedire con patti, o restringere la libertà di alienare la cosa sottoposta al censo, sempre che si vuole, o in vita o in morte, senza pagarsi cosa alcuna, ne in nome di Laudemio, ne altra recognitione per la alienatione di essa.

Che il padrone del censo, quando si vuol vendere, sia preferito a tutti, & se li debba intimare per quanto si vuol uendere, & aspettare vn mese.

Che non può obligare il debitore del censo, mancando di pagare il debito censo, ne à rifare danni, ò spese, o interesse alcuno, ne à perdere il tutto, ò parte della cosa censuale, ò pagare altra pena, ne meno far nuoui censi, ò accrescere i vecchi per li censi non pagati, ò che si hauesse a pagare.

Che ne anco si può obligare il debitor del censo à pagar grauezze, se non quelle, che si deuono di ragione, e per natura del contratto.

Che i censi manchino, & si diminuisca no per quella ratta, che le cose censuali manchassero, ò diuenissero infruttuose.

Che si possano estingere i censi nel modo, che si contiene nella Bolla per lo medesimo prezzo che già fur fatti, non ostante patti contrarii, ne corso di tempo, & sopra cento anni, ne clausule di qualunque sorte.

Che

Che non si può sforzare il debitore del censo, ne per via di patto, ne in altro modo, etiam sotto pretesto di penna, a restituire il prezzo del censo: ma solo in questo modo, videlicet.

Che al debitore del censo si denuntii due mesi prima à chi si hà da pagare il prezzo di detto censo, se non pagandolo fra questo tempo, si può sforzare a pagarlo per vn'anno, & non effetuandosi la prima volta, ò perche il debitore non paghi fra li due messi, ò non venga sforzato a pagare infra l'anno, si può nondimeno estinguere gli altri anni, sempre repetendo le medesime denuntie, & osseruando quanto è detto di sopra, fin che segua l'effetto.

Che i cõtratti de' censi fatti sotto altra forma, dopò la publicatione di detta Bolla, si intendano Vsurari, & quelli che fossero stati fatti prima, si debbano consultare con persone religiose perite, sottomettendoli al loro giudicio per iscarico delle sue conscientie.

Dichiarandosi anchora, che il prezzo vna volta constituito al censo, non si può ne accrescere ne sminuire per alcuna qualita, ò de i contrahenti, ò per qual si voglia altro accidente, etiam per rispetto degli vltimi contrahẽti. Et che il Fisco possa togliere tutto quel che si desse, ò lasciasse, ò rimettesse tacitamente, ò espressamente contro la forma, & continentia di detta Bolla: auertendo tutti, cosi contrahenti, come Notarij, a non li far fraude.

FINIS.

FRATRIS VINCENTII GIACARI LVGIENSIS ORD. PRAEDIC.

TRACTATVS DVO BREVES AC PERVTILES; ab ipso auctore olim editi: Sed nunc de nuo in lucem restituti.

1 *IN contractus liuellarios, vel vsus, seu affictus, Quid in conscientia, & quid sit iure tenendum.*

2 *De venditione rerum fructuosarum ad terminum, cum impositione pensionis, seu liuelli, vel affictus, de pretio non soluto scilicet tantum pro centenario, vsque ad completam solutionem.*

BREVISSIMA DECLARATIO cum de iure, tum de conscientia in contractus liuellarios, & de modo eorum casus.



Titius indigens pecunijs, petit sibi eas a Sempronio exhiberi secundum indigentiam suam. Sēpronius vero, cum nolit frustra & inutiliter proprias pecunias exponere, petit rerum fructuosarum hypothecā, vel venditionem veram, vel (quod magis est in vsu) obligationem: cum impositione, & exhibitione annuæ pensionis nomine liuelli, vel affictus: ad computum, seu rationem quinque aut sex pro centenario ad numerum pecuniarum expositarum. Titius autem nolens suis rebus priuari, cū tamen (vt præfertur) pecunijs indigeat, res suas, campo videlicet aut domos, &c. deducit in contractum cum Sempronio: communi consensu & pacto titulo venditionis, vt Sempronius indeterminate vel ad certum tempus: puta quatuor, ad decem annos, quādo Titius, pecunias sibi ab eo traditas, illi ad numerū reddiderit: res suas vel vēditas, vel obligatas, illi reuendat, seu restituat. Interim tñ Sēpronius annuos fructus percipiat, vel pēsionem, seu affictum, vel vsum impositū, sibi habeat, ad rationem liuelli. Quæritur quid in iure, & quid in conscientia ad mensuram iustitiæ sit secure tenendum.

§ Vt autem huic ambiguitati, & maximo animarum naufragio, possit planissimo sensu, & clariore doctrina fieri satis, primo est aduertendum, quod in duplici sensu, casus iste potest intelligi, & concipi (stante semper iustitia in re, & in contrahentibus) prout ostenditur.

§ Primo quidem super ipsis fructibus. Vt. s. fiat venditio & emptio vera tantorū fructuum, super quadam possessione, pro iusto pretio: Stante possessione, & eius dominio directo apud Venditorē, quemadmodum fuerat prius. Et de hoc agetur in fine.

§ Secundo vt venditio, seu emptio proprietatis & fundi fiat cum pacto de retro uendendo eidem venditori & affictandi, seu liuellandi ipsimet venditori primo, cū impositione liuelli, seu affictus, ad rationem quinque vel sex pro centenario ad numerum pecuniarum expositarum. Et hoc maxime frequentatur.

§ Et ideo ad hoc declarandum, primo scire oportet, q̄d proprie sit casus propositus:

stitus: quo scire possimus, qua via, quibusve modis tractare cum oporteat. Et dicitur primo: quod est casus cōpositus ex aliis quibusdam contractibus diuersis, ordinatis tamen ad transferendum dominiū, tum rerum stabilium, tū etiam fructuum: Et ideo per partes, quibus interrogatur, tractari debet. Habet autem & magis quidem naturam venditionis: habet & similitudinem contractus emphiteutici, propter diuturnitatem temporis, quo inducitur: habet naturā similiter locationis fructuum. Inducitur autem proprie, & integratur ex tribus contractibus. Primo quidē est cōtractus vēditionis rei.

Secundo contractus cum pacto de retrouendendo, seu francando, & cum ipsa tandem retrouenditione in tempore.

Tertio, impositio pensionis quinque, aut sex pro cen. secundum numerum pecuniarū expositarum in dicto contractu.

Est autem venditio, contractus bonę fidei, ad commutatiuam iustitiam pertinēs ordinatus ad transferendum dominium propriæ rei in alterum: certo & ęquiualēti pretio interposito. Ad perfectam autē venditionem inducendam, tria necessario requiruntur. Primo consensus contrahentium. Secundo res venalis certa. Tertio pretium iuxta veram æstimationē rei venalis. Primo ergo pretium requiritur certa æstimatione taxatum secundū iustitiam commutatiuam: quæ requirit ęqualitatē rei ad rem: pretij ad rē appretiatam; ita vt neutra pars lędatur contrahentium, neque in re venali, neq; in pretio eius. Quod enim ad commune bonū inducitur, nō debet cedere in grauamen alterius vt not. S. Tho. secunda secundæ q. 77. art. 1. Sco. 4. dist. 15. q. 2 ar. 2. l. 1. ff. de cont. emp. & vendi. Et iure naturæ inducitur. Quia etiam communia iuris, vtri. pręcepta hoc sanxerunt, quod est maxime honeste viuere, alterum nō lædere, ius suū vnicuiq. tribuere. l. 1. ff. de iust. et iur. inst. eod. §. iuris Quod & dominus firmat in Euang. Matth. 7. cum ait neminē debere alteri facere, quod sibi fieri nollet ab altero. Et alii exhiberi. Sit ergo pretiū rei iustum. l. necessario ff. de per. & com. rei ven. & l. interemptum. ff. de con. emp. & ven. & inst. e. §. pretium. (licet modica iniustitia in pretijs rerum, non vitiet cōtractum: in iis pręcipue, quę non habent pretium terminatum officio iudicis. vt no. S. Tho. & Sco.) Oppo. Quia naturaliter videtur licere contrahentibus, vt se inuicem decipiant vsque ad dimidiam iusti pretij, vt l. in causę. §. in pretio. ff. de mi. & l. 2. C. de rescin. uen. & c. ad nostrā. de emp. & ven. Respondit S. Thom. secunda secundæ, vt supra ad primum hoc permissum ab humanis legibus esse propter imperfectos ad tollendas occasiones litigiorum.

Lege tamen diuina, iuste & ęqualiter omnia mensuranda esse perspicuum est, prout passim in scripturis tam veterū, quam noui testamenti habetur. Sicut enim naturaliter nullus vellet, vel in quadrante decipi, ita non debet alteri similia facere. Et ideo nullus debet, neque potest sine peccato fratrem suum, hominem videlicet quemcunque lędere, seu damnificare. Aliqui tamen hoc secus forte existimandum esse inter scientes arbitrātur. Adducentes pro regula l. nemo præsumitur fraudare eos qui sciunt, et consentiūt. ff. de re. iur. Et volenti non fit iniuria, neque dolus eo. in vj. Idem in casu dubio. Cū nemo præsupponatur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. Et in præsente in facto suo, pariter ignorantia nō pręsumitur l. 2. ff. de iur. & fac. ignor. Sed vere hoc non habet euidentiam nec veritatem in omnibus, nam contrahentes in vsuris, & falsis contractibus, ex quo sciēter consentiunt, eo modo dicerentur iuste, & secure contrahere: quod tamen omni iure improbatur. Et iura allegata intelliguntur habere tantum veritatem, quando cum mutuo, & scienter inducto consensu, iustitia facti ęqualiter contractum iure proprio mēsurat, & expedit. Ita vt nemo lædatur. Iustum autem pretium rerum venalium, est secundum diuersitatem temporum, & locorum, secundum communem proborum sententiā. Alioquin

quin improborum effrenis cupiditas, nescit satietatẽ. l. 1. ff. ad treb. l. pretia. ff. ad l. falci. Ad principem autem pertinet rerũ pretia cum moderamine statuere habito semper respectu ad temporum conditiones, & locorum. l. 1. ff. de offi. præ. vrb. Et similiter ad Episcopum, ne auaritia prauorum in immensum tendens totum exhauriat. De emp. & vẽd. c. 1. l. 1. C. de epi. audi. Sufficit etiam ad veram venditionẽ, nedum si pretium certum afferatur, & exhibeatur in præsẽtia, sed vt fides habita de certo, & iusto pretio ad certum tempus exhibendo, vt insti. de rerum diui §. venditę. l. vt res emptoris. ff. de con. em. & vẽ.

§ Secundum requisitum est, res venalis, certa æstimatione taxata. leg. nec emptio. ff. de contra empt. & ven. Est similiter de necessitate, consensus contrahentiũ requisitus, vt scilicet emptor, intendat vere emere, & vendens similiter vendere. l. in venditione. ff. eo. supra. & l. 1. §. vlti. & l. inter patrem, & C. eod. l. 2. & 3. l. 1. ff. loca. & instit. eo. & c. patet etiam ex ratione nominis. Contrahere .n. simul idem trahere est. Et consentire, idem similiter sentire animo, & idem velle, & affectare significat.

§ Notandum est etiam, quod de natura venditionis est, & emptionis, vt res vendita, & eius verum dominium directum, & vtilia similiter etiam pericula rerum et grauamina, pertineant ad emptorem leg. necessario, ff. de per. & cõ. rei vend. & insti. de emp. & ven. §. cum autem. & l. fructus, C. de act. emp. & ven. Cum etiam ad emptorem stent grauamina functionis, etiam fructus pertineant, optimo iure inducitur. Regularem enim est, & naturæ consentaneũ, eundem rerum suarũ cõmoda, & incõmoda sentire ẽt si fortuito eueniant. vt lege, iure naturæ, & l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & extra eo. in vj. c. in re. instit. de empt. & ven. § sed & si.

§ Est etiam notandum, quod stantibus conditionibus veræ venditionis (vt supra) contractus, seu pactum de retrouendendo, vtroque iure permittitur, vt patet. l. 2. Cod. de pac. inter emp & ven. c. ad nostram, de emp. & vend. & in glo. & ibi cõmuniter doct. & Hostien. in sum. de vsu. &c. & S. Ant. arch. Flo. in secunda par. sũ. frequenter. Similiter etiam iure diuino. Leu 25. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessionem suam, & ipse ad redimendum potuerit pretium inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore, &c. Et pretiuum reliquum reddet emptori, et sic recipiat possessionem suam.

§ Occasione similiter dicendorũ, præmittẽdum est, qđ salua rerum fructuosarum substantia & dominio penes possessorem, locatio, (quæ est quædam fructuũ vẽditio, & venditioni maxime similis l. 2. ff. loc.) vtroq. iure probatur cum iusta est, vt patet in proprijs titulis, ratio autẽ huius est, quia fructus qui locatione traduntur, seu venduntur, nõ sunt ipsa rerũ substantia: & ideo seorsum a rebus alienari possunt, vt patet. Et declarat S. Tho. secũda secũdæ q. 77. art. 1. & de ma. q. 13. quarto. Et cum sit contractus bonę fidei. insti. de act §. actionum. bonã fidem maxime, & summam æquitatem desiderat. l. bona. C. de ac. & ob. & l. bonã ff. loca. & cũ (vt dictum est) locatio sit contractus maxime similis venditioni, & eius virib fulciatur, consensum, rem uenalem, & certũ pretium requirit, sicut de venditione tractatum est. Et est consensus mutuus contrahentium. Certi fructus venales, seu per locationem habendi. Et iustum pretium fructuum, seu iusta pensio, ratione possessionis locatę, habito respectu secundum perceptionem fructuum, seu prouẽtuũ ex re locata: siue sit prædium, seu domus. Et homini, quorum vsus non est ipsa rerum consumptio, veluti etiam locatio iumentorum. Et cum vnusquisq. iure non prohibitus, possit rem suam alienare, quouismodo maluerit, cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter l. in re mandata. C. man. ita similiter cui voluerit, & quouis ẽt modo, & quibus conditionibus elegerit: etiam adiectis grauaminib. seu libertatibus, vel gratiis, quantum ipse in re sua iure habuerit, potest cu[illegible] aliquo pa[illegible] (cessante [illegible]

lo,& iniustitia)taliter affecta, vel grauata: vendatur,prout contrahentes potuerint conuenire. Contrahentes.n. ex consensu & pacto, dant legem contractibus. l.in conuentionibus.ff.de ver.sign.recta semper intentione,& iustitia omnia mẽsurante,quo stante potero rebus meis venalibus apponere grauamina retrouendendi, vel aliquid soluendi, semper in perpetuum,vel aliquo tempore mihi ipsi venditori,vel alteri. Vel etiam potero affictum seu liuellum imponere, tantum & taliter soluendum, & tanto tempore, vel indefinito.s. quotiescunq; tibi emptori,expositas pecunias ex conuentione reddidero,iterũ mihi retrouendas: interi tamen mihi eam locari seu ad libellum, vel affictum dari volo: prout actum fuerit scienter,& libere, & iuste (vt dictum est veris, & legitimis pactis, quæ contracta fuerint,confirmando. Neque enim vendens, debet esse peioris conditionis vendendo cuipiam quam si ei non vendidisset. Sicut ergo ab eo, cui non vendit, potest ad affictum, seu ad locationem accipere,& ille posset ei locare,quare non poterit vendendo) si tamen iustitia vtrinq; seruetur,quo.s. ratione venditionis, siue acceptionis pecuniarum, vel dilationis in soluendo & huiusmodi, aliquid contra naturam contractus non inducatur, in quo alter contrahentium plus debito grauetur. Tunc.n. non ratione contractus, sed rõne iustitię redderetur contractus iniquus. Omnis enim obligatio relatiua,& quilibet contractus bonę fidei requirit extrema ęquipollentia, vel saltem quasi,vt habet Bel. in rubri. C. de vsu. S. Thom.2.2. quæst.77.art. 1. ad primum, & secundum Scot.4.d.15.q.2.art.2. licet (vt dictum est) modica iniustitia pretii, non reddat contractum vitiosum: cum pretia rerum non consistant in indiuisibili,sed pro temporum,atq; locorum varietate mutentur.l.pretia.ff.ad leg. falci. Et quod dicitur in venditionibus rerum, dicatur etiam in locationibus fructuum, considerata conditione fructuum,qui ex natura sua, casibus fortuitis subduntur, & cum similiter nimia siccitate,aut innũdationibus aquarum,et non vitio coloni, facile pereunt aliisque similibus causis: quibus casibus fieri debet ad ratam recõpensatio, seu remissio pensionis in vtroq; foro,& iure, vt c.propter sterilitatem: de loca.& l.si merces §.vis maior.ff.loca. Adiecta tamen compensatione annorũ fertilium cum sterilibus l. ex conducto§. si vis.ff.loca Et videatur haberi ex dicto.c. propter sterilitatem licet ibi mentio tantum habeatur de fertilitate sequentis anni:quod ibi tractatur a doctor.

§ Obstatur autem iis, quæ dicta sunt per regulam contrariorum. Nemo.n.debet petere id,cuius contrarium non peteret in casu contrario. l pen.C. de solu.

§ Ad hoc tamen dicitur,quod casus legis inductæ non facit ad propositũ nostri negocij, nam in casu sterilitatis compensatio congrue inducta est:cuius tamen cõtrarium,in casu contrario non inducitur, nec congruit,d.c. propter sterilitatẽ, Cæterum et illa. loquitur in casu repetitionis fundi,qui datus fuerat in solutũ, pro pecuniis dudum mutuatis, & ex debito. Fundus autem ille studio & diligẽtia accipientis,& fuerat melioratus:qua ratione ille, qui dederat, fundum huiusmodi repetebat, pecunias tantum mutuo acceptas redditurus. Cui respondet imperator iniuste eum, fundum,huiusmodi repetere melioratum, quem deterioratũ non repeteret. Ex qua etiam l.deducitur,contra illos,qui certam ducatorũ, vel alterius monetę,sũmã ex aliquo contractu dẽnt hẽre, qui si forte tpe contractus, aurei, seu monetæ huiusmodi in contractu promissę in processu temporis. aliquod incrementũ acceperint,aureos huiusmodi,seu monetas petunt, pro valore extante tẽpore cõtractus: illud incrementum,sibi cedat ad lucrum, cuius tamen contrarium in casu contrario petituri nõ essent. Si n.minorata esset ĩ pretio pecuniæ huiusmodi, illas eo modo,nõ peterent minoratas, & ideo iniuste petunt melioratas. Ergo solutio fiat communiter secundum cursum temporum,vt no. Bar.in l.paulus. ff de solu

Et Abb. in c. quando de iureiur. nisi aliter pacto iusta fuerit inductum. Sed hæc manifeste non faciunt ad propositum casus nostri, Vbi de locatione fructuum agitur, qui mille casibus perire possunt, etiã ex toto (vt patet.)

§ His præmissis conditionibus, atq; rite seruatis, absque vllo scrupulo, contractus qui tractandi occurrũt, possunt concipi & seruari, quamuis propter maxima animarum pericula, tutius esset a talibus abstinere, Radix enim malorum omniũ est cupiditas. siue (vt text. græc. habet) Phylargiria, idest amor pecuniarum. 1. Tim. 6. Sequitur enim, quam scilicet cupiditatem pecuniarum, quidam appetentes, errauerunt à fide, &c. Adeo in lucro efferens est humanus animus, & ideo facile est in huiusmodi lucratiuis contractibus, deuiare a recto. immo difficile est nõ errare. Vt tamen quãtum possibile fuerit veritas inducatur, per quam pericula cognita caueri possint, propter eos, q̃ nolũt prorsus ab huiusmodi, & similibus contractibus abstinere, casus distincti sunt taliter inducendi. Sicut enim rectum, sui & obliqui est iudex (vt habet Aristo. in primo de an. 1. 85.) Ita et veritas sui est & falsitatis ostensio. Et dux optima vitæ, omniumque factorum; vt habet diuinus Pla. 5. de leg. Et quid similiter semper sit in huiusmodi contractibus obseruandum.

§ Primo igitur & præcipuè quidem attendendum est, vt fiat vera, & non ficta venditio rei fructuosæ existentis, & pro modo & quantitate fructuum, iusta pensio statuatur. Contra hanc conditionem sunt omnes obligationes pignoratitię, etiam si nomine liuelli, vel affictus, se etiam venditionis titulo fiant, ex quibus fructus percepti, vtroque foro & iure cõputantur in sortem. Exo. 22. Leui. 26. c. ad nostram. de empt. & ven. capit. illo vos. cap. cum contra. de pign. l. secunda & leg. creditor. §. qui fundos. C. de pigno. acti. In contractibus enim simulatis huiusmodi; non fit vera translatio dominii, & per consequens non transfertur iu- percipiendi & faciendi fructus suos. Ius enim natura non patitur, siue iusto titulo, percipiam fructum ex re non mea: & cuius grauamina non sustineo l. secundũ naturam. ff. de reg. iu. extra. in 6. c. in re, & institu. de emp. & vendi. §. sed & si. Pignoratio. n. & huiusmodi simulati cõtractus, non sunt ordinati ad transferẽdum dominium; sed tantum vel ab faciendum cautum creditorem super credito: vel ad faciendam vtilitatem vtentibus ratione pecuniæ mutuatę: quod vsurarium est & impium, etiam si alio nomine inducatur. 14. q. 3. cap. putant. ca. plerique. primum autem est licitum quidem ratione cautionis habendę, non autem ratione vsufructus rei pignoratæ. l. cũ & fortis. §. de pig. act. & l. debitor. & leg. in re furtiua. ff. de cond. fur. Creditor enim vtens re pignori obligata, furti tenetur. Idẽ instit. de obl. quæ ex de l. §. furti autem. Vnde & d. l. in re furtiua. Sicut fur tenetur, etiam de damno in re furtiua facto: sic etiam vtẽs re pignorata, & damno afficiens, etiam de damno, nedum de sorte tenetur, & fructus perceptos computare in sortem, & in rationem releuandi debiti cõputare tenetur vtroque iure, vt dictis iuribus, & l. prima C. de dist. pigno. & d. c. ad nostram. de emp. & uend. c. cum contra, & cap. significante. de pigno. Nullo ergo modo ex re pignorata falsus & fictus emptor petest vtilitatem habere vltra sortem. Titulus enim non facit iustũ contractum. Cod. plus val. quod agitur, per totum. Et ideo quidquid hoc modo est acceptum, sicut furto subtractum, aut alio quouis modo instituto, restitui vel in sortem computari oportet: sicut & acquisitum per vsurariam prauitatem. Nõ obstat autem huic nostrę sententię, quod gener actu sustinens onera matrimonii, cum non possit promissam dotem habere, ex pignore fructus iuste accipit. ibi enim est casus singularis ex dec. c. Salubriter, de vsu. ad sustinenda onera matrimonij tantum, ratione interesse, quod actualiter grauatur gener iniuste, a debente dotẽ promissam exhibere, siue ĩ tpe statuito,

siue

siue incontinenti, quod & si iura ciuilia in quibusdam casibus permittere videantur vsuras, vt l. vsuras, Cod. de vsu. in eo qui re vendita vtitur, & non soluit in termino pretium, & in similibus casibus, in quibus iure canon. etiam vsuræ permitti videntur: menti semper est tenendum, quod ratione veri interesse tantum post moram debitoris, petuntur. capitulo conquestus, & gloss. ibi notabilis. Sicut & diffusius tractasse me recolo in quadam responsione, super venditione rerum fructuosarum ad terminum. Et ponitur in sequenti opusculo. Sed huiusmodi permissiones, non faciunt ad præsentem considerationem, nisi ex accidenti.

§ Veniunt ergo similiter contra hanc propositam considerationem rei fructuosæ vere in contractum deducendæ, Omnes contractus, in quibus vera venditio ex re veniali vera, non agitur, sed simulatur; etiam per scripturam instrumentorum. In contractibus enim rei veritas potius quam scriptura consideranda est, etiam de iure Cod. plus val. quod agitur per totum. Et ideo oportet vt res venalis sit certa quæ venditur, super qua possit ratio percipiendorum fructuum imponi.

Vnde cũ in contractu, rem quæ non est in rerum natura tanquam venalem & appretiatam, deducunt manifestam committunt vsuram ex solis pecuniis lucrum quærentes. Et ita similiter oportet quod res quæ vendenda est, non sit alteri hypothecata, nec directe in contractu venditionis distracta, seu etiam obligata pro fructibus alteri soluẽdis, seu ratione liuelli vel affictus innexa. Non potest enim esse vt res eadem plures habeat æquales possessores in toto & totaliter: & ex ea plures domini, æqualiter, non autem partialiter, omnes fructus accipiant. Si enim vsu fructus sit decem, cum vnus possessor decem illa acceperit, vnde alius habere poterit similiter decem? Supponitur enim quod tantum decem, res illa in prouentu proprio communiter proferat. Et cum ratio liuelli vel affictus, tantum haberi, & imponi possit in fructibus percipiendis ex re fructuosa, manifestum est, quod non plus pensionis possit imponi in prædio, quam possit rationabiliter afferre: ita conductor communiter in aliquo decenti lucro remaneat (vt ostenditur.) Sic tamen, vt qui hanc pensionem velit imponere, directum rei dominiũ, & possessionem habeat. Alioquin nullus habet usufructum rei non suæ.

Contra hoc etiam sunt omnes obligationes super totalia, & super vasa pretiosa, vel super omnia huiusmodi infructuosa: & etiam omnes obligationes pecuniariæ, supra scilicet ipsas pecunias: licet ponatur in contractu nomine liuelli, seu affictus, aut pensionis quinque, aut sex pro centenario &c. De rebus enim, non de nominibus est consideratio. Imponuntur enim nomina rebus non verbis l. secunda C. comm. de leg. Etenim super re fructuosa solum potest poni ratio pensionis fructuum: cum fructus ipsi a re fructuosa separentur. Nulla enim est rei vtilitas, nisi ex fructibus: quid enim erit prædiũ, nisi fructificet? & quid domus, nisi inhabitatur? & alia huiusmodi. Et ratio quia ex solis fructibus vtilitas & lucrum expectatur. Ex pecuniis vero quia seipsis sunt steriles & infructuosæ 88. distinct. capit. eiiciens, sed earum vsus est ipsa consumptio & distractio earum, ideo nullus vsus seorsum ab earum substantia, est ex illis expectandus: vt declarat S. Thom. in locis superius inductis. Et habetur decima quarta quæst. tertia fermè per totum, & extra de vsur. similiter & doctor. omnes; igitur contractus, in quibus solus pecuniarum vsus venit in cõsideratione, sunt vsurarii & abominabiles.

§ Quia uero a pluribus frequenter inducitur, quod ecclesia dat, ad rationem & computum quinque pro centenario, ideo hoc non esse uerum omnes aduertant: cum nec quadrantem liceat sperare nedum exigere, vt ait Dominus Euangel. Lucæ sexto. Mutuum date nihil inde sperantes; quod etiam habetur in Exod. capit. vigesimosecundo, Leuit. vigesimo-

moquinto. Vsurarum enim negocium iura naturæ peruertit. vt habetur Ari. primo pol. & Pla. in quinto, de leg. Concedit tamen ecclea res fructuosas in emphitheosim detracta vna parte propter incidentias casuum fortuitorum & huiusmodi, non autem dat pecunias. Si tamen res huiusmodi reddant sex, dãtur pro quī que ratione dicta: vt habetur in auct. de non alien. aut permu. re. ecclesi. §. dudū, & §. quia vero leonis. coll. ij & Cod. de sac. sanct. ecclesiis, in auct. perpetua, quæ eodem nomine ponitur in decre. decima, quæst. secunda. Et ideo nullo modo ampliandum ad contractus pecuniarios hoc esse, indubitati iuris est. Immo prohibentur sub interminatione anathematis talia fieri. extra de vsuris, frequentissime. Destruendi ergo sunt omnes contractus huiusmodi, quocunque nomine censeantur: & restituendum est, de necessitate salutis, vel deducendum in sortē, quod ea occasione acceptū est. Vnde huiusmodi contrahentes non sunt absoluendi, nisi restituant si possunt, vel de restituendo dent idoneam cautionem; et qui nunc nō possunt, vere promittant se facturos satis, si forte aliquo tempore facultatem sortis pinguioris acceperint. nulla enim super usuris fieri dispensatio potest, cum iure diuino sint interdictæ. Exo. vigesimosecū do Leuit. vigesimo qnınto, Luc. 6. cap super eo. & c. cum tu, de vsu.

Cum rursus (vt visum est) nedum de re v. niali certa, sed ab eo qui iure possit alienare, insuper & consensu contrahentiū, & pretio iusto; fieri venditio debeat, si aliter factum fuerit, vel non erit venditio vel iniusta. Et ideo omnes contractus, in quibus contrahentes non consentiunt in idem, cum scilicet venditor non intendit uendere, & vere alienare, etiam si nomen venditionis ponatur in instrumento, & emptor, non intendit vere emere, & rem sibi directe acquirere, sed tantum habere pensionem statutam nomine liuelli, vel affictus, pro usu pecuniarū, sunt vsurarij: vel saltem iniusti in quibusdam modis contrahendi, vt cum etsi intendãt uere emere, notabiliter tamen minus iusto pretio emunt, vt superius est inductum. Et non sufficit, si alter contrahentium (nisi forte propter bonam fidem stãte iustitia) habeat rectam intentionem. De ratione enim consensus in contractibus est, vt cōtrahentes idem facere, quod tractatur intendãt. Sicut verum matrimonium esse non potest vno tantum consentiente. Immo unicuique contractui consensus adest tãquam substantia, seu genus speciei, leg. prima, ff de pactis, vbi etiam dicitur, quod stipulatio, quæ verbis contrahitur, si non habeat consensum, nulla est. Vere tamen habens bonam fidem, & intendens facere, quod fieri debet secū dum iustitiam, esset in conscientia tutus, sicut etia alter coniugum bona fide remanens in matrimonio. Et ideo quod mala fide, & intentione, vel dolo malo, aut lata culpa, aliquid contrahentes, vel alter tantum præsumãt & inducant, non possunt in conscientia esse securi, etiam si titulus videatur habere iustitiam. Veritatē enim rerum Christus iudicat: cū præsertim ipsi videantur velle ignorare, quod quilibet in negocio suo scire tenetur: quãdo ignorantia non tollit, aut minuit peccatum, sed auget. S. Tho. prima secundę q. 19. 6. c. q. 74. 5. c. 76. 2. &c. & alibi frequenter. Nolunt enim quidam intelligere vt bene agant. Immo quęrunt excusationes in peccatis suis. Et sufficit illis, dūmodo apud homines possint peccatum suum quibusdam machinamentis vel abscondere, vel ostendere non esse peccatū, vel saltem non tantum: timentes magis censuras, & opiniones humanas, quam iudicium Dei, omnia patenter intuentis & iudicantis, quorum tamen damna iustissima, coram omnibus in finali iudicio & ostendetur & fiet.

Contra huiusmodi sunt omnes contractus, in quibus emptor non curat rem scire de qua contrahitur. neque etiam si sit in rerum natura, aut vbi sit, neque si tanti valeat, vel tantum fructificet, vel si tanti sit valoris, quo talis ac tanta pensio in illa, ratione fructuum possit iure

im-

imponi. Immo frequenter talis contractus celebretur de re quæ non est, aut si est, aliis est per similes contractus obligata. Et hec est coniectura certissima, quod ementes (vt aiunt) hoc modo, oculum tãtum habent ad vsu pecuniarum, & non ad acquisitionem rerum fructuosarum. Vsu enim viuentium habetur, quod qui volunt aliquid emere, quærunt & satagunt scire valorem & perfectionem rerũ, quas sibi volunt & cupiunt acquirere, & si non per se, saltem per probatos mediatores, vel agentes nomine suo. Et ideo non agitur venditio, sed mutuum, vel pignoratio. Vtrunque autem est iniustum, vsurarium, & impium, & diuino plectendum, atq. humano iudicio.

Huius generis etiam sunt censendi ferme omnes contractus, qui super emptione, seu verius pignoratitia obligatione domorum, ad computum similiter quinque aut sex pro centenario pecuniarum expositarum, imponuntur iure liuelli (vt aiũt.) manifestum enim est quod domus communiter non reddunt ad summam valoris pro computo ad rationem quinq. pro centenario immo nec forte quatuor, vel minus deductis præsertim expensis, quæ in refectionibus, & conseruationibus earum inducuntur. Simili etiam ratione inducitur quando fit obligatio, titulo ẽt venditionis super aliqua domo valente mille, pro parte domus per indiuisum: in exhibitione centum, aut ducentum, super quibus fit constitutio nomine liuelli, vel affictus ad rationem quinque &c. Non enim verisimile est, immo nec cogitabile, vt venditor velit partem domus, puta angulum, vel cameram, &c. alienare alteri, cum præcipue pars illa non intelligatur separabilis à tota domo, iudicio proborum & nulla etiam fit æstimatio totius domus nec partis: nec emptor possessionẽ corporalem assequitur, cum maxime possessio apprehendi non possit, vt etiam de campis pro indiuiso similiter obligatis, ratione incertitudinis rei uenalis: nisi portio ipsa circũscribatur per se, adeo quod fiat certa: & si non fiat, non transfertur dominium, vt leg. 3. §. incertum, & ibi doc. ff. de acquiren. poss. Et cum non possit sic haberi dominium rei, nec vsufructus habebitur: nec per consequens ratio pensionis nomine liuelli, vel affictus. Dictum enim frequentissime est, quod ratio imponendę pensionis in re fructuosa, est proprium rei dominium. Et ideo huiusmodi contractus fictis, & simulat conuincuntur esse: cum ratio exigẽdi sub nomine liuelli, sit tantum respectus pecuniæ expositę, & non emptæ rei fructuosæ dominium verum. Non est autem dubium quòd omnes contractus, in quibus habetur tantum respectus ad numerum pecuniarum, & non ad fructus rerum emptarũ, censentur vsurarij: vel saltem iure suspecti, si forte possint aliqua excusatione palliari: & ideo semper a timoratis cõscientiis debent euitari.

In dubio enim vbi agitur de salute animæ, semper prę sumitur in deterius: et tutior pars semper eligitur. cap. iuuenis. de spon. & gloss. in capit. vn. de seruit. Abb. capit. nauiganti. & capit. in ciuitate. de vsuris. & frequenter, quod & ratio ipsa suadet: cum non sit digna cõmutatio pro anima, &c. Dominus in euangelio Matth. 16. quòd autem habeatur tantum respectus ad numerum pecuniarum, ex multis haberi potest. Et quidem primo quia dicitur in contractu ad computum quinque aut sex pro centenario expositæ pecuniæ: & non ad valorem fructuũ: & quia similiter nõ quæritur æstimatio rei venalis: neque etiam si tantum reddat, seu plus vel minus: tum propter domos, quę communiter non reddunt tantum: maxime autem propter reparationes, & alias expensas, quę fieri consueuerunt: sunt etiã campi qui frequenter non tantum fructificant, vel forte etiam plus, & ideo non debuit similis pensio in omnibus similiter poni, tanquam omnia similiter reddant. Sunt, & aliæ innumeratæ præsumptiones, quòd contractus sint simulati, vt est maxime nulla apprehensio possessionis corporalis: nulla similiter solicitudo in re, si pereat, vel non pereat:

nulla velle experiri communia onera rerum, sed solum de exactione pensioni impositæ dicitur iure liuelli vel affictus. Vnde huiusmodi contractus videntur inuenti in fraudem legis, ne mulctentur pęna contra vsurarios inducta in concilio. capit quia in omnibus, & capit. cum tu. de vsur. Cum vere animus contrahentium sese aliter habeat: tum ex prēmissis dictis, tum etiam dicendis conuincitur, & not. Abb. capit. ad nostram. de emp. & vend. quod patet frequenter ex inæqualitate rei ad pretium. Item ignorantia rei deductæ in contractu, pactum de retrouendendo, seu francando: item (quod maxime est aduertendum) actus aliter potest venditionem incontinenti: cum ex pacto, res vendita in eisdem terminis, & grauaminibus, & sustinentia omniũ casuum, nulla acquisitio possessionis (vt dictum est) secundum formam legis: in quibus omnibus impeditur translatio dominii, & proprietatis in emptorem. leg. qui sic. ff. de sol. Vbi dicitur. Non alienantur numi, qui sic dantur, vt recipiantur. Ex quo videtur non videri traditum esse dominium, vel voluisset tradi: quod sic traditur, vt statim rehabeatur. Nemo enim in huiusmodi factis, statim prę-sumitur se velle corrigere. leg. non ad ea. & in glos. ver. præsens. ff. de condit. & demon. facit. l. pacta. ff. de con. em. & ven. & ff. de rei ven. leg. si quam. Et ideo simulati huiusmodi contractus apparent. & ex modo contrahendi, vere vsurarii in conscientia conuincuntur. Et ideo fugiendi sunt laquei mortis, & damnationis huius. Si qui tamen contrahere uelint, facta fructuosa rei uenditione, habito respectu ad fructuum perceptionem, retento tamen rei emptæ directo dominio, iusta pensio constituatur in fructib.

Occasione autem dictorum ad maiorem euidentiam sic formatur casus. Titius indigens pecuniis, petit eas a Sempronio, offerens illi rerum suarum obligationem titulo liuelli, pro indiuiso, pro tanta quantitate, nulla certa æstimatione valoris rei, quę deducenda est in contractu, sed tantum facta mentione, de quinque aut sex &c. pro centenario pecuniarum cum pacto vt vendens remaneat in possessione totius, vt prius: quod etiã fit, cum predium terminatum datur, & vt similiter vendens, seu verius pignoratitiè obligans hoc modo titulo liuelli res suas, sustineat omnia grauamina realia, & personalia ratione rei, & similiter subeat dispendium casuum fortuitorum. Immo nulla de huiusmodi fit mentio, sed tantũ de impositione, & exactione liuelli, seu affictus impositi, in omnem euẽtum, &c. Cuius tamen casus, ex prædictis patet responsio. Quippe omnes obligationes huiusmodi generis, pignoratitiæ, vsuratitiæ, & impiæ, ex adiectis cõditionibus cõuincuntur, nimiumque iniustæ. Patet enim quod dictus liuellarius, in his casibus maxime plus debito læditur, & grauatur: quod non tolerat bona fides, & iustitia, quæ in his contractibus præcipue requiritur (vt responsum est.) Primo enim grauatur in pretio. Obligat enim predium valens milles pro centum, & huiusmodi. Nemo enim præsumitur iactare suum. l. cum, de indebito ff. de prob. Et si dixerit quispiam, ipsum sic voluisse rem suam grauare: cum in re sua quisque sit moderator, & arbiter. l. in re man. C. man. respondetur quod nemo in necessitate dicitur liberalis existere. l. rem legatam. ff. de adim. leg. Immo præsumitur inuitus facere, quod in damnum propriũ quis fecerit; licet in casu, minus malum sic facere opinetur esse, minus autem malum comparatum maiori malo dicitur boni rationem habere: qui igitur malum magnum timet, si pecunias in aliqua necessitate, non habeat, eas habere quærit modo quo potest, vt se releuare possit ab eo malo, per aliquod minus malum, & ideo, sibi bonum eligit, non autem vsurario. libentius enim sine vsuris acciperet, si posse. Et ideo verbis quidem consentit vsurario ei soluendo: sibi tamen magis in animo hæret. Et ideo quod magis formale est, intentio scilicet, magis sēper attenditur. Consensus tamen mutuus, de

vera libertate procedit cum iustitia facti: non debet enim quis contra alium facere, quod fraterna charitas non requirit. Etsi.n. casu aliquo, vel possessio pro magna parte pereat, vel fructus ipsi, (vt pot euenire) casu aliquo, vel sterilitate in parte maxima, vel ex toto ex ea possessione pereant. Dictus grauatus tenetur nihilominus soluere quod si forte etiam producat possessio tantum decem, & decem ex obligatione teneatur soluere ex sic tota possessione obligata, cogetur illa decem soluere. Et ita possessio, quæ supponitur valere mille obligata solum pro centum, & huiusmodi, omnes fructus producet pro illo, qui eam habet obligatam sibi tãtum pro centum, quod est maxime impiũ & contra naturæ iura: Et sic omnes labores, & expensas factas amittet. Rursus etiam cogitur sustinere grauamina omnia ratione rei. Ipse autem emptor fictus, in omnem euentum, vult esse securus, & de capitali exposito, & de pensione pro affictu, vel liuello. quod si dicatur scienti & consentienti, &c. satis dictũ est superius, Semper enim iustitia in mutuis contractibus requiritur, & bona fides, Alioquin etiam accipientes lucra vsuraria, essent securi in conscientia. Accipiẽtes enim ad vsuram voluntate accipiunt, & voluntate etiam soluunt: non tamen simpliciter, sed tanquam maius malũ videantur euitare. & ideo maxime a principio vsurarij contractus, numquam prę sumuntur liberaliter velle donare, quod pro mutuo vsurarij promittũt verbis; etsi id affirmarent se voluntariè donare, quia nemo præsumitur in necessitatẽ liberaliter alteri donare, quod sibi cognoscit esse necessarium. l. rem legatam. ff. de adim. l. Et ideo vsurarij semper sunt damnabiles. Pacta etiam, quæ inducuntur in casibus istis, sunt contra naturam contractus, tũ emptionis, tum rei, tum fructuum, tum etiam iuste locationis (vt patet) igitur cõtractus huiusmodi, nullo iuris robore fulciuntur. l. quæ sub cond ff. de cõdit. inst. Vbi nec pacta, nec iuramenta contra naturã contractuum, tenere dicuntur & l. pacta. C. de pact. Vbi dicitur pacta, quæ contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris est. Est autem contra substantiam vere venditionis, vt non tradatur dominium rei venditæ in emptorem, saltem directum, etsi quandoq. vtile statim non tradatur, in casibus iure permissis: licet etiam dominium vtile, tũc sit tradendum quando actualiter venditur: vt sic emptor rem suã agnoscat, et curet, naturali etiam affectu, rebus nostris afficimus & ea curamus, atq. diligenter conseruamus: vt pro libito rebus, & fructibus nostris vtamur: fructusq; nostros vel vendamus, per contractũ locationis, iustam pensionem ex eis habeamus, pro sustentatione nostra, quantum ipsa suggesserit humanę uitę necessitas, ratio enim propria quare liceat nobis lucrum, & fructus ex pensione huiusmodi recipere, vel alteri locare, vel prorsus prohibito alienare, est verum dominiũ, & actuali possessio proprietatis, seu rei fructificantis. quod probatum est, esse iure non posse in casu isto. cum possessio transferri non possit actu momentaneo: & cum nõ sit actu apprehensa corporaliter, & distincte, ita quod fiat certa rei distinctæ cognitio a possidẽte. quinimo emptor, vel nullam, vel confusam, & in communi tantum habet de ea notitiam: quia videlicet nouit assertum venditorem, seu obligatorem talis proprietatis, sibi esse debitorẽ tanti, annualiter, iure liuelli vel affictus: ad cõputum quinque aut sex, &c. pro cent. secundum numerum pecuniarum expositarum in contractu. Et hoc tantum assertus emptor curat, & attendit, & exigit. Et ideo patet quòd oculus est tantum ad numerum pecuniarum, quod nulli dubium est vsurarium & impium esse. Iniustum etiam esse ex eo conuincitur, quia dictus emptor non vult sentire grauamina rei, neque dispendium casuum fortuitorum cũ tamen ostensum sit ea ad emptorẽ, tãquam ad proprium rei possessorẽ pertinere iure naturæ, Nisi forte ea occasione, minorem pẽsionem quantum tñ iustitia

exigat,

exigat, imponat in re sic grauata, adiecto pacto, quod venditor, & idem cōductor, sustineat grauamina, & pericula casuum fortuitorum, sine tantum læsione conductoris. In auct. de non alie. aut permu. re. ec. §. dudum coll. 2. quod idem seruatur etiā in contractibus emphiteoticis: quando canon seu pensio imponitur ratione fructuum. dicto auct. §. dudum, & §. quia vero leo. & l. 1. C. de iur. emph. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. Quæ fortuitus casibus accidunt, nullo bonæ fidei iudicio imputantur. Et dicit Bart. in d. l. 1. C. de iur. emph. Quod facta diminutione in re, si tamen percipiuntur fructus sufficientes ad præstandum canonem, pręstari oportere. Sin contra, vel tolli totam pensionem, si res tota periit (vt in textu habetur) uel remissionem fieri debere pro parte: cōueniens, & naturæ cōsona ratio suadet. Vnde vltimo loco, ibidem Bart. quærit, quid si res non perijt, sed est in loco, in quo propter bellum laborari, & coli non possit: vtrum debeat solui pensio, Iaco. de Are. determinat quod non, sicut si in totum esset damnificata. art. l. interdū. ff. de acqui. poss. & l. cum his. §. vlt. ff. de bo. aucto. iur. pos. Et hoc refert Cyn. Az. quod tene menti perpetuo. hęc Bar. ratio autem est sæpius in simili dicta. Quia. s. pensio ratione fructuū soluenda est. fundus. n. si non fructificet, aut nihil prodest, aut est seipso onerosus, & ideo sublatis fructibus, pensio non est præstanda. Et ideo cum emptor huiusmodi (etiam si vera fuerit venditio) nolit sentire grauamina, neque dispendium casuum fortuitorum quantum exigit ratio fructuum perditorum, & non vitio debitoris, iniuste aggrauat dictum venditorem, dum in omnem euentum vult impositam pensionem exigere. Imponebatur enim pensio ratione fructuum, quibus non existentibus, non uideo qua ratione ea pensio debeat solui, nisi ratione pecuniarum, vt dictum est, &c. vt arguatur sic. Aut quæris pensionem ratione fundi & rei deductæ in contractum. Et hoc improbatum est: cum sine fructibus habeat grauitatem vel nullam vtilitatem, & ideo venditor potius deberet releuari, vel saltem non grauari. Vel ratione fructuum, & hoc cum accedat ad naturam locationis iure canonico, & ciuili, recompensationem exigit, modo iam dicto. Aut similiter quęris vtilitatem pecuniarum tantum, cum seipsis pecuniæ sint steriles. Dicto c. eiiciens: d. 88. Et hoc vsurariam continet proculdubio prauitatem Et alia ratio non est, vnde possit sustineri, quod persolui debeat huiusmodi pensio. Contractus igitur hoc modo conceptus, & inductus manifeste ad ruinam pertinet animarū, & laqueus est damnationis æternæ: & ideo fugiendus. Sed aliquis ad excusandos errores proprios, forsitan inducet, quod ex contractu emptionis rerum, per pecunias expositas, & etiam in mercimoniis, lucrum ex pecuniis requiritur. Cui & oib. rñdeo: quod alia est ratio, & diuersa prorsus. Nā mediis pecunijs, quæ propria sunt mensura commutationum, vt habet Arist. 5. eth. nobis per emptionem acquirimus res fructuosas, quarum sicut habemus vtilitatem, ita & iure incidentia pericula, & grauamina tributorum, & huiusmodi, subire cogimus. & labores, & expensas culturę: vel per contractum societatis ad partem conuentam fructuum exponendo colonis partiariis, si secundum dispositionem legis, l. cum duobus. §. in coeunda. ff. pro soc. Et similiter multis periculis, & laboribus, peruigiliq; industria, in mercimonijs, per pecuniam instrumenta, & variis permutationibus lucrum iustum exquirendo. Quibus casibus manifeste patere quod lucrum immediate habetur ex rebus per emptionem, seu permutationem veram, non autem ex pecuniis: nisi inquātum sunt medium, seu instrumentum lucri, eis vtendo in contractibus, tanquam communi mensura rerum venalium. Cuius oppositum est in contractibus istis de quibus agimus. Vbi nulla est communiter assecutio possessionis, non rei dominium, non exercitium laboris, non sustinentia periculorū, & huiusmodi, sed tantum exactio ad computum numeri pecuniarum

niarum

niarum nomine liuelli, vel affictus, temporalis vel perpetui. Nec vellit quispiam dicere consuetudinem, & vsum esse Veronæ, aut alibi taliter contrahendi: quod eo nomine possint taliter obseruetur, seu etiam nomine affictus. vel vsus, & huiusmodi & c. Corruptela enim est, & contra ius commune & naturæ ipsius: & contra iustitiam, & bonam fidem, quę in contractibus exiguntur, & ideo tollendus est huiusmodi contrahendi modus, c. si de consuet. Imò magis est antiqua vetustas erroris, c. consuetudo d. 8. & ibi per totum, & 24. q. 1 c. schisma vbi mala consuetudo auget crimina. Et ideo pacta similiter, & quæcunque conuentiones in fraudem iuris & bonorum morum inductæ fugiendæ sunt a bonis viris: etiam si nomen inductum venditionis, vel liuelli, seu affictus iustum titulum habere videatur, ꝙ tamen verum est tantum in veris contractibus solutis bona fide atque iustitia: nõ autem quando est ficta venditio, plus. n. valet quod agitur quam quod simulate contrahitur, etiam si instrustumenta, & scripturæ, continere videntur legalem iustitiam, vt C. plus val. quod agi. per to. & ibi doc. Cum enim in ficta venditione nõ transferatur verum dominium, nullo iure fictus emptor potuit facere fructus suos: & per consequens non potuit rationem habere imponendi huiusmodi annuam pensionem in re, quæ sua non fuit: sed vere pignorata: quod ex conditionibus, & pactis in contractu deductis elicitur. Et etiam hoc ex causa, & modo contrahendi, & tractatu habito in contrahendo habetur. Communiter quippe dicit indigens pecuniis, cum quærit eas ab aliquo, pro quibusdam negociis meis expediendis, rogo vt mutues, vel des mihi certum, &c. Et ego faciam tibi obligationem nomine liuelli, vel affictus annui super domo, vel possessione mea: adiecto pacto, vt hinc ad decem annos, &c. tuis centum solutis, sim. liber ab hac pensione, & mihi rem meam tibi obligatam restituas. Interim tamen habeas fructus, vel si fiat reaificatio mihi venditori soluam tibi quinque pro cent. patet. n. quod ille nolebat vendere, sed tantum obligare, &c. quod tantum in pignoribus deducitur. Vnde communiter tales obligationes vocantur pignorationes a pluribus, dum dicunt. Ille habet in pignus domum meam, campum, vineam, &c. etiam similiter, dum de his contractibus loquuntur, patenter dicunt, qui fecerunt; pignoraui illiteram meam. Sic enim loquuntur homines, præcipue autem idiotę, sicut habent & concipiunt, & intendunt in animo. Et quia intẽdunt pignorare, & ideo dicunt eam obligationem, pignorationem; sicut ergo ipse audiui; & quæsiui a contrahentibus, quo clarius naturam contractuũ huiusmodi possem agnoscere. Et ideo non miretur quispiam, si has obligationes, communiter veras pignorationes appello; licet aliter in instrumentis in fraudem iustitiæ, & legis agatur. Cum scilicet nomine venditionis & liuelli contrahatur. In pignoribus autem fructuosis, deductis ex pensis computantur in sortem ca. ad nostram de emp. & vendit. c. illo vos. c. cum contra de pign. c. 1. & 2. de vsu. Et etiam valde contra naturam est, vt res, etiam si tua sit, apud alium sit melioris conditionis, & fructuosa, quæ apud te, sicut & apud alium quibusdam casibus fortuitis, vel sterilitatis, periura esset; & similiter varijs grauaminibus affecta, & onerata, vel non fructificasset, eisdem causis communiter existentibus. Et ideo nullo iure suadente, potest esse pensio in fructibus non existentibus; sed casu vel sterilitate deperditis, vel non euenientibus per longum tempus: ita vt sterilitas vnius anni, non possit per abundantiam alterius cõpensari, prout habetur c. propter sterilitatem, de locat. & con. secundum alia iura, ff. & C. Talis enim debet esse contractus locationis, & communiter in omnibus cõtractibus, in quibus ratione fructuum imponitur pensio moderata, & iusta, vt conductor in aliquo lucro communiter possit remanere, vt est c. propter sterilitatem, & ibi doc. Io. de Imo. Abb. & glos. de loc. l. si merces §. vis maior. ff. loca. Et hoc

hoc pro labore suo,& expensis, & studio colendi possessionem,quæ aliter non fructificare. Et ideo non debet grauari,vt sustineat damnum in rebus suis, vel ideo conductis vt lucretur: quo scilicet cogatur soluere pensionẽ aliis de redditibus suis,aliter acquisitis:vel de lucro alia occasione facto,& de laboribus suis,in quibus potius debuit releuari secundum iustitiam: dum tamen vitio suo, vel desidia,seu notabili incuria, damnum illud nõ incurrerit: quia tũc releuari alia quo iure nõ debet:sed tantum quando ex accidẽti,& euitabili casu per humanã prudentiam etiam ipse directus dominus,& possessor damnum huiusmodi non potuisset euitare. Et ideo quia sorte aliqua,& casu fortuito damnũ infertur ipsi rei existenti ne competens fructus reddat, non industriæ coloni,qui ex se fecit quod prudens quisque fecisset:ea optima ratione, domino rei, non industrię coloni debet ea sors damnum inferre. Neque enim decet,nec iustũ est, vt sit homo laboribus,& expensis grauatus absq; mercede, dignus enim est operarius mercede, atque cibo suo, Dominus in euangel.ait.Matth. & Luc. 10. Et beatus Paul. 1.Cor. 9. similiter nedum pro seruientibus euangelio Christi & ecclesiæ, sed communiter pro omnibus inducit sententiam, vt operarius digna sit mercede releuandus, neminem quippe suo stipendio, aut expensis militare vnquam ait, sed & qui plantat vineam,de fructu illius cum fas est resoueri. Et secundum mosaicam legem,non esse os boui trituranti alligandum inducit. Multo autem peius,& damnabilibus est, cum impeditus, vel ingruentibus bellis, vel propter aquarum inundationes,aliisque similiter casibus humano studio ineuitabiliter occurrentibus, nullo modo possit agros grauatos ad soluendum colere, vel similiter domos nullo modo habitare, vel cum similibus casibus, iacta semina pereunt. Quo casu iste venditor & conductor(vt præfertur) suæ rei obligatæ per contractum liuellarium, tripliciter grauatur. Primo quidem,in iactura seminum. Secundo autem in laboribus,& expensis frustra consumptis. Tertio vero in solutione continua annuæ pensionis impositæ iure liuelli, nisi pensio sit quid nimium, ad sustinendos casus fortuitos (vt dictum est) seu etiam cum conductor nõ multum, vel id minimo grauetur, & semel tantum, vel parum, ita vt ea sterilitas,fertilitate alterius anni iure compensari possit. c. propter sterilitatem,de loc. quo damna conductoris possint resarciri. l.si merces.§. vis maior ff.loc. &c. Exponens autem pecunias assertus emptor, semper & in omnem euentum, vult esse de sua pensione securus, quod est contra iustitiam humanæ societatis,& contra naturam contractuum bonæ fidei, in quibus sũma æquitas requiritur, quod videlicet alter contrahentium,plus debito, & plus quam aliter socius non grauetur. Casus nimirum omnes,in quibus non dominatur & præualet iustitia,quę propria singulis,secundum æqualitatem distribuãt, nullo modo sunt tollerandis. Sunt.n.vel vsurarii, vel pignoratitii non permittendi, aut saltem iniusti, & contra charitatẽ fraternæ societatis, & ideo ab omni repub.eliminandi & effugandi. Semper.n. in omnibus contractibus huiusmodi generis,hoc prę cæteris est attendendum & seruandum ei, qui velit iuste contrahere atque secure; vt.s. alter contrahentium plus altero non grauetur,siue in pretio rerum venalium,siue in substantia ipsa,seu etiam in pactis & conuentionibus contra naturam iustorum contractuum, aut in grauaminibus rerum, vel fructuum, vel pensionis impositę. Et breuiter nullus faciat proximo, quod sibi factum ab altero grauiter toleraret. Hæc enim fraterna charitas, omnium actionum & contractuum ad alterum, est ratio & mensura. Quippe vt Aposto. ait plenitudo legis est dilectio.

§ Contra similiter id quod dictum est (res fructuosa certa in contractum inducta &c.)sunt omnes contractus simulati; in quibus nihil venditur;sed tantum dicitur in instrumentis, aliquid vendi & ita simu-

simulate pretium inducitur; quod tamen verum est mutuum &c. neque enim potest esse uera venditio vbi non est res uenalis uere appretiata, & cuius tradatur dominium & cæt. Et ideo instrumenta, & scripturæ, in quibus contractus huiusmodi continentur, sunt nullius valoris. Neque enim iustum iudicatur negotium a scriptura tantum, sed a iustitia facti l. emptione. C. plus val. quod ag. &c.c. ad nostram, de empt. & ven. c. illo vos. de pigno.

§ Sicut etiã contra hoc omnes contractus, in quibus obligantur res ad pensionem fructuum, iure liuelli, quos ita venditæ, seu verius, pignoratæ res non producant. Sicut si fiat obligatio de oleo soluendo super aliqua domo, seu etiam de soluendo frumentum, vinum, bladum, & huiusmodi similiter, in pratis & huiusmodi similibus, quos tamen fructus soluendos iure liuelli, uel affictus, res tales non producunt. Neque enim domus producunt frumentum, uinum, & oleũ, &c. neque similiter prata, &c. Vnde contractus huiusmodi, duplicem Iniustitiam continent. Primo quidem, quia communiter domus non reddunt locatę, ad rationem quinque pro centenario ad computum valoris sui: vt patet si fiat æstimatio valoris, & computus locationis vel affictus.

Vnde manifestum est, quòd obligatio est pignoratitia pro securitate exponentis pecunias: & lucrum pensionis est vsurarium, cum solus respectus sit ad numerũ pecuniarum expositarum. Si enim haberetur respectus ad prouentum, qui communiter ex domo possit haberi, non diceretur in contractu; ad rationem quinque &c. pro cent. cum tantum non habeatur, deductis maxime expensis ex domibus, fructus enim intelliguntur esse qui deductis expensis factis ratione rei habẽtur, l. fructus, ff. sol. mat. deductis autem expensis reparationum incidentium, frequenter prouentus domus, ratione locationis deductus, non forte erunt tria pro centenario. Et tamẽ ipse assertus emptor, ratione pecuniarum, vult salua esse semper sua quinq; & c. Secundo autem manifestam continet iniustitiam contractus huiusmodi: quia si pro affictu domus, dẽtur talia, videlicet tantum oleum, tot sextaria frumenti, &c. sicut fieri consueuit in liuellis prædiorum reddentium tales fructus, sicut ex vineis vinum colligitur, oleum ex oliuetis, & huiusmodi, dabitur quandoque pro pensionibus domorum, & hoc frequenter, plusquam viginti pro centenario ad computum valoris (vt patet). Nec tamen negandum est facta vera venditione talium rerum, quin possit imponi iusta pensio in frumento, vino & oleo pro affictu domorum, etiam si deducatur in pactum, sicut si soluantur pecunię; sic tamen, vt pro quantitate pecuniarũ; quæ darentur pro iusta locatione domorum, & talium huiusmodi rerum fiat ad ratam valoris pensio pro earum conditione, & quantitate prouentus, qui possit haberi; non autem respectu pecuniarum ad quinque & c. cum (vt dictum est) domus maxime talem prouentum non habeant.

Qui enim uellet eam domum conducere in nudo contractu locationis, non vellet exponere affictum ad rationem valoris domus; & cum hoc etiam tolerare expensas reparationis, & ideo etiam non est præsumendum quod ille pecunijs indigens, qui fecit talem obligationem suã, voluerit huic detrimento se subijcere voluntarie, nisi sicut qui ad vsuram pecunias accipit ad 20 & 30 &c. p cẽtenario, nemo quippe præsumitur iactare suum, l. cum de indebito. ff. de prob. Nec est similiter in necessitate constitutus, liberalis & largus, l. rem legatam, ff. de adim. leg. Sic tamen homo astrictus necessitate, voluntarie facit, quasi minus malam eligens, minus nãque est so uere quinque, quam viginti, vel plus: quo etiam maius damnum euitet, quod ex aliquo accidente, puta indigentia tantæ pecuniæ, pro eo tempore, & negocio ingruente. Nec tamen ideo iste exponens pecunias nuncupatus emptor, vt habeat quinq; &c. pro cẽtenario

quin improborum effrenis cupiditas, nescit satietatē. l. 1. ff. ad treb. l. pretia. ff. ad l. falci. Ad principem autem pertinet rerū pretia cum moderamine statuere habito semper respectu ad temporum conditiones, & locorum. l. 1. ff. de offi. præ. vrb. Et similiter ad Episcopum, ne auaritia prauorum in immensum tendens totum exhauriat. De emp. & vēd. c. 1. l. 1. C. de epi. audi. Sufficit etiam ad veram venditionē, nedum si pretium certum afferatur, & exhibeatur in præsētia, sed vt fides habita de certo, & iusto pretio ad certum tempus exhibendo, vt insti. de rerum diui §. venditę. l. vt res emptoris. ff. de con. em. & vē.

§ Secundum requisitum est, res venalis, certa æstimatione taxata. leg. nec emptio. ff. de contra empt. & ven. Est similiter de necessitate, consensus contrahentiū requisitus, vt scilicet emptor, intendat vere emere, & vendens similiter vendere. l. in venditione. ff. eo. supra. & l. 1. §. vlti. & l. inter patrem, & C. eod. l. 2. & 3. l. 1. ff. loca. & instit. eo. & c. patet etiam ex ratione nominis. Contrahere .n. simul idem trahere est. Et consentire, idem similiter sentire animo, & idem velle, & affectare significat.

§ Notandum est etiam, quod de natura venditionis est, & emptionis, vt res vendita, & eius verum dominium directum, & vtilia similiter etiam pericula rerum et grauamina, pertineant ad emptorem leg. necessario, ff. de per. & cō. rei vend. & insti. de emp. & ven. §. cum autem. & l. fructus, C. de act. emp. & ven. Cum etiam ad emptorem stent grauamina functionis, etiam fructus pertineant, optimo iure inducitur. Regularem enim est, & naturæ consentaneū, eundem rerum suarū cōmoda, & incōmoda sentire et si fortuito eueniant. vt lege, iure naturæ, & l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & extra eo. in vj. c. in re. instit. de empt. & ven. § sed & si.

§ Est etiam notandum, quod stantibus conditionibus veræ venditionis (vt supra) contractus, seu pactum de retrouendendo, vtroque iure permittitur, vt patet. l. 2. Cod. de pac. inter emp & ven. c. ad nostram, de emp. & vend. & in glo. & ibi cōmuniter doct. & Hostien. in sum. de vsu. &c. & S. Ant. arch. Flo. in secunda par. sū. frequenter. Similiter etiam iure diuino, Leu 25. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessionem suam, & ipse ad redimendum potuerit pretium inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore, &c. Et pretiuum reliquum reddet emptori, et sic recipiat possessionem suam.

§ Occasione similiter dicendorū, præmittēdum est, qd salua rerum fructuosarum substantia & dominio penes possessorem, locatio, (quæ est quædam fructuū vēditio, & venditioni maxime similis l. 2. ff. loc.) vtroq. iure probatur cum iusta est, vt patet in proprijs titulis, ratio autē huius est, quia fructus qui locatione traduntur, seu venduntur, nō sunt ipsa rerū substantia: & ideo seorsum a rebus alienari possunt, vt patet. Et declarat S. Tho. secūda secūdæ q. 77. art. 1. & de ma. q. 13. quarto. Et cum sit contractus bonę fidei. insti. de act §. actionum. bonā fidem maxime, & summam æquitatem desiderat. l. bona. C. de ac. & ob. & l. bonā. ff. loca. & cū (vt dictum est) locatio sit contractus maxime similis venditioni, & eius virib. fulciatur, consensum, rem uenalem, & certū pretium requirit, sicut, de venditione tractatum est. Et est consensus mutuus contrahentium. Certi fructus venales, seu per locationem habendi. Et iustum pretium fructuum, seu iusta pensio, ratione possessionis locatę, habito respectu secundum perceptionem fructuum, seu prouētuū ex re locata: siue sit prædium, seu domus. Et homini, quorum vsus non est ipsa rerum consumptio, veluti etiam locatio iumentorum. Et cūm vnusquisq. iure non prohibitus, possit rem suam alienare, quouismodo maluerit, cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter l. in re man data. C. man. ita similiter cui voluerit, & quouis et modo, & quibus conditionibus elegerit: etiam adiectis grauaminib. seu libertatibus, vel gratiis, quantum ipse in re sua iure habuerit, potest cum aliquo paci[sci], vt [illegible] (cessante om[ni] dolo

be.

io,& iniustitia) taliter affecta, vel grauata: vendatur, prout contrahentes potuerint conuenire. Contrahentes .n. ex consensu & pacto, dant legem contractibus. l. in conuentionibus .ff. de ver. sign. recta semper intentione, & iustitia omnia mensurante, quo stante potero rebus meis venalibus apponere grauamina retrouendendi, vel aliquid soluendi, semper in perpetuum, vel aliquo tempore mihi ipsi venditori, vel alteri. Vel etiam potero affictum seu liuellum imponere, tantum & taliter soluendum, & tanto tempore, vel indefinito .s. quotiescunq; tibi emptori, expositas pecunias ex conuentione reddidero, iterũ mihi retrouendas: interi tamen mihi eam locari seu ad libellum, vel affictum dari volo: prout actum fuerit scienter, & libere, & iuste (vt dictum est veris, & legitimis pactis, quæ contracta fuerint, confirmando. Neque enim vendens, debet esse peioris conditionis vendendo cuipiam quam si ei non vendidisset. Sicut ergo ab eo, cui non vendit, potest ad affictum, seu ad locationem accipere, & ille posset ei locare, quare non poterit vendendo) si tamen iustitia vtrinq; seruetur, quo .s. ratione venditionis, siue acceptionis pecuniarum, vel dilationis in soluendo & huiusmodi, aliquid contra naturam contractus non inducatur, in quo alter contrahentium plus debito grauetur. Tunc .n. non ratione contractus, sed rõne iustitiȩ redderetur contractus iniquus. Omnis enim obligatio relatiua, & quilibet contractus bonȩ fidei requirit extrema ȩquipollentia, vel saltem quasi, vt habet Bel. in rubri. C. de vsu. S. Thom. 2.2. quæst. 77. art. 1. ad primum, & secundum Scot. 4. d. 15. q. 2. art. 2. licet (vt dictum est) modica iniustitia pretii, non reddat contractum vitiosum: cum pretia rerum non consistant in indiuisibili, sed pro temporum, atq; locorum varietate mutentur. l. pretia. ff. ad leg. falci. Et quod dicitur in venditionibus rerum, dicatur etiam in locationibus fructuum, considerata conditione fructuum, qui ex natura sua, casibus fortuitis subduntur, & cum similiter nimia siccitate, aut inundationibus aquarum, et non vitio coloni, facile pereunt aliisque similibus causis: quibus casibus fieri debet ad ratam recõpensatio, seu remissio pensionis in vtroq; foro, & iure, vt c. propter sterilitatem: de loca. & l. si merces §. vis maior. ff. loca. Adiecta tamen compensatione annorũ fertilium cum sterilibus l. ex conducto §. si vis. ff. loca. Et videatur haberi ex dicto. c. propter sterilitatem licet ibi mentio tantum habeatur de fertilitate sequentis anni: quod ibi tractatur a doctor.

§ Obstatur autem iis, quæ dicta sunt per regulam contrariorum. Nemo .n. debet petere id, cuius contrarium non peteret in casu contrario. l pen. C. de solu.

§ Ad hoc tamen dicitur, quod casus legis inductæ non facit ad propositũ nostri negocij, nam in casu sterilitatis compensatio congrue inducta est: cuius tamen cõtrarium, in casu contrario non inducitur, nec congruit, d. c. propter sterilitatẽ, Cæterum et illa. loquitur in casu repetitionis fundi, qui datus fuerat in solutũ, pro pecuniis dudum mutuatis, & ex debito. Fundus autem ille studio & diligẽtia accipientis, & fuerat melioratus: qua ratione ille, qui dederat, fundum huiusmodi repetebat, pecunias tantum mutuo acceptas redditurus. Cui respondet imperator iniuste eum, fundum, huiusmodi repetere melioratum, quem deterioratũ non repeteret. Ex qua etiam l. deducitur, contra illos, qui certam ducatorũ, vel alterius monetȩ, sũmã ex aliquo contractu dẽnt hẽre, qui si forte tpe contractus, aurei, seu monetæ huiusmodi in contractu promissȩ in processu temporis. aliquod incrementũ acceperint, aureos huiusmodi, seu monetas petunt, pro valore extante tẽpore cõtractus: illud incrementum, sibi cedat ad lucrum, cuius tamen contrarium in casu contrario petituri nõ essent. Si .n. minoratæ essẽt ĩ pretio pecuniæ huiusmodi, illas eo modo, nõ peterent minoratas, & ideo iniuste petunt melioratas. Ergo solutio fiat communiter secundum cursum temporum, vt no. Bar. in l. paulus. ff de solu

M 2 Et

Et Abb. in c. quando de iureiur. nisi aliter pacto iusta fuerit inductum. Sed hæc manifeste non faciunt ad propositum casus nostri, Vbi de locatione fructuum agitur, qui mille casibus perire possunt, etiã ex toto (vt patet.)

§ His præmissis conditionibus, atq; rite seruatis, absque vllo scrupulo, contractus qui tractandi occurrũt, possunt concipi & seruari, quamuis propter maxima animarum pericula, tutius esset a talibus abstinere, Radix enim malorum omniũ est cupiditas. siue (vt text. græc. habet) Phylargiria, idest amor pecuniarum. 1. Tim. 6. Sequitur enim, quam scilicet cupiditatem pecuniarum, quidam appetentes, errauerunt à fide, &c. Adeo in lucro efferens est humanus animus, & ideo facile est in huiusmodi lucratiuis contractibus, deuiare a recto. immo difficile est nõ errare. Vt tamen quãtum possibile fuerit veritas inducatur, per quam pericula cognita caueri possint, propter eos, q̃ nolũt prorsus ab huiusmodi, & similibus contractibus abstinere, casus distincti sunt taliter inducendi. Sicut enim rectum, sui & obliqui est iudex (vt habet Aristo. in primo de an. 1.85.) Ita et veritas sui est & falsitatis ostensio. Et dux optima vitæ, omniumque factorum; vt habet diuinus Pla. 5. de leg. Et quid similiter semper sit in huiusmodi contractibus obseruandum.

§ Primo igitur & præcipuè quidem attendendum est, vt fiat vera, & non ficta venditio rei fructuosæ existentis, & pro modo & quantitate fructuum, iusta pensio statuatur. Contra hanc conditionem sunt omnes obligationes pignoratitię, etiam si nomine liuelli, vel affictus, se etiam venditionis titulo fiant, ex quibus fructus percepti, vtroque foro & iure cõputantur in sortem. Exo. 22. Leui. 26. c. ad nostram. de empt. & ven. capit. illo vos. cap. cum contra. de pign. l. secunda & leg. creditor. §. qui fundos. C. de pigno. acti. In contractibus enim simulatis huiusmodi; non fit vera translatio dominii, & per consequens non transfertur ius percipiendi & faciendi fructus suos. Ius enim natura non patitur, siue iusto titulo, percipiam fructum ex re non mea: & cuius grauamina non sustineo l. secundũ naturam. ff. de reg. iu. extra. in 6. c. in re, & institu. de emp. & vendi. §. sed & si. Pignoratio. n. & huiusmodi simulati cõtractus, non sunt ordinati ad transferẽdum dominium; sed tantum vel ab faciendum cautum creditorem super credito: vel ad faciendam vtilitatem vtentibus ratione pecuniæ mutuatę: quod vsurarium est & impium, etiam si alio nomine inducatur. 14. q. 3. cap. putant. ca. plerique. primum autem est licitum quidem ratione cautionis habendę, non autem ratione vsufructus rei pignoratæ. l. cũ & fortis. §. de pig. act. & l. debitor. & leg. in re furtiua. ff. de cond. fur. Creditor enim vtens re pignori obligata, furti tenetur. Idẽ instit. de obl. quæ ex de l. §. furti autem. Vnde & d. l. in re furtiua. Sicut fur tenetur, etiam de damno in re furtiua facto: sic etiam vtẽs re pignorata, & damno afficiens, etiam de damno, nedum de sorte tenetur, & fructus perceptos computare in sortem, & in rationem releuandi debiti cõputare tenetur vtroque iure, vt dictis iuribus, & l. prima C. de dist. pigno. & d. c. ad nostram. de emp. & uend. c. cum contra, & cap. significante. de pigno. Nullo ergo modo ex re pignorata falsus & fictus emptor potest vtilitatem habere vltra sortem. Titulus enim non facit iustũ contractum. Cod. plus val. quod agitur, per totum. Et ideo quidquid hoc modo est acceptum, sicut furto subtractum, aut alio quouis modo instituto, restitui vel in sortem computari oportet: sicut & acquisitum per vsurariam prauitatem. Nõ obstat autem huic nostrę sententię, quod gener actu sustinens onera matrimonii, cum non possit promissam dotem habere, ex pignore fructus iuste accipit. ibi enim est casus singularis ex dec. c. Salubriter, de vsu. ad sustinenda onera matrimonij tantum, ratione interesse, quod actualiter grauatur gener iniuste, a debente dotẽ promissam exhibere, siue ĩ tpe statuito,

finne incontinenti, quod & si iura ciuilia in quibusdam casibus permittere videantur vsuras, vt l. vsuras, Cod. de vsu. in eo qui re vendita vtitur, & non soluit in termino pretium, & in similibus casibus, in quibus iure canon. etiam vsuræ permitti videntur: menti semper est tenendum, quod ratione veri interesse tantum post moram debitoris, petuntur. capitulo cõquestus, & gloss. ibi notabilis. Sicut & diffusius tractasse me recolo in quadam responsione, super venditione rerum fructuosarum ad terminum. Et ponitur in sequenti opusculo. Sed huiusmodi permissiones, non faciunt ad præsentem considerationem, nisi ex accidenti.

§ Veniunt ergo similiter contra hanc propositam considerationem rei fructuosæ vere in contractum deducendæ, Omnes contractus, in quibus vera venditio ex re veniali vera, non agitur, sed simulatur; etiam per scripturam instrumentorum. In contractibus enim rei veritas potius quam scriptura consideranda est, etiam de iure Cod. plus val. quod agitur per totum. Et ideo oportet vt res venalis sit certa quæ venditur, super qua possit ratio percipiendorum fructuum imponi.

Vnde cũ in contractu, rem quæ non est in rerum natura tanquam venalem & appretiatam, deducunt manifestam committunt vsuram ex solis pecuniis lucrum quærentes. Et ita similiter oportet quod res quæ vendenda est, non sit alteri hypothecata, nec directe in contractu venditionis distracta, seu etiam obligata pro fructibus alteri soluẽdis, seu ratione liuelli vel affictus innexa. Non potest enim esse vt res eadem plures habeat æquales possessores in toto & totaliter: & ex ea plures domini, æqualiter, non autem partialiter, omnes fructus accipiant. Si enim vsufructus sit decem, cum vnus possessor decem illa acceperit, vnde alius habere poterit similiter decem? Supponitur enim quod tantum decem, res illa in prouentu proprio communiter proferat. Et cum ratio liuelli vel affictus, tantum haberi, & imponi possit in fructibus percipiendis ex re fructuosa, manifestum est, quod non plus pensionis possit imponi in prædio, quam possit rationabiliter afferre: ita conductor communiter in aliquo decenti lucro remaneat (vt ostenditur.) Sic tamen, vt qui hanc pensionem velit imponere, directum rei dominiũ, & possessionem habeat. Alioquin nullus habet usufructum rei non suæ.

Contra hoc etiam sunt omnes obligationes super totalia, & super vasa pretiosa, vel super omnia huiusmodi infructuosa: & etiam omnes obligationes pecuniariæ, supra scilicet ipsas pecunias: licet ponatur in contractu nomine liuelli, seu affictus, aut pensionis quinque, aut sex pro centenario &c. De rebus enim, non de nominibus est consideratio. Imponuntur enim nomina rebus non verbis l. secunda C. comm. de leg. Etenim super re fructuosa solum potest poni ratio pensionis fructuum: cum fructus ipsi a re fructuosa separentur. Nulla enim est rei vtilitas, nisi ex fructibus: quid enim erit prædiũ, nisi fructificet? & quid domus, nisi inhabitatur? & alia huiusmodi. Et ratio quia ex solis fructibus vtilitas & lucrum expectatur. Ex pecuniis vero quia seipsis sunt steriles & infructuosæ 88. distinct. capit. eiiciens, sed earum vsus est ipsa consumptio & distractio earum, ideo nullus vsus seorsum ab earum substantia, est ex illis expectandus: vt declarat S. Thom. in locis superius inductis. Et habetur decima quarta quæst. tertia fermè per totum, & extra de vsur. similiter & doctor. omnes; igitur contractus, in quibus solus pecuniarum vsus venit in cõsideratione, sunt vsurarii & abominabiles.

Quia uero a pluribus frequenter inducitur, quod ecclesia dat, ad rationem & computum quinque pro centenario, ideo hoc non esse uerum omnes aduertant: cum nec quadrantem liceat sperare nedum exigere, vt ait Dominus Euangel. Lucæ sexto. Mutuum date nihil inde sperantes; quod etiam habetur in Exod. capit. vigesimosecundo, Leuit. vigesimo-

moquinto. Vsurarum enim negocium iura naturæ peruertit. vt habetur Ari. primo pol. & Pla. in quinto, de leg. Concedit tamen ecclea res fructuosas in emphitheosim detracta vna parte propter incidentias casuum fortuitorum & huiusmodi, non autem dat pecunias. Si tamen res huiusmodi reddant sex, dãtur pro quĩque ratione dicta: vt habetur in auct. de non alien. aut permu. re. ecclesi. §. dudũ, & §. quia vero leonis. coll. ij & Cod. de sac. sanct. ecclesiis, in auct. perpetua, quæ eodem nomine ponitur in decre. decima, quæst. secunda. Et ideo nullo modo ampliandum ad contractus pecuniarios hoc esse, indubitati iuris est. Immo prohibentur sub interminatione anathematis talia fieri. extra de vsuris, frequentissime. Destruendi ergo sunt omnes contractus huiusmodi, quocunque nomine censeantur: & restituendum est, de necessitate salutis, vel deducendum in sortẽ, quod ea occasione acceptũ est. Vnde huiusmodi contrahentes non sunt absoluendi, nisi restituant si possunt, vel de restituendo dent idoneam cautionem; et qui nunc nõ possunt, vere promittant se facturos satis, si forte aliquo tempore facultatem sortis pinguioris acceperint. nulla enim super usuris fieri dispensatio potest, cum iure diuino sint interdictæ. Exo. vigesimosecũdo Leuit. vigesimo qninto, Luc. 6. cap super eo. & c. cum tu, de vsu.

Cum rursus (vt visum est) nedum de re v. niali certa, sed ab eo qui iure possit alienare, insuper & consensu contrahentiũ, & pretio iusto, fieri venditio debeat, si aliter factum fuerit, vel non erit venditio vel iniusta. Et ideo omnes contractus, in quibus contrahentes non consentiunt in idem, cum scilicet venditor non intendit uendere, & vere alienare, etiam si nomen venditionis ponatur in instrumento, & emptor, non intendit vere emere, & rem sibi directe acquirere, sed tantum habere pensionem statutam nomine liuelli, vel affictus, pro usu pecuniarũ, sunt vsurarij: vel saltem iniusti in quibusdam modis contrahendi, vt cum etsi intendãt uere emere, notabiliter tamen minus iusto pretio emunt, vt superius est inductum. Et non sufficit, si alter contrahentium (nisi forte propter bonam fidem stãte iustitia) habeat rectam intentionem. De ratione enim consensus in contractibus est, vt cõtrahentes idem facere, quod tractatur intendãt. Sicut verum matrimonium esse non potest vno tantum consentiente. Immo unicuique contractui consensus adest tãquam substantia, seu genus speciei, leg. prima, ff de pactis, vbi etiam dicitur, quod stipulatio, quæ verbis contrahitur, si non habeat consensum, nulla est. Vere tamen habens bonam fidem, & intendens facere, quod fieri debet secũdum iustitiam, esset in conscientia tutus, sicut etiã alter coniugum bona fide remanens in matrimonio. Et ideo quod mala fide, & intentione, vel dolo malo, aut lata culpa, aliquid contrahentes, vel alter tantum præsumãt & inducant, non possunt in conscientia esse securi, etiam si titulus videatur habere iustitiam. Veritatẽ enim rerum Christus iudicat: cũ præsertim ipsi videantur velle ignorare, quod quilibet in negocio suo scire tenetur: quãdo ignorantia non tollit, aut minuit peccatum, sed auget. S. Tho. prima secundę q. 19. 6. c. q. 74. 5. c. 76. 2. &c. & alibi frequenter. Nolunt enim quidam intelligere vt bene agant. Immo quęrunt excusationes in peccatis suis. Et sufficit illis, dũmodo apud homines possint peccatum suum quibusdam machinamentis vel abscondere, vel ostendere non esse peccatũ, vel saltem non tantum: timentes magis censuras, & opiniones humanas, quam iudicium Dei, omnia patenter intuentis & iudicantis, quorum tamen damna iustissima, coram omnibus in finali iudicio & ostendetur & fiet.

Contra huiusmodi sunt omnes contractus, in quibus emptor non curat rem scire de qua contrahitur. neque etiam si sit in rerum natura, aut vbi sit, neque si tanti valeat, vel tantum fructificet, vel si tanti sit valoris, quo talis ac tanta pensio in illa, ratione fructuum possit iure im-

imponi. Immo frequenter talis contractus celebretur de re quæ non est, aut si est, aliis est per similes contractus obligata. Et hęc est coniectura certissima, quod ementes (vt aiunt) hoc modo, oculum tātum habent ad vsū pecuniarum, & non ad acquisitionem rerum fructuosarum. Vsu enim viuentium habetur, quod qui volunt aliquid emere, quærunt & satagunt scire valorem & perfectionem rerū, quas sibi volunt & cupiunt acquirere, & si non per se, saltem per probatos mediatores, vel agentes nomine suo. Et ideo non agitur venditio, sed mutuum, vel pignoratio. Vtrunque autem est iniustum, vsurarium, & impium, & diuino plectendum, atq. humano iudicio.

Huius generis etiam sunt censendi ferme omnes contractus, qui super emptione, seu verius pignoratitia obligatione domorum, ad computum similiter quinque aut sex pro centenario pecuniarum expositarum, imponuntur iure liuelli (vt aiūt.) manifestum enim est quod domus communiter non reddunt ad summam valoris pro computo ad rationem quinq. pro centenario immo nec forte quatuor, vel minus deductis præsertim ęxpensis, quæ in refectionibus, & conseruationibus earum inducuntur. Simili etiam ratione inducitur quando fit obligatio, titulo ēt venditionis super aliqua domo valente mille, pro parte domus per indiuisum: in exhibitione centum, aut ducentum, super quibus fit constitutio nomine liuelli, vel affictus ad rationem quinque &c. Non enim verisimile est, immo nec cogitabile, vt venditor velit partem domus, puta angulum, vel cameram, &c. alienare alteri, cum præcipue pars illa non intelligatur separabilis à tota domo, iudicio proborum & nulla etiam sit æstimatio totius domus nec partis: nec emptor possessionē corporalem assequitur; cum maxime possessio apprehendi non possit, vt etiam de campis pro indiuiso similiter obligatis, ratione incertitudinis rei uenalis: nisi portio ipsa circūscribatur per se, adeo quod fiat certa: & si non fiat, non transfertur dominium, vt leg. 3. §. incertum, & ibi doc. ff. de acquiren. poss. Et cum non possit sic haberi dominium rei, nec vsufructus habebitur: nec per consequens ratio pensionis nomine liuelli, vel afficus. Dictum enim frequentissime est, quod ratio imponendę pensionis in re fructuosa, est proprium rei dominium. Et ideo huiusmodi contractus fictis, & simulat conuincuntur esse: cum ratio exigēdi sub nomine liuelli, sit tantum respectus pecuniæ expositę, & non emptæ rei fructuosæ dominium verum. Non est autem dubium quòd omnes contractus, in quibus habetur tantum respectus ad numerum pecuniarum, & non ad fructus rerum emptarū, censentur vsurarij: vel saltem iure suspecti, si forte possint aliqua excusatione palliari: & ideo semper a timoratis cōscientiis debent euitari.

In dubio enim vbi agitur de salute animæ, semper pręsumitur in deterius: et tutior pars semper eligitur. cap. iuuenis. de spon. & gloss. in capit. vn. de serut. Abb. capit. nauiganti. & capit. in ciuitate. de vsuris. & frequenter, quod & ratio ipsa suadet: cum non sit digna cōmutatio pro anima, &c. Dominus in euangelio Math. 16. quod autem habeatur tantum respectus ad numerum pecuniarum, ex multis haberi potest. Et quidem primo quia dicitur in contractu ad computum quinque aut sex pro centenario expositæ pecuniæ: & non ad valorem fructuū: & quia similiter nō quæritur æstimatio rei venalis: neque etiam si tantum reddat, seu plus vel minus: tum propter domos, quę communiter non reddunt tantum: maxime autem propter reparationes, & alias expensas, quę fieri consueuerunt: sunt etiā campi qui frequenter non tantum fructificant, vel forte etiam plus, & ideo non debuit similis pensio in omnibus similiter poni, tanquam omnia similiter reddant. Sunt, & aliæ innumeratæ præsumptiones, quòd contractus sint simulati, vt est maxime nulla apprehensio possessionis corporalis: nulla similiter solicitudo in re, si pereat, vel non pereat:

nulla velle experiri communia onera rerum, sed solum de exactione pensioni imp ositæ dicitur iure liuelli vel affictus. Vnd huiusmodi contractus videntur inuenti in fraudem legis, ne mulctentur pęna contra vsurarios inducta in concilio. capit quia in omnibus, & capit. cum tu. de vsur. Cum vere animus contrahentium sese aliter habeat: tum ex pręmissis dictis, tum etiam dicendis conuincitur, & not. Abb. capit. ad nostram. de emp. & vend. quod patet frequenter ex inæqualitate rei ad pretium. Item ignorantia rei deductæ in contractu, pactum de retrouendendo, seu francando: item (quod maxime est aduertendum) actus aliter potest venditionem incontinenti: cum ex pacto, res vendita in eisdem terminis, & grauaminibus, & sustinentia omniū casuum, nulla acquisitio possessionis (vt dictum est) secundum formam legis: in quibus omnibus impeditur translatio dominii, & proprietatis in emptorem. leg. qui sic. ff. de sol. Vbi dicitur. Non alienantur numi, qui sic dantur, vt recipiantur. Ex quo videtur non videri traditum esse dominium, vel voluisset tradi: quod sic traditur, vt statim rehabeatur. Nemo enim in huiusmodi factis, statim pręsumitur se velle corrigere. leg. non ad ea. & in glos. ver. præsens. ff. de condit. & demon. facit. l. pacta. ff. de con. em. & ven. & ff. de rei ven. leg. si quam. Et ideo simulati huiusmodi contractus apparent. & ex modo contrahendi, vere vsurarii in conscientia conuincuntur. Et ideo fugiendi sunt laquei mortis, & damnationis huius. Si qui tamen contrahere uelint, facta fructuosa rei uenditione, habito respectu ad fructuum perceptionem, retento tamen rei emptæ directo dominio, iusta pensio constituatur in fructib.

Occasione autem dictorum ad maiorem euidentiam sic formatur casus. Titius indigens pecuniis, petit eas a Sempronio, offerens illi rerum suarum obligationem titulo liuelli, pro indiuiso, pro tanta quantitate, nulla certa æstimatione valoris rei, quę deducenda est in contractu, sed tantum facta mentione, de quinque aut sex &c. pro centenario pecuniarum cum pacto vt vendens remaneat in possessione totius, vt prius: quod etiā fit, cum predium terminatum datur, & vt similiter vendens, seu verius pignoratitiè obligans hoc modo titulo liuelli res suas, sustineat omnia grauamina realia, & personalia ratione rei, & similiter subeat dispendium casuum fortuitorum. Immo nulla de huiusmodi fit mentio, sed tantū de impositione, & exactione liuelli, seu affictus impositi, in omnem euētum, &c. Cuius tamen casus, ex prædictis patet responsio. Quippe omnes obligationes huiusmodi generis, pignoratitiæ, vsuratitiæ, & impiæ, ex adiectis cōditionibus cōuincuntur, nimiumque iniustæ. Patet enim quod dictus liuellarius, in his casibus maxime plus debito læditur, & grauatur: quod non tolerat bona fides, & iustitia, quæ in his contractibus præcipue requiritur (vt responsum est.) Primo enim grauatur in pretio. Obligat enim predium valens milles pro centum, & huiusmodi. Nemo enim præsumitur iactare suum. l. cum, de indebito ff. de prob. Et si dixerit quispiam, ipsum sic voluisse rem suam grauare: cum in re sua quisque sit moderator, & arbiter. l. in re man. C. man. respondetur quod nemo in necessitate dicitur liberalis existere. l. rem legatam. ff. de adim. leg. Immo præsumitur inuitus facere, quod in damnum propriū quis fecerit; licet in casu, minus malum sic facere opinetur esse, minus autem malum comparatum maiori malo dicitur boni rationem habere: qui igitur malum magnum timet, si pecunias in aliqua necessitate, non habeat, eas habere quærit modo quo potest, vt se releuare possit ab eo malo, per aliquod minus malum, & ideo, sibi bonum eligit, non autem vsurario. libentius enim sine vsuris acciperet, si posse. Et ideo verbis quidem consentit vsurario ei soluendo: sibi tamen magis in animo hæret. Et ideo quod magis formale est, intentio scilicet, magis sēper attenditur. Consensus tamen mutuus de

vera libertate procedit cum iustitia facti: non debet enim quis contra alium facere, quod fraterna charitas non requirit. Etsi.n. casu aliquo, vel possessio pro magna parte pereat, vel fructus ipsi, (vt pōt euenire) casu aliquo, vel sterilitate in parte maxima, vel ex toto ex ea possessione pereant. Dictus grauatus tenetur nihilominus soluere quod si forte etiam producat possessio tantum decem, & decem ex obligatione teneatur soluere ex sic tota possessione obligata, cogetur illa decem soluere. Et ita possessio, quæ supponitur valere mille obligata solum pro centum, & huiusmodi, omnes fructus producet pro illo, qui eam habet obligatam sibi tātum pro centum, quod est maxime impiū & contra naturæ iura: Et sic omnes labores, & expensas factas amittet. Rursus etiam cogitur sustinere grauamina omnia ratione rei. Ipse autem emptor fictus, in omnem euentum, vult esse securus, & de capitali exposito, & de pensione pro affictu, vel liuello. quod si dicatur scienti & consentienti, &c. satis dictū est superius, Semper enim iustitia in mutuis contractibus requiritur, & bona fides, Alioquin etiam accipientes lucra vsuraria, essent securi in conscientia. Accipiētes enim ad vsuram voluntate accipiunt, & voluntate etiam soluunt: non tamen simpliciter, sed tanquam maius malū videantur euitare. & ideo maxime a principio vsurarij contractus, numquam præsumuntur liberaliter velle donare, quod pro mutuo vsurarij promittūt verbis; etsi id affirmarent se voluntariè donare, quia nemo præsumitur in necessitatē liberaliter alteri donare, quod sibi cognoscit esse necessarium. l. rem legatam. ff. de adim. l. Et ideo vsurarij semper sunt damnabiles. Pacta etiam, quæ inducuntur in casibus istis, sunt contra naturam contractus, tū emptionis, tum rei, tum fructuum, tum etiam iuste locationis (vt patet) igitur cōtractus huiusmodi, nullo iuris robore fulciuntur. l. quæ sub cond ff. de cōdit. inst. Vbi nec pacta, nec iuramenta contra naturā contractuum, tenere dicuntur & l. pacta. C. de pact. Vbi dicitur pacta, quæ contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris est. Est autem contra substantiam vere venditionis, vt non tradatur dominium rei venditæ in emptorem, saltem directum, etsi quandoq. vtile statim non tradatur, in casibus iure permissis: licet etiam dominium vtile, tūc sit tradendum quando actualiter venditur: vt sic emptor rem suā agnoscat, et curet, naturali etiam affectu, rebus nostris afficimus & ea curamus, atq. diligenter conseruamus: vt pro libito rebus, & fructibus nostris vtamur: fructusq; nostros vel vendamus, per contractū locationis, iustam pensionem ex eis habeamus, pro sustentatione nostra, quantum ipsa suggesserit humanę uitę necessitas, ratio enim propria quare liceat nobis lucrum, & fructus ex pensione huiusmodi recipere, vel alteri locare, vel prorsus prohibito aliena re, est verum dominiū, & actuali possessio proprietatis, seu rei fructificantis. quod probatum est, esse iure non posse in casu isto. cum possessio transferri non posit actu momentaneo: & cum nō sit actu apprehensa corporaliter, & distincte, ita quod fiat certa rei distinctæ cognitio a possidēte. quinimo emptor, vel nullam, vel confusam, & in communi tantum habet de ea notitiam: quia videlicet nouit assertum venditorem, seu obligatorem talis proprietatis, sibi esse debitorē tanti, annualiter, iure liuelli vel affictus: ad cōputum quinque aut sex, &c. pro cent. secundum numerum pecuniarum expositarum in contractu. Et hoc tantum assertus emptor curat, & attendit, & exigit. Et ideo patet quòd oculus est tantum ad numerum pecuniarum, quod nulli dubium est vsurarium & impium esse. Iniustum etiam esse ex eo conuincitur, quia dictus emptor non vult sentire grauamina rei, neque dispendium casuum fortuitorum cū tamen ostensum sit ea ad emptorē, tāquam ad proprium rei possessorē pertinere iure naturæ, Nisi forte ea occasione, minorem pēsionem quantum tn̄ iustitia

exigat,

exigat, imponat in re sic grauata, adiecto pacto, quod venditor, & idem cōductor, sustineat grauamina, & pericula casuum fortuitorum, sine tantum læsione conductoris. In auct. de non alie. aut permu. re. ec. §. dudum coll. 2. quod idem seruatur etiā in contractibus emphiteoticis: quando canon seu pensio imponitur ratione fructuum. dicto auct. §. dudum, & §. quia vero leo. & l. 1. C. de iur. emph. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. Quæ fortuitus casibus accidunt, nullo bonæ fidei iudicio imputantur. Et dicit Bart. in d. l. 1. C. de iur. emph. Quod facta diminutione in re, si tamen percipiuntur fructus sufficientes ad præstandum canonem, prçstari oportere. Sin contra, vel tolli totam pensionem, si res tota periit (vt in textu habetur) uel remissionem fieri debere pro parte: cōueniens, & naturæ cōsona ratio suadet. Vnde vltimo loco, ibidem Bart. quærit, quid si res non perijt, sed est in loco, in quo propter bellum laborari, & coli non possit: vtrum debeat solui pensio, Iaco. de Are. determinat quod non, sicut si in totum esset damnificata. art. l. interdū. ff. de acqui. poss. & l. cum his. §. vlt. ff. de bo. aucto. iur. pos. Et hoc refert Cyn. Az. quod tene menti perpetuo. hęc Bar. ratio autem est sæpius in simili dicta. Quia. s. pensio ratione fructuū soluenda est. fundus. n. si non fructificet, aut nihil prodest, aut est seipso onerosus, & ideo sublatis fructibus, pensio non est præstanda. Et ideo cum emptor huiusmodi (etiam si vera fuerit venditio) nolit sentire grauamina, neque dispendium casuum fortuitorum quantum exigit ratio fructuum perditorum, & non vitio debitoris, iniuste aggrauat dictum venditorem, dum in omnem euentum vult impositam pensionem exigere. Imponebatur enim pensio ratione fructuum, quibus non existentibus, non uideo qua ratione ea pensio debeat solui, nisi ratione pecuniarum, vt dictum est, &c. vt arguatur sic. Aut quæris pensionem ratione fundi & rei deductæ in contractum. Et hoc improbatum est: cum sine fructibus habeat grauitatem vel nullam vtilitatem, & ideo venditor potius deberet releuari, vel saltem non grauari. Vel ratione fructuum, & hoc cum accedat ad naturam locationis iure canonico, & ciuili, recompensationem exigit, modo iam dicto. Aut similiter quęris vtilitatem pecuniarum tantum, cum seipsis pecuniæ sint steriles. Dicto c. eiiciens: d. 88. Et hoc vsurariam continet proculdubio prauitatem. Et alia ratio non est, vnde possit sustineri, quod persolui debeat huiusmodi pensio. Contractus igitur hoc modo conceptus, & inductus manifeste ad ruinam pertinet animarū, & laqueus est damnationis æternæ: & ideo fugiendus. Sed aliquis ad excusandos errores proprios, forsitan inducet, quod ex contractu emptionis rerum, per pecunias expositas, & etiam in mercimoniis, lucrum ex pecuniis requiritur. Cui & oīb. rñdeo: quod alia est ratio, & diuersa prorsus. Nā mediis pecunijs, quæ propria sunt mensura commutationum, vt habet Arist. 5. eth. nobis per emptionem acquirimus res fructuosas, quarum sicut habemus vtilitatem, ita & iure incidentia pericula, & grauamina tributorum, & huiusmodi, subire cogimus. & labores, & expensas culturę: vel per contractum societatis ad partem conuentam fructuum exponendo colonis partiariis, si secundum dispositionem legis, l. cum duobus. §. in coeunda. ff. pro soc. Et similiter multis periculis, & laboribus, peruigiliq; industria, in mercimonijs, per pecuniam instrumenta, & variis permutationibus lucrum iustum exquirendo. Quibus casibus manifeste patere quod lucrum immediate habetur ex rebus per emptionem, seu permutationem veram, non autem ex pecuniis: nisi inquātum sunt medium, seu instrumentum lucri, eis vtendo in contractibus, tanquam communi mensura rerum venalium. Cuius oppositum est in contractibus istis de quibus agimus. Vbi nulla est communiter assecutio possessionis, non rei dominium, non exercitium laboris, non sustinentia periculorū, & huiusmodi, sed tantum exactio ad computum numeri pecuniarum

niarum nomine liuelli, vel affictus, temporalis vel perpetui. Nec vellit quispiam dicere consuetudinem, & vsum esse Veronæ, aut alibi taliter contrahendi: quod eo nomine possint taliter obseruetur, seu etiam nomine affictus. vel vsus, & huiusmodi & c. Corruptela enim est, & contra ius commune & naturæ ipsius: & contra iustitiam, & bonam fidem, quę in contractibus exiguntur, & ideo tollendus est huiusmodi contrahendi modus, c. si de consuet. Imò magis est antiqua vetustas erroris, c. consuetudo d. 8. & ibi per totum, & 24. q. 1 c. schisma vbi mala consuetudo auget crimina. Et ideo pacta similiter, & quæcunque conuentiones in fraudem iuris & bonorum morum inductæ fugiendæ sunt a bonis viris: etiam si nomen inductum venditionis, vel liuelli, seu affictus iustum titulum habere videatur, ꝙ tamen verum est tantum in veris contractibus solutis bona fide atque iustitia: nõ autem quando est ficta venditio, plus .n. valet quod agitur quam quod simulate contrahitur, etiam si instrustumenta, & scripturæ, continere videntur legalem iustitiam, vt C. plus val. quod agi. per to. & ibi doc. Cum enim in ficta venditione nõ transferatur verum dominium, nullo iure fictus emptor potuit facere fructus suos: & per consequens non potuit rationem habere imponendi huiusmodi annuam pensionem in re, quæ sua non fuit: sed vere pignorata; quod ex conditionibus, & pactis in contractu deductis elicitur. Et etiam hoc ex causa, & modo contrahendi, & tractatu habito in contrahendo habetur. Communiter quippe dicit indigens pecuniis, cum quærit eas ab aliquo, pro quibusdam negociis meis expediendis, rogo vt mutues, vel des mihi certum, &c. Et ego faciam tibi obligationem nomine liuelli, vel affictus annui super domo, vel possessione mea: adiecto pacto, vt hinc ad decem annos, &c. tuis centum solutis, sim. liber ab hac pensione, & mihi rem meam tibi obligatam restituas. Interim tamen habeas fructus, vel si fiat reafficatio mihi venditori soluam tibi quinque pro cent. patet .n. quod ille nolebat vendere, sed tantum obligare, &c. quod tantum in pignoribus deducitur. Vnde communiter tales obligationes vocantur pignorationes a pluribus, dum dicunt. Ille habet in pignus domum meam, campum, vineam, &c. etiam similiter, dum de his contractibus loquuntur, patenter dicunt, qui fecerunt; pignoraui illiteram meam. Sic enim loquuntur homines, præcipue autem idiotę, sicut habent & concipiunt, & intendunt in animo. Et quia intẽdunt pignorare, & ideo dicunt eam obligationem, pignorationem; sicut ergo ipse audiui; & quæsiui a contrahentibus, quo clarius naturam contractuũ huiusmodi possem agnoscere. Et ideo non miretur quispiam, si has obligationes, communiter veras pignorationes appello; licet aliter in instrumentis in fraudem iustitiæ, & legis agatur. Cum scilicet nomine venditionis & liuelli contrahatur. In pignoribus autem fructuosis, deductis ex pensis computantur in sortem ca. ad nostram de emp. & vendit. c. illo vos. c. cum contra de pign. c. 1. & 2. de vsu. Et etiam valde contra naturam est, vt res, etiam si tua sit, apud alium sit melioris conditionis, & fructuosa, quæ apud te, sicut & apud alium quibusdam casibus fortuitis, vel sterilitatis, peritura esset; & similiter varijs grauaminibus affecta, & onerata, vel non fructificasset, eisdem causis communiter existentibus. Et ideo nullo iure suadente, potest esse pensio in fructibus non existentibus; sed casu vel sterilitate deperditis, vel non euenientibus per longum tempus: ita vt sterilitas vnius anni, non possit per abundantiam alterius cõpensari, prout habetur c. propter sterilitatem, de locat. & con. secundum alia iura, ff. & C. Talis enim debet esse contractus locationis, & communiter in omnibus cõtractibus, in quibus ratione fructuum imponitur pensio moderata, & iusta, vt conductor in aliquo lucro communiter possit remanere, vt est c. propter sterilitatem, & ibi doc. Io. de Imo. Abb. & gloss. de loc. l. si merces §. vis maior. ff. loca. Et hoc

simulate pretium inducitur; quod tamen verum est mutuum &c. neque enim potest esse uera venditio vbi non est res uenalis uere appretiata, & cuius tradatur dominium & cæt. Et ideo instrumenta, & scripturæ, in quibus contractus huiusmodi continentur, sunt nullius valoris. Neque enim iustum iudicatur negotium a scriptura tantum, sed a iustitia facti l. emptione. C. plus val. quod ag. &c.c. ad nostram, de empt. & ven. c. illo vos. de pigno.

§ Sicut etiã contra hoc omnes contractus, in quibus obligantur res ad pensionem fructuum, iure liuelli, quos ita venditæ, seu verius, pignoratæ res non producant. Sicut si fiat obligatio de oleo soluendo super aliqua domo, seu etiam de soluendo frumentum, vinum, bladum, & huiusmodi similiter, in pratis & huiusmodi similibus, quos tamen fructus soluendos iure liuelli, uel affictus, res tales non producunt. Neque enim domus producunt frumentum, uinum, & oleũ, &c. neque similiter prata, &c. Vnde contractus huiusmodi, duplicem Iniustitiam continent. Primo quidem, quia communiter domus non reddunt locatę, ad rationem quinque pro centenario ad computum valoris sui: vt patet si fiat æstimatio valoris, & computus locationis vel affictus.

Vnde manifestum est, quòd obligatio est pignoratitia pro securitate exponentis pecunias: & lucrum pensionis est vsurarium, cum solus respectus sit ad numerũ pecuniarum expositarum. Si enim haberetur respectus ad prouentum, qui communiter ex domo possit haberi, non diceretur in contractu; ad rationem quinque &c. pro cent. cum tantum non habeatur, deductis maxime expensis ex domibus, fructus enim intelliguntur esse qui deductis expensis factis ratione rei habẽtur, l. fructus, ff. sol. mat. deductis autem expensis reparationum incidentium, frequenter prouentus domus, ratione locationis deductus, non forte erunt tria pro centenario. Et tamẽ ipse assertus emptor, ratione pecuniarum, vult salua esse semper sua quinq; & c. Secundo autem manifestam continet iniustitiam contractus huiusmodi: quia si pro affictu domus, detur talia, videlicet tantum oleum, tot sextaria frumenti, &c. sicut fieri consueuit in liuellis prædiorum reddentium tales fructus, sicut ex vineis vinum colligitur, oleum ex oliuetis, & huiusmodi, dabitur quandoque pro pensionibus domorum, & hoc frequenter, plusquam viginti pro centenario ad computum valoris (vt patet). Nec tamen negandum est facta vera venditione talium rerum, quin possit imponi iusta pensio in frumento, vino & oleo pro affictu domorum, etiam si deducatur in pactum, sicut si soluantur pecunię; sic tamen, vt pro quantitate pecuniarũ; quæ darentur pro iusta locatione domorum, & talium huiusmodi rerum fiat ad ratam valoris pensio pro earum conditione, & quantitate prouentus, qui possit haberi; non autem respectu pecuniarum ad quinque & c. cum (vt dictum est) domus maxime talem prouentum non habeant.

Qui enim uellet eam domum conducere in nudo contractu locationis, non vellet exponere affictum ad rationem valoris domus; & cum hoc etiam tolerare expensas reparationis, & ideo etiam non est præsumendum quod iste pecunijs indigens, qui fecit talem obligationem suã, voluerit huic detrimento se subijcere voluntarie, nisi sicut qui ad vsuram pecunias accipit ad 20 & 30 &c. p cẽtenario, nemo quippe præsumitur iactare suum, l. cum de indebito. ff. de prob. Nec est similiter in necessitate constitutus, liberalis & largus, l. rem legatam, ff. de adim. leg. Sic tamen homo astrictus necessitate, voluntarie facit, quasi minus malam eligens, minus nãque est soluere quinque, quam viginti, vel plus: quo etiam maius damnum euitet, quod ex aliquo accidente, puta indigentia tantæ pecuniæ, pro eo tempore, & negocio ingruente. Nec tamen ideo iste exponens pecunias & nuncupatus emptor, vt habeat quinq; &c. pro cẽtenario

grauaretur in solutione pensionis plus debito. Et ratio huius erit incertitudo & varietas valoris fructuum plus vel minus pro tempore, cap. in ciuitate, de vsu. Etsi enim conductor videretur vno anno grauari, quando fructus soluendi, sint in magno pretio: releuabitur tamen altero, quã do modico pretio habentur c. propter sterilitatem, de loc. Sed hoc non habetur in casu proposito: sed pensio quinque vel sex pro centenario exigitur: quod ex prouentu domorum non habetur communiter: & cauendi sunt isti contractus. De pratis autem, seu campis, ex quibus non colliguntur fructus, in quorum solutione grauantur, dicitur; quod forte potest accidere, sicut & de facto plerumque accidit, quod tales campi, puta prata, vel terræ aliȩ, non redderent tantum ad summam pecuniarum soluendarum in iusta locatione, vel peribunt vineæ, seu oliueta & prata. Et, si in pratis, erit imposita pensio olei vel frumenti, cogetur conductor de suo soluere, & nimium grauari. Si etiam pereat frumentum, & pensio sit in pratis, vel domibus, cogetur supra modum grauari in emptione, seu etiam in exhibendo de proprio, ad maximam quãtitatem, quæ forte vel æquabit, vel facile excedet summam totius capitalis, vt in maximis penuriis huius temporis frequẽtissime accidit, hoc autem non tolerat iustitia & bona fides horum contractuum iusq; naturæ, vt alter contrahentium grauetur in tanto; locius vero in omnem euentum sit de suo lucro securus. Et quȩ est summa ratio, & fundamentum primũ veritatis huius in casibus huiusmodi est, prout omni iure facile habetur, & deductum est: quia. s. pensionis huiusmodi ratione fructuum percipiendorum ex rebus suis imponendæ sunt ad liberã iustitiæ fructuum, non autem tantum ratione directi dominij rerum, vt in emphiteosi, & feudis communiter obseruatur: neque etiam ratione pecuniarum expositarum tantum: vt haberi potest ca. propter ster. de loc. in auten. de non alie. aut p r [illegible] & S. quia vero leonis & l. pri. C. de iur. emphi. & ibi Bar. & doc. Conclusio ergo est vera, quod pensio ex rebus propriis fructuosis, iuste acquisitis secundum conditionem fructuum habenda est.

§ Hoc igitur omnino seruandum est ei, qui velit iuste & secure huiusmodi cõtractus exercere, vt scilicet primo fiat rei fructuosæ legitima venditio, & traditio possessionis, & rei venditȩ secundum iura: etiam cum pacto de retrouendendo, eidem venditori, si nolit aliter vendere, in tempore finito vel indefinito. Et emptor sustineat interim grauamina rei emptæ (vt decet) si vult vtilitatem sentire. Et res venalis sit certa, non per indiuisum, sed suis terminis limitata, & cognita ab emptore, saltem per actorem nomine suo. Et iuste sit appretiata, cum vera intentione contrahentium ex vtraque parte, in contractu emptionis & venditionis non ficte: neq; ex parte emptoris, neque ex parte venditoris, etiam eo modo, scilicet cum pacto de retrouendendo, quo possit facere fructus suos. l. lege commissoria. ff. de le. commis. habent enim maximam similitudinem pactum legis commissoriæ, & pactum de retrouendendo. Vtrobique enim est gratia venditoris, & agitur ad rescissionem contractus, si velit venditor. Et ideo vtrobique vere celebrata venditio, facit fructus emptoris esse in iure & in conscientia. At in pignoribus secus est. l. 2. C. de pig. acti c. cum contra. de pig. & c. pactum enim legis commissoriæ est in pignoribus improbatum. c. significante de pigno. & l. 1. & 3. C. de pac pigno. Ergo idem erit in contractu de retrouendẽdo. Etsi enim non sit vero venditio, patet etiam quòd non est retrouenditio, sed tãtum reassignatio pignoris. Et per consequens, talis fictus emptor, & verus pignorator, seu pignoris fructuosi detentor, tenetur omnes fructus perceptos, etiam titulo liuelli & affictus computare in sortem, sicuti est probatum. Stante igitur bona mente cum iustitia commutatiua in contrahentibus, & re venali, potest fieri institui iusta pensio nomine liuelli vel

affictus

afflictus, super re taliter acquisita, ratione fructuum ex eadem re prouenientium: cum pacto de sustinendo damnum casuũ fortuitorũ: vel si nolit sustinere casus fortuitos, & sterilitatis dãna, &c. fiat remissio alicuius conuenientis partis pensionis secundũ iustitiam, ne venditor plus æquo grauetur, neq; in pensione, neq; in modo pensionis. Ius enim cõtrahentium exigit, vt neuter grauetur plus altero; sed iustitia commutatiua, vtrique propria iura dispenset. Et sic vnusquisque poterit esse securus, & in iure, & in conscientia: licet (propter acrimoniam cupiditatis, quę omnia iura subuertit, cum sit omnium malorum radix, fomes, & irritamentum) Tutius esset ab huiusmodi periculosis cõtractibus abstinere.

§ Potest etiam contracus, huic valde similis concipi, & formari super venditione annui prouentus, siue magis in venditione iuris habendi partem fructuum in aliqua possessione. Sicut notat Inno. c. in ciuitate. de vsu. Et similiter habetur in extrauag. Marti. 5. & Calix. 3. quæ ponuntur in extrauag. sub titu. de emp. & uen. Et est, vt non fiat venditio fundi, sed tantum fructuum: vel iuris exigendi tot mensuras frumenti, vini, & olei, in possessione, hos fructus producente: ad plures annos, vel ad vitam ementis: vel etiam in successiones, prout habet etiam Archiep. Flo. in sum. part. 2. tit. 1. c. 8. § 14. Ex pluribus doc. Fit autem hoc modo. Titius habens possessionem; & indigens pecunijs pro negotiis suis expediendis, graue ferens possessionem suam a se penitus, vel pro parte alienare, sed volens dominium sibi retinere: conuenit Sempronium habentem pecunias: quas nolit mutuas dare ad vsuram, nec tamen infructuose exponere: sed rem emere fructuosam. Conueniunt simul: vt Sempronius det centũ Titio. Et Titius vendit illi, ad iustam æstimationem, ius habẽdi ex possessione sua, tantum frumenti, aut vini, vel olei, &c. quæ tamen (vt præfertur) ex ea possessione colliguntur, &c. Contractus huiusmodi ideo potest habere rationem veritatis, ex eo quod fructus tales, & vsus, non sunt ipsa rerum substantia, sed separantur a rebus S. Th. secunda secundæ, q. 77. 1 Man. q. 13. 4. & ideo separari a rebus, & separatim vendi & alienari possunt, absque alienatione directi dominii. Sicut apparet in vecturis equorum, neq; enim distrahitur equus concessus ad vecturam, sed eius vsus, & vectura venditur ad tempus, &c. Non est autem maior ratio, quare fructus percepti per singulos annos, vel in totum (vt in locationibus,) vel in parte, & per tempora vendantur diuersis personis (vt accidit) quam vt vendantur ad decem annos, vel amplius, seu in perpetuum, Seruatis tamen ijs, quæ de vera venditione superius sunt inducta. Intentione scilicet contrahentium, reuera venali, & iusto pretio. Quod insuper etiam tunc iuste poterit induci, & celebrari, cum ex tãta terra, quæ emeretur pro centum, &c. tanti fructus communi proborum iusta æstimatione haberentur. Deductis expensis cultura, & grauaminibus realibus, & personalibus ratione rei, quæ ille emptor sustinere cogeretur, si tantam terram, seu partem possessionis eo pretio iuste emisset. Et deductis etiam casibus fortuitis, & casu sterilitatis. Neque enim posset hos casus ipse euadere: si terram ipsam ille retineret in seipso. Et ita proprie habet locum sententia dictarum extrauagantium Mart. & Calixti. Cum fiat vera, & realis venditio rei vere appretiabilis & vendibilis, quod est iure percipiendi tot fructus vel ipsi fructus venditi &c. Contra hoc sunt omnes contractus, in quibus emptor in omnem euentum vult esse securus de habendo tot fructus annualiter: etiam si ipsa possessio eo iure obligata, nihil omnino vel parum admodum produceret: cũ tamen si emptor terram emisset, non esset securus, nulla enim ratio suadet, vt quis habere possit vtilitatem ex re, quæ non est: immo si fundus fuisset apud se, simili modo pateretur iacturam seminũ & expensarum: sicut & venditor in possessione sic obligata. Et ideo est maxime contra iustitiam, & contra charitatem fra-

fraternam contractus huiusmodi, vt superius de liuellis inductum est. Neq; enim decet, nec iustum est, vt tota possessio valens mille sit obligata pro centum. Et ita si sterilitate, vel alio ineuitabili casu, & non vitio coloni, seu debitoris, fructus pereant (vt dictum est) nihil emptor patiatur, & venditor totum subeat damnum. Damna enim fatalia, nullo bonæ fidei iudicio præstantur. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. & l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. Iure enim inductum est, vt res quæ perit casu fortuito; pereat domino rei. l. pignus C. de pig. act. Cum igitur emptor iuris huiusmodi, videatur declinare substantiales conditiones venditionis, & iustæ possessionis, videtur per consequens tantum habere oculum, & intentionem ad numerum pecuniarum expositarum contractu, & non ad rem emptam: videlicet ad fructus, qui supponuntur perire (vt dictum est.) Nisi forte aliquid minimum vel moderatum valde, quod solui tur esset ad tollerandos huiusmodi casus. dicta authen. de non ali. re. ec. §. dudum coll. 2. §. Similiter ēt videntur quidam cōtrahere, cum emunt æstate frumentum, & pisces, & similia, eo tempore quo minus valent, vt reddantur illis, cum communiter maiori pretio vendantur. Sicut quantitas piscium, quæ empta æstate pro minimo habetur, pretio cum reddita fuerit, eadem quantias tempore quadragesimæ, & frumentum mense Aprilis pluris valente &c. manifeste est contra iustitiā, quod autem etiam vix potest saluari, est: cum res plus vel minus, eo tempore quo expectatur solutio, sint valituræ, c. in ciuitate. de vsu. nunc autem in casu, vix dubium esse potest; quia, est de rarissime accidentibus, vt res huiusmodi minus valeant illis temporibus, quando sunt reddendæ, communiter enim & fermè semper plus valent, vt pisces in quadragesima quam in æstate, & frumentum & alia huiusmodi similiter. Duplex igitur iniustitia est in casu isto. Primo quia res dandæ eo tempore cōmuniter plus multo valent, quam æstate. Secundo quia contractus celebratur æstate, quando res empta tantū valet, & non plus, & nō debet plus vendi. Immo videtur vnum emere, scilicet frumentum, vel pisces & alia &c. eo tēpore, & tamen realiter emit alio tempore aliud simile tantum in specie, quod tamē secundum conditionem temporum debet appretiari, & non propria libidine, sed officio principis. l. pretia. ff. ad legem Falci. & l. 1. ff. de offic. pred. vrb. l. 1. C. de epi. au. c. 1. de emptio. & vēditio. ideo iste sic emptor, ex eo quod eo tempore dat pecunias indigenti, vult lucrum illud habere, quod tamen si vere attendatur: erit facile plusquam centum pro centum absq; alio periculo, vult enim omnia stare ad periculum venditoris, vsque ad tempus, quo res in contracta deducat debeat reddi: quo tempore; quod pro vno ducato obligauit, vendet forte plus duplo, vt frequenter accidit. Nec dicat aliquis, hoc in mercantiis quandoq; euenire: mercatores. n. sustinēt labores & expensas, & stāt ad pericula, ēt totum quandoq; perdendi & eo exercitio, sunt applicati, pro cōi vtilitate multorum, qua ratione lucrum iustū expectant, & exquirunt: quibus ēt nō licet propter dilationem solutionis, merces suas, carius vendere, nec pro anticipatione, minus creditoribus exhibere: nunc aūt iste huiusmodi emptor, dat pecunias pro rebus ad valorē pretii currētis eo tpe, vt alio tpe res ipsas pluris cōmuni iudicio valētes accipiat, & ideo cōtractus huiusmodi, vsurarius reputatur: cū ex pecuniis taliter expositis sub titulo venditionis lucrū eo tpe secure accipiat, ac si proprie mutuasset eas pecunias, cū pacto, tantum habendi eo tpe. Quoduis. n. nomen imponatur huiusmodi lucris, vel quicquid eo noīe vel alio accipiatur, vsura est 14. q. 3. c. plerique c. putant. Caueat igitur sibi quisq; ab huiusmodi periculosis contractibus: ne dum lucrum inordinatum expectat, & quærit, anima sua infeliciter pereat in perpetuum. Et ideo semper qꝫ iustum est, laudabiliter operetur, Deum iustissimum iudicem in omnibus præsentē semper attendendo, & ita securus erit. Sic

enim debet quisque cum alijs (Deo iudice & teste) semper viuere, & conuersari, prout cupit & desiderat alios secum agere & operari; cauens in omnibus ab ijs, quæ iustitia vetat, & quæ iusserit eadem, fideliter operetur.

TRACTATVS SECVNDVS DE VENDITIONE rerum fructuosarum ad terminum, cum grauamine soluendi annuam pensionem, ratione pretij non soluti.

CASVS.

Titius vendit Sempronio possessionem, iusto pretio constituto: Et quia emptor non habet pecuniam sufficientem ad solutionem pretij conuenti pro tota possessione, neque forsan pro parte iusti pretij, venditor vult constituere pensionem annualem super possessione eadem, ad rationem quatuor aut quinque pro centenario secundum summam totius pretij conuenti & non soluti, vsque ad tempus & terminum solutionis pretij: secundum pacta, & promissiones persoluendi totam summam, vel partem, &c. vsque ad sextum vel decimum annum, quando emptor tenebitur de pretio rei venditæ, iam in mora soluendi existens: hoc interposito pacto, vt interim emptor ad omnia grauamina realia, & personalia teneatur, ordinaria, & extraordinaria, & subire similiter dispẽdiũ casuum fortuitorum: ita quod in omnem euentum venditor vult esse securus de toto pretio ad terminum persoluendo & de annui pensione ad numerum pecuniarum promissarum, persoluenda.

IN casu isto, & quæsito difficillimo, propter diuersitatem opinionum, pro plena atque perspicua intelligentia totius difficultatis; primo est aduertendũ ad titulum quæsiti huius, quod. s. non de pignoratione aut ficta venditione, similibusq; contractibus. est quæstio; sed de vera venditione quæ consensu, re, & pretio iusto, & rei venditæ traditione perficitur; vel vt saltẽ sit fides habita de pretio. Inst. de re. di. §. venditę. l. vt res emptoris, ff. de con. em. & vend. quando periculum omne stent ad emptorem, l. necessario. ff. de per. & com. rei ven. Sentientes enim dãnum, debent sentire & commodum. c. qui sentit. de re iu. in 6. & l. si non fuerint ff. pro soc. & insti de empti. & ven. §. sed etsi. Hoc igitur modo intelligendo quęsitum: Tenetur pars negatiua vera. Cum eius oppositum, sit contra rationem commutat iustitiæ, quæ æqualitatem rei ad rem semper inducit S. Thom. secunda secundæ, q. 77. primo Similiter arguitur ex sententia. Bal. in rub de vsur. vbi ait, quod omnis obligatio relatiua, requirit extrema ęquipollentia vel quasi, quod non est in casu nostro. Maxima enim est securitas venditoris, qui in omnem euentum vult esse securus. & de pretio, & de pensione pro pretio non soluto; etiam ante moram debitoris, vt prefertur. Emptor autem subest omnibus casibus & dispendiis, & expensis in sustinendis oneribus &c In quęsito casu, quia tractatur a legistis, canonistis, atque theologis, ideo ex propriis singulorum, propositam conclusionem in determinatione casus huiusmodi, intendo deducere, & probare.

§ Et primo quidem ex propriis legistis. Etsi plerique eorum oppositum teneant ex l. 2. C. de vsu. & l. Iulianus §. ex vendit. ff. de act. empt. & vend. & C. eo. l. curabat. & ibi gloss. ver. ratio ait, quæ adeo iusta est, vt cum quasi interesse, vsurę petantur, etiam iure can. obtineat secundum Azo. Idem Bald. d. l. 2. C de vsu. & ibi

ibi gloss. similiter. item l. initio. Co. de pac. inter emp. & ven. Et alibi saepe tractant iuristae casum istum tenentes apertè, quod liceat dictam pensionem ex pretio non soluto, in pactum deducere: pro maximo fundamento habentes, quod ratio aequitatis naturalis videatur innuere: quia videlicet possessio fructificat, & re emptor fruitur, & venditor non habet possessionem, nec pretium. vnde se possit iuuare. Dicta l. Iulianus &c. Vnde videtur aequissimum vsuras emptorem praestare debere venditori, post diem traditionis. Et has etiam ab initio contractus, vt no. in gloss. ver. post traditionem. Dicta. l. Iulianus, & l. curabit. Nullus enim debet ditari cū iactura alterius, de regul. iur. in sexto, & ff. eodem. Iure naturae.

§ In contrarium est lex mora ff. de vsu. vbi. §. in bonae fidei. & l. vlt. ff. de peric. & com. rei ven. Dicitur. In bonae fidei tantum contractibus, vsuras ex mora deberi. Aduertendum autem est, quod quando. ll. & legistae, vel can. vtuntur hoc vocabulo vsurae, seu (ratio vsurarum & huiusmodi) non semper intelligunt eo modo, quo theologi, & ipsi etiam frequenter canonistę capiunt. pro eo videlicet turpi & iniusto lucro, quod ex mutuo rerū, seu pecuniarum accipitur, vt habetur. 13. q. 3. c. putant. c. vsurae. sed pro lucro ex simplici rerum fructuosarum vsu, quando honesto & iusto, & iure, etiam can. permisso, frequenter accipiunt; licet etiam ipsi interdum nomen execrabilium vsurarum detestentur, & damnent. Cum igitur in contractibus bonę fidei, dicunt post moram, vsuras esse praestandas, & in quibusdam aliis casibus iure firmatis (vt declarabitur.) Vsurarum nomen, ad bonum sensum inducunt. In casu autem nostro manifestum est quòd sit contractus bonę fidei, vt insti. de act. §. actionum.

Quod si minus bene attendentes & intelligentes quidam, stricti iuris huiusmodi censeatur, nouerint tales, in huiusmodi contractibus non venire vsuras, ex mora etiam, vt ff. de neg. gest. l. quia tantundem, & l. 2. C. de vsu. & l. 1. C. de con. inde. Quòd autem mora non constituatur ab initio contractus, patet ex l. mora. ff de vsu. Et plene ibi in gloss. & ff. de reg. iur. l. nulla intelligitur ibi mora fieri, vbi nulla est petitio. l. si pupillus. ff. de ver. obli. necessaria est enim interpellatio legitimo loco d. l. mora. Vel quando dies terminata ex conuentione, vel pacto interueniente, interpellata pro homine, ante quem terminum finitum, si interpelletur debitor, non tenetur etiam de debito principali, multo minus igitur de vsuris, cū vsurae huiusmodi habentur ratione poenae, quia. s. vt interesse petuntur, quod est ex facto alicuius iniusto, poena autem praesupponit culpam, factum videlicet iniustum illius, qui non fecit quod facere debuit, vt late prosequitur Bart. in l. vnica. C. de sent. quae pro eo quod inter. Vnde gloss. in l. minorem. C. in qui. ca. re. in inter. ver. moram. Dicit, quod mora est debitoris vitium, factum videlicet iniustū, Nullus autem patitur iniustum, seu iniuriam, volens, & animo spontaneo patiens, vel faciens aliquid, vt nullus dicitur suae uxoris adulter & suae domus effossor, ut docet Aristo. in 5. Ethic. in casu autem nostro proponebatur ex libera, & communi spontanea conuentione contrahentium promissas esse vsuras, seu pensiones huiusmodi, ante moram debitoris, siue ante terminum soluendi debitū principale pro possessione sic empta, ad sex aut decem annos. Mora enim non intelligitur fieri ex re, sed ex persona, non seruante quod debuit, aut faciente quod non debuit: ex quo sequatur ratio vsurarum, & interesse: vt d. l. mora. Et iuristae inducunt in d. l. vn. C. de sen. quae pro eo quod inter. De iure ergo ciuili manifeste habetur, quod interesse, seu ratio vsurarum, non habetur ante moram. Restat autem respondendum ad iura quę in oppositum inducebantur.

Et primo quidem ad l. curabit. ver. (etiam si nulla mora intercesserit) Dicitur quod fauore minoris ętatis inducta est: vt ibi patet. l. in minoribus, C. quibus cau

sis res. in inte. ibi textus not. vt minores seruentur indemnes, & a necessitate liberentur interpellandi, & comparendi in foro. Cum tamen alias venditio esset perfecta, & fructus emptor perciperet, & deberet pretium soluere, & non soluebat, quod manifeste apparet in l. in minorũ. C. eod. tit. In minorum persona re ipsa, & ex solo tempore tarde pretii solutionis recepto, iure moram fieri creditum est. Vbi patenter apparet quod causa huius moræ inducendæ, est tarda pretii solutio vel vitium debitoris: & ideo sine interpellatione fit mora: cum re ipsa mora inducatur, idest debitum soluendi pretium & interesse, maxime autem fauore minoris ętatis (vt dictum est.) Quod nedum in minorem fauorem dicitur, sed & si socius pecuniam communem inuaserit, vel in suos vsus conuerterit, omni modo mora etiam non interuen iente, præstabuntur vsuræ, l. 1. § socius, ff. de vsu. Idem & de minoribus ait Papini. Circa tutelæ restitutionem pro fauore pupillorum, latior interpretatio facta est: vt scilicet in diem quo restituitur tutela, vsuras præstaret. Vbi apparet tunc. s. ante interpellationẽ uitium, & socij & tutoris indicisse. Obligatus enim ex delicto semper est in mora. Instit. de ob. quæ ex deli. ferme per totum. l. tutor ff. de fur. l. in re furtiua, ff. de con furt. Alioquin mora non intelligitur fieri, nisi facta interpellatione in loco legitimo dicta l. mora vel cum dies interpellat pro homine. Si autem simpliciter intelligatur, ab initio contractus eam rationem vsurarum exortam fuisse etiam in aliis contractibus, quando non cum minoribus contrahitur, illud erit quãdo factum est pactum de numeranda statim pecunia, & non numeratur nec traditur: cum tamẽ sit facta rei fructuosæ traditio, & emptor actualiter percipit fructus: tũc enim datur actio ad pretium, & interesse, iure cõmuni etiam can. vt c. conquestus, de vsu. & Inno. in c. sacro de sent. excommunic. item l. 1. & 2. ff. de per. & com rei uen. Et hoc modo etiam intelligitur l. Iulianus, cum datur actio venditori contra emptorem, ad pretium, & vsuras. vt enim esse non potest, nisi quia emptor in termino conuento ad solueudũ, non soluit, nõ datur. n. actio indiciaria contra aliquem, nisi quia vel non fecit quod debuit, vel fecit quod non debuit secundum iustitiã, sua iura cuique tribuentem. Emptor ergo non soluendo, delinquebat in mora existens, mora. n (vt dictum est) vitiũ est debitoris. Et ideo venditori cõceditur actio ex vendito, vt seruetur indemnis dicta, l. curabit, & l. si traditio. C. de act. emp. & l. vlt. ff. de peri. & com. rei vend. & C. de pac. inter emp & vend. l in initio. Vbi nõ dicitur, nisi quod teneatur emptor pensitare vsuras pretii tardius exsoluti: & insuper ex mora tãtũ præstari debere. Fateor aũt me nunquã potuisse inuenire in textu legis cuiuspiam claro, & expresse, ante morã debitoris, præstãdas esse vsuras: (nisi in casu fauoris pro minoribus) qñ re ipsa, & sine interpellatione, oritur ratio vsurarũ: facta tamen traditione ab initio (vt dictũ est,) licet quidã iuristæ, & gl. oppositum inducant magis ampliãdo materiã, quam oporteat, & legũ intelligentiam, vt est gl. in l. mora §. in bonæ fidei, ff de vsu. quæ ait ẽt ante moram debere vsuras præstari, & fructus, ff. eod. l. videamus. §. ex causa ẽt emptionis, fructus restituẽdi sũt, patet aũt hic de mora nullã fieri mentionẽ. Sed vel intelligendæ sunt gl. huiusmodi, qñ pactũ erat de statim soluẽdo ab initio cõtractus (vt dictum est) vel si simpliciter sunt intelligendæ, pęnitus eas tenẽdas, & condemnandas esse censeo, cum ipsam peruertant legum veram sententiam & textus ipsos destruant, vel inuoluant, quæ etiam si veram quandoque dicant, non tamen pro textu, & immobili sententia sunt acceptandæ, aut allegari vel teneri, vt est gloss. not. ff. de offic pręst. l. sed licet. Quod etiam de alijs doctoribus est tenendum: etiam si pręcipuam obtineant auctoritatem, quandoque enim bonus dormitat Homerus.

Quod præcipue obseruandum est, quãdo textus clari contra eorum placita reperiuntur, & illi solas opiniones præferant,

rant, etiam si multas inducant allegationes glosarum, doctorum, & legum. Tunc enim rite omnia examinanda sunt. Nec velit quispiam dicere, quod doctores ij si sint legum interpretes, sunt nimirum, non tamen vt extorqueant & inuoluant veritatem legum, sed ostendant, & sequãtur quantum recta ratio exigit. Duabus enim positionibus ambiguis existentibus clariori semper atque securiori inhærendum esse recta ipsa ratio suadet. sine qua ipsa sententia, nulla, immo aspernenda est: a quocunque textu, vel glosa, vel expositione emanauerit. Cum autem ratio adest (vt beatus August. ait) omnibus præstat firmitatem, & robur, Cum igitur expresse non habeatur in legibus ante moram (nisi in casibus dictis) præstandas esse vsuras, clare vero & patenter habeatur & magis secundum rationem, eas ratione veri interesse debere tantum præstari post moram, huic sententiæ secundum iura, omnino est inhærendum, vt patet satis in l. in fideicommissi, & in glos. C. de vsu. & d. l. mora. ff. de vsu. Item in l. fructus, & in glos. C. de act. emp. & ven. facilis confirmatio dictorum habetur. Ita vt vere tenendum sit ex sententia legum, quod non potest iuste poni interesse, seu ratio vsurarum ab initio contractus, antè moram debitoris.

Et quia legistæ (vt tactum est) vsuras huiusmodi iure canonum deberi aiunt, eo modo fatendum est etiam ab illis eas esse debitas, & exigi posse, quo modo iure canonum conceduntur: sed non conceduntur per can. nisi ratione interesse post moram, vt patet per Abb. & gl. notabilẽ in c. conquestus, de vsu cum suis concordantiis, igitur non debentur vsuræ, nisi ratione ista etiam secundum leges, quas etiam glos. illa sic interpretatur & allegat. Vbi ait. Etiam posse attentari, quòd vsuræ possunt peti etiam secundum can. vt cum vendo tibi prædium, & trado, & percipis fructus, nec soluis mihi pretium ad terminum. ar. l. 2. C. de vsu. quia huiusmodi vsuræ, non quasi vsuræ, sed quasi interesse petuntur, ar. 14. q. 4. c. quoniam multi, ibi ad quæstum & c. si quis oblitus, ibi aliqua incrementa, & ff. pro so. l. socium qui damna vero & interesse secundum can. peti possunt 12. q. 2. si quis clericus, de so. comp. dilecti, de fideiuss. peruenit. & c. constituistis, & argu. ff. de eo quod cer. lo. l. 2. §. vltim. Ex maxime in contractibus bonæ fidei. Vbi vsuræ veniunt ex mora. l. mora. ff. de vsu. & ff. de per. & cõrei ven. l. fin. & C. de act. emp. l. fructus, quia non dicitur vsura, sed verius, interesse: quia nihil dicitur dari vltra sortem: sicut fieri consueuit in mutuis. In casu autem nostro nullum est mutuum ex forma contractus: nisi forte aliqua simulatio occulte interueniat: quod esset quando voluntarie ipsæ pecuniæ debitæ, quæ essent acceptæ, relinquerentur quasi mutuatæ apud emptorem: quo casu non iam vsuræ ponerentur interesse quod ex facto iniusto non soluentis in tempore posset oriri, sed ratione mutui palliati pecuniarum, quod vere vsura est in facto, sed alio nomine censeretur, & nominaretur contractus huiusmodi, nos autem non de nominibus, sed de rebus ipsis pertractare intendimus.

Contra hæc ita inducta & concluda instare quidam conantur dicentes: quòd ratione rerum ecclesiæ, pensio inducatur ad quinque pro cen. & quod nulla fiat consideratio de mora, vt patet in decret. 10. quæstio. 2. capit. etenim. §. perpetua. & canonistæ communiter ibidẽ & alibi. Dicendum quod illa constitutio est Leonis Impera. vt patet ibidem in titu. Et assumitur a Iustiniano scribente Epiphanio Patriar. Constantin. Et ponitur in auct. de non alien. aut permut. re. eccles. §. quia vero leonis, coll. 2. Vbi de contractu emphiteotico agitur, non de venditione, vel mutuo, quando retento directo dominio, pensio ponitur super fructibus, non autem valet in mutuis quandoquidem in euangel.

Dominus, nedum exactionem prohibet, sed etiam spem aliquid habendi: quãdo videlicet sola spes, sit ratio mutuãdi, vt si arguatur a singulari ad vniuersale di-

cendo Socrates currit, ergo omnis homo currit. Ita etiam, in aliquo casu scilicet emphiteosis, vel locationis potest poni pensio habito respectu ad fructus rei fructuosæ, igitur in omnibus contractibus quouis modo, etiã pecuniariis inductis, licet lucrum deducere in pactum: patet enim quòd consequentia non valet; & nihil facit ad casum legis. In casu enim legis allegatæ, habetur ratio ad rem fructuosam: quæ secundum suam conditionem in emphiteosim detur: detracta vna parte fructuum, quæ forte in contractu locationis posset haberi propter casus fortuitos & in damnis fatalibus, quæ etiam in prudentibus accidunt, l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. non enim semper res ecclesiæ huiusmodi, etiam in emphiteosim, dantur ad rationem quinque pro cẽtenario: vt cum sunt res ruinosæ: vt in dicto auctен. §. dicto. & §. dudum. habetur enim respectus ad quantitatem fructuũ; vt etiam habetur l. prima. C. de iur. emphi. Nihil igitur facit dubitatio huiusmodi ad considerationem casus propositi: vbi de interesse agitur. Quomodo pro totius, vel partis pretii soluendi, delatione, possit interesse ante moram debitoris deduci in pactum.

Vt autem sciatur quando interesse iuste secundum iura, & secundum conscientiam possit peti & exigi, aliqua de eo iis quæ dicta sunt, & dicenda, addere breuiter debeo. Et primo quidem de ipso interesse. Secundo qua ratione inducatur, & exigi atque exhiberi debeat. Et de ipso quidem multi multa pertractant, & diuersimode definiunt: vt est Bar. & Bald. Iacob. de Are. & alii in l. vnica, C. de sent. quæ pro eo quod int. & ibi gloss. magna. Item gl. l. prima. ff. de per. & com. rei ven. & Innocen. cap. sacro. de sentent. excommun. Et est aliud quidem cõmune, aliud singulare, aliud conuentum. Est tamen vna cõmunis diffinitio, quod, scilicet est lucrum cessans, & damnum emergens: quæ definitio, quia videbatur non multã habere euidentiam, & facile ex ea multas perplexitates posse emergere: ideo alii aliter & clarius posuerunt. Et Bald. quidẽ in d. l. dicit. Interesse est lucrum cessans, & damnum emergens ex accidenti idest. pp damnum vel moram. Vnde, & subdit quod interesse sit pęna: cum ex culpa alicuius inducatur. Et quomodo hoc intelligi debeat: Bartol. in d. l. examinatis. & explosis quorundam opinionibus tanquam insufficienter inductis, sic ipse suã diffinitionem inducit, dicens communiter primo. Interesse est iusta alicuius vtilitas possibilis haberi & non habita, propter alicuius factum iniustum, vel cessationem iniustam. Cum videlicet cessatur fieri quod iustum, & debitum est: ex quo alicui damnum eueniat. Et ideo cum peto rem mihi debitam, peto interesse meũ. Stricte autem diffiniendo rursus ait. interesse est æstimatio alicuius vtilitatis nõ habitę propter alicuius factum iniustũ, & cessationem iniustam.

Et sic comprehendit lucrum cessans, & damnum emergens: cum ait vtilitatis non habitæ: quia etiam res ipsa quæ debetur, non dicitur interesse: neque etiã pretium rei, sed quod sequitur: quod probatur in l. si quanti res est. ff. de verbor. signi ficat. & alibi, licet quandoque appelletur ipsum rei pretium nomine interesse: vt ff. ad l. falcid. l. pretia. Est tamen in eo aliquid plus, quam ipsum pretium rei: quia computatur interesse id quod nostra interest habere rem quæ dari promissa est, vel habere factum, quod promissum est fieri, vt ff. de actio. empt. l. prima, in princip. quod nimirum interesse quandoque est plus quàm ipsum pretium rei: vt sæpe contingit. Et ideo completissime (vt arbitror) Spe. parte secunda, titu. de interesse, sic totam materiam complectitur dicens. Interesse dicitur æstimatio, vel pecunia numerata quę succedit in locum cuiuscunque rei, si non detur vt debet, vel etiã cuiuscunque facti, si non fiat, vt debet, vt ff. de re iudic. l. si quis ab alio, quæ omnia etiam ab Innocent. habentur in ca. sacro, de senten. excomm. qui & addit quod interesse est æstimatio damni, quod alicui contingit præter æstimationem rei, vnde

sępe

sæpe contingit peti rem & interesse, vnde intelligi oportet quod aliud sit interesse, quàm æstimatio rei. nam res per se venit in petitione: cum ait peto rem talem mihi dari, & super etiam interesse, idest damnum quod passus sum: non tradita re quãdo & quomodo debuit tradi. Est autem interesse, seu pretiũ rei aliud commune, aliud conuentum, aliud singulare. Et cõmune quidem (vt idem ait, & Specul.) est communis ęstimatio rei, seu damni, quod alicui contingit ex eo quod id quod dari, vel fieri debeat, datum vel factum non est; vel suo loco & tempore, vel alias vt debet, datum vel factum non est. Et in communi interesse computantur fructus rei debitæ, non quouis modo, sed in quo sit mora & mercedes, & pensiones, & augmentum pretii propter locum, vel tempus, & similia, ff. ad l. falcidiam, l. pretia, & ff. ad l. aquiliam, l. si seruum, ff. si cer. petat. l. vinum, ff. de actio. empt. l. ratio. §. fin. & l. si sterilis. §. cum per. Vsuræ etiam computantur in hoc interesse secundum ll. ff. de per. & com. rei ven. C. de vsu. l. 1. Et intelligitur, cum vsuræ petuntur loco, & ratione interesse (vt superius est inductum.) Alias vsuræ secundum can. immo secundum ius diuinum sunt prohibitæ. Exo. 22. Leui. 25. Et Luc. 6. Cum nullus ex pecunia sit fructus c. eijciens 88 d. Et sic videtur, ait Inno. Vt vbicunque dari pecunia est in obligatione, nullum interesse commune, vel singulare petatur: nisi in illis casibus: vbi debetur extra rem vel circ.: & est ęstimatio vera lucri vel dãni quod quis incurrit, cum non detur, vel non fiat quod debuit; vel etiam cum fiat quod non debuit fieri: cum damna infeiuntur. Et dicitur hoc commune interesse: quia ęqualiter omnium communi ratione interesset in eodem contractu, vel facto, hoc autem commune interesse semper insolitum præstandum est, siue agatur ex contractu, siue ex delicto. ff. ad l. Falcid. l. pretia, & l. si seruum. ff. ad legem aquil. Et ęstimatur commune interesse non in lucro, sed in damno: vnde obtinẽti in causa, reficitur communis æstimatio damni, quod venit ex eo quod dari aliquid, vel fieri, quod non est datum vel factum, ff. de dam. infect. l. Proculus, & ff. de act. emp. l. si sterilis, §. cum per vend. ff. de per. & com. rei ven. l. fi. Dicunt tamen aliqui, quòd semper in ęstimatione interesse, ratio haberi debeat lucri, quod reuera, & communi ratione iudex arbitrabitur, Quod expresse habetur. C. de sen. quę pro eo quod inter. Vbi dicitur, quod per iudicem fiat, vt quod reuera inducitur damnum, hoc reddatur; & non machinamentis & cauillis in inextricabiles circuitus procedat. Et semper est attendendum cum de interesse agitur, præsertim autem in conscientia, siue illud commune dicatur. siue etiam particulare interesse, quicquid leges dicant, vt quod pro ratione interesse petitur, reuera intersit, & non per verba tantum, vt de do. & contu. c. .. & nęlius 12 q. 2. fraternitas, &c. in legibus. & 54. d. c generalis Iustitia n. quantũ æquitas naturalis suggesserit, seruanda est, non aũt credulitas, aut permissa rapina quodãmodo exercenda.

Singulare vero interesse est vera rei æstimatio, vel quæ venit ex spirituali affectu, vel ex propria particulari vera vtilitate, quam his habet in re aliqua, vt tinctor seu fullo, in domo prope decursum aquarum, qua si careat veram damnum incurrit, vel etiam ex libro vsitato, vel ex fundo paterno & huiusmodi, vt post doc. not. etiam S. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 2. c. & ff. ad l. falcid. l. pretia, & ff. ad l. aquil. si seruum.

Conuentum vero interesse, est quod ex conuentione, vel pacto voluntario contrahentium in promissione inducitur, vt cum dicitur. Si non dedero seu non fecero, quod promitto, vel si fecero quod promitto non facere, dabo tantum pro interesse conuentionale huiusmodi, vt pœna delinquentis inducatur. Et hoc interesse præstatur cessante omni dolo in conuentione c. dilecti. de arbi. Et no. in sum. Azo. C. de dolo, & de rescind. vend. Et totum quod pertinet ad rationem interesse, vt est aliquid plusquam æstimatio rei, & vt

 proce-

procedit ex culpa alterius complere. Iac. de Are. & Bar. inducit dictam l. Vbi sic dicit. Interesse est æstimatio damni emergentis, & lucri cessantis, ex eo quod non fit quod fieri debet, vel fit quod fieri non debet, vel non datur quod dari debet, vel datur quod dari non debet. Et hanc diffinitionem Bart. etiam secundũ alios doct. laudat & approbat. Multa insuper possent induci de hac materia, sed non pertinent ad susceptum negocium, quãdo intendimus tantum probare & inducere, quod interesse inducitur tantum ex facto alicuius iniusto, & est pœna inducta contra eum, qui non fecit, aut non seruauit, quod secundum iustitiam seruare debuerat. Interesse igitur nõ simpliciter, sed ex culpa debetur, licet in quibusdam casibus liceat ducere in pactum interesse lucri cessantis, etsi non totius lucri sperati, vt l. fi ff. de peri. & com. rei ven. vel etiam damni emergentis, vt si tibi dedero pecunias pro tuis necessitatibus releuandis, & alia huiusmodi bona cum actuali damno meo tibi exhibuero ex amicabili affectu, quæ tamen in consideratione casus propositi non veniunt. Et ideo ad clariorem intellectum habendum totius materiæ huiusmodi, est notandum. Quod etiam not. do. Card. Caieta. super 2. 2. S. Thom. q. 77. quod tria de necessitate requiruntur ad hoc, vt debeatur interesse, vt etiam ex ijs, quæ inductæ sunt haberi potest. Primo vt qui petit interesse re vera patiatur quod petit. dicta l. C. de sen. quæ pro eo &c. Et Spec. vt supra §. 1. quando dicit quod taxatio expensarum, & æstimatio damni & interesse diligenter moderanda sunt in veritate iudicij. Vel etiam cum cessat lucrum speratum: quod tamen (vt dictum est) secundum quandam rationabilem considerandum est æquitatem, & mediocritatem, ad arbitrium boni viri: vt d. l. fi. ff. de per. & comm. rei ven. & Innoc. dicto c. sacro. de sen. excõ. Spec. para. 2. de inter. §. commune vero, ver. sunt etiam. S. Thom. 2. 2. q. 62. & 78. Non enim debet æstimari vt in actu, quod est in potentia, & multipliciter potest impediri. Et hoc est quod dicit Bald. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter. quod scilicet interesse non sit quid taxatum a prin. per figuram pacti.

Secundum autem quod concurrit, est quòd debitor sit in mora, vt sæpius per iura & docto. inductum est. Ante moram enim non conceditur act. l. 1. ff. quando dies vsu. le. ce. Actio enim est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur: vt instit. de act. §. 1. quod communiter ex obligatione nascitur. Ante moram autem debitoris nulla est obligatio soluendi.

Tertium vero est vt contra suam voluntatem patiatur patiens, vel damnum actuale, vel quia prohibetur a lucro in negociis consuetis & huiusmodi, & ideo dicitur, quod interesse de quo loquimur, ex facto iniusto debitoris nascitur, vt dictũ est. Ex quo patet non licere cuiquam constituere voluntarium interesse in principio in aliquo negocio. nullum enim interesse huiusmodi est. vbi nulla est iniustitia, vel iniuria, non facientis quod debuit, vel facientis quod non debuit. Nullus autem volens & libens patitur iniustum, vt ait Aristo. 5. ethicor Sicut nullus dicitur fur suarum rerum: vel propriæ vxoris adulter. Ex quo perspicue habetur, quòd in proposito casu, nullum iure inducatur interesse, cum debitor non sit in mora. Voluntario enim pacto & mutuo consensu, conueniunt emptor, & venditor, vt terminus pretij soluẽdi pro possessione empta, sit a die contractus, vsque ad 10. vel 15. annos interim tamen similiter conueniunt, vt emptor soluat venditori ad rationem numeri pecuniarum, quatuor aut quinque &c pro centenario in omnem euentum (vt dictum est.) Et ideo concluditur quod ratione interesse venditor nihil potest exigere super dicta possessione sic vere vendita ad terminum constitutum, antequam terminus ille vino debitoris, contra voluntatem creditoris transigatur.

§ Videndum modo est si ratione iustæ pensionis in fructibus possessionis taxari possit aliquid modo quo ponitur ad rõ-

nem

nem numeri pecuniarum, quasi per modum locationis. Vbi primo scire oportet, vt no. S. Tho. 2. 2. q. 78. id est. Et Q. Disp. de mal. q. 13. 4. quo res quædam sunt, quarum vsus, est ipsa rerum consumptio, vt pecunia, vinum, blandum, &c. Et talibus nulla pensio poni potest, super vsu videlicet earum, quasi vsus sit seorsum a rebus pecunia æstimabilis, quod non est, cum ex se ordinentur ad vsum, quo consumuntur, vescimur enim cibis, consumendo eorum substantiam, & non aliter, & similiter pecunias eis vtendo, distrahimus. Et ideo in rebus huiusmodi mutuatis, quicquid accedit sorti vsura est, 14. q. 3. per to. nisi forte ex pœna conuentionali, & vero interesse: non autẽ in fraudem vsurarum. Aliæ sunt res, quarum vsus non est earum consumptio, vt prædia, domus, iumenta, &c. & in his, sicut vsus est aliquid seorsum a rebus, ideo potest seorsum æstimari, & vendi: sicut retentis prædiorum dominiis, fructus distrahimus, vel in alios vsus nostros oportune consumimus, vt habetur. ff de vsufruct. l. 1. quod vsusfructus est ius alienis rebus vtẽdi, fruendi, salua rerum substantia. & l. 4. quod est pars dominii, & frequẽter quod legari potest l. 3. Et ita dominium fructuum erit separatum a rebus. Et sic sub iusto pretio potest alienari vnum sine altero, quod fit in locationibus ex parte fructuum: in emphiteosi ex parte dominii directi, & ita similiter in feudis. Ex quo etiam habetur: quod tradito dominio possessionis ab initio contractus, cum ipsa fructicet, potest etiam ab initio iusta pensio annua imponi in dicta possessione, ratione fructuum ex pacto, habito respectu ad ipsam perceptionem fructuum, & non ad dilationem solutionis pretii nõ soluti, neque soluendi vsque ad tot annos.

Et hoc modo intelliguntur etiam iura notata de exactione vsurarum cum pretio ab initio cõtractus, vt superius etiam indutum est: cum pretium ab initio solui debuerat: vel reseruato iure fructuum, cum pretium non solueretur: vel ex mora, &c. prout iustitia, & charitas naturalis exquirit; quę omniũ humanarũ actionum ad alteram, ratio & mensura esse debet. Et est honeste viuere alterum non lędere, ius suum vnicuique tribuere l. iustitia, ff. de iust. & iure. Et dominus in euang. Nulli facias, quod pati nolis ab altero. Matt. 7. Et Apost. pręcipit, vt nullus superegrediatur, vel circumueniat in negocio fratrem suum. Ad propositum igitur casus nostri, sic arguitur. Omnis contractus bonę fidei summam ęquitatem desiderat. Cum autem contractus, de quo agitur, sit bonæ fidei (vt visum est) summam ergo ęquitatẽ habeat necesse est, prima propositio patet ex l bonã. C. de acti. et oblig. & ff. depo. l. bona. & ff. de do. leg. & eleganter. minor etiam patet instit. de actio. §. actionum. Et in gloss. cum igitur in casu proposito ea æquitas nõ seruetur, erit contractus iniustus & malus. Consequentia patet, probatur autem assumptũ. Quia quandocunque alter contrahentium, vel securior est de lucro, seu magis in contractu grauetur, tunc non seruatur commutatiua iustitia, cuius proprium est ęquare inæqualia, & propria cuique tribuere sine detrimento alterius vel æquipollenter, vel saltem quasi: ita vt saltem æqualitas proportionalis inter contrahẽtes obseruetur. Ex Bald. in rubri. C. de vsu. In casu autem nostro (vt pręfertur.) venditor in omnem euentum vult esse, de sua annuali pensione securus: & nihil sentire de incommodo; neq; si veniat ex re, neque si fortuito contingat, quod tamen est contra communia iura, vt patet in regula qui sentit, de regul. iur. in vi. & ff. eodem. l. secundum naturam & instit. de emp. & vend. §. sed etsi. Vt videlicet etiam rerum incommoda sentiat, qui vult commoda sentire, nunc autẽ in omnem euentũ, venditor vult tantũ commodum; & nihil de incommodo, emptor igitur in proposito casu, magis quam venditor grauatus intelligitur, & ideo patitur iniustum, dũ magis pericula & rei, & fructuũ cogitur tollerare. Qd si dicatur, cõtractus ex cõuentione legẽ accipere. de re. iu.

re.iu.in 6. Respondeo id verū esse, si contractus huiusmodi non fuerint contra iustitiam.l. pacta. C. de pact. Alioquin pacta in conuentiones vsurariorū, & tenerent quod tamen est falsum. vt habetur c. tuas dudum. de vsu. & eo in vi. capit. vsurarum & c. quamquam. vbi irrita dicuntur eorum iuramenta, & testamenta.

Venio autem ad propria Theologorū fundamenta, quæ iustitiæ, & perfectioni simpliciter innituntur. Iura autem vt habet S. Tho. secunda secundæ, quæstio. 77. artic. 1. primum) cum omnibus perfectis, & imperfectis, proponatur, quędam admittuntur secundum politicam æquitatem, pro communi statu seruando; ad tollendas litigiorum perplexitates, & mala maiora, quę possent oriri in vita hominum, quæ tamen non laudant, sed tollerant, nec puniunt, sed quadam ratione permittunt pro maiori malo vitando in communi statu viuentium: pro vniuersali reipubl. pace tuenda. Quia tamen homo diuinę iustitiæ se conformē exhibere pro sua virili tenetur, quæ nihil inordinatum, nihil inæquale suo exactissimo iudicio tandem in fine permittere nequit, & cuius inflexibili rectitudine, non autem regulis digestorum, aut codicis, iudicandi sumus, sed in ueritate sanctorū. ideo ad mēsurā diuinæ iustitiæ oīa nostra metiri, & regulare debemus quāto .n. similitudine morū, & mētisītegritate Deo proprius & expressius cōformamur, eo perfectiores euadimus in fine cōsequēdę perfectionis Nihil enim Deo similius, quam iustissimus homo, Plato diuinus ait. Vnde & Chrysostom. dixit; figuram Dei esse iustitiam. Omnis ergo contractus, omnis actio, quæ a regulis exorbitat diuinæ iustitiæ, iniustitia, inconcinna, imperfecta, & peccatum esse dicitur; quo fit anima Deo dissimilis, & odibilis, a propria perfectione remota. Vnde & ea actio, maxime omnium ab homine fugienda est; sed in casu proposito, maxime in iustitia ostēditur & probatur, igitur casus censetur iniustus, & ab oī Christiano homine fugiendus, qui animam suam saluam esse cupiat, nullus enim iniustus potest saluari a Deo, dum magis diligit iniustitiam quam Deum: cuius populus omnes iusti & sancti, vt per Isaiam dicitur.

Et forte etiam dictus contractus dicetur vsurariam sapere prauitatem, si tantū ad rationem solutionis habeatur respectus, & ratio imponendæ pensionis huiusmodi eo quod concedatur dilatio pretij soluendi, quod facile forte persuaderi potest, ex eo quod non dicitur in impositione pensionis, secundum quantitatem fructuum. sed tantum ad rationem numeri pecuniarum, scilicet quinque pro centenario pretij in termino soluendi.

Qua etiam ratione forte maior pensio ponitur, quam si esset pura locatio, quæ tantum ad rationem fructuum percipiendorum ex re fructuosa imponitur, ita vt conductor remaneat in aliquo lucro cōmuniter, vt habetur in capit. propter sterilitatem, de loc. & ibi. doct. & in authentic. de non ali. aut permu. re. ec §. quia vero leoniis coll. secunda. nunc autem plerumque huiusmodi pensio tanta est, vt eam vix etiam, vel quandoque non reddant res taliter venditæ vel saltem raro, quod patet in exercitio facti huius; ita vt si vel minimū, quid eueniat detrimenti, semper emptor cogitur damnum subire; venditor vero semper vult esse securus in omnem euentum: quod est contra rationem commutatiuæ iustitiæ; quæ sēper æqualitatem rei ad rem, pretij ad appretiatum, vsufructus, & pensionis, ad rationem æquiparantiæ, a qua semper lance conatur inducere; in omnib. præcipue contractibus; ita vt sors vnius contrahentium, non sit notabiliter pinguior, & melior sorte alterius, lege emim diuina præcipitur, diligendum esse proximum, sicut nos ipsos; sicut posuerit nosipsos mensuram fraternæ distinctionis, facit autem contra hoc præceptū quisquis plus ęquo, proximū suū, in cōmutationibus, contractibusq. diuersis, & aliis rebus grauat, & vt gen. in casu autem nostro alter ponebatur in tuto de lucrādo dum in omnem euentum, vult sibi promissas pensiones,

seu

seu vt (aiunt affictus exolui integre. Emptor vero tenebatur omnium casuum fortuitorum, & temporum incommoda tolerare, ita quod si casu fortuito, seu propter sterilitatem, fructus omnes perisset, tenebatur nihilominus de imposita pēsione soluenda in integrū venditori, qđ maxime est iniustum cum cedat in grauamē emptoris, quia si pensio (vt dictum est) ponatur in fructibus, & ipsi fructus fortuito pereant: impium est in illis pensionis rationem ponere, cum perierint, & non sint, quomodo enim potest esse lucrum in fructibus, qui non sunt, cum lucrum, seu pensio huiusmodi fundetur, in fructibus? sublata enim causa cessat effectus. Et cum venditor fundi in omnem euentum velit sibi eam pensionem exolui, ad nihil aliud videtur attendere, nisi ad dilationem solutionis, quod manifeste sapit vsuram, vt not. S. Thom. in locis vt supra. Est enim, ac si suas pecunias accepisset, quas rursus mutet debitori. ca. ciuitate. de vsu. vt arguatur sic. Aut venditor petit pensionem sibi exhiberi ratione fundi, aut ratione fructuum, aut ratione dilationis. Primum esse non potest, quia emptor magis grauatur oneribus tributorum, & diuersarum expensarum (vt accidit communiter.) Vnde magis debuit lucris quibusdam releuari ratione communi, vt cap. qui sentit. de re. iu. in 6. & l. secundum naturam. ff. eod. & insti. de empt & vend. §. sed etsi. Nec valet si dicatur emptorem ex eo habere honorem maioris existimationis, cum ditior appareat: hoc enim fumus est, & nihil curandum. Et grauamen est reale, quod sentit. Nam si quid de fundo pereat casu aliquo periculum stat ad emptorem, cuius censetur esse dominiū l. empti fides, C. de cō. emp. & ven. & ff. de per. & com. rei vend. l. id quod. Et ideo iure nō debet in fundo grauari: cuius vtilitatem non sentit: quam tamen sentire iure deberet, cū (vt supponitur) vera sit venditio, & dominij recti vera traditio, & ideo vt re sua debet vti et frui & res sibi fructificare habet. cuius etiam periculis omnibus grauatur: prout iustitia exquirit. Venditor autem est dominio priuatus per actum puræ venditionis & traditionis (vt supponatur) & ideo iure non debet ex ea re aliquam vtilitatem habere. Sicut enim res, quæ perit casu fortuito, perit domino rei. sic si lucratur, naturaliter dn̄o suo debet lucrari, quod si dicat venditor, sibi iura fructuum reseruasse: lex contra eū clamat, l. pignus, C. de pign. act. perierunt. n. casu fortuito, ergo si sunt venditoris, debuerunt illi perire, & ideo emptor grauari non debuit, etiam ea occasione. sic enim grauatur in re sua: ex qua iure naturæ debuit vtilitatē habere. Rationem autem fructuum, hoc non videtur fieri posse ex forma contractus, quia fructibus etiam casu, aliquo pereūtibus; vult semper eam obligationem manere de soluendo quatuor aut quinq; &c. Et in nullo vult venditor sentire dispendium, sed tantum vtilitatem rei, quæ perire possit, etiā si pereat, quod est iniustum, & nulla ratione probandum, cum pręcipue fructus ipsi, iure pertineant ad emptorem, cuius etiam est rei periculum & onera functionis, l. fructus, C. de act. emp. & ven. Habentur etiam piæ regulę communiter ex doct. S. Tho. Archie. Fl. in secunda par. sum. Sco. in 4. dist 15. q 2. ar. 2. quibus commutationes, contractus venditionum præcipue, debeant mensurari. Prima quidem vt non vendatur tempus, quod accidit, quando ratione dilationis, res carius venditur ad terminum, quam communiter si fiat solutio venditur in præsentia. Secundā vero est. Vt vēditor non ponat se in tuto de lucrando, & emptorem in damno, vel in euidenti periculo patiendi. Intelligo autem in tuto semper, vel in pluribus. Et intelliguntur hæc regulę in quacunque commutatione iconomica, vt no. Sco quod est quādo intenditur vsus rei, & non simpliciter mercatio, licet vniuersaliter in cōtractibus etiam a negociatoribus vere sint attendendæ & seruandæ. Et quo apparet in casu cum venditor velit esse securus in omnem euentum. emptor vero subsit periculis, quod casu iste &, modus contrahendi

hendi est iniustus & malus; etiam si pensio modum fructuum non videatur excedere.

§ Si autem ratione dilationis pretij cõuenti, ista pensio constituatur, manifestã sapit vsurariam prauitatem ex natura contractus, ex vno; ex altero autẽ quia debitor non est in mora soluendi, & ante moram non veniunt vsuræ, nec interest (vt ostensum est) Contractus igitur iste est malus & iniustus, vel forte etiam vsurarius, sit respiciatur tantum ad rationem dilationis pretii ante terminũ non soluti.

§ Videant igitur, & animaduertãt notarij, & alii, se tã faciliter in talib. cõtractus inuolentes, & caueant conscientiis suis. Consulo autem omnibus ab huiusmodi nexibus abstinere. Et si qui contraxerũt, male acta corrigere, & emendare. Consulit etiam Hostien. in tit. de vsur. in sum. vt cum de periculo animæ agitur, legum ciuilium licentias non quæramus ad excusãdas excusationes in peccatis, sed quid ipsa iustitia Dei requirat, semper et in omnibus attendamus. A Deo enim non a legist s secundum allegata, et probata eorum, iudicandi sumus, non ergo. ff. & C. sit in causa, sed conscientia recta omnia metiatur cuius directio, & instructio a probatis theologis habetur. Cum in reb. vbi de peccato igitur, tutior pars semper eligenda sit. Abb. capit. in ciuitate, & c. nauiganti. de vsu. etiam si quod agitur cõtr. rietur corpori, vt est glo. singula in ca. 1. de seru. quæ ait, quod vbi animę periculum vertitur, semper præsumitur in deterius, vt scilicet illud existimetur esse peccatum, & ideo fugiendus, quod tamẽ pro certo non constat esse peccatum, de spon. cap. iuuenis, & 68. dist. c. presbyteri, & in dubio quis pręsumitur excõmunicatus, & ad cautelam absoluitur, cap. cum desideres, de sent. excom. In casu ergo nostro, vbi manifestũ inuenitur periculum: licet aliqui minus recte cõsiderantes, videantur tenere oppositum: dimisso igitur incerto, & nullo modo securo (vt apertissimis rationibus & iuribus est probatum) teneatur certum, & ab huiusmodi contractibus recedatur; qui secundum iustitiam Dei, non habeant sui roboris firmitatem.

Quia vero sunt pleriq; imperfecti, lucri amatores magis quam Dei, qui tamen nollerint in manus diuinæ iustitiæ punientis incautius incurrere, ideo declarandus est casus quantum ad naturam, & substantiam contractus: Ipsa videlicet venditio, quæ est actus commutatiuę iustitię, requirentis æqualitatem rei ad rem, prætij ad appretiarum, & omnino est seruanda æqualitas in vtriusque fine dolo Modica tamẽ iniustitia in pretio vel in re, nõ vitiat actum iustitię. S. Thom. & Sco. & Abb. capit. ad nostram de emp. & vendit. regulare etiam est, vt res fructuosa, ei fructificet vel pereat cuius est. Res autem vendita, & rendita, est emptoris, ita vt ad illum spectet lucrum, siue periculum. l. necessario. ff. de pericu. & com. rei vend. Et ideo cum in contractu proposito supponeretur, quod perfecta erat venditio, & traditio, patet quod & lucrum fructuũ perceptorum, & damna similiter, debẽt pertinere ad emptorem. Cum tamen perceptio fructuum, & vsufructus, non sint idem quod substantia rei, nulli dubium est quod vnum seorsum ab altero potest alienari, & sicut pars fructuum, ita & omnes, & etiam super fructus huiusmodi aliqua ratio exigendi possit imponi, & salua rerum substantia, seorsum alienari, & vẽdi, sicut & locari, vel per modum affictuum tradi ad modicum, vel maximum tẽpus: prout declarauit Matth. 5. in sua extraua. & Gal. 3. similiter, & habetur in extraua. sub titu. de comp. & ven. quod est tradito rei dominio, sibi ius in fructibus reseruare sicut & ille qui sibi seruato rei dominio vendit aliquam partem fructuum, vel ius exigendi aliquotam partem in fructibus alicuius possessionis, & est casus proprius dictarum extrauagantium. Sic tamen vt seruetur iustitia, & summa illa ęquitatis ratio, quæ in bonæ fidei cõtractibus maxime exigitur. l. bonam. C. de act. & ob. ff. depo. l. bona quæ nimium omnes actiones metitur. Stante igitur in

casu,

casu, vera venditione cum traditione dominii ad emptorem, cuius ratione pensio non potest imponi, cum potius fructificet emptori, & remoto etiam, quod ratione dilationis nihil accipi possit: maxime autem ante moram: restat sola ratio fructuum, quorum conditio etiam est attendenda, quæ cum sit varia, & incerta, & prouentus incertus & dubius, propter casus fortuitos euenientes, & propter sterilitates incidentes, quæ omnia etiam sapiens nequit euadere. leg. cum duobus §. damna. ff. pro soc. & modus rei sequitur rem. sicut modus operãdi sequitur modum essendi in naturalibus? sic etiam in contractibus qui ex rebus, vel ex conditionibus rerum oriuntur, debet obseruari ita vt non fiat excessus in altero. Cum igitur constet, quod fructuum conditio propter dictas conditiones sit varia, & incerta, pro modo fructuum poterit ratio pẽsionis haberi, quo videlicet venditor fundi, & directi dominij, cum ratione exactionis iustæ pensionis in fructibus, subeat etiam pericula casuum fortuitorum, ita etiam vt non imponatur grauamen, vel pensio maior, quam iustitia exquirat, ea maxime ratione, quia pecunia pro capitali non soluitur. Nisi forte relaxaretur aliqua pars ordinaria pensionis ex communi pacto, quo emptor huiusmodi teneatur sustinere damna fortuita, argum. in auctẽn. de non al. aut permut. re. ecc. §. dudum, & §. quia vero leonis. coll. 2. ibi in emphiteosi. Sit igitur pensio talis, vt conductor, seu emptor possit in aliquo competenti lucro remanere, vt in dicto auctẽn. §. si vero. &c. propter sterilitatem de loc. & ibi doctores, & iustitia naturalis suggerit, ne labores suos frustra videatur expendere: dum nihil lucri ex fructibus perceptis haberet: immo etiam frequenter damnum, &c. Fiat ergo iusta rei venditio cum reseruatione iusta iuris percipiendi aliquam pensionem in fructibus, cum pacto etiam, vt finito termino soluendi, facto solutione, fiat etiam iuris & pensionis impositæ relaxatio, & tunc erit absoluta, & perfecta venditio rei, & fructuum. Et cum casus accidat fortuitus, vel intolerabilis sterilitas, non vitio coloni, & quam fertilitas non emendet anni sequentis, vt est. c. propter sterilitatem, de loc. fiat iusta recompensatio. ff. eo. l. si quis. & l. videamus. l. ex conducto. §. Si vis. & l. sequent. in principio, & §. vbicũque & leg. si merces. §. vis maior. Est enim contractus huiusmodi, quasi locatio fructuum seu venditio iuris percipiendi, seu reseruatio iuris habendi pensiones ex fructibus possessionis venditæ, ideo ex conditione fructuum, debet æstimari, vt dictum est.

§ Potest, & aliter iuste induci contractus huiusmodi venditio rerum fructuosarum ad terminum, si concipiatur hoc modo. Titius vendit prędium Sempronio, & cum non habebat pretium, facit tantum pactum de vendendo in termino solutionis, cum Sempronius conuentas pecunias exhibebit. Interim Titius reseruato sibi dominio rei, & per consequens grauamina ratione rei obuenientia sustinendo (vt iura loquuntur) imponit pensionem iustam in fructibus ad titulum iustæ locationis fructuum, cum promissione consumandi venditionem, cum absoluta rei venditione in termino assignato. hoc enim ideo fieri potest, quia in re sua quisque est moderator & arbiter. l. in re mandata, C. Man. Eam enim fructuum pensionem de re, quę adhuc sua est, accipere licet. Quod non erat in casu proposito. facta enim erat mera venditio, & traditio, &c. Et propterea venditor de re non sua, non poterat eam pẽsionẽ habere, vt dictum est, & probatũ.

§ Alio modo etiam sic posset concipi contractus talis, vt si vendo tibi, seu promitto tibi, vendere possessionem cum habeas pretium. Et quia non habes totum pretium facio, tibi liberam venditionem, & traditionem sine aliquo grauamine de parte pro qua pretium soluisti, cum certa promissione de reliquo, cum pre-

pretiū, vel partem pretij exhibueris, retento nihil de dominio partis, quam non soluisti, (vt præfertur) interim pro ea parte mihi retenta, volo mihi pensionem iustam ratione fructuum iure iustę locationis retinere, hoc similiter iustum, & securum erit, stante semper bona fide cum summa æquitate, ita vt alter contrahentium plus debito non grauetur, quod in omnibus est obseruandum.

§ Vel etiam facta venditione libera (vt decet.) & apposito termino ad soluendum, quod si emptor moram fecerit in soluendo, pæna conuentionalis apponitur, cessante fraude, & dolo malę mentis, cum cogitationes hominū altissimo Deo nequeant occultari. cap. in ciuitate, de vsur. & Ierem. 17. pęna istæ posita ad coercendam, & ad puniendam moram debitoris iure post moram poterit exigi. cap. dilecti de arbit. Et tuta etiam conscientia retineri. Hæc sunt quæ mihi dicenda occurrunt in casu proposito. In quo si bene iustè, & securè tractata materia est, super omnia benedictus Deus. Sin contra, parcat mihi bonitas illa infinita. Cui honor & gloria. Amen.

F I N I S.

RE-

RESPONSIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ.

Pars Secunda.


AVCTORE R. P. LVDOVICO DE BEIA Paleſtrelo Luſitano Ord. Eremit. Theologo.

FERIA V. DIE XV. DECEMBRIS M. D. LXXXII. Propoſiti fuerunt infraſcripti tres caſus conſcientię examinandi, & decidendi.

PRIMVS CASVS.

MIchael ira obcęcatus vxorem interfecit, ob quod crimen bānitus, vt gratiam a Principe obtineret, & cum parentibus vxoris pacem iniret effinxit illam in adulterio reperiſſe, & quod admonitam ſæpe, nec vnquam emēdari volentem, coactus eſt honori proprio conſulere, & illam intrimere. Nunc autem obtenta gratia, & pace domum reuerſus, confitetur hæc mendacia Parocho: cui de non reſtituenda vxoris fama ſe excuſat, ne in Principis, & Parentum indignationem de nouo incurrat.

Quæritur, an ſit abſoluendus, non reſarciendo ablatam famam, & quid a confeſſore ſit illi iniungendum.



RO clara huius caſus explicatione, aduertendum in primis eſt famam, (vt habetur in glo. cap. veſtra de cohabitatione cleric. & muli.) eſſe illæſæ dignitatis ſtatum vita, & moribus comprobatum, vel vt theologis placet, eſt clara illa notitia quā alii de nobis habent quam notitiam & bonum nomen, poſt mortem etiam manare conſtat per bonam enim famam, ille qui iam è vita diſceſſit, adhuc ea fruitur in hominum opinione. Ec. 41. curam habet de bono nomine, hoc. n. magis permanebit tibi, quā mille theſauri pretioſi, & magni. quā ob cauſam Ariſt. 4. Eth. dixit, honorē eſſe maximum bonorum exterum, & hinc eſt, quod famæ reſtitutio eſt maioris debiti & vinculi, quam ſit rerum altarum quarumcūque eſteriorum reſtitutio. & non ſolum viuentibus, ſed mortuis etiam eſt debita.

Notandum eſt deinde, bonarum omnium temporalium, quę ad dāni notabilis reſarcitionē, ſeu reparationem obligāt, quadruplicem eſſe ordinem. Primus eſt animæ & rerum ſpiritualium, quæ non modo ob perfectionem ſuæ entitatis & naturæ, ſed etiam quia ad fęlicitatem æternam, quæ eſt Deus viſus, & immediatum habent reſpectum, inter cetera priorem locū obtinent. Secundus eſt, vita, & eorum quæ ſunt de integritate vitæ. Nā ipſum eſſe rei, pręfertur his, quæ ſunt a re extrinſeca, & quaſi aliena. Tertius eſt, famę honoris, & virtutum earū, quę politicæ, ſeu œconomicæ, dicuntur, & ad bo-

nos

nos cuiusq. mores spectant. Hæc .n. bona nō tā ratione suæ immaterialitatis, & perfectionis quam quia saluti spirituali plurimum inseruiunt, anteponuntur diuitiis, quę quartū, & infimum locum in bonorum ordine sortiuntur, vt bona quæ sunt a nobis exteriora, & quorum vsus ita est in vita concessus, vt post mortem nos deserant.

In reficienda, & restituenda horū bonorum iactura, & dāno, non eadem habenda est in omnibus ratio. Nam cōmuniter & regulariter nullus astringendus est ad restituēda bona inferioris ordinis, per ea quæ sūt superioris cū.n. restitutio, sit actus iustitiæ in æqualitate consistens, non esset æqua & iusta resarcitio, nec rei cum re par compensatio, si pro bonis inferioribus exigerentur, & darentur bona superiora, & quę pluris admodum valent: cum nullus damnū inferens, teneatur reddere de iustitię rigore nisi tantum quantum abstulit, & non plus. Restitutio si quidem est actus commutatiuæ iustitię; in qua attenditur ęqualitas secundum recompensationem rei ad rem: D. Thom. secunda secundæ, quæst. 62. art. 1. & Caiet. ibi.

His sic positis, duo in pręsenti casu petuntur. Vnum est, An Michael sit absoluendus, si nolit damnum famæ, vxori mortuę illatum resarcire. Alterum est nū sit saltem illi iniungendam a confessore aliquā recompensatio.

Quod ad primum attinet Sotus lib. 4. de iustit. & iure. q. 5. art. 3. & q 7. art. 4. in ea est opinione vt putet posse euenire casum in quo quis teneatur cum periculo vitæ proprię, famam alienam restituere, immo etiam pecuniam, vt si quis infimę sortis, illustrē familiā, de hęresi, aut de crimine aliquo lęsę maiestatis mendaciter diffamasset: ita vt nō nisi mēdacium retractet, illa prosapia erit tali labe perpetuo īfecta, tenetur iste sic famæ lęsor se mendacem propalare quamuis ob id sciat suspendio plectendum esse. Sic etiam ignobilis vir bonæ etiam famæ, qui immensam pecuniarum summam est ratus, ob quod damnum, nobilis aliquis est, ad pauperem, & mendicitatem reddactus, astringendus erit cum iactura propriæ vitę (casu quo secus fieri non possit) restitutionem facere. Tum quia vt se habet fama ad pecunias, ita vita ad famam, præfertur .n. fama pecunijs sicut vita famæ, vtrunq; enim est superioris ordinis & simili mō loquuntur Theologi et canonistæ de restitutione famæ, ac vitæ D. Tho. 2. 2. quæst. 62. art. 2. ad 1. Panor. in cap. ex literis extra eo iam autem magna pecuniaria res æstimatur pluris, quam exigua fama & ideo famæ damnum, potest pecunijs compensari, vt ijdem doctores disserunt. Quare a pari, fama illustris familię valebit plus, quam vita infimi hominis: & proinde, hac potest & debet fieri illis læsæ recompensatio. Tum quia veluti aurum, quamuis sit pretiosius plumbo, æstimatur tamen plus viginti ponderis plumbum, quam vnum granum auri: & qui hoc granuum furatur, astringēdus erit si non habet aliud quam plumbū, hoc restituere: & econtra: ita quamuis vita sit secundum sa pretiosior fama et pecunijs, virorumque tamen horum quantitas pōt esse tāta, vt pluris ualeat quā infima vita, vt hęc danda sit pro illis ad debitam æqualitatem & recompensationem iustam faciendam. Tum quia libertas altioris ordinis bonum est, quam sint pecuniæ, & tamē in lege veteri pręcipiebatur. Exod. 22. vt qui rem furto ablatam restituere non posset, se ipsum venderet, & similiter qui debitum soluere nequiret se, & suos filios pro debito ciuili traderet. Leuit. 25. & 4. Reg. cap. 4. immo posse patrem vendere filium etiam inuitum propter necessitatem decernitur l. 2. cap. de pat. qui fil. distra. & nostra. hac ætate Christiani viri in Aethiopia quam plurimos emunt, qui se ipsos aut filios vendūnt seu vendi consentiunt, quamuis enim l. & liberi hominis cum 2. sequ. ff. de contrah. empt. statuat emptionem liberi hominis scienter factam non valere, non tamen dicit peccatum incurrere eum, qui se vendit ob grandem necessitatem, quamuis igitur va-

ta

ta sit altioris ordinis quam fama, nihil prohibet quod vnius ad aliam possit fieri compensatio.

Tum deniq; quia in restitutione, non attenditur rei natura, sed rei valor & canis quo ad ordinem & perfectionem rei & naturæ, est perfectior quocunque auro vel lapide pretioso, cum hęc sint insensitiua, ille autem sentiens, & proinde qui furatus est aurum, vel pretiosum lapidē non restituit sufficienter dando canem, quia iste non valet, nec ęstimatur pretio tanto quanto aurum, sed bene non habēs aurum quo satisfaciat furto, si equum habet magni valoris, debet isto restituere: Nec excusabitur ea ratione quod equus sit altioris ordinis & naturæ: si non est altioris pretii: a simili igitur quamuis vita sit altioris ordinis in natura, & perfectione quam fama, non tamen id expēdendum est in restitutione, sed an sint æqualis valoris, & pretii, & ideo fama illustris familię cum pluris ęstimentur in vsu & consuetudine pretii rerum, quam æstimatur & valeat vita hominis abiecti: hic fit vt pro resarcienda ablata fama debeat aliquando homo vitę periculum subire: restitutionem enim rei ablatæ fieri debere secundum æstimationem, & pretium debiti, non autem secundum perfectionem naturalem ipsius rei, est recepta opinio Io. Maior. in 4. sen. d. 15. q. 17. & Adriani in 4. de rest. quos sequitur Sot. vbi supra.

Ex his igitur posset inferre aliquis im proposito casu, Michaelem teneri ad restituendam famam vxori de adulterio falsè denigratam, pręcipue si illa erat illustri sanguine nata quamuis pauper, & maritus non ita nobilis & si diues, cum talis infamia adulterii, redundet in omnes illius familiæ, & honorem pluris admodum faciant quam propriam cuiusque vita. Opposita tamen sententia est omnino tenenda quod Michael etsi culpam mortalē commiserit imponendo falsum adulterium vxori, nequaquam tamen astringendus est cum periculo vitæ mendaciū hoc propalare, aut ad restitutionem famæ a Parocho compelli, quando aliter illam facere non potest quam in principis & parentum indignationem de nouo incurrendo.

Tum quia vita, & salus, sunt bona altioris ordinis, non solum ratione entitatis, sed valoris & pretii, quam sint bona fortunæ: cum hæc determinati, & perfiniti pretii sint, illa autem, pecunia æstimari nequeant, arg. l. in seruorum, §. fi. ff. de pęni. Et quamuis vita, & salus oblata, quādo restitui non possunt, aliqua pecunia sint compensanda, vt præcipitur in l. 1. & l. fi. de his qui deie. vel effud. & l. ex hac. ff. si quadru. paup. id tamen non peruenit, quasi illa, ex natura sua sint pretio æstimabilia, sed quia ex carentia illarum, sequutum est damnum, quod pecunia resarcitur, veluti etiam mutilato, seu abscisso aliquo membro, restituitur aliqua pecunia, non tanquam pretium integritatis amissæ, quia æquo non restauratur pretio, sed pro nocumento & damno, quod ex membri carentia, & defectu euenit, & sic dictæ leges intelliguntur.

Tū quia in c. officii, de pęnit. & remiss. impotentia restituendi absq; vitæ & salutis periculo, deobligat restituendo. Nam vt ibidem Innoc. III. ait, ideo vxor, quæ ignorante marito prolem, de adulterio suscipit, & in hæreditatem tanquam legitimus filius succedit, excusatur a manifestando adulterio: quia metus perdendi famam, aut uitam, excusat a restitutione hæreditatis, quam spurius ille, pro legitimo habitus, obtinebit: semper enim maius damnum, præferentur minori, & mala superioris ordinis, vt amissio famæ honoris, vitæ, & salutis maioris sunt pretij, & æstimationis, quam sint bona inferioris ordinis. vt pecunia, &c. externa; Nec canonum, aut sacræ Theologię doctores. hanc vnquam distinctionem confixerunt inter infamia illustris hominis, aut infimi quoad recompensationem seu æquiualentem pecuniarum.

Tum quia si nullus tenetur cum notabili damno emergente ī propriis .n. eiusdē ordinis, restitutionē facere. Verbi gra

non potest, fieri ad minus debet pecuniis, vt si non æqualis, & iusta, aliqua tamen & possibili fiat satisfactio, nec per hanc satisfit de rigore & ex æquo ipsi famę, aut vitę: non enim vita & fama sunt res vendibiles, cum nullum conueniens pretiū habeant, sed si pecuniæ aliquando pro his dantur, id fit, quoad famam quidem ad satisfaciendum, & restituendum non ex æquo & secundum valorem rei, sed secundum possibilitatem restituentis, cum nomen bonum, sit melius, & pretiosius, quam multæ diuitiæ, vt sacra scriptura testatur, & ideo quamuis ipsa, sit bonum acquisitū, & nostrū quoad vsum, & dñium, excedit tamen secundum æstimationem sapientū; & qui curā habent de bono nomine, quodcunq; aliud pretium, & ideo potest quidem pecunijs recōpensari, sed non secundum rigorem iustitiæ æquiualenter eisdem restitui, seu satisfieri: quo ad vitam autem ad recompensandum, et resarciendum damnum. quod ex illa aduenit, secus est. Verbi gra. qui liberum hominem interfecit, non teneretur ad soluendum quidpiam pro vita quam abstulit, quæ hęc ex suis natura illo pretio æstimari pōt l. liber homo, ff. ad l. Aquil. sed tenetur ad soluendas expēsas, quas se medicando, & in sepeliendo fecit, & damnum quod hæredes eius perpēsi sunt. arg. l. fi. de his qui deiec vel effud. vbi sic dicitur. Illi homini libero, qui prętcriens per viam publicam percutitur re aliqua protecta aut cadente ex aliqua fenestra, deberi medicationis impensam, & stipendia, quæ sanus lucrifecisset, non autem quidquam pro deformitate aut cicatrice inde relicta, corpus. enim liberum nullam recipit æstimationem. Id ipsum habetur in leg ex hac. ff. si quadr. paup. fec. dic. & leg. qua actione, §. si quis, ff. ad l. aquil. & glo. ibi Host. in sum. de iniur.

Ex quibus colligitur, quod cum pecunia, sit pretium rerum venalium, possunt damna æstimatione digna, pecuniis compensari, sed vita, cum non sit vendibilis, non pōt pro quacumq; reficienda fama, nec hæc, pro restituendis pecuniis discrimen vocari iniquum .n. esset, velle rem maximi momenti, & innumeri ualoris, vt est vita pro re inferioris sortis, & minoris ęstimationis, vt est fama, cuiuscunque familię ea sit. vnde res superioris ordinis, si compensantur per aliquid inferioris, i. non secundum ęquiualentiam. sed iuxta possibilitatem restituentis: Nec attenditur ibi commutatio iuxta secundam paritatem rei ad rem, sed solum secundum proportionem rei ad possibilitatem restituentis. At bona superioris ordinis, sit darent pro bonis ordinis inferioris, esset restitutio secundum excessum tribueretur que id quod est maius pro eo quod est minus, ad quod nulla iustitia obligat.

Pari modo respondetur ad id quod dicebatur de libertate vendita. Nam quicquid sit de lege Mosaica, certum est in lege Euangel. id nequaquam præcipi, nec inter christianos tale ius receptum vnquam fuit. imo in l. ob ęs alienum, & authen. sed hodie, C. de act. & ob. & in c. 2. de pig. cum gl. ibi definitum est, ne ad se vendendum compelli quispiam possit. Nec bene pro toto libertas venditur auro. Non negamus tñ posse quemlibet si vellet, libertatem seruituti aut venditioni tradere, pro restitutione pecuniarum facienda, cum libertas, sit bonum in hominum, manu positum, quam renunciare potest, absque peccato: cum se seruituti subiiciendo, nulli faciat iniuriam, vt idē Sot. asserit. de ius. & iu. lib. 4 q 2 Et quamuis l. liber. hominis, cum 2. seq. ff. de contrah. emp. statuat emptionem liberi hominis, scienter factam non valere, non tamen decernit, vendentem se, necessitati maxime, in qua est positus subueniat, in peccatum incurrere: quia cum homo sit suæ libertatis dominus, potest illam si vult renunciare, præcipue iusta interueniente causa, ob quam forte excusantur Aethiopes, qui se vendunt, & qui illos emunt de qua vide Nau. in Man. confess. cap. 23. num. 96.

Quia tamen libertas maioris valoris ex sui natura est quam pecuniæ, nullus potest cogi cum damno illius, ad harum

Nau.in man. confess.c.18.nu.41.

Tum quia D.Th.2.2.q 62 art.2.in responsione ad 1. & 2. aperte asserit, illum qui non pōt famā ab alio ablatā restituere, dēre ei aliter recōpensare in ea re, quāuis non æquiualenti, sibi tamen possibili, veluti cum aliquis alicui abstulit membrum, tenetur ei compensare, vel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione vtriusq; personæ secundum arbitriū boni viri, vt ibid. Caie. declarat, & Nau.in man.c.17.nu.91. Aduertēdum tū est, q̄ & si pro fama ablata qn̄ ea restitui absq. damno vitæ vel periculo eius nō potest, recompensatio saltem possibilis in alijs rebus pecuniarijs fieri debeat: An tamen vbi pecuniæ non sunt, nec res pecuniariæ, hoc est quæ vim nummorum & pecuniarum habent, debeat ex debito iustitiæ fieri in orationibus in amicabilib. obsequiis & in alijs rebus similibus dubitatio est inter doctores.

Scot in 4.sen.dist.15.partem affirmantem tuetur: quia ut homicida qui non potest alterius vitam resarcire, tenetur nihilominus eam restituere iudicio boni viri satisfaciendo operibus spiritualibus quæ tanti esse videantur quanti vita hominis interfecti æstimanda erat, secundū æquipollentiam, seu æqualitatem, quæ in hac re inueniri potest: ita de fama videtur eadem ratio: Nam restitutio cum sit actus iustitiæ commutatiuæ, licet non obliget ad recompensationem maiorem debito obligat tamen ad omnem possibilem restituenti, & ideo si non potest per aliud quam per orationes, & per obsequia familiaria, tenetur id præstare.

Hæc tamen opinio non placet Nau. in man.conf.c.15.num.23. Soto lib.4 de iust.& iur. quæst.6.art.3. diuersis tamen fundamentis. Nam fundamentum Nau. est quod vita & famā nō recipiunt ex sui natura æstimationem, & ideo cum non sint appretiabilia, nihil pro ipsis datur aut restituitur: sed pro damno ex illis sequuto, ita cap. 17. nu. 19.§. Nec obst. & quia ad damnum sequutum ex infamia alicuius parum, aut nihil faciunt, nec illud restaurant orationes, & obsequia amicabilia, ideo nullus tenetur per hęc illud compensare. Soti vero fundamentū, vbi sup. est: quia orationes & obsequia hac honores priuati non sunt rerum pretia, & ideo non sunt ex se apta recompensatione. Nec restitutio obligat nisi ad reficiendam famam per rem quæ ex sui natura sit recompensatiua. Hæc opinio nobis placet: quid enim ad resarciendam infamiam iuuat deprecationes?

Nec obstant quæ pro opinione Siluestri sunt adducta. Non quidem primum, eo quod dispar est ratio in reb. superioris ordinis & inferioris: nam damnum in re superioris ordinis, si nō pōt resarciri: & recōpēsari, saltē p rē inferioris ordinis possibilē, quia sic restituens restituit sēper minus quā sit debitū, & ideo i nullo fit sibi grauamē & iniustitia: At nō sic ē cōuerso, qui est pecuniarū debitor si illas restituere nō pōt, & astringatur ad has recōpensandas honore, aut fama, aut orationibus, vel re alia superioris ordinis, reddet tunc plus q̄ sit debitum cū hęc ualoris sint maioris, q̄ pecuniæ, iustitia autem nō vult vt reddatur plus accepto: sed ęquū aut possibile D. Th.2.2.q.62. ar.1 & 3. Sco.in 4.sēt.d.15.

Ad secundum dicitur, quod cum pecunia sit pretium rerum omnium secundū receptam hominum consuetudinem, ideo fama potest pecunijs recompēsari, sed vbi pecuniæ, vel res pecuniarię desunt, non est cur per orationes, aut honores restituatur, cum hęc non sint rerum pretia, ita putat Sot.l.4.de iust.& iu.q.6.ar.3. Aduertendum hic tamen est, quod cum diximus bona fortunæ non esse restituenda cum damno famæ, id intelligitur de fama bonitatis, quæ virtutem Theologicā, aut moralem consequitur. Et non de fama ex alijs rebus eximiis comparata, vt fama ingenii, scientiæ iurium solertię artium diuitiarum aliarum rerum similiū; fama enim quę ex talib. reb. comparatur, non est inęstimabilis, sicut est illa prior bonitatis prouenientis a virtutibus Theologicis, & moralib. Nau. in Man.conf. c.17.nu.91. & c.18.nu.19.

men est manifestũ, licet persona sit ignota, tenetur ad præceptum Prelati se prodere, alias incurreret excommunicationem. quæ in non reuelantem fertur cum in notorijs delictis euidentia facti sit plus quam accusator, dicente D. Augustino cap. Euidentiæ de Accusat. Euidentia patrati criminis clamore accusatoris nõ indiget, & cap. ad nostrã el 3. de iureiurando. Manifesta delicta, accusatione non indigent, nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus. idem habetur l. ea quidem C. de Accus. Denique D. Thom. vt referunt Sil. verb. correptio, §. 8. & Caie. 2. 2. q. 69. ar. 2. Interrogatus de quodam furto in capitulo generali sui ordinis celebrato Parisijs. An posset superior furem inuestigare & inquirere, cum furtum esset publicum & notorium? Respondit affirmatiuè licere. Sed his non est obstantib. contrarium est tenẽdum, quod nõ debet imponi Melchiori vt occultum furem denuntiet, nec excommunicationis sententia illum in hoc casu ligat, quæ est sententia D. Thom. 2. 2. q 70. art. 1. & Caiet. 69. art. 1. Henrici de Gandauo quolib. 9. Adriani in 4. sent. de correctione fraterna. Soti de ratione reg. secreti memb. 2. q. 6. Tabiẽ. verb. inquisitio, §. vl. Angeli verb. excommunicatio. 1. Nau. in man. c. 18. nu. 40. & 61. Canonistarum communiter in cap. qui ambulat 5. q. 5. & idem Nauar. in repet. c. inter verba 11. q. 3.

Probatur hęc sententia, primo quia excommunicatio, est actus iurisdictionis et potestatis, & ideo iudex in excommunicatione ferenda non procedit veluti Pater, ad emendandum solum secrete delinquentem, sed ad ipsum puniendum: est enim excõmunicatio, pæne summa ecclesiastica, qua priuatur christianus homo sacramentis & communicatione fideliũ, & ideo cum iudex nequeat punire neque sententiare, nisi ea delicta quæ in suo exteriori foro probantur, sequitur quod neque potest obligare ad reuelanda ea occulta quæ testibus probari nequeunt. ca. illo Deus omnipotens, cap. conclusisti 2. quæst. 5. capit. erubescant. dist. 32. Quare qui ita rem scit vt nequaquam illam probare valeat, non compellitur iudicis præcepto ad eam denunciandam, est enim contra rationem naturalem, quod occulta scientię publicæ subsint iudicio publico, in casu autẽ nostro Persona quæ furtum commisit, est ita occulta, vt non nisi ab vno secretè fuerit visa. Caiet. 2. 2. q. 69. artic 2.

Confirmatur: quia vel iste qui secrete Reum nouit, tenebitur ad illum reuelãdum Iudici tanquam Patri & homini priuato: vel tanquam Superiori & habenti iurisdictionem: Nõ primum, quia ad id non obligatur ex vi excommunicationis, hæc enim cũ sit actus iurisdictionis ecclesiasticæ non operatur nisi post finitum totum ordinem correctionis fraternę iuxta illud Euangelij, Mat. 18. si te nõ audierit, dic ecclesię, & capit. si peccauerit, 2. quæst. 1. Et ideo ad reuelandum alicui tanquam patri, & homini priuato ad emendãdum fratrem, non tenetur determinare isti aut illi reuelare, sed cui sibi videbitur opportunius & vtilius, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 3. finis .n. correctionis fraternæ est sola proxima emendatio: non punitio, nec famæ, aut honoris læsio. Nõ item tenetur ad illum reuelandum iudici tanquam superiori, & ptãtem habenti, quia occulta, & quæ probari nequeũt, nisi sint proditiones, vel hæreses, aut alia similia futura mala, quibus obuiari nullo alio potest remedio, non subsunt iudicis ptãti: cum .n. hæc respiciat forum publicum, & delicti punitionem intendat: non potest nisi in ijs exerceri, quæ in dicto foro manifesta, & probata erunt: vnde c. inquisitionis de acc. prohibitum est puniri quempiam de crimine, super quo non laborat infamia, imo peccare mortaliter iudicem, qui per uiam inquisitionis procedit cõtra aliquem, nulla præcedente infamia, quia dat causam lędendi famam proximi, diffinitur c. cum oporteat, & c. super his, & c. qualiter, & quando 2. de accus. Quare delictum licet sit notorium, sit tamen persona quæ illud commisit est occulta, non subest potestati iu-

dicis, quia illa quę non subiacent scientiæ publicæ, non subsunt iudicio publico. vnde Theologi communiter asserunt, quod quando Prælatus præcipit super occulta, non tenemur illi respondere, quia in his non est noster iudex: adeo quod licet iuramentum detur de dicenda veritate quam scimus, possumus vere responde re nos nihil scire, absque eo quod in periurium incurramus, intelligendo intra nos quod illa nescimus, vt illa detegere teneamur, qui enim iurat dicere quod scit, intelligitur iurare dicere quod licite potest, & non amplius Argu. c. 1. de iureiu. lib. 6. Et l. procurator, ff. de condi. indeb. Henr. de Gandauo quodlib. 9. Adrianus in 4. de correctio. fraterna Nauar. in Manua. cap. 17. in fine, & in repet. cap. humanę aures. 2. 2. q. 5. Pręterea infamare proximum, est peccatum, contra iustitia, & ex suo generes mortale, vt Theologi docent in 4. dist. 15. cum D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. & habetur in c. quisquis. 5 q. 1. contra autem ea quæ sunt iuris diuini non potest lex humana quidquam præcipere, quia inferior non potest abrogare superioris authoritatem, & ideo cum manifestare peccatorē occultum; sit illius famā notabiliter maculare, nulla lex cuiuscunque humani iudicis id potest præcipere, alias iniusta erit, & non obseruanda. Vnde in c. plerumque 2. q. 7. dicitur (& est D. P. Augustini in hom. de pœni.) plerunque boni viri sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia ea quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt.

Facit ad probationem nostræ conclusionis, clem. Nolentes. cum gl. de hæreticis, vbi post impositam excommunicationis pœnam ipso facto inquisitoribus, qui in sancti officii tribunali pecunias extorserint subditur, quod socii & officiales qui sciunt secrete inquisitores talia commisisse, ipsos acriter redarguere, & corrigere in secreto studeant, sed si tali modo ea sciuerint, vt sufficienter probare valeant, tunc denuntient Prælatis. Ex quo textu aperte colligitur, non esse denuntiādam iudici quod probari non potest, vt ibi notant communiter iuris canonici doctores.

Nec illa quę ad partem contrariam sūt adducta quicquam officiunt; concedimus. n. quando in iudicio constat de ipso facto, sed non constat de persona delinquente, posse Prælatum & iudicem procedere inquisitione generali præcipiendo vt reueletur id quod scitur, sed non potest quærere nominatim an Ioannes, vel Franciscus, illud commiserit, nisi pręcesserit contra illos infamia, vel indicia non quæcunque & leuia (vt aliqui male sunt arbitrati) sed grauia, & vrgentia, vt Nau. in man. c. 18. nu. 38. & in repeti. in c. inter verba, de mente Innocentii communiter recepti probat: quare cum pręcipit iudex reuelari delinquentem, arctatur præceptum ad limites suæ potestatis intelligiturque vt reuelari debeat id quod in foro publico cognosci probari, & puniri potest, qualia non sunt occulta & secreta. Et ideo sicut non potest iudex obligare subditum vt denuntiet illum Reum de quo nulla est infamia, vel sufficientia indicia criminis perpetrati, quia tali præcepto daret occasionem infamandi proximum, quod est contra diuinam legem, ita hanc transgreditur, qui ad iudicis præceptum, id quod secretè nouit, nec ab alio quam ab ipso scitur, reuelat, cū secreta non subiaceant punitioni iudicis, sed Dei, Arg. c. qualiter, & quando 1. de accus. D. Thom. 2. 2. q. 70. artic. 1. Nauar. in man. c. 18. in fine.

Non negamus etiam quod quando secreta & occulta sunt talis conditionis q. si non reuelantur, etsi delinquenti non obiicitur, in magnam & iniustam aliorū perniciem vergent: tunc præmissa correctione fraterna si per eam probabiliter creditur fore emendanda, & euitanda, alias omissa etiam correctione: posse, & debere statim iudici denuntiari, vt Reipublicæ, & proximorum dāno occurratur: vt qui denuntiat hæreticum, ne alios corrūpat: Proditorē: ne Ciuitatem inimicis tradat: lepra, aut, peste infectum, seu alio contagioso morbo laborantem: ne alios

con-

contaminet: inhabilem: ne ordinetur aut ei beneficium conferatur: impeditum ad matrimonium: ne illud iniuste cōtrahat: illegitimum & indignum: ne in hæreditatem succedat, latronem: ne aliena furetur: periurum: ne suo falso testimonio innocens damnetur: Adulterum: & homicidam vt caueantur: & deniq; similes quoscunque delictis assuetos, & ad eadem iteranda præparatos: Tum quia maior est habenda ratio innocentium, quibus isti damnum inferre moliuntur, quam famæ horum, quia a malo perpetrando desistere nolunt, iuxta illud Prouerb. erue eos qui ad mortem deducuntur, & docet D. Thom. 2.2.q.70.arti. 1. & Sotus lib 5. de Iust. & iure q.7.artic. 1. Tum quia 2. Regum. c. 17. laudatur prudentia et fidelitas Cusai qui consilia Absolonis pessimā aduersus Dauidem patrem suum, eidem Dauidi reuelauit.

Et 4. cap. 16. Eliseus magni fit, eo quod inter alia id quod secrete nouerat perpetrandum malum a Rege Syriæ, Israelis Regi denuntiauit. Tum quia iure ciuili, & canonico præcipitur, hęc talia crimina quamuis secreta, & occulta, iudici manifestari, leg. si quidem, C. de iniur. l. si quis, & l. eum qui, ff. eodem. Et c. non inferenda, 23.q.3 & c. Quantæ de sent. excom. & expressius in cap. Præterea 2. de spons. vbi dicitur illum qui scit aliquam rem habuisse cum consanguinea eius quam vult ducere, teneri ad impedimentum, hoc denuntiandum, vt iniustum matrimonium, & peccata quę ex eo contracto orirentur, impediantur.

Tum ob multa alia, quę innocent ab omnibus receptus, in cap. qualiter 1. de accus. & Panor. in cap. dilecta. de excess. Prælat. & Caiet. 2. 2. quęst. 33. artic. 7. Et Nauar. in cap. sacerdos de pœnit. distinctio. 6. num. 14. & in man cap. 18. num. 54. cum multis alijs tradiderunt.

Nam iudex tenetur ex iustitia damnis imminentibus, & quæ fiunt in fieri obuiare: & quilibet particularis ad id tenetur ex charitate, adeo vt etiam Prælato & iudice non præcipiente debeat ea denūtiare qn̄ alia via prohibere illa nō posset. In hisce tamen secretis manifestādis, prudentia & iudicio magno vt oportet, quia tunc solum debent delicta specialiter, & delinquens nominatim denuntiari, quando id est omnino necessarium, vt imminentib. malis occurratur. quia si sufficeret generaliter admonere iudicem, qd̄ aliqua mala parantur, & quod inuigilet de nocte, & discurrat per ciuitatem, tunc nequaquam est facienda declaratio specialis delicti: & si sufficeret declaratio specialis delicti, vt homicidij, furti, vel alterius in indiuiduo, non est tunc procedendum ad manifestandam personam: Nam habenda semper est ratio famę proximi, & eatenus conseruanda quatenus damno proximorum, & nocumento animæ etiam suę, non potest alio modo obuiari quam illius delinquentis famam & honorem maculando, vt docet D. Thom. quol. 11. artic. 12. Et Nauar. in d c. sacerdos num. 14.

Ad primum ergo argumentum pro opinione Silu. adductum, Respondetur illam sententiam quæ præciperet vt delicta secreta quæ in aliorum iniustam perniciem non vergunt, denuntientur, esse iniustam & illicitam, vt quę famam proximi maximè lædat; quæque potestatis humanę limites excedit, volens cognoscere & sibi manifestum esse in foro publico, in quo sola illa exercetur, secreta & delicta testibus & probationibus carentia: & propterea cum in tali casu non obliget, vt quę fertur a non potente, non est illi parendum.

Ad secundum Res. similiter, non teneri ex præcepto latæ excommunicationis deponere in iudicio quod nouit nisi id probare valeat; alias peccaret lethaliter infamando iniuste proximum.

Excommunicatio enim cum sit actus Iurisdictionis exterioris non comprehendit nisi delicta in exteriori foro patentia vt supra diximus.

Ad confirmationem Respondeo iuri omni, tam naturali quam scripto diuino & humano repugnare quod occultus

de.icti

delicti author, se ipsum prodat: Naturali quidem aduersatur, vt quæ sunt aliena scientia a publica, subsint, iudicio publico, idemq; ipse sit reus, & author, & agens & patientes. in damnum suum, dissonũ etiam est a sacra scriptura in qua legitur contra Cain & Sodomam non fuisse sententiam latam, nisi præcedente infamia, & clamore non solum criminis, sed personæ. Et de Sodoma aperte dicitur, clamor Sodomorum ascendit ad me, descendam &c. de Cain vero colligitur ex illis verbis, quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Aduersatur item canonico iuri, extra de Accusa. c. inquisitionis, vbi expresse prohibetur, ne quis puniatur de crimine de quo non laborat infamia. Et D. Thomæ in 4 opinio quam in ætate iuniori habuit, cum illam nõ fuerit in 2. 2. q. 69. art. 1. sequutus, vt ibidem aduertit est prorsus reijcienda, vel pro veneratione tam eximij doctoris est dicendũ, quod loquitur non de quibusuis delictis occultis, sed de illo quod vergit in periculum Reipublicæ, vel proximi, nec potest alio modo a futuro nocumento impediri, quã si iudici denuntietur; secreta enim nocitua, & pernitiosa, ne eorum pernities serpat, & innocentibus noceat, manifestari iudici possunt, vt supra diximus. Illud autem Iosue 7. Quia Acham interrogabatur secundum ordinem iuris a iudice Iosue, propterea tenebatur veritatem propalare; illi enim quia a Iudice iuridice interrogatur, non se prodit, sed ab alio proditur, dum ei necessitas respondendi imponitur, per eum cui obedire tenetur, vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 69. art 1.

Ad illam autem excõicationem latam a Beato Greg. aduersus illum, qui libellum in iniuriam Castorij scripsit, vt habetur in c. quidam maligni 5. q. 1. Respondent aliqui authorẽ illius libelli excõicari a Papa nisi se proderet, quia & si reus esset occultus, delictum tamen erat manifestum, vt non quodcunque, sed atrox maxime vergens in iniuriam ipsius Pontificis: in atrocibus autem criminibus teneri reum ad iudicis præceptum se manifestare. Hæc tamen responsio est falsa. Tum quia reuelare peccatores occultos, est contra ius, naturæ, quod tibi non vis.

Tum quia occulta non puniri nullum est Reipu. damnum cum satis occuratur audaciç sceleratorum punitis sceleribus quorum authores laborant infamia. Sed manifestando delinquentes occultos maximum Reipub. fit nocumentum, quia ciues sui amittunt honorem & famam, quç sunt magna bona, & inquietatur Respublica ex scandalo quod datur manifestando delicta eorum qui bene audiebant ad perpetranda mala. Arg. c. Presbiter, & c. si a plebe. vbi prçcipitur ne sine infamia contra aliquem clericum procedatur ne infirmorum corda de mala fama percutiantur. respondet Caie. vbi sup. illam nõ ferri super debitum reuelandi, quia absolutè pcipere vt quis reuelet id de quo nulla laborat infamia excedit vires humanũ iudicii, sed ferri super commissum crimen, quia sicut ante factum potest excõmunicari quicunque furtum, vel incendium commiserit, ita post factum potest excommunicari quicunque fecit: illa autem cõditionalis vt se reuelet, appositam dicit esse de gratia speciali, quç fit Reo si vult euadere excommunicationem. Sed quia hæc respõsio multas patitur calumnias, idcirco facilius dicerem, in illo textu non fieri excommunicationem supra commissum delictum nec supra debitum reuelandi absolute, aut conditionaliter: sed supra hoc quod erat futurum, & de sua natura malum ac prohibitum si sacramentum corporis & sanguinis Christi in illo peccato commisso sumant. Nam ibi sic habetur, quod si quis latet, & quoniã nescitur, teneri ad disciplinam non valet, si tanti mali conscius, & prohibitus corpus, & sanguinem Domini præcipere prçsumpserit, anathematis vltione percutiatur ita quod excommunicatio fertur super hoc solum, si persistens in peccato cõmisso sacramentum corporis Christi sumat: quod erat malum futurum, & de sua natura prohibitum illi homini, qui innocentem publico libello infamauerat; ad

cuius

cuius famæ restitutionem tenebatur se manifestare iure naturæ præsupposito quod alius modus illam restituendi non erat, neque ex tali manifestatione periculum capitis illis imminebat: sed solum propriæ famæ iacturam.

Et quamuis nemo teneatur restituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris ordinis, tenetur tamen cum iactura bonorum eiusdem, vel inferioris ordinis Sot. in 4. sent. dist. 21. q. 2. art. 4. & ratione tenegendi secreti mem. 2. q. 6. ad 2 & lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 2. Nauar. in c. inter verba nu. 306.

Ad Illud D. Augustini in c. Euidentis. Respon. ibi velle quod euidentia criminis sufficiat ad generaliter inquirendum, sed non ad manifestandum delinquentē occultum, quomodo dicitur ad alia. Neque D. Thom. consuluit nisi vt Prælatus inquireret de authore furti in genere, sed non quod ipse fur occultus deberet se manifestare.

CASVS III.

Firmo erat proposito quidam iuuenis diues, & nobilis, & religionem quandam ingredi, quod cum nouisset Franciscus omnem rationem adhibuit, aut a tali concepta opinione illum reuocaret. Tū in meretricum domos inducendo. Tum diuitem puellam in vxorem proponendo: Tum de illorum Religiosorum vita, quæ falsa erant enarrando: ob quę omnia ita dissuasus est iuuenis, vt quantum prius erat deuotioni deditus, tantum nunc vitijs sit irretitus, sed Franciscus erroris, conscius & perditi iuuenis vicem dolens ad confessionem accidit.

Quæritur quid illi sit imponendum tam quo ad damnum religioni illatum, quam quo ad Iuuenem perditum.

De primo opinio fuit Paludani in 4. sen. d. 16. q. 3. teneri in conscientia hunc qui iuuenem Religioni valde vtilem ab ingressu auocauit, satis facere & restituere illatum damnum dictæ Religioni, vel iterum inducendo iuuenem ad illius ingressum, vel quod ipsemet loco alterius, quem seduxit ingrediatur, & ibi oret Deum in stanter pro seducto, vel aliquid aliud arbitrio sapientis viri agendo, quo damnum Religioni causarum resarciatur, ac reparetur, inducendo saltem aliquem alium æquè vtilem ad eandem Religionem.

Fundamenta huius opinionis præcipua hæc sunt. Tum quia impediens aliquem a consequendo bono ei debito vt habeat in eo aliquod ius, quamuis imperfectum, tenetur ad restitutionem, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. religio autē habebat ius saltem in spe, in hūc iuuenē diuitem, sicut enim dispositiones agri ad fructificandum sunt expectantis fructus, & qui illius dispositiones tollit, impedit fructificationem, & tenetur ad restitutionem illius sperati emolumenti. Ita quia religio erat in spe non quacunque, sed propinqua ex animo deliberato iuuenis, de assequendo illum cum suis bonis, ideo qui īpedit restitutioni erit obnoxius.

Tum quia impediens aliquem ne obtineat præbendam quando conferens habebat firmatum animum cōferendi eam huic, obligatur ad restitutionem nō quācunque, sed æquiualentem, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. in Resp. ad quartum, & late probat Caiet. ibidem, §. ad tertium. igitur a simili, cum iste iuuenis haberet propositum deliberatum, & firmum ingrediendi hanc religionem, non poterit excusari a restitutione æquali retrahens illum a tali ingressu, per quem obuentura erant illi Religioni multæ diuitię.

Tum quia in c. si seruus 1. d. 54. iubetur Episcopo ordinanti seruū nesciente Domino, dūplum eidem reddere, ergo a fortiori erit obligatus magis ad resarciendū damnum religioni qui ab ea monachum subtraxit, quia qui occasionē damni dat damnum dedisse videtur, secundum reg. iur. in 6.

In

In hac sententiam inclinat etiam Sanctus Antoninus part. 2. tit. 1. c. 2. quam eandem ferè habuit Scotus in 4. d. 15. q. 2 1. & Richard. ea. d. art. 4. q. 2. & Adrianus in 4. in quinque de bonis animæ restituendis, & Maior ea. dist. q. 17. hi enim arbitrantur tunc solum teneri ad restitutionem prædictam retrahentem a religione quando retrahit odio Religionis vel, malo animo, vt est in casu nostro, & hoc probant; Tum quia intentio nocendi cũ effectu sequuto obligat ad restitutionem & malus animus æquiparatur dolo. l. dolum, C. de dolo & D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. expressè dicit actum malo animo factũ, inducere restitutionem aliquo casu, quo bono animo factus non induceret.

Tum quia l. secunda, §. denique. ff. de aq. plu. arc. habetur eum qui puteum effodit, aut opus aliud in suo facit, vnde dãnum vicinus accipit, non teneri de damno; si non facit animo nocẽdi, significans a contrario sensu, quod teneretur; si eo animo faceret. ergo a simili; qui animo damnificandi religionem suadet alicui, vt ab ea discedat, vel ne se illi & sua donet, tenetur de damno.

Confirmatur hæc sententia exemplo Raymundi generalis dignissimi ordinis sancti Dominici, qui in illam religionẽ est ingressus eo, quia iuuenem quendam ab ea retraxerat, vt multi referunt, idem habet Silu. Restitutio. 3. §. Primo cum Ros. ac summa Ang.

Contraria tamen opinio quod non sit obnoxius restitutioni, qui odio, vel malo etiam animo quempiam a religione auocauit, vt fauorabilior, & verior est tenenda, cum Soto de iust. & iur. libr. 4. quæst. 5. art. 3. Nauar. in manu. confess. c. 14. §. quid restituet animi proximi bona legdens, & in c. Noli, de pœniten. d. 1. Et hoc fine retrahat odio, & mala intentione eũ qui erat in proposito ingrediendi, siue etiam, illum, qui iam erat ingressus, immo & professus dato etiam quod vi, aut minis seu fraude retraxerit seu abstraxerit, vt idem Sotus ait vbi supra conclusione tertia.

Adducor in hanc sententiam. Primo quia restitutio est actus iustitiæ, & quando ex damno illato consurgit, præsupponit violationem iusti, seu iuris, ad quod reparandum restitutio ordinatur. in proposito autẽ casu de iuuene habente propositum ingrediendi religionem, immo & de iam ingresso quandiu est in anno probationis, si odio, vel alia quacunque causa impediatur, & dissuadeatur, nullius ius violatur, quia nihil erat alicuius, voluntate adhuc existente ambulatoria, & per se libera ac reuocabili; cuius rei signum manifestum est, quod si ipse iuuenis ex odio concepto in religionem, vel alia mala intentione se ipsum a religione reuocet, & discedat nulli facit iniuriam, nec ad restitutionem dictę religioni tenetur: ergo si ipse qui est principalis causa reuocationis, & discessus, nulli facit iniuriam, alii excitantes illum, & inducentes ad reuocandum, & discedendum non inducunt ad faciendam iniuriam alicui, ac ideo nec erunt obnoxii restitutioni, vt in simili de suadente mutari testamentum, aut donationem odio, vel mala intentione concludit Caieta. secunda secundæ, q. 62. art. 2. secundo. § ad sextum.

Secundo; ille, qui malo animo induceret iuuenem ad ingrediendum aliam religionem non teneretur ad restituendum dictum iuuenem, vel se ipsum, vel quidpiam aliud priori: alias illa alia religio quæ id sciret, nequaquam iustè posse, dictum iuuenem recipere, sicut nullus potest re aliena vti iuito domino: ergo prior illa religio nullum propinquum ius habebat in illum iuuenem, quo dissuadens obligetur ad aliquid restituendum.

Confirmatur quia restitutio in foro cõscientiæ nõ obligat, nisi illis casibus, quibus si veritas publicè constaret, & per sufficientes testes probari posset, obligatio secundum leges oriretur in foro exteriori: adeo, vt iudex posset ad eandem restitutionem cogere, sed nullus omnino iudex vel Papa, aut alius Prelatus quamuis ei sufficientissimè constaret de tali seducente, seu extrahente iuuenem a religio-

ne

ne nequaquam reum dicti criminis compelleret ad restitutionem talem faciendam, vt vel ipse in illam religionem ingrederetur, vel alius loco eius: quia cum professio solemnis sit actus heroicus, requirit liberam prorsus voluntatem, neq. ad illam potest quis metu, vel alia ratione, quæ faciat simpliciter in voluntariũ compelli: sicut neq; ad idem, vt habetur in decretis dist. 25. cap. quod iudæi & tradit D. Th. 2. 2. q. 189. ar. ad secundum: ergo nec in foro conscientiæ astringi potest ad dictam restitutionem.

Accedit quod illi, qui iuuenem etiam professum a religione extraxerit, minime tam arduum institutum, vt est religionis forte conuenit, immo etiam neque conuentui forsan expedit illum recipere, vnde de iure antiquo, & in Concilio Trident. 25. de reformatio cap. 15. datur annus probationis post susceptum habitum vt ante, quam professio solemnis emittatur, iste experiatur an ferre valeat tam difficile onus: & Religio etiam experimentum de illo sumat an dictis oneribus subeundis videatur aptus: Non ergo eo solum quod quis iuuenem quamuis professum a religione abduxit, ad professionẽ faciendam tanquam ad restitutionem sibi debitam compellendus est, alias probationis annus esset illi frustratorius, nullumque effectum sortiretur si liberum ei non esset vsque ad emissam professionẽ discedere.

Vltra quod euenire potest, vt iuuenis illustri familia natus vel Doctissimus, abiectum seu imperitum religiosum professum seduxerit & a religione auocauerit, quæ ergo iustitiæ qualitas erit velle illum, loco huius, ad religionis ingressum, & professionem obligare: & maxime si iste professus seductus nihil erat religioni proficuus, immo in multis nociuus?

Præterea in iis, quæ sunt consilii, & puræ, ac plenæ libertatis, nullus potest lege iustitię inuitus obligari, vnde licet canonum decreta publicos scelestissimos homines ad pænitentiam reue rsos intra monasteriorum septa, atque in arctissimas cellulas occludi quandoque præcipiat; neminem tamen cuiuscunq; sceleris reum ad professionem cogunt: quia sic religio est locus pænitentiæ eminenter, vt vota quibus illa constat summa libertatem prærequirant, igitur religio non potest legi restitutionis subesse, cum ad restitutionem inuiti etiam obligentur, & qui damnum aliquod recompensare lege iustitię obligatur, cogi ad id potest: Vnde non volens si restituat erit restitutio valida: sed si non volens profiteatur erit professio inualida, & sacrilegus ac iniurius in regionem est, qui ad illam hominem cogit. Vnde Sancta Triden. Synod. sess. 25. de refor. c. 18. Anathemati subiicit omnes qui mulierem inuitam ad ingrediendum monasterium, vel ad professionem faciendã coegerint.

Quare & si de rigore iustitiæ verum esse existimemus non posse illum, qui iuuenem a Religionis ingressu quacunque ex causa abduxit, & auocauit, ad restitutionem religioni faciendam obligari, & multo minus teneri, aut ipsum, aut alium religionem ingredi, consilium tamen esset optimum, & animæ illius forsan saluberrimum si in pæna peccati commissi id faceret: sicut Raymundus ille generalis Dominicanorum dignissimus, laudibus ad cœlum vsque merito euehitur, quod suo ipsius in religionem ingressu damnũ compensare voluit, quod Religioni dederat.

Neque etiam negamus professum aliquem posse fore tam vtilem & frugiferum in eleemosynis acquirendis, vel in aliis rebus necessarius monasterio, vt qui illum abire suasit, teneatur ad illati damni recompensationem aliquam secundum iudicium prudentis, & sapientis viri, vt idem Sotus vbi supra conclusione quinta probabiliter asserit.

Reliquum est, vt argumentis partis aduersæ satisfaciamus.

Et ad primum negamus Religionem habuisse ius aliquid in illum iuuenem: Non enim propositum ingrediendi, immo neque ingressus absque

pro-

professione dant aliquid ius legale per quod acquiratur aliqua actio ad petendum iuuenem, vel bona iuuenis, quia voluntas quamdiu est ambulatoria, & in sua libertate, nulli facit iniuriam reuocando se a priori proposito, vel auferendo se a religione cui per professionem adhuc se non tradidit, & ideo sicut ipsa per reuocationem sui propositi ius religionis non violat, quia adhuc est sui dominus, nec traditus per solemne votum religioni, ita qui procurat talem reuocationem, quocunque animo id faciat; nullum ius aufert a religione, & per consequens illi restituere non tenetur, quia vbi non est iustitię debitum, neque est religionis obligatio. Exemplum autem de separatis fructibus non est ad propositum, quia illæ dispositiones seminis comitantur, & consequuntur naturaliter expectanti fructus: At professio cōsequitur propositū, & ingressum religionis consecutione, & concomitantia voluntaria, & plenè libera, ita vt si nolit ingredi religionem, vel profiteri, non facit properea alicui iniuriam.

Ad secundum negamus eum qui impedit præbendam alicui, cui collator, seu præsentator erat animo deliberato, & firmo illam conferendi, obligari ad restitutionem nisi forte impediat per modos iustitiæ contrarios, vt tradunt Doctores, l. 1. Cod. si quis aliq. testa. proh. & leg. fina. ff. de hæredibus institu. & Nau. in man. c. 17. tit. de impediente bonum alienum, nu. 72. vbi probat differre maxime, quoad obligationem restituendi, impedire collationem beneficii, & impedire propositum conferendi: quia ille qui proposuit animo firmo conferre alicui beneficiū, si mutat voluntatem, & alteri illud confert, valet collatio, & non tenetur restituere, nec peccat, si æque digno confert. At vero qui iam contulit vni beneficium si mutata voluntate conferat postea id ipsum alteri peccat, & collatio non valet, & tenetur ad restitutionem priori, etiam si secundus dignior fuerit. Illud autem dictum D. Thomæ 2. 2. q. 62. art. 2., de illo intelligitur qui impedit modo iniurioso vt fingendo talem esse mortuum vel inhabilem vel per alias fraudes per quas collator inuoluntariè omnino a collatione facienda desistit.

Ad tertium dicitur, rationem serui, & Monachi esse valde disparem: nā seruus possidetur a domino tanquam res propria, & quæ domini est vsui ac vtilitati destinata, & ideo in seruum seu mancipium habet ius acquisitum. Monachus autem licet religionis voto, & professione sit ligatus, non possidetur tamen a Prælato, vt res propria, nec se subdidit religioni principaliter, in vtilitatem temporalem religionis: sed in spirituale commodum animæ suæ: & ideo seruitus illa qua se obligauit religiosus, est christiana libertas, qua si male vtitur, & religioni terga vertit, ac obedientia Prælatorum aufugit, habitum dimittendo nulli alteri restitutioni manet obnoxius quam ad eandem religionem, & obedientiam redire, si vult dignus effici regno cœlorum.

Et quamuis qui causam damni dat, dānum dedisse videatur, sit verum semper quoad damnum spirituale animæ quod est peccatum, non tamen quoad obligationem restitutionis, nisi sit causa per se, & intendens ex proposito damnum in re in qua damnificatus habebat ius vel perfectum quod appellatur ius in re, vel, saltem imperfectum quod dici solet ius ad rem, vt supra est declaratum.

Ad quartum sumptum ex doctrina Scoti, & Adriani ac aliorum, negamus intentionem nocendi, etiam cū effectu secuto, inducere obligationem restituendi semper, intentio enim nocendi in re in qua proximus adhuc non habeat acquisitum ius, saltem imperfectum: vel non nocetur ei nisi ex odio, inuidia, & aliis modis qui contrariantur charitati, & non iustitię, vinculo restitutionis neminem ligat, & malus animus æquiparatur dolo quo ad culpam, quia semper peccat, qui intendit nocere aut malum iniustum inferre proximo, sed non tenetur semper restituere, nisi vltra addatur actio exterior

rior

rior iniuriosa, & legibus iustitiæ contraria, vt minister iustitiæ qui ex odio, inuidia aut mala intentione nocendi, mulieri, & filiis alicuius delinquentis, ipsum iustè damnatum ad mortem suspendit, & si peccat contra charitatem; non tamen tenetur restituere quidpiā filijs, vel vxori: & qui sciens aliquid in testamento relinqui alicui, & facit ex odio, vt testator voluntatem mutet, & alteri illud relinquat, culpę quidem est reus, sed non obligatur ad restituendum, quia adhuc per tale testamentum non erat acquisitum ius in re, vel, ad rem, vt latè declarat inter alios Caiet. 2.2.q.62.ar.2. Nec D. Thom. ibi loquitur de actu procedente solum ex mala intentione, sed de actu qui est iniuriosus, vel modo iniuriose factus, vt optime notat Nau. in man.c.17.tit. de impediente bonum alterius.nu.71.

Ad quintum Respondetur, primo, casum ibi expressum, esse a nostro dissimilem, quia in casu illo pręcisionis venarum, & effossi putei, aufertur proximè aqua propria, dependens tamen a fundo alterius, & ideo necessum est, vt auferēs, & impediens cursum dictæ aquæ, in qua alius habet ius ex legitima causa auferat: At in casu nōstro, nihil religionis proprium aufertur: quia nihil iuris habebat religio ex voluntate ambulatoria, & adhuc plene libera illius qui in religionem erat ingressurus.

Respondetur secundo, argumentum a contrario sensu, & aliquando in iure sit validum l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iur. & c. Apostolica de his, quæ fiunt a præla. sine consen. ca. Nihil tamen valet quo ad ea, quibus contrarium in iure exprimitur, vt ait gl. cum communi in cap. significasti de foro comp. iam autem malam intentionem absque opere iniurioso non obligare ad restituendum damnum, habetur in c. a nobis secundo de senten. excommunicatio. Neque leg. Proculus, ff. de dam. infec. & leg. fluminum § fina. eodem titu. attendunt solum ad bonum, vel malum animum, quo actus fit, sed an sit contra iustitiam per quam damnificatur res aliena, vt declarat Nau. vbi supra. Sed An si dolo, aut vi extraxit nouitium, seu professum, aut habentem animum firmum ingrediendi religionem, teneatur restituere illi Religioni vtilitatem, quā ex illo habuisset.

Arbitratur Sotus de iust. & iur. lib. 4. p.6 ar.3. non teneri hunc ad aliud, quam ad reponendum illum quem retraxit in tali libertate, vt si ipse velit, possit denuo ad religionem redire, eum vero quem dolo extraxit ad explicandam veritatem aut dignitatem Religionis, suadendumque pro viribus illi vt ad eundem reuertatur quod si voluerit, ad resarciendum aliud vtile damnum non sit astrictus. Tum quia in Religiosum nouitium sicut non habet Religioni nisi ius ad rem illudq. variabile et mutabile ita in bona nouitii: vnde sicut illum non tenentur restituere, ita neque bona quę sunt illius. animus. n. vel voluntas quę mutari potest non confert ius, voluntas autem nouitii vsque ad professionem est semper mutabilis. Tum quia etiam si habeat ius in professum, illud non est iustitiæ, sed obedientiæ, non enim Religiosus est additus Religioni vt seruus aut mācipium domino sed, vt filius patri, & vt subditus Prælato, & ita Religio nō habet in professum ius dominii, sed obedientiæ: adeo vt si apostatauerit teneatur ad religionem redire, sed non damna eorum, quæ poterat religioni acquirere & lucrifacere interim quod fuit absens.

Addit tamen Sotus: quod, qui vi, & fraude Religionem expoliauit persona aliqua, quæ illi actu erat frugi teneri forsan de damno dato, vt qui rectorem cathedra vel fraude diuerteret, vel vi exire costringeret, quamuis nec hoc opinetur vt certum cum restitutio in foro cōscientię non obliget nisi illis casibus, quibus, si veritas publice constaret obligatio secundum leges oriretur in foro exteriori.

Hæc Soti opinio mihi non placet: Immo puto il[illegible] qui fraude, & dolo, vel vi retrahit de liberate volentem ingredi Religionem: vel extrahit professum teneri

in

in conscientia ad restituendum Religioni secundum arbitrium boni viri eam vtilitatem quam ex illo habuisset religio pro eo saltem tempore quo durat vis & dolus.

Tum quia Religio eo ipso quod est approbata a sede Apostolica habet ius acquisitum & actu sibi concessum ne quis vi aut dolo impediat ingredientem vel professum ab illa, & ideo expoliat eam isto iure nocetque ipsi cum iniuria, qui vi aut dolo retrahit ingredi volentem seu professum teneri autem illum qui eum iniuria nocet alicui ad restitutionem solum damni illati, seu lucri etiam cessantis ob illud damnum: est sententia D. Tho.

Tum quia vt legatarius cui testator aliquid in testamentum vult relinquere & si non habeat ius acquisitum in illud legatum, sed ius dumtaxat in spe & in voluntate testatoris quæ mutari poterat: si tamen vi, aut dolo impediat illud legatum & mutare facit per vim & fraudem testatoris voluntatem, tenetur ad restitutione eo quia expoliat illum re quam poterat potentia propinqua habere, & probabiliter erat habiturus & hoc cum iustitia, ob ius quod legatarius a natura habet: ne quis ui, aut dolo impediat voluntatem testatoris. Ita a simili quamuis volentem ingredi Religionem quãuis Religio non habeat ius acquisitum in ipsum & bona eius, sed solum ius in spe ob voluntatem quæ poterat mutari: nihilominus tamen ad hoc ne quis aut dolo retrahat volentem ingredi aut professum hẽt ius acquisitum a natura sua statim ac est a sede Apostolica confirmata; & ideo iniustitiam eidem facit qui vi, seu, dolo impedit ne aliquis ingrediatur, ac proinde restitutioni manet obnoxius non quidẽ tantę, quantæ esset si extraheret professum cuius iam bona religio possideret, sed secundum arbitrium boni viri.

Ad Primum Soti Respondemus volũtatem mutabilem non dare ius acquisitum: dare tamen ius in spe & tale; vt nullus vi, aut dolo debeat illam impedire, & hinc est quod qui impedit pauperi eleemosynam vel alicui legatum absque vi & fraude peccat contra charitatem, nec ad restitutionem tenetur, secus si impediat fraude vel vi, quia in his est semper iniuria & iniustitia, ac proinde restitutionis obligatio, tam quo ad volentem ingredi, quam quo ad res eius.

Ad secundum Respondeo Religiosum non esse seruum, sed filium, & ideo licet dominus habeat ius in acquisitis, & acquirendis a seruo ex iustitia: religio tamẽ habet solum ius iustitię in acquisita a professo: in acquirendis vero habet solum ius obedientiæ. & ideo hæc non sunt subiecta religioni nec illi restituenda.

Factum autem Raimundi fuit potius supererogationis, & consilii, quam restitutionis & obligationis, vt superius diximus.

Quo ad secundum principale punctũ spectat. An saltem ille dissuadens & auertens iuuenem a religione quem ad varia induxit peccata, teneatur ex iustitia ad reparandum illud damnum, quod iuueni præfato intulit, & quid a Confessore sit huic dissuadenti, & auertenti imponendum.

Arbitrantur aliqui huic dissuadentem, & auertentem; immo existentem alteri causam, vt peccet, teneri ad restitutionem pro viribus faciendam vt perditam Dei gratiam recuperet suadendo illi vt resipiscat, vitia deserat & ad illud bonum statum in quo antea erat reuertatur, idque eniti debere omnibus mediis, etiam effusis orationibus, eumque pro viribus iuuando.

Hanc opinionem habet Scotus in 4. sen. d. 15. q. 3. arti. 1. Richardus ea. d. q. 2. ar. 3. Paludanus ibidem Adrianus in quęstionibus de restitutione, & alii quorum præcipuum fundamentum est, damnum rerum spiritualium tanto pręualet nocumento quorumcunque temporalium, quanto illa sunt istis præstantiora, c. deteriores 6. q. 7. ergo similiter in damno rerũ spiritualiũ, arg. c. cum in cunctis de elect. & Auth. multo magis, C. de sac. san. eccl.

Pręterea restituere idem est quod iterũ quem-

quempiam in suum locū & ius statuere, & ideo vbicunq; ablatū est aliquid, siue per iniuriā sit sublatū, vt furto, & rapinā: siue per domini voluntatē, vt mutuo & cæteris contractibus, oportet vt æqualitas per iustitiā commutatiuam constituatur, fiatq; damni dati æquiualens restitutio: sed, qui hominē ad peccandū induxit, gratiam Dei ab illo abstulit & in maximo aīæ bono illi nocuit. igitur cōmutatiua iustitia exigit, vt in pristinū statum eūdem restituat: immo addit Adrianus neminē posse suorum bonorū spiritualium restitutionē cōdonare seu remittere veluti potest corporalium, vtpote quorū nemo pręter Deum est Dominus. Contraria tamen sententia nobis videtur verior: Nam & si existimemus illum qui alteri fuit occasio ruinæ, teneri ex pręcepto correctionis fraternæ, hoc est charitatis illum de suo lapsu emendare, & forsitan tanto strictiori vinculo, quam reliquos cæteris paribus, quanto a meliori statu ipsum ad deteriorē deduxit, nulli tamen de rigore iustitiæ est restitutioni obnoxius, maxime si iste sic auersus, & suasus cognoscit se esse in pacto, potestq; si voluerit, ab illo se eripere. Tum primo, quia restō cum sit actus cōmmutatiuæ iustitiæ supponit aliquid ab altero fuisse ablatum. Nemo autem dicitur auferre nisi ab inuito, quia scienti, & volenti non fit iniuria de reg. iur. in 6. quare si quis sciēs & volens in peccatū labitur, quantumcunq; suasionib. & precibus meis id fiat, voluntarie nihilominus & libere peccat: peccatū .n. adeo est voluntarium, vt si hoc tollas, peccatum non sit: vt vult P. August. & refertur 15. q. 1. c. quod autem.

Nec valet si dicatur, quod sicut cooperans furto tenetur ad restitutionem: eo quia licet fur sit causa principalis illius furti, & volēs, ac sciens furetur, nihilominus cooperans, seu coadiuuans est pars causæ, & occasio furti, & ideo manet restitutioni obnoxius: similiter licet inductus ad peccatum, sciens & volens Dei gratiam ab anima sua abstulerit, ille tamen qui induxit, & suasit, est causa cooperans, & coadiuuans huic damno, & ita videtur restitutioni astringendus.

Non inquam valet: quia cooperans furto est causa, vt aliquid ab inuito auferatur, & ita quodammodo suo consilio, & iuuamine tollit rem contra voluntatē domini, ac ppea ad restituendum obligatur: sed consulens, & suadens iuuenem ad peccandum, nihil ab inuito aufert. Nā ipse iuuenis est dominus sui quo ad bonū & malum agere, poteritq; ad quod voluerit manū apponere, & quamuis gratia sit donū Dei, possessio tamen, & vsus illius est proprius hn̄tis illam, quam non nisi volens amittit, & ideo suadens, & consulens peccatum scienti, & volenti non tollit, quidpiam inuito domino possidente; preces siquidem, & suasiones citra vim, & fraudem sunt inclinatiuæ voluntatis ac consensus, & ideo non faciunt inuolūtariū, sed magis voluntarium & placitum l. fi. C. si quis aliq. test. prohi. & D. Th. 1. 2. q. 6. art. 6. determinat passionē amoris nō inducere inuoluntarium, ut facit passio timoris, quia operans ex metu semper habet repugnantiam, & resistentiam ad id, quod operatur, sed qui operatur amore, seu concupiscentia non habet repugnantiā illam ex parte voluntatis, passione ipsa dissipante priorem voluntatem, & adducente illa ad id quod ipsa concupiscit blanditiis delectatione, & his similibus. vnde iste affectus quo iuuenis afficitur ad peccandum, & si precibus suasionibus & pessimis consiliis fuerit occasionatus, procedit tamen ex inclinatione voluntatis cum perfecta cognitione, & proinde auget voluntarium, quatenus est in causa, vt voluntas ex inclinatione in bonum concupitum feratur illud cum perfecta cognitione finis. Et hinc est quod sicut ille qui precum multitudine assiduitate, & improbitate donum aliquod ab amico absque vi, & fraude extorsit ad nullam tenetur & iustitia restitutionem, ita qui ab aliqua muliere consensum obtinuit per preces, munera, & amatorias litteras in libidinis peccatū nihil illi tenetur restituere, q. a illa vltro, & voluntarię cōsensit:

ita Nau.in Man. confe.c. 17.tit.quis restituere teneatur,nu.16.Bartol.Medina, 1.2.q 6.ar.7.post Io.And.in c.nullus. de reg.iu. lib. 6. & Inn. in c.sicut dignum, de hom.

Tum secundo,quia nemo teneretur illam rem ablatam restituere,quę sibi a domino est gratis, seu voluntarie remissa, seu donata,vt satis patet. Iam autem ille qui scit se esse in peccato, & vult in illo manere,nec quidquam curat ad pristinũ statum redire, condonat virtualiter bonum animæ, quod sibi malo consilio, & suasionib.ablatum est, quoniam cum in sua potestate cooperante Dei auxilio collocatum sit ad gratiam perditam redire: si redire non vult,videtur quodammodo illam sua culpa voluntarie negligere, ac proinde alter remanet a debito liber, vt qui non retinet iam alienum.

Confirmatur,si quis furto abstulit trabem, quę erat reposita in aliquo loco, & illam relinquit postea ita patenter,& manifeste,quod dominus videt cognoscitq. illam potuitq; facillime rehabere, & reassumere,sed non vult,imo cum sciat fuisse sibi captam,& esse ante oculos suos positam,vt eam capiat, negligit, nulli est dubium non teneri furem ad aliam restitutionem,nec obligari lege iustitiæ ad precandum dominum,vt trabem capiat, aut vt illam non despiciat; ergo a simili, ille qui ad peccandum aliquem induxit,& sic eum nunc relinquit, quod nouit optime peccatum suum, & sciat gratiam a se esse ablatam,potestq; facile,Deo solo auxiliãte eandem recuperare, & scelera detestari,non tamen vult,sed voluntarie permanet in amissione gratię,& in peccato non tenebitur profecto qui alias suasit, & induxit ad illud peccatum restituere quidpiam aliud, vel de rigore iustitiæ nouis suasionibus illum ad gratię statum reuocare,cum ipse absque talibus suasionibus possit,nec velit emendari.

Tum tertio, quia si ille qui iuuenem ad peccandum impulit, teneretur lege iustitię ad aliquã restitutionẽ, obligari posset in casu quo non potest illum dissuadere,& in pristinam gratiam reuocare, pecuniis damnum illud spirituale recompensare. Nam secundum doctrin.D. Th. 2.2.q. 61. art.1. ad primum, quæ est omnium,quando id,quod est oblatum restitui nequit,per idem,vel,æquale,debet fieri recompensatio,vel, in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione vtriusq personæ,secundum arbitrium boni uiri, sed dicere tale spirituale damnum debere resarciri pecuniis videtur doctrina noua,& a confessoribus nequaquã in vsu posita:quis.n. vnquam coegit iuuenem ad soluendas pecunias clerico,vel laico pro eo, quod ad meretricandum illos induxerit,& ad perditam gratiam nõ possit eodem denuo reducere?

Accedit quod mulierẽ in lupanari expositam si quis ad se. cum meretricandũ induceret,non obligaretur ob id ex iustitia ad illam a peccato liberandam, vel ad præces pro eo fundendas, vel ad aliquam aliam recompensationem pro illo inducto,& suaso peccato faciẽdam,vt satis patet, nec vllus est doctor qui de tali restitutione meretrici facienda loquatur: & tamen precib. & suasionib.eam induxit ad secum peccandum: quod est argumentũ in damno spirituali scito, & volito non interuenire iniustitiam,& proinde nec restitutionem. Alias qui publicè scelus aliquod commisit ob quod multi in peccatum scandali inciderunt, teneretur illis omnibus ad restitutionem,vt quib.occasionem ruinæ præbuit:quod tamen videtur nimis durum,& reuera, & si talis restitutio esset in præcepto, aliquam de ea D.Th.rerum omnium ad animam, & salutem spectantium,diligentissimus indagator mentionem in suis scriptis fecisset, vt no.Sil. verbo restitutio 3. q. 3. Et Sac. Script Exo.22.qui iustitiæ legib.strictissime iudæos arctabat, & in edocendis iis quę ad proximi damnum reparandum attinebant, erat accuratissima cum de stuprante virginẽ agit,nihil aliud præcipiebat quam qui cum virgine dormire,dotaret eam,aut in vxorem duceret: quod ipsum tam canonicæ, quam ciuiles leges

ari nunc

nunc disponunt. Nec ad aliam restitutionem perditę gratiæ aut reparationem spiritualis damni obligant, quod signũ manifestum est, ad eam non teneri.

Fatemur quidem eum qui, vel fraude ad peccandum proximum induxit, teneri ad restitutionem, non æquiualentem simpliciter, vel quocunq; alio modo, sed dun taxa ad hanc: ut veritatem illum docet & peccati commissi notitiam præbeat, & si vim intulerit liberum eũdem relinquat, vt possit in pristinum statum si voluerit redire: adeo quod vbi nouit peccatum, & ptãtẽ habet ab eo resiliẽdi, nullo postea restitutionis vinculo ampliori astringitur, vt si quis persuasit cõtractum aliquẽ non esse vsurarium, & sic dedit causam, vt celebraretur, obligandus erit vt notificet & declaret illis, qui seducti peccarunt talem contractum esse vsurarium, & rescindendum, tenebiturq; solũ damno interim dato quod si cognita a cõtrahentibus veritate adhuc perseuerant in vsura, nec volunt a contractu desistere, ad nihil vlterius ex iustitia tenetur, quia iam non sunt in illa vsura ignorantes, & inducti ab altero, sed scientes, & voluntate propria, vt declarat, & probat Sot. de iust. & iu. lib. 4. q. 5.

Nec obstãt ea quę a parte aduersa sunt adducta. Nam ad 1. arg & si concedamus maiorem regulariter committere culpã qui nocet proximo in bonis animi quam corporis, si vtrumq; faciat consulto vel ex odio: non tamen vtiliter est verũ, quia si id facit non intentione principali nocendi bonis spiritualib. sed consulendi vtilitati suę, uel explẽdi suam libidinem, non grauius peccat, qui meretricem inducit ad concubitum, quam si eius furaretur omnia bona, uel hominem occideret, & si .n. præstantiora sint bona aĩę, quam corporis, aut fortunę, nihilominus qui aliena bona externa surripiũt id faciũt inuito domino, & ppea iniustitia, quę ĩ ista parte reperitur, reddet culpã grauiore, ut quę non modo charitatis, sed iustitiæ præcepto aduersatur, qui vero proximũ non vi, aut fraude, sed precibus & consilio, uel oblata occasionem alicit, & prouocat ad malum non dãnificat inuito dño, ac proinde cum proximus sciens, & volens peccet nõn interuenit ibi aliqua iniuria, seu iniustitia, & solũ agit contra charitatem, sed non contra iustitiam, & sic non tenetur ad restõnem: hæc. n. in damno tporalium est necessaria ob iniustitiã, quæ in tali dãno reperiretur facto cõtra voluntatẽ eius qui patitur dãnũ: in dãno aũt rei ũ spiritualiũ non semper hæc iniustitia, m axime in casu nr̃o quando dãnificatus scit & vult illud & cum facile valeat a tali dãno liberari id ex proposito negligit.

Ad secundum eadem responsione satisfacimus Neq;. n. ad restitutionem quispiã astringitur, eo solũ, quia aliquid abstulit nisi id fiat per iniuriã, & inuito dño: volẽti. n. & complacenti non fit iniuria, & in contractu mutui quousq. interuenit & durat consensus mutationis, cessat restitutionis vinculum: sed ab eo tpe quo incipit id quod mutuo est acceptum detineri contra voluntatem mutuantis: tunc & stãtim initiat restitutionis obligatio. Iam ãt in casu nr̃o inducens ad peccandum precib. & occasione oblata, siue consilio sciẽtẽ & volentẽ, nihil abstulit p iniuriã, aut inuito domino: imo ipse inductus & persuasus remittit virtualiter omnem sibi ea in parte illarum damnum, & quia facile absq; vlla opera damnificantis, potest gratiã cum Dei auxilio recuperare, & a mala vita quam degit se liberare, sed non curat nec vult.

In Congregatione habita feria 3. die 25 Ianuarij 1583. Infrascripti Casus conscientię præpositi fuerunt.

CASVS I.

EVsebius Parochus præsentato sibi puero ad baptizandum & mora faciente eo qui a parentibus erat designatus in patri num cũ ęgre fieret tpis licet parui dilationẽ Hieronymũ a casu in ecclesiam ingressum accersiuit, ut baptizatum puerũ susciperet atque tangeret, & ita sacramento peracto et re parentibus nuntiata,

non parum de Eusebio Parocho sunt conquesti.

Quæritur an dictus Parochus admittens non designatum peccauerit mortaliter, & num contracta sit spiritualis cognatio cum Hyeronimo.

IN hoc casu duo queruntur, vnum est de peccato mortali Parochi. Alterum de cognatione non designati, & vtriusq. dubij rō, & difficultas, vt melius intelligatur, supponimus Concil. Trid. dec. sess. 24. de refor. c. 2. cuius inter alia hęc sunt verba. Parochus antequam ad baptismū conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos spectabit sciscitetur quem vel quos elegerint, vt baptizatum, de sacro fonte suscipiãt, & eum vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum noīa scribat, doceatque eos quam cognitionem contraxerint, ne ignorãtia vlla excusari valeant, quod si alii vltra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahãt, constitutionibus in contrarium facientibus non obstantibus si Parochi culpa, vel negligentia, secus factum fuerit, arbitrio ordinarii puniantur.

Ratio ergo Prioris Dubii in eo est posita. Tum quia huiusmodi decretum videtur esse ordinationis, & non pręcepti, aut prohibitionis; & canones qui non fuerũt verbis pręcepti, his non obligare ad mortale, tradit vterq; D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. & Pan. cum cōmuni in c. Nam. de con. & Sil. ver. lex. q. 8. & 17. cuius rō est, quia cũ ex ptãte, & voluntate legislatoris pendeat vis obligandi ad peccatum mortale, aut veniale, & hæc voluntas per verba legis declaretur, iō si verbis pręceptiuis vtitur, animum obligandi ad culpam declarat; alias non. Tũ quia in dubio tam culpa quam pæna semper intelligitur de mitiori l. interpretatione & l si præses, ff. de pænis & c. in pænis, de reg. iur. li. 6. culpa .n. quædam etiam largè loquendo spiritualis pæna est iuxta illud D. P. Aug. 1. cō fes. 12. iussisti domine, & ita est, vt pęna sibi sit omnis inordinatus animus, quia vt actio deordinata a voluntatē profecta dicitur culpa, vt autē passio deordinata in volũtate recepta, appellatur pæna, vt declarat cum aliis Theologis Illustrissimus Aegy. Romanus in 2. sen. cum igitur tex. ille Cōcilii Trid. videatur non loqui clare de obligatione ad culpã mortalē, sequitur intelligendum esse, vel de nullia, vel de sola veniali. Tum quia hoc sacri Trid. conc. decretum est pænale, quia disponit Parochum secus facientem arbitrio ordinarii esse puniẽdum: Sed leges pænales, non videntur obligare ad culpam, quia expressio pænæ, est quædam quasi exclusio culpæ. Arg. l. cum præter ff. de iud. & c. Nonne, de præsump. & videtur esse opinio, non modo Siluestri verbo inobediẽtia, ad finem & multorum iuris peritorũ in c. 2. de maior. & obed. & c. quod præcipitur 14 q. j. sed etiam Theologi præstantissimi Henryci de Gandano quodl. 3 q. 22. quem sequitur Angelus verbo lex, & verb. ieiunium, quæ omnes saltem in hoc quod leges imponentes pœnam arbitrariam, vel minus grauem, non obligant regulariter ad culpam mortalem: & præcipue hoc existimari p̄t in casu pręsenti in quo parochus non ex contẽptu, sed ex aliqua causa nẽpe ex mora quã faciebat designatus patrinus alium tunc sibi occurrẽtẽ assumpsit, vt colligitur ex doctr. Arch. in c. vtinam d. 76. His tamē non obstantibus credidere dictum Parochũ peccasse mortifere. in quam sniam adducor primo: quia materia illius decreti est excogitata, & multum ponderosa, ex grauitate .n. obiecti pręcipue, expenditur obligatio præcepti, & quantitatis transgressionis illius: vt est tex. in clem. exiuit, de verb. signi. § item quia, & probat Bart. Medina in 1. 2. D. Tho q. 96. art. 4. regula prima.

Secundo quia ex illa designatione Patrini, contraria voluntati parentum, fit his maxima iniuria. Nam fieri, & esse compatrem & affinem ipsorum, & patrem spiritualem Baptizati filii hominem illis ignotum, & forte odiosum, & suo statui valde imparem redundat in dedecus, & opprobriũ illis, maximaq; est vio-

lentia cogere inuitũ ad contrahendã perpetuam affinitatem cũ aliquo, & propterea sacrum Cõc. Trid. ibi sanctissime statuit, vt fiat designatio a parentibus tam quoad numerum, ne sint plures duorũ: quam quoad personam ne vltra designatos sit cognatio, & cum huius legis transgressio contrarietur charitati, quæ debet esse inter compatres, & iustitiæ: quia cõpaternitas non debet cõtrahi inuitè, obligat ad culpam mortalem,

Confirmatur, quia in graue detrimentum educationis spiritualis ipsius baptizati, & affinitatis ex hoc sacramento contractæ redundat quemlibet indifferenter & contra voluntatem parentum ipsius baptizati assumi ad illum tenendum vt manifestum est: ac ideo non potest a mortali excusari.

Tertio quoniam verba imperatiui modi, & si ex vi suæ significationis non obligent semper ad mortale adiuncto tamen signo obligant ex communi vsu. vt notat gl. c. 1. de præsc. li. 6 & latè probat Fer. in l. 1. ff. de iust. & iure. Medi. co. de pæn. tract. de ieiunio, col. 35. Iam autem. canõ. Trident. Concilii præcipit Parocho, vt diligenter sciscitetur a dareutibus baptizati quem velint designare ad tenendum puerum, quod aduerbium diligenter declarat præceptum esse in re magni ponderis, & momenti, ac proinde mortifera illius transgressionem, confirmatur etiam ex illis vltimis verbis, quod si Parochi culpa secus factum fuerit arbitrio ordinarii puniatur, quibus verbis aperte significatur in transgressione huius canonis culpam committi, non quamcunque sed dignam pænam ab ordinario sumenda. Ita vt iuxtam mensuram delicti debeat esse plagarum modus. Pæna vero, qui in arbitrio iudicis ponitur videtur arguere, quod sit de transgressione non leui.

Hęc probabiliter, & secundum propriã opinionem dixerim. Nam in his & aliis decretis, quæ ad ius commune spectant in quibus nec imponitur ex communis maioris pęna, nec alia similis. Nec aliquid pcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, aut alio simili vocabulo adiuncto ex cõi vsu obligatorio ad mortale, non posse certo sciri ex ipsa solum verborum vi, quæ transgressio sit mortalis, nisi consulatur sedes Apostolica, arbitratur Caie. 22. q. 186. ar. 9. in dubiis ad secundũ argumẽtum. Ad ea ãt quæ pro parte opposita dubium faciebant, non est difficile respondere, & ad primũ dicimus, præfatum decretum non esse solum ordinationis, sed pcepti, & prohibitionis, pcipit siquidem Parocho, vt diligenter sciscitetur a parentibus Baptizandi quos designent ad tenẽdum puerum inibetq. ne vltra designatos alii teneant, & vltra imponit pænam secus facienti, & quãuis ex solis verbis imperatiui modi, siue præcipiant, siue inhibeant non posset apertè colligi transgressionem esse mortalem, vt latè dicebat Caie. vbi supra: nihilominus tamen quando trãsgressio legis humanæ cõtrariatur charitati, aut iustitię, mortifera pro facto est quia redundat in graue detrimentum tunc Reip. aut proximi: quare iniuria, q̃ fit Puero baptizato, & illius parẽtib. si affinitatem spũalem contrahant cum hoĩe sibi prorsus ignoto, et forte inuiso, ac odioso: arguit a parte illius decreti obseruantiam arctare ad culpam mortalem.

Ad secundum Res. quod vbi nec de voluntate legislatoris constat ex ipsa verborum ui & modo præcipiendi, nec ex ipsa materiæ grauitate, quæ præcipitur, aut prohibetur, colligi potest quod lex obliget ad mortale, tunc obligabit saltem a veniale: sed in casu proposito constat ex re grauissima, quæ præcipitur, vt cuius transgressio est maximè nociua proximo, & ĩpeditiua eius amoris, & charitatis, quam affinitas ex Baptismo contracta requirit, obligare ad culpam lethalem, quare non versamur hic in dubio, sed in lege cuius transgressio contrariatur charitati, & iustitiæ, vt supra est latius explicatum.

Ad tertium respondetur, quod & si leges humanæ præsertim seculares pęnam statuentes non obligent regulariter trãsgressores ad culpam mortalem, vt sat is superq; inter alios probat Nauar. in Man.

conf.c. 23. num. 56. Et nos latè ostendimus in j to : casu congregationis. 1581.

Nihilominus tamen quando intentio legislatoris est vltra pænam obligare etiam ad mortalem culpam, vel materia legis est adeo grauis, vt transgressio eius repugnet charitati, aut iustitiæ, tunc certum est talem legem arctare transgressores non modo ad pænam temporalem, sed etiam ad æternam, ac proinde ad peccatum mortale, vt probatur c. perpetuo, & c. commissa de ele. lib 6. Imo ecclesiasticas leges habentes verbum pręceptiuū seu prohibitiuū, significare per id intentionem legislatoris Ecclesiastici fuisse obligare transgressores ad mortale, est opinio communis canonistarum in cle. exiui, §. cum autem de verb. sig. Et in c. nam de const. In casu autem nostro est non modo materia grauissima, & cuius transgressio repugnat charitati, & iustitiæ, vt sup. ostendimus, sed etiam sunt verba imperantia, & prohibentia, vt satis patet adiuncto etiam signo exprimente vim non paruam, s. diligenter sciscitetur ab iis &c. Hæc enim adiectio aduerbialis significat incrementū obligationis. Et quamuis pęna non semper arguat culpam, vt colligitur ex c. j. de big. lib. 6. & c. 2. de hæres. §. heretici. lib. 6. & l. quisquis, §. filii, C. ad l. Iul. maie. communiter tamen & regulariter pæna pręsupponit culpam, tamen quia pæna dicit ordinem ad culpam, & a culpa ortum, & originem habuit, tū quia pæna est medicina culpę, dicente D. Aug. lib. 1. retract. c. 9. omnis pæna iusta est & pro peccato impenditur & Iob. 4. quis vnquam innocens periit, aut recti quando deleti sunt? & propterea falsum est, quod leges omnes includentes pœnam, includant culpam, quamuis verum sit de aliquibus maxime de secularibus quoad culpam præsertim mortalem, cum in his satis pateat Reges & Imperatores aliosque Principes, vel iudices habentes solam potestatem, & iurisdictionem laicalem, siue secularem nunquam declarasse talem obligationem ad mortale contineri, sed solum intendisse pœnam illam temporalē, quam infligere, & tollere possunt Arg. c. ipsi sacerdotes, q. 1. c. quem pœnitet de pęni. d. 1. Nec excusatur Parochus eo quod non ex contemptu, sed ob causam quamuis minus iustam, nempe quia designati moram faciebant, alios loco illorū assumpserit ad tenendum puerum: Non .n. hęc causa sufficient est ad excusandum a mortale transgressionem contrariam iustitię, & charitati, vt hanc fuisse ostendimus, cum non sit causa probabiliter vera, aut pro tali habita, & quam tacite saltem legislator intenderit vt docet D. Tho. in 2. sen. d. 5 q. 3. & 2. 2 q 147. art. 2. ad secundum. Alterū; quod in præsenti casu quærebatur, id erat, An cum eo qui non fuit a parentibus designatus contrahatur spiritualis cognatio.

Et dubitandi occasio sumitur, Tū quia vbi non est consensus non nascitur obligatio l. in omnibus, & l. consensu, ff. de act. & obliga. iam autem compaternitas est quædam obligatio inter parentes baptizati, ipsum baptizatum, & tenentes orta, quatenus spirituali consanguinitate lege baptismo nata inter se se ligantur.

Tum quia Concilium Tridentinum c. illo 2. de reform. matrimonij, decernit, quod si alii vltra designatos baptizatum tetigerint cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. Hæc sunt verba expressa, quibus sancta synodus videtur significare inter designatos solum modo a parentibus esse spiritualem cognationem contractam, & ideo ad hanc duo requiri, primum, vt sint designati, secundo vt teneant seu tangant puerum, adeo vt si qui sint degnati, sed non teneant, non contrahunt vllam parentelam, ita videtur è cōtra, si teneant, sed non sint designati non contrahere dictam consanguinitatem.

Tum quia sicut ille qui tenet filium vnius quem credebat esse filium alterius cum quo solo intendebat, compaternitatem contrahere cum nullo illorum compaternitatem contrahit vt notat Pet. de Anc. cit. a Syl. verbo matrimonium 8. q. 7. nu 15. Non quidem contrahit spiritualem cognationem cum illo quem tenuit

ob

ob defectum intentionis siue aliter contrahendi, & se obligandi illi: Non etiam contrahit cum secundo; quia illum non tenuit. Ita a simili, cum aliquis non est designatus a parentibus, licet puerum teneat, non contrahet cõpaternitatem cũ dictis parentibus ob defectum interioris ipsorum parentum, vt qui non habuerũt animum ad parentelam cum illo, sed cũ aliis faciendam. oppositum tamen est dicendum contracta esse .s. spiritualem cognitionem inter hunc baptizatum tenentem quamuis non designatum, id quod probatur.

Primo quia intentio illius decreti S. Trid. Sinodus est obuiare multitudini compatrum, & restringere hoc impedimentum consanguinitatis spiritualis, vt non ad plures se extendat quam ad vnũ vel ad vnum, & vnam ad summum, & ideo decernit vt sint designati a parentibus quia si plures quam illi duo tetigerint, siue tenuerint baptizatum, vult, vt ad eos non extendatur compaternitas; nec vllã cõtrahãt cognationem, adeo quod loquitur expresse concilium ibi quando designati tangunt, & vltra designatos alii tãgunt, quod tunc isti plures qui tetigerunt non contrahant affinitatem, sed non loquitur in casu nostro, quando designati non tangunt, sed alius præter ipsos: aliud siquidem est suscipere vel tangere baptizatum vltra designatos & aliud prçter designatos quia dicit excessum in numero: cui obuiare ex professo vult illud conc. decret. sed præter, dicit diuersitatem in persona: & ita licet persona tangens sit alia a designata non tamen facit pluralitatem, siue numerum in tangendo, vltra designatos cum hi designati non tetigerint: quo fit, vt nihil mutetur aut innouetur circa illum vnum tangentẽ quamuis non designatum, ac proinde sicut ante conc. Trident. contrahebat cognationem, eodem modo, contraxit post ipsum: non .n. à iure antiquo est recedẽdum, nisi quatenus inuenitur expressum l. præcipimus, C. de appella. & c. 2. de translat.

Confirmatur quia si ratio quæ mouit concilium vt vltra designatos non extenderetur dicta compaternitas, est restringere & coarctare illam ad vnum vel ad duos ad summum: & in casu nostro non nisi vnus tetigerit, profecto cessat hic ratio illius decreti qua sola cessante, ipsa prohibitio seu lex cessat l. adigere. §. quãuis. ff de iure patro. & c. cum cessante, de appellat. etiam si verba non cessarẽt, quæ tamen hunc casum non comprehendũt.

Secundo quia concilium & si præcipiat Parocho, vt inquirat a parentibus, quem designant ad tenendum puerum: & hunc non alium admittat: si tamen culpa Parochi secus fiat illum per ordinarium puniri iubet, sed non irritat nec annullat factum, vt satis patet & ideo ex eo quia solus tenuit baptizatũ, nascitur hæc spiritualis cognatio: tanquam quid necessario consequens dictam tentionem seu susceptionẽ pueri iuxta mentẽ omnium in rub. de cognat. spirit. S. Tho. & alij Theologi in 4. li. sen. d. 40.

Tertio quia huiusmodi cognatio contrahitur etiam si vir aliquem teneat contra voluntatem parentum quia quod est ecclesiæ statuto non dependet a voluntate subiectorum statuto & ideo licet ille a Parocho vocatus ad tenendum baptizatum non fuerit de voluntate parentum, contrahit nihilominus compaternitatem quç est annexa actui personali ex decreto ecclesiæ, vt habetur, 30. q. 1. c. eos. Syl. verbo matrimonium. 8. §. 9. in fine.

Quarto, quia quando nulli designantur a parentibus vel ob culpam Parochi vel alterius in necessitate baptizantis, si septem vel octo tangant & teneant baptizatum in susceptione sacramenti omnes contrahunt tam cum baptizato, quam cũ parentibus baptizati cognationem spiritualem: cum omnes ex æquo tenuerint, nec maior sit ratio quare vnus cõtrahat; quam omnes: dicere enim nullum contraxisse est absurdum; cum a iure antiquo non sit recedendum nisi quoad excepta in nouo l. præcipimus, C. de appellat. Et Concil. Trid. vbi sup. solum videtur loqui quando designantur aliqui Patrini

& docet Nau. in man. conf. c. 22. n. 40. Ergo a simili cum hi duo in casu nō per culpam Parochi tenuerint baptizatum, dato quod non sint a parentibus designati, cōtrahent cognationem spiritualem.

. Confirmatur vltimo, quia si absentes suscipiant per procuratores, vel nuncios baptizatum (vt per magnates, & Principes fieri consueuit) non contrahitur parētela cum absente, sed cum tenente, vt Sotus & multi alii opinantur in 4. sen. d 42. q. 1. ar. 2. §. quia & si quæ nō requirunt aliud quam consensum, & ratihabitionem possint validè fieri per procuratorem, vt matrimonium alienatio venditio & cætera hmōi Arg. c. fi. de procuratoribus, quæ tamen vltra consensum requirunt personalem actionem ex sui natura non possunt per procuratorē fieri veluti confessio sacramentalis quæ vltra consentaneū & voluntatē confitendi requirit præsentiam confitentis non potest per literas, vel procuratorem fieri: cum ergo tenere seu suscipere baptizatum sit actio personalis ex qua statuto ecclesiæ oritur parentela, et cognatio spiritualis, non poterit hęc absente quamuis designato contrahi. sed inter procuratorem tenentem, & baptizatum, ac baptizari patrem & matrem remanet: quare a pari qui tenent iussu curari quamuis non fuerint designati, cōtrahent cognationem quæ ex ipsa susceptione necessario sequitur.

Neq; veritati huic officiunt ea quę pro parte aduersa facere videbantur. Nam ad primum dicimus hāc obligationem compaternitatis oriri ex statuto ecclesię & ideo non pendere a consensu, seu voluntate parentum, sed a voluntate, & consensu Papæ qui voluit, vt hoc cognationis vinculum nasceretur ex baptismo, inter tenentem, tentum & patrem, ac matrem baptizati, & ideo siue parentes velint, siue nolint: dūmodo aliquis solus vel ad summum cum alio teneat baptizandum, oritur statim inter dictum puerū, & tenentem consanguinitas spiritualis filiationis quatenus ratione baptismatis dedit illi uitam spiritualem, & per consequens fit illico compaternitas inter tenentēm, & parentes baptizati, & id quod pendet a lege superioris, & est annexū actui baptismalis, non irritatur, nec tolli potest per consensum, seu dissensum inferioris, & quāuis amicitia, seu contractus pendens a uoluntate contrahentium requirat eorundem consensum nihilominus tamen cognatio, seu parentela orta a lege, seu consequens actum sacramentalem nō requirit aliud quam personalem exequutionē illius actus ex quo re ipsa interuenit talis obligatio, vt probat Io. And. in regula, potest quis de reg. iur. 6. arg. l. si is, qui. ff cō.

Ad secundum dicitur Concil. Trid. voluisse occurrere pluralitati compatrū, & supponit designatos tetigisse puerum, & ideo decernit, vt si alii vltra duos designatos tangentes, seu tenentes baptizatum tetigerint, non extendatur ad illos dicta consanguinitas, sed non loquitur in casu nostro quando designati absunt, & non tenent, sed vnus a parocho vocatus tenuit: quia tunc cum non sit nisi vnus solus compater saluatur principalis intentio Concilii, vt sup. diximus.

Ad tertium. Respondetur, disparem esse vtrobiq; rationē. Nam in illo casu qui tenuit filium vnius, quem credebat alterius, sic erat sibi in animo tenere, v.g. Ioā. & non alium, nec alio modo se obligare, & ideo non contraxit compaternitatem ex defectu intentionis, quam tamen contraxisset si solum esset error in materia vt declarat Syl. ver. matrimonium, 8. q. 7. n. 15 Et lex ecclesiastica annexuit hanc cōpaternitatem actui tentionis, seu susceptionis, qui actus requirit consensum tenentis. At compaternitas ex parte patrū habet se solum respectiue & terminatiue ad hunc tenentem; & ideo, siue velint siue nolint fiunt relatiue consanguinei illius qui filium eorum in baptismo tenuit, cum impossibile sit aliquem esse patrem spiritualē baptizati qualis fit tenens, & non resultet statim correlatio compaternitatis, seu consanguinitatis spiritualis inter hunc tenentem, & patres naturales dicti baptizati, vt si quis coeat cum fœmi-

na eadem contradicente & repugnãte, na scaturq; ex illo coitu filius.

CASVS II.

V*Acante Ecclesia curata. N. propositoq; edicto iuxta formam Sac. Concil. Trid. Et descriptis ad examen seu concursum Ambrosio magis idoneo, & Ludouico multo minus, is si solus concurreret de collatione obtinenda quasi certus, centum aureos dedit Ambrosio, vt iuri cederet, & a concursu omnino desisteret. Quo facto beneficium est sibi collatum, cum tamen examinatores vno excepto, metu potius, quam voluntate idoneũ illum iudicauerint.*

Queritur an vterque simoniam acceptis datisq; pecunijs commiserit. Et num tuta conscientia Ludouicus dictam ecclesiam possideat.

PRęsens casus duas difficultates continet quarum prima est; An qui in cõcursu beneficii pecuniis operatur vt magis idoneus a concursu desistat, simoniam committat.

Secunda est: An qui scit metu fuisse approbatum, seu collatum beneficium, possit tuta conscientia illud possidere.

Quantum ad priorem difficultatem spectare videtur primo aspectu pecuniis illis datis, vt a concursu magis idoneus resiliret, non fuisse symonię vitium incursum. Tum quia non minus committitur symonia per munus a lingua, quam a metu, vt tradit vterq; Tho. 2.2. q. 100. art. 5. & tradunt Canonistę in c. tua, & c. latorem eo. tit. quia preces & fauores æquiparantur pretio & pecuniis, vt satis patet, sed qui precibus, & fauoribus absque dolo, & fraude sollicitaret, & persuaderet alicui digniori, vt a concursu alicuius beneficii desisteret, non diceretur symoniacus, quia gratis dicitur desistere qui solũ rogatus & ob preces desistit: symonia aũt tunc fit quando pretio emitur aut venditur illud gratis quod fieri debet, veluti spiritualia siue eis annexa, quæ sicut gratis accepta sunt, ita gratis dari debent: ergo videtur quod nec sit symonia pecuniis agere, vt N. ille a concursu desistat.

Tum quia data sunt illi N. pecunię ob hoc, vt non veniret ad examen in quo erat approbãdus, sed uenire ad examẽ, vel non venire, non videtur esse aliquid spirituale, imo mere temporale, symonia autẽ non consistit nisi in emptione, & venditione rei spiritualis pro temporali, sicut venire ad dicendam missam est temporale, quamuis ipsa missa sit quid spirituale, & qui acciperet pecunias pro veniendo, seu, non veniendo ad talem locum ad celebrandam missam, non diceretur symoniacus, quia illud est antecedens valde remotum ab spirituali. Ita videtur quod dare, siue accipere pecunias pro eundo, siue recedendo ab examine quod est remotũ, & disiunctum a beneficio, non sit simonia. Tũ quia cuilibet licitum est redimere se a vexatione etiam in re spirituali, vt dicitur in c. dilectus ext. eo ti. sed iste vexabatur in cõcursu illius beneficii ab illo magis digno. Nam eo concurrente, & ad examen veniente, certum erat obtenturũ beneficium, igitur cum dederit pecunias eo animo, ut ab hac vexatione concurrendi cum digniori, & ab hoc grauamine difficilioris examinis liberaretur, non videtur symonię reus, sicut nec qui pecuniis reuocat sententiam excõmunicationis qua grauatur, vel ab ea absoluitur secundum gl. in c. Ad aures, eo tit.

His tamen minime suffragantibus est contrarium dicẽdum hos scilicet tam dantem quam accipientem commisisse manifestam symoniam, id quod probatur.

Primo quicunque dat, vel facit aliquid etiam minimum pro spirituali, tanquam pretium eius, vel causam principalem habendi ipsum, est symoniacus. vt docet cum omnibus Theologis D. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 3. Tum quia spirituale non est pecunia æstimabile.

Tum quia nemo alius a Deo est verus Dominus eius: Tum quia origo eius procedit

cedit ex gratuita Dei voluntate. Iam autē in casu pręsenti datę sunt illæ pecuniæ pro obtinendo beneficio principaliter, quibus non datis fuisset sine dubio alteri collatum, neque alia interuenit ibi ratio principalior, & immediatior, quam adipisci illud beneficium absq; concursu personæ dignioris.

Secundo ille dignior habebat quodāmodo ad tale beneficium ius: saltem imperfectum, quod appellari solet ius ad rem; non solum quia dignior, vt ex doctr. Caiet. colligitur. 2. 2. q. 62. art. 2. quatenus putat beneficia ecclesiastica esse de iustitia debita dignioribus (quam tamen opinionem nos, nec probamus, nec sequimur, vt qui existimemus beneficia non conferri, nec distribui tamquam debita personis, sed tanquam debita seruitio ecclesiarum ita, vt male conferens non faciat commodamentum, aut damnum digniori, sed ipsi ecclesiæ, aut alias explicabimus) sed potius habebat ius ratione concursus per quem datur digniori actio ad illud beneficium iure petendum: vt docet Nau. in Man. conf. c. 7. titu. de impediente bonū alienum, nu. 69. illud autem ius obtentum ratione concursus, est aliquid spirituale antecedenter. Tū quia sola potestate ecclesiastica est institutū: Tum quia solis ecclesiasticis personis est conueniens: sicut enim sola ecclesia instituit hmōi concursum, ita soli ecclesiastici ad illum habiles, & negari non potest dictum concursum habere ordinem ad beneficium antecedenter, & quia omnia spiritualia instituta ab ecclesia sunt instituta virtute potestatis diuinitus acceptę, ideo merito appellaui annexa spiritualibus quia per Summum Pontif. sunt superaddita spiritualibus datis a Deo. Iā autem dare pecunias, pro spirituali quocunque siue sit spirituali annexum antecedenter, siue consequenter, symoniam esse tradit D. Tho. 2. 2. q. 109. art. 4. Silu. Verbo. symonia q. 1. cum aliis omnibus summistis Nau. in Manu. conf. c. 22. nu. 99. quia id quod ex sui natura gratuito Dei beneficio datum est pretio ab hominibus emitur aut venditur. Tertio Ludouicus dans pecunias Ambrosio, vt a concursu desistat, non habet adhuc ius quæsitum quo si possessione illius beneficij, sed solum est in iure acquirendo, sed in spiritualibus dare aliquid, vt cesset impedimentū ipso iure acquirendo, est crimen symoniacum, vt dicitur in c. Matt. ext. de symon. & ratio est, quia tunc non redimitur proprie vexatio, sed datur, vt facilius acquiratur ius spirituale, & maxime hoc est verum in casu nostro in quo datur prętium, vt dignior cedat: cōcursus siquidem dignioris, non est obstaculum, vel impedimentum iniustum, & ideo non est redemptio uexationis, sed aperta beneficij emptio, vt docet Sot. de iust & iur. lib. 9. q. 6. art. 1. ad secundum, & Syl. cum alijs verbo symonia. quæst. 3. reg. 4. Nauar. in man. confess. c. 23. num. 102. §. 8.

Et cum hæc symonia quam isti contraxerunt fuerit realis (dicitur enim symonia realis illa, qua conuenitur expresse, vel tacitè, & ex vtraque parte compelletur saltem quo ad aliquā partem promissorum vtriusque partis) ratio vltra lethale peccatum, & excommunicationem ipso facto incursam non potuit obtinere beneficium, nihilque valuit pręsentatio, electio, confirmatio, prouisio, & quælibet alia dispositio, & si obtinuit beneficium, illud tenetur relīquere omnes perceptos fructus restituere, vt decernitur in ext. 2. de symon.

Nec obstant in contrarium adducta, concedimus siquidem symoniam cōmitti per manus a lingua, i. per laudes vel proces, quoties hę dantur, vel accipiūtur pro pretio causa principali, ac immediata rei spiritualis siue ei annexæ, ita vt per illas aliquod emolumentum temporale prætio æstimalile concedatur: exempli gratia si duo inter se cōuenirent, vt alter laudaret alterum in tali loco vel tali tempore, vel apud talem, a quo sperat aliquid consequi, & quod si hoc faciat renuntiabit, vel conferet ei tale beneficium: talis collatio seu pręsentatio erit symoniaca: quia illæ laudes sunt velut pretium quo tale be-

neficium emitur: secus vero est quando laudes aut preces non excedunt limites suæ naturæ, & solum dantur, & accipiuntur, vt moueant voluntatem, vel alio fine quam beneficii pretio vt est in casu præsenti. Si enim precibus moueret aliquis dictum digniorem vt desisteret a concursu, non ei vltra has preces aliquid pollicendo, sed simpliciter precando non esset symonia. Nam D. Thom. non tribuit laudibus seu precibus, symoniam etiam si ipsæ sint causa principalis obtinendi beneficium, nisi præter has aliquod emolumentum temporalem pretio æstimabile intendatur, vt notat Sot. de iui. & iure l. 9 q. 4. ar. 3. & Caiet. in sua sum. ver. symonia, & Inno. cum communi in ca. tuã de æta. & qualit. ordo.

Ad secundum dicimus illud examen seu concursum ad beneficium, esse quid spirituali annexum, quatenus iuxta dec. Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. non confertur simile beneficium cum cura animarum, nisi pretio concursu, & examine, omnia enim instituta ab ecclesia virtute potestatis diuinitus acceptę dicuntur spiritualia antecedenter, vel consequenter, vt nos late probauimus in primo Tomo Ref. congreg. Ianuarii 1581. casu primo.

Præterea cum concursus, & examen dent ius ob beneficiũ, & maxime digniori, negari non potest huiusmodi ius esse quod spirituale, ac proinde pecunijs vendi non posse, arg. cap. altare. 1. q. 3.

Adde quod finis principalis in dandis illis pecunijs fuit, & obtinere beneficiũ, quod non esset ei confitendum si dignior concurreret, & quia intentio speciem malitię, & bonitatis sumit a fine, ideo Symoniaca fuit talis beneficii adeptio, vt quæ pretio interueniente fuit facta.

Ad tertium dicitur primo, hic non interuenire vexationem, quia vtenti iure suo, non dicitur vexare, iam autem dignior concurrendo ad tale beneficium vtebatur iure suo.

Dicitur secundo, quod vt datio pecuniæ ob vexationis redemptionem non sit symonia, necessum est, vt ille, q̃ vexatur, & dat pecunias hẽat ius quæsitũ ĩ bñficio vt v. g. si q̃s electus ĩpediretur iniuste a cõfirmatione, vel is cui collatũ est aliquod beneficium impediretur iniuste ab eius possessione, adeo quod ad hanc iniustitiam repellendam nullum aliud inueniretur remedium, quam pecuniæ, tunc has dare non esset peccatum, ad se liberandum ab illa necessitate extrema. At vero pro beneficio in quo est ius acquirendum nequaquam licet pecuniis vexationem redimere: Tum quia de facto non dicetur proprie vexari, sed velle acquirere aliquod bonum, nec pecuniæ dantur, vt liberetur a molestia in re sua: sed vt acquirat id quod non erat suum, vt dicitur ext. eo. c. Mat. & tradit Pan. cum cõi in c. dilectus, el j. e. ti. Tũ quia in bono acquirendo non dicitur quis pati proprie extremam necessitatem: cum ab eo acquirendo possit facile desistere: quamuis. n. in vsura grauis necessitas liberet a culpa, quando qui vsuras soluit non habet aliunde quo commode dictę necessitati subueniat, in spiritualibus tamen propter eorum excellentia sola extrema necessitas excusat ne pretium offerens symoniæ sit reus, vt declarat Sot. de iust. & iur. lib. 9. q. 6. ar. j. in resp. ad primum cuius diuersitatis ratio ea est: quod vsura fit in mutuo rei vsu consumptibilis, & cum hæ res sint necessitatibus humanis prouidendis institutæ: sufficiet probabilis necessitas, vt qui mutuatis pecuniis non potest se ab ea redimere, redimat vsurariis, sumit. n. ille qui indiget sub vsuris non quod ipse sic velit mutuans aliter non mutuat: At symonia fit in rebus spiritualibus quę ex sui natura incorruptibiles sunt, nulloq; subiacent pretio, & ratio qui in illis iniuste, vt vexatur, necessum est, vt se liberet ab hac necessitate, quod primo faciat omnia quibus possit liberari salua spiritualium natura, & si nunquam deueniat ad pretium dandum nisi vbi nullum omnino aliud est remedium se redimendi, cũ nihil tam repugnet spũalium conditioni quam emptio, & venditio.

Quare in casu nostro, cum iste qui dignioris

gniori pecunias dedit non haberet adhuc ius quæsitum in dicto beneficio; nec tale beneficium esset suum, sed erat acquirẽdum: nulla huic reperitur uexationis repulsa, per quã excusari possit a symonia, eo magis quod dignior nõ impediebat illum per vim, vt satis patet Caiet. 2. 2. q. 101. art. 4. Sil. verbo. Symonia, q. 3. Nau. in Manu. confes. c. 25. nu. 102. §. 8. &c.

Difficultas alia, quæ in casu pręsenti cõtinebatur eã erat an collatio beneficii, seu approbatio ad ipsum, metu facta, sit in foro conscientiæ, symoniaca. Non defuerunt aliqui, vt refert Alissiodoriensis, 3. par. tra. 21. qui arbitrarentur hanc collationem fuisse symoniacam, eo quia metus est pretio redimibilis, vt satis patet: ab illato. n. metu põt quis pecuniis se liberare, vnde sicut qui pecuniis datis admittetur, & approbaretur, apertissimum symoniacę vitium incurreret, ita qui metu pecuniis æstimabilis, vt est in casu nostro, se approbari ab examinatorib. fecit, non potest symoniæ crimen effugere.

Confirmatur, quia ratio symoniæ in hoc consistit, quod spiritualia quæ ex natura sua sunt gratuita, pacto non gratuito dantur, & accipiuntur, & sic iniuria illis infertur, quatenus cum sint gratuita Dei dona ad animarum salutem libere, & gratiose ab eodem concessa non gratis & libere ab hominibus dantur & accipiũtur, & sic quod principaliter a Deo ipso datum & acceptum haberi debet: ab altero datum, & acceptum refertur, vt colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 38. art. 2. sed rei gratiose, & omnino libere concedendæ nihil videtur magis repugnare, quam metus ingens, qui etiam inconstantẽ virum cadit, & plene volũtarii ac liberi rationem tollit, vt declarat D. Tho. 12 q. 6 art. 6. quã ob causam omnes contractus ex metu graui facti sunt irriti, & inualidi prout definitur, ff. de his, quæ vi, metusue causa fiunt: & in decret. eo. tit. Et in c. locum, & in c. ueniens. de spõ. & matrimonijs, ergo collatio beneficii, seu approbatio examinati ad illud si est metu graui facta non potest dici libera, & gratuita, ac proinde erit symoniaca, quia gratis non datur, & accipitur, quod gratis concedẽdum erat c. gratia 1. q. c. vbi Leo Papa inquit, gratia si nõ gratis dat' vel recipitur gratia nõ est.

Opposita tamen sententia quod scilicet collatio beneficii, seu approbatio ad illud metu, & timore facta, quamuis iniusta & iniqua sit, & ex genere suo lethali criminis rea, non tamen est symoniaca, defẽditur a Victoria in suis relecti. q. de symo. & a Sot. li. 9 de iu. & iu. q. 4. ar. 3. in Resp. ad 3. quam vt veritati consonam amplectimur. Tum quia vis quam metus inducit iniuriosam redit collationẽ, seu approbationem, quæ gratiosa, & libera esse debet, ipse tamen metus non habet rationem pretii, nec facere aliquid metus causa est facere pretio, & propterea licet peccatum iniustitię, seu infidelitatis committatur, maximè quando per metũ confertur beneficium minus digno, non tamen in symoniam incurrit, quæ est emptio, seu venditio rei spiritualis.

Tum quia dari & si possit pretium ad repellẽdum, & propulsandum metũ, nihilominus ipse, qui metuit, nihil pretii accipit, nec dicetur obtinuisse rẽ pretiosam, quia obtinuit metum: id quod argumentum est non esse timorem, aliquid ex sui natura pecunijs æstimabile, ac proinde metum non esse materiam emptioni, & uenditioni accomodam, nec datũ metu posse dici collatum pretio. Tum quia si quis metu induceret Parochum ad conferenda sibi sacramenta, vt ad dandã eucharistiã seu audiendam cõfessionem alicuius, nequaquam esset symoniacus quis. n. diceret Episcopum, n. quæ suę diocesis Parocho in administrãndis sacramentis negligentissimo carcerem & vincula minaretur, vt metu etiam priuationis beneficii, vel suspensionis illum ad conferenda per se, non per alium sacramenta subditis eadem petẽtibus inducere symoniã ob talem inductum metum commisisse, cum id ab Episcopo fieri iure ipso sit concessum? in c. dilectus, de offi. ord.

Tum quia in symonia requiritur vt interueniat aliqua pactio formaliter, vel

vir-

virtualiter, sed vbi non est aliud, quam metus ibi non est pactio, imò metus contrariatur pacto. non potest igitur collatio beneficii metu facta, appellari ex pacto, seu symoniace facta, vnde in cap. sunt nõ nulli. 1. q. 1. referuntur omnia ea in quibus cõmittitur symonia vltra pecunias, vt in munere a manu, lingua vel obsequio: & D. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 5 nihil omnino de metu agit. Et Papa Vrbanus in cap. Saluator. vbi symoniæ causas enumerat, nullam mentionem facit de metu.

Confirmatur quia non est minus vehemens passio amor, quam metus, & tamen qui propter amorem, vel consanguinitatem beneficium alicui conferret, non peccaret symoniacè, eo quod amor, & consanguinitas non pertinent ad contractum emptionis, & vend. in quo fundatur symonia, vt inquit D. Thom. communiter receptus, 2. 2. q. 100. artic. 5. in Ref. ad 2. Ergo cum multo minus attineat metus ad peccatũ contractum, non erit collatio beneficii metu facta symoniaca: quod si quæras quæ sit ratio, ob quam gratiosæ donõni in beneficiis cõtrarietur pecunia, non autem metus quamtuncũque in virum constantem cadens. adeo vt in pecunia sit labes symonię, in metu nequaquã. Respondetur rationem esse, quia in metu fit iniuria voluntati hominis, cui metus infertur, & ideo si quis timore cadente in constantem virum conferat beneficium, ille timor facit collationem esse inuoluntariam ex parte conferentis. At in pecunia fit iniuria ipsi spirituali, q̃ cum ex sui natura inuendibilis, & in appretiabilis sit, venditur tamen & appretiatur, & quia ratio symoniæ consistit nõ in eo, quod inuoluntarie sit beneficium collatum, sed in hoc, quod pretio sit emptum, idcirco metus nõ facit symoniam, sed pecunia, vel id quod pecunia est æstimabile. Aduertendum est tamen, quod licet metus secundum se non sit pretium rei, nihilominus tamen ex aliquo adiuncto poterit valorẽ sortiri, & pecunia ęstimari, vt puta quando non solũ intenditur incursio metus, sed ultra ipsum, & p ipsũ emolumentum aliquid pretio æstimabile respicitur, exẽpli gratia, si princeps, vel potentissimus aliquis comminaretur episcopo, vel examinatorib. quod nisi talem sacerdotem approbarent illiq; beneficiũ conferrent a gratia Principis, & Regis exciderent, parentes in exilium mitterentur, ad superiorem non sint assensuri dignitatem, tunc collatio beneficij per huiusmodi metum esset symoniaca, eo quod sit principaliter rõne alicuius damni euitandi pretio æstimabilis, talis si quidem metus de non perdenda Regis gratia, de exulib. consanguineis de non acquisitione cuiuscunq; superioris dignitatis & ita de similib. hẽt pro principali obiecto temporale emolumentum, & lucrum, quo fit vt collatio facta ob talem metum, dicatur symoniaca, veluti de consanguinitate precibus, & amicitia superius diximus, quod hęc non faciunt collationẽ beneficii symoniacam, si secundum se, & intra suę naturæ limites cõtineantur. Sed tunc solũ quando ad emptionem reducuntur, videlicet cum hæc spectantur tamquã pretium, & mercedem, & ut habet lucrum tẽporale annexum, vt inter Theologos declarat Ca. 2. 2. q. 100. ar. 5. et sum. ver. sym. Et inter iuris pretios explicat Inn. in c. Tuam de æta. et qual. et Nau. in mã. conf. c. 23. nu 102. §. 10.

Confessoris igitur partes erunt in metu illato examinatoribus de quo est præsentes casus expendere, & diligenter inquirere cuius conditionis, et naturæ pręfatus metus sit, & an dicta collatio, vltra metum pro obiecto habuerit lucrum, seu emolumentum temporale: vel solum nudum ipsum timorem, iste enim non reddit acquisitionem beneficii symoniacam, ille autem prior sic, & propterea qui metu ductus approbauit minus dignum, iustitiæ, et infidelitatis scelus commisit, sicut & qui metũ examinatorib. intulit, neuter tamen pænas symonię incurrit nec tenetur ad renũtiãdũ beneficium, sed sat est de violentia, & iniuria facta dolere, vt absolui a confessore possit,

possit, è côtra verò si metus erat lucrosus & pecuniarius, tunc in censuras contra symoniacos latas incidit, & beneficium tenetur dimittere, ac perceptos malè fructus restituere. Ita Sot. li. 9. de iust. & iur. quæst. 4. artic. 3.

Ex his leui negotio ea argumenta diluuntur quæ omnem beneficii collationem metu factam esse symoniacam probare videbantur, solum enim concludũt de illo metu qui vltra se ipsum habet annexum aliquod pretium, & emolumẽtũ.

Ad primum ergo Res. quod & si omnis metus possit dici pretio estimabilis ex parte illius, cui incutitur, vt qui potius vellet aliquid ex suo soluere, quã talem metum pati, nihilominus tamẽ quia nec est ex sui natura emptioni & venditioni pretium accommodatum nec imponitur cum respectu ad lucrum, idcirco non facit omnis metus symoniam, vnde si quis minaretur aliquem de vita, vel de bonis quæ possidet & ita ob metum mortis vel amissionis suorum bonorum côferret alicui beneficium, peccaret lethaliter quia cum ius naturale, & diuinum, prohibeat dare beneficium indigno, & proinde scelus hoc sit intrĩsece ma'ũ potius est mors corporis subeunda quam illud perpetrandum, non tã esset hęc culpa symonię, quia metus iste non habet ordinem ad lucrũ acquirendum, nec ea intentione infertur vt emolentũ inde accrescat, quod requiri diximus ad symoniam, Sotus vbi sup.

Ad confirmationem dicimus primo metum non habere rationem pacti, immo pactis repugnare vt idem probatur. dicitur secundo quod in symonia conferre gratis, non est conferre libere, & non vi: sed potius significat conferre absq. pretio: hoc enim symoniacam labem facit, vt quæ Dei gratuita dona sunt vendãtur & emantur: quare vbi res ob quam beneficium promittitur, seu datur, non est ex sui natura lucrosa, nec ad eam attenditur tanquam ad lucrum, vt est in metu; ibi nõ interuenit simonia cum talis metus non incuriatur, tanquam pretium & lucrũ.

CASVS III.

Felix morbo graui oppressus, votum Deo emisis de ieiunando Sabatho quousque vixerit ad D. Blasii honorem, si ad pristinam reuerteretur sanitatem, qua adepta cum præteritis annis steterit semper promissis: hoc præsenti ob Natalis Domini festiuitatem vt Ecclesiæ consuetudini sese conformaret carnes comedit.

Quæritur an peccauerit mortaliter et quid simili casu debeant Parochi pænitentibus consulere.

Dvplex in casu præsenti est dubitandi ratio. Altera quod licet uotum, plus obliget quam iuramentum, eo quod votum est promissio facta Deo, iurĩm aũt. est solũ contestatio veritatis quæ fit per Deum, seu contestatio promissionis, quæ fit homini, vnde obligatio voti causetur ex fidelitate, sed obligatio iuramenti causatur ex reuerentia, vouendo siquidem reddit homo se obnoxium Deo, quem creditorem, ac dominum sui promissi efficit. At iurando constituit se obnoxium homini, & solum modo testem, & quasi fideiussorem Deum facit, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 86. ar. 8. nihilominus tamen ĩ hoc pari passu currunt, quod vtraque obligatio causatur ex iure diuino, & ad religionis virtutẽ ptinet: sed iuramentũ nõ extẽditur nisi ad ea de quib. cogitatũ est, vel debuit merito cogitari, vt si clericus iurauit stare mandatis Epi, & iste præcipit, vt renuntiet beneficio absq. ulla appellatione: poterit clericus nõ obstante iuramento appellare, quia si cogitasset tollendum sibi ius appellationis, non iurasset, & iuramentum sicut non habet vim vltra intentionem, & consensum iurantis, ita nec extenditur ob eandem rationem ad verisimiliter nõ cogitata, c. Quintauallis, eo. tit. & no. Pan. cum commu. in c. cum gratia de commo. ergo a simili ille qui vouit ieiunare die veneris, aut sabathi cum nõ cogitauerit de Natali festo, & forsitan si

cogi-

cogitasset omnes christianos in gaudium tantæ festiuitatis comedere carnes, excepisset a voto illum diem. vt sese conformaret vsui,& consuetudini ecclesię, videtur quod possit non obstante tali voto, comedere carnes.

Altera est quod luctus, & lætitia cum sint contraria, non possunt insimul sese cópati, sed ieiunium cum sit corporis afflictio hēt rōnem luctus, ac tristitiæ, vt.n. tristitia teste Salamone desiccat ossa, ita ieiuniū extenuat carnes: festū autem Nat. Domini, est summa lętitia, exultant enim tam Angeli, quam homines nato in terris Deo. Nō vr̄ igitur cóueniēs in die tali pleni gaudii ieiunium, quam ob rationem de cóse. d. 5. c. quadragesima dominicales dies quadragesimæ subtrahūtur ab obseruantia ieiunii: in quibus si aliquis ieiunaret in peccatum incurreret, quasi agens contra consuetudinem populi christiani, vel ex superstitione, vt inquit D. Tho. in 3. sen. d. 15. & 2. 2. q. 147. art. 5. ad 3.

Veritas tamen certa est illum qui voto est astrictus ad ieiunium feriæ 6. vel diei Sabathi, peccare mortaliter si in festo Natal. Do. occurrente illa die, carnes comedat, ita est expresse definitum per extra. Hon. 3. c. fi. de obs. ieiun. vbi dicitur, quod illi qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt astricti, in 6. fer. si festum Natiuitat. Dominicæ, die ipso venire contingerit, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt secūdum cósuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt qui ob deuotionem voluerint abstinere.

Nec valet interpretatio gl. ibid. ad marginem dicentis tex. istū intelligi de eo qui vouerat nūquā comedere carnes, vel eas vouit nō comedere alio die permisso: Nā si in tali die occurrat Natiuit. festum, non poterit comedere carnes, quia votum manet in suo robore, & in hoc casu intelligendum esse dicit tex. hunc Hono. Papæ, non autem in casu quo quis vouit solū nō comedere carnes 6. fer. nisi forte id etiam intendisset, vt sic illud votum intelligatur esu non licito id quod probat argu. c. ad nostram. 3. de ver. sig.

Quæ glossæ interpretatio falsa oīno est & Pontificis Honorii determinationi aduersa: Tum quia specialiter ibi interrogatur Pontifex vtrum adueniente Natalis die feria 6. liceat carnes comedere, & respondendo licere, exceptionem facit de ijs, qui, aut, voto, aut regulari obseruantia sunt astricti, qua ex responsione constat ipsum loqui de voto ad feriam 6. limitato, sicut limitatur regularis obseruantia de ieiunandis sextis fer. Tum quia Pontifex ibi solum intendit liberare fideles ab obligatione generali ferię 6 de non comedendis carnibus non autem ab obligatione speciali cuiuscunque voti. Tum quia vouens non comedere carnes fer. 6. vouit id quod licitum est, nullamque adiecit conditionem, vel Natali diei exclusionem, quę autem sine conditione vouentur, sine conditione solui debent, 32. q. vlt. c. vlt. cum .n. in voto emisso nihil excepit, generaliter tenetur, arg. c. qa cir. de priui. & ff. de ser. vr. præd. si seruitus. Et dato quod ab ecclesia præceptum sit, carnes fer. 6 non edere, & materia uoti ea sit quę subiaceat consilio, non autem illa quę alias est pręcepta, vt putauit Richar. Maior, & Aliqui alii in 4. lib. sent. distin. 38.

Respondemus id verum esse de materia proprie, sed non de materia permissiue, & si enim materia voti propria, & necessaria debeat esse bonum de consilio, & nequaquam malū, vel indifferens, quod neque ad honorem Dei, aut proximi, seu vouentis vtilitatem spectat, nihilominus permittitur potestque etiam votum fieri de re iure, vel diuino, vel humano præcepta: potest .n. quis ad non fornicandum, seu non furandum ad quod obligatur, l. obligare se etiam voluntaria promissione & voto. Et ita qui lege Pontificia tenebatur non comedere carnes fer. 6. & Sabatho: potuit ad ipsum voluntarie per votum se astringere, & dispensatus, quoad obligationem legis non erit dispensatus, quoad obligationem voti Sanc. Anton 2. p. tit. 11. c 2. D. Th. & Caie. 2. 2. q. 88. ar. 1.

Nec

Nec obst. si dicatur, illo eodem tex. excludi religiosos a non comedendis carnibus fer. 6. si in illa festum Natalis Domini venerit, & tamen eas comedunt, nec peccant: ergo videtur quod a simili etiã si excludantur voto astricti posse nihilominus carnes edere.

Respondetur disparem esse vtrobique rationem, quia quando Pont. Honor. excipit religionem ab illa dispensatione, qua dispensat, vt fer. 6. in die Natalis Domini possit quilibet edere carnes, nõ est illius intentio nouam aliquam imponere religioso obligationem, sed vult, si quæ erant, permaneant in suo robore: & quia in oblatione, quam religiosi habebant poterat suus Prelatus dispensare, ideo possunt licite carnes comedere prælato dispẽsante. At in vouente quia remanet ipsum votum, in quo secum a nullo dispensatur propterea lethaliter deliquit si carnes edat quod de comedendis carnibus fer. 6. est ipsũ ius cõe christianos vniuersaliter obligans. vltra hoc sunt aliquarum religionum constitutiones quę obligant religiosos ad ieiunãdum fer. 6. totius anni. Põt ẽt dari, quod secularis aliquis uoueat ieiunium omnibus sextis feriis: in vouente igitur, & religioso duplex erit vinculũ quo ligatur ad non edendas carnes fer. 6. vnum generale, vinculum est iuris cõmunis, quo arctatur, vt christianus vniuersali. n. Pontificis l. interdictę sunt carnes absque necessitate fer. 6. omnibus christianis. Aliud est speciale vinculum, quo arctatur vt vouẽs, siue vt religiosus, & quia vbi interueniunt duę obligationes, scilicet Ecclesię, & religionis, seu voti sublata prima per ecclesiam, adhuc remanet secũda in suo robore. Ideo quamuis Papa Honor. in d. ca. fin. dispenset quoad obligationem Ecclesiæ: relinquit tamen alias duas obligationes, scilicet voti, & religionis in sua vi, & natura. Et quia obligatio religionis quoad vota non essentialia, nec per se perpetua, subest potestati prælati, potest rationabili causa, vt est tanti festi solemnitas dispensare Prelatus cum religiosis vt carnes comedant, non obstãte quod cõstitutiones religionis decernant, vt feriis sextis ieiunetur, vt colligitur ex D. Thom. in 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. sed in seculari vouente, quia nullus est qui dispenset voto facto, peccabit mortifere si carnes comedat; Nam si cum illo Episcopus, vel alius dispensasset ĩ uoto facto, posset tunc absque vllo scrupulo carnes edere, vt no. Pan. in d. c. fi. Syl. Verbo ieiunium. q. 10. Tab. eo. q. 11. Nauar. in Manu. conf. c. 21. de præcepto ieiunij. n. 11.

An vero, qui uouit non comedere oua fer. 6. vel Sabatho: possit in festo Natalis Domini illis diebus occurrente comedere absq. dispensatione carnes?

Respo. Tab. vbi sup. negatiue, & hunc peccare mortaliter si carnes comedat, quia abstinentia ouorum uidetur includere abstinentiam a carnibus, nisi forte quando emisit tale uotum de non comedendis ouibus habuisset insimul intentionem non priuandi sensu carnium, tunc enim non delinqueret in illis comedendis, quia uotum nunquam extenditur ultra intentionem uouentis.

Siluester Verb. Ieiunium q. x. non placet hæc opin. absolute. Tum quia priuare se esu carnium maius est, quam esu ouorum, & qui se obligat ad minus non dicitur propterea obligari ad maius, ueluti qui uouit priuare se galero, non ideo tenetur priuari omnibus aliis uestib. Tũ quia priuans se minus dilecto, non priuat se dilecto magis, sicut, qui uouet non comedere uuas, non ideo priuat se a non bibendo uino, & cum carnes sint dulciores, & appetitui magis cõuenientes quã oua, quia votum fecit de abstinentia ouorum in die Veneris aut sabbathi, non uidetur uouisse abstinentiam carnium in illis diebus si alias sit per ecclesiam licitum eas comedere ut adueniente tunc festo Natalis Domini est licitum.

Quare putat Siluester in casu præsenti distinguendum esse, uel enim iste qui uouit non comere oua, intendebat saltem habitualiter priuare se etiam carnibus ut quia si hoc illi memoriter occurrisset, id ipsum, quod deliberauit, & promisit de-

ouis promisisset de carnibus tūc nec oua, nec carnes etiā si sit festum Natal. Domini poterit edere. Vel non intendebat priuare se carnibus sed solum ouis, & in hoc casu liber erit a peccato si carnes comedat: quia votum non excedit limites intentionis, & cum intentio fuerit terminata actualiter, & habitualiter ad sola oua, & carnes sint distinctæ specie ab ouis, eximuntur a tali determinata obligatione, obligatio siquidem, & votum arctantur iuxta intentionem obligantis, & vouentis.

Vel dubius est de intentione sua, vt qui nescit discernere quid tunc quando vouit abstinētiam ouorum fecisset: si meminisset carnium, qui comedūtur in Natali Domini: Et in hoc casu dubij: (& si aliqui dicant peccare istum mortaliter si carnibus vescatur, eo quod in dubijs tutior pars sit tenenda, argu. c. iuuenis, de sponsa) putat tamen Syl. illum posse absq; lethali culpa carnes edere eo, quod cum dubius ille dicatur, qui ad vtranque partem rationes habet probabiles, inde fit, vt quando dubium æquale, & in vtraque parte periculum probabile, licitum sit dubitanti, quam malit partem amplecti, cū non sit maior ratio quare vni parti teneatur potius adhærere quam alteri Et quāuis in dubijs in quibus vtraque pars periculosa est, tutior pars sit eligenda, cæterum si altera etiam est probabilis, & propterea secura, & tuta, ac per consequens nullum habens periculum, illam sequi, relicta probabiliori absque peccato possumus: Nec semper tenemur tutiorem partem eligere, sed sufficit eligere tutam.

Hæc opi. Siluestri videtur rationi consona in eo casu, quo ille qui vouit non edere oua, est ex æquo dubius de intentione sua, nec prorsus scit iudicare quid fecisset, si recordaretur tunc carnium: stante enim perpendiculariter, & æqua lance huiusmodi dubio vt possit se inclinare probabiliter in vtranque partem, & si tutius esset non comedere carnes, si tamen illas comedat inclinando in hanc partē, quod re vera si recordaretur non voueret abstinentiam illarum, non peccaret mortifere, eo quod sicut in speculatiuis licitum est docere opinionem probabilem recta probabiliori: ita in practicis licitū est sequi id, quod probabile est, omissio probabiliori, cum enim probabile id dicatur, quod est conforme rectæ rationi & existimationi virorum prudentum & sapientum, vt ait Ari j. Top. c. j. & Eth. c. 4. idcirco eam sequi nulla est culpa, quia culpa est recte rationi difformis, & quod rationi aduersatur, error est non opinio. Et sicut non obligamur ad id quod melius & perfectius est operandum, sed sufficit bonum & perfectum agere: ita non tenemur id, quod tutius est sequi: sed id quod tutum, & probabile videtur, vt latius probat Barth. Med. in D. Thom. 2. 2. quæstio 18. artic. 6.

Nihilominus in casu, quo iste sic vouens non comedere oua, esset ita dubius, vt in neutram partem posset se inclinare quoad votum carnium, professio lethifere delinqueret si carnes comederet, ratio est.

Tum quia in dubiis, quorum vna pars est de peccato mortali, altera nequaquam, sequenda est omnino illa qui est aliena a peccato: minus. n. malum de duobus eligendum est, cum iste dubitet num vouendo abstinere ab ouis intendisset carnes, vel non, & ita versetur in dubio probabili, an voto sit vel non sit astrictus quo ad carnes non comedendas, & in comestione carnium sit periculum de fractione voti, quę est peccatum mort., & in non comedendis carnibus nullum versetur periculum de aliquo peccato, certe eligenda, potius erit hæc pars, quam illa. satis enim euidenter exponit periculo peccandi mortaliter ille, qui id, quod potest esse animæ suæ lethaliter nociuū, agit relicto eo, in quo nullum nocumentum consistit, vt satis probat Medina, conclu. 4. vbi supra, & tradunt iuris periti in c. ad eius. 5. dist.

Tum etiam quia, sicut ieiunio, quod est actus abstinētię, primo & absolute prohibentur carnes, vt quæ cum comedūtur

maximā causant delectationem, & plurimum hominem ad venerea prouocant, et ex consequenti, & per concomitantiam interdicũtur lacticinia, & oua; quatenus sunt; ex animalibus orta carnem habentibus, vt declarat D. Thom. 2.2.q.47.147. ar.8. ita in voto de non comedendis in feria sexta, vel sabbatho ouis, contineri videtur per quandam concomitantiã abstinentia à carnibus: eo qui in illis dieb. carnes sunt ab ecclesia interdictæ, & in ipsis ouis vt ab animalibus natis virtualiter sunt ipse carnes, saltem quo ad rationem virtutis abstinẽtiæ quæ versatur circa delectationes ciborum, quatenus natæ sunt abstrahere hominem a bono rationis: vnde in casu proposito quādo quis est dubius de intentione qua habuit in voto facto de ouis non comedendis, tutius erit a carnibus abstinere, vt quæ virtualiter saltem in ipsa ouorum abstinentia videntur fuisse intentæ.

Confirmatur quia qui vouit, & intendit includens, vouit ēt ac intendit inclusum, vt qui vouit dare scutum pro eleemosina vouit etiam dare iulium, vt puta intentum in scuto. Et qui vouit ducere vxorem, intentionem virtualiter habuit generandi filios, quia hi in vsu matrimonia li quodāmodo includuntur: ita quia carnium esus includitur aliquo modo in esu ouorũ, & hęc est formalis, & præcipua ratio quare in ieiuniis quadragesimalibus oua prohibetur quatenus sunt ab animalibus orta. Nam vt sic includunt virtualiter carnes, immo habent eandem quasi rationē delectabilis, & conducentiæ ad humani corporis nutrimentum, vt ex illorũ commestione plus superflui vertatur in materiã seminis, cuius multiplicatio est maximum incitamentum luxurię, vt declarat D. Thom. 2.2.q.147.artu.8. idcirco vouens die sabathi aut fer. 6. non comedere oua, videtur in dubio vouisse pariter non comedere carnes: quia igitur in dubiis adhærẽdum est semper illi parti, quæ libera est a culpa, & fugienda ea in qua periculum est peccandi lethaliter, & in voto de non comedendis ouis inclu-di saltem virtualiter votum de non vescendis carnibus, est probabile dubium: propterea non uidetur excusandus a peccato qui dubius an si cogitasset de carnibus de illis etiam votum fecisset vel non fecisset in neutram partem se potens inclinare, illas comedit durante præfata dubitatione. Hæc est sententię Tabienæ verbum Ieiunium, q.11.

Vnde illud, quod dicitur a Syl. & aliis, posse pars tuta, tutiori relicta eligi, intelligitur in dubiis, quorum vtraque pars est æquæ probabilis, & in vtraque parte periculum æquale peccandi, vt idem Medina vbi sup. doctissime oñdit. At in casu proposito, et si dubium sit æque probabile, periculum tamen peccādi est omnino dispar, & inæquale: quia in comedendis carnib. versatur periculum transgressionis voti, & in non comedēdis nullum, prorsus est culpæ discrimen, vt superius fuit ostensum: Nec valet dicere, quod vouens abstinere a minus dulci, non intelligitur vouisse abstinentiam a dulciori, quia & si hoc verum sit in disparatis omnino, & quæ nullo modo ratione virtutis abstinentiæ se includunt: secus autem est in ouis, & carnibus quia licet carnes sint specifice distinctę ab ouis: nihilo minus oua ab animalibus orta habēt aliquam rationem carnis, ob quam in ieiunio prohibentur, vt satis superque declarauimus.

His omnibus explicatis facili iam negotio dissoluuntur illa quæ in initio principalis casus dubitationem efficere videbantur. Ad primam dicimus quod ille, qui vouit fer. 6. vel sabatho ieiunare cum non sit certus, quod exceperit Natiuitatis festum adueniens in tali die, sed de exceptione, quam forsã fecisset si cogitasset sit incertus & anceps, non poterit non lethalem culpam committere, si carnes comedat: eo quod in vescendis carnib. obiicit se periculo aperto trāsgressionis voti, & si non comedat ab oĩ discrimine incurrẽdi in culpam se liberat, & in similibus id quod tutum est sequi dēt. Vltra quod fer. 6. & sabatho sunt de iure cõmuni pon-

tifi-

tificio carnes prohibitur omnibus Christianis, Nec vesci possunt absque dispensatione: quare, & si Summus Pontifex in d. c. fi. dispenset in festo Natiuit. Domini, quia tamen excludit eos qui voto ad ieiunandum sunt spiritualiter astricti in illis diebus, io non gaudēt isti hoc priuilegio, vt possint carnes comedere. Vbi enim mens legislatoris, & verba legis sunt manifesta qui cōtrarium agit culpæ fit reus arg. reg fi. de reg. iur. lib. 6. Nec gratia, seu cōcessio extenditur ad singulariter exceptos. argu. capit. constitutio, de concess. præben.

Ad alteram respōdemus, quod luctus, seu maceratio corporis & lætitia, seu refectio mentis, non sunt contraria, sed simul compatibilia iuxta illud D. Pau. cū infirmor tunc fortior sum. Et quāuis ieiunium, vt diuiditur secūdum causas a quibus homines moueri solēt ad ieiunandū, distribuatur in ieiunium luctus, i. cū amaritudine peccatorū, & odio prę sentis vitæ, & in ieiunium exultationis, quod fit in gratiarum actione, & præ gaudio beneficii a Deo accepti; vel alicuius sancti intercessione adepti ex instinctu Spir. Sancti voluntarie procedens, vt habetur a D. Tho. 2. 2 q. 147. & in 4. sen. dist. 8. q. 3. ar. 1 q. 2 Illud tamen dicitur luctus, eo quia fit ad satisfaciendum pro peccatis prę teritis, vel ad cauendum a futuris, illud appellatur exultationis, quia fit ob gratias Deo reddendas pro beneficio aliquo accepto, vel ad mentem in diuina eleuanda, & quamuis vtrunque ieiunium, siue ob has causas ieiunare sit omni tempore laudabile, vt inquit D. Hyeron. ad Lucinum, non consueuit tamen ecclesia, quæ ieiunia sua principaliter ob delicta imponere solet ad ieiunandum dieb. Dominicis, & Paschali tēpore, vt qui velit hęc festa celebrari cum iusta, ac moderata et corporis recreatione, & id circo qui his diebus festiuis ieiunaret ea intētione, vt ecclesię consuetudinē despiceret, vel aliquo errore, seu superstitione, non esset a crimine immunis: At vero si ieiunasset optima intentione, vt puta, ad sanitatem, vel ad studium, siue ad corporis insultus reprimendos, vel aliquo alio bono fine, laudem & meritum apud Deum assequeretur D. Thom. 2. 2. q. 147. ar. 5. Sy. verb. ieiunium q. 1. in fi. Non negamus tamē ieiunium vigiliæ Pentecostes et quatuor Temporum infra hebdomada Penthecostes esse sub pręcepto ad castiganda delicta, quæ inter Paschalia gaudia, vel ex negligentia, vel ex immoderata licentia perpetrata sunt, vt ait Caiet. 22. vbi supra.

Ex his colliges primo in vigiliis ab ecclesia ieiunio consignatis, si occurrat festum Patroni alicuius loci, vel aliud solēnissimū festum alicuius sancti, posse Episcopum in aliū diem antecedentem trāsferre ieiunium, eo modo quo fieri solet quando festum habens vigiliam accedit in feria secūda: Non enim ieiunari solet tunc in dominica consuetudine receptissima Ecclesię, sed in sabbatho, vt dicitur extr. eo. c. 1 & c. 2. Ita etiam in Gallia cōsuetum esse refertur in illis locis in quib. sunt ecclesiæ S. Quintini cuius festū celebratur in vigilia omnium Sanctorum, & ieiunium vigilię transferri in diē præcedentem authoritate Episcopi ar. c. 1. de obseru. ieiunij in fine, & notat Pan. in d. rubrica. Syl & alii verbo ieiunium q. 7.

Colliges secūdo quod cum ieiunia omnia sint humano iure inducta, & præcepta, possunt cōsuetudine rationabili præscripta duriora vel blandiora tam quo ad res comedendas, quam quo ad horam comedendi fieri, arg. cap. fi. de consuetu. Et quia de per se, & intrinsece solū includitur in ieiunio abstinentia a carnalibus, ideo esse non potest ieiunium cum esu carnium, secus autem cum esu ouorum, & lacticiniorum; hæc enim de iure communi non prohibentur nisi in quadragesima, c. denique 4. dist. quo fit vt in his ouis, & lacticiniis comedendis in aliis ieiuniis a quadragesima; seruanda sit cōsuetudo per quadraginta annos cōtinuata l. 2. C. quę sit longa consuetudo, & si quis illa comederet vbi talis consuetudo non est a peccato mortali non excu-

saretur nisi fortè ob impotentiā, necessitatem & maius bonum id faceret, Caiet. in summa uerbo ieiunium cap. 3. Nauar. in man. conf. c. 21. de præcepto ieiunii.

Colliges tertio quod cum in pręcepto ieiunii triplex includatur negatio: scilicet non manducare carnes, non comedere nisi semel, & non comedere ante horam prandij; quæ communi consuetudine est meridies: Prima negatio habet se tanquam res præcepta, quæ cum sit negatiua obligat semper & ad semper. Vnde, sicut, quoties qs furatur, toties peccat lethaliter: ita quoties aliquis manducat carnes in die ieiunii toties mortaliter peccat: Aliæ vero negationes se habent tanquam partes præcepti, & ideo, si quis multoties in die ieiunij comedat: vel frequenter etiam ante horam prandii, non commisit nisi vnum peccatum, transgrediendo pręceptum ieiunij vt notat Caiet. 2. 2. q. 147. ar. vlti.

Et hinc etiam fit quod cum hę tres negationes includantur in pręcepto ieiunii tanquam tria inter se distincta, & singulariter prohibita, dispensatus in vno non intelligitur dispensatus in alio argum. c. 6. filii: de filiis prèsby. vt dicitur, quod, & si professio in religione approbata tollat omnem irregularitatem, quoad ordines, non tamen quoad dignitates. Et per ea quæ notat Bal. instit. de act. & in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. vbi dicit quod mixtum non venit appellatione simplicis. Pręceptum enim ecclesiæ, quod in totum seruari non potest, seruandum tamē est quo ad illam partem secundum quam seruari potest, vt est tex. in c. cum dilecti. de dolo, & contu. cum glos. & doctores communiter ibi. Nauar. in Man. confes. cap. 21. nu. 22.

Illud tamen, quod ait Caiet. vbi supra dispensatum de vnica commestione esse simpliciter dispensatum ieiunio, & è contra habet solum veritatem in hoc sensu, quòd, & si millies in illo die, & quacunque hora commedat, non transgreditur præceptum ieiunii, quia dispensatus in substantiali dispensatur etiam in accidentali, sed non est verum, quod possit carnes, aut cibos vetitos manducare. cum carnium esus non sit conditio ieiunii, sed aliquid essentiale, loquendo de ieiunio noui testamenti.

Colliges quarto id quod Parochi debeant pęnitentibus consulere quos sciūt feria sexta, vel sabatho esse voto ad ieiunandum astrictos, vt quamuis solemne festum Natiuitatis Domini illo die venerit, a commedendis carnibus abstineant, & omnino ieiunent, quia illa dispensatio, quæ fit generaliter, quoad præceptū ecclesiasticum de non commedendis carnibus in die veneris, & sabathi, non includit personas, quæ spetiali voto ieiunii sunt ex diuino pręcepto ad illud adimplendum astricti: vt superius est satis declaratum.

In Congregatione Februarii habita Anno 1583 die 23. feria 4. Tres infrascripti Casus Conscientiæ propositi fuerunt.

CASVS I.

Balthasar in Flādriam negotiādi causa est profectus, & ut merces suas cōmodius, ac expeditius venderet, cum his potius qui publice hęretici erant, quàm cum fidelibus Christianis societatis contractum iniuit, & transactis aliquib. annis in Angliam visendæ illius desiderio, pergit, ac vtrobique cum aliquibus, quas hæreticas esse nouerat, est meretricatus; Nunc in patrium reuersus, cum suas apud eosdem infideles reliquerit pecunias, in dicto contractu societatis perseuerat.

Quæritur an incurrerit in censuram aliquam, possitque absolui si dictum contractum non rescindat.

Casus

CAsus præsens duo præsupponit, vnū est, non solum hæreticos esse ipso facto excommunicatos excommunicatione reseruata Summo Pontifici in bulla cęnę domini, sed etiam ipsorum receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, habetq; hęc bulla rationem publicę sententiæ, cum singulis annis legatur, & publicetur die Iouis Hebdom. sanctæ, & ideo qui manifeste sunt hæretici, manifeste etiam sunt excommunicati: notoria siquidem hæresis reddit hominem notoriè excommunicatum, propter quod si omnes hæretici, qui quauis exteriori significatione hęresim expresserunt, nemine etiam audiente, vel vidente in excommunicationem statim incurrunt, non tamen dicentur notorie excommunicati, nisi quando manifestum fuerit eos esse hæreticos. Alterum quod supponitur est: Ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendi consciētiis timoratis statutum fuisse per Mart. V. & confirmatum a Concil. Later. habibito sub Leo. X. ses. 11. vt nemo post hac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo sacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa, ratione alicuius sententiæ, aut censuræ ecclesiasticę, aut suspēsionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ, neque seruare interdictum ecclesiasticum si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata ac denūtiata spiritualiter, & expresse a iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem ecclesiam aut locum certum, aut certā, vel nisi adeo manifeste constet incurrisse in sententiam excommunicationis, vt nullo modo possit occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari, quia a communione hmōi, vult quod se separent iuxta canonicas constitutiones; Per hoc tamen non intendit Pontifex releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos, tenenturque proinde ipsi quamtumuis sint occulti, ad euitandum alios. His suppositis nō caret difficultate propositus casus, si quidem incidisse Balthasarem in excommunicationem communicando negotiatione, & meretricio cum illis notoriis hæreticis, his argumentis psuaderi potest. Primò, q̄a cōmunicauit cū lutheranis manifestis, & cū his, qui se esse hęreticos publicè gloriantur, ac pro inde sunt publice p bullam cænæ, tanquā per latam sententiā excōicati, a qua excommunicatione nullo iuris remedio se possunt excusare, iam autem extrauagans illa Martini V. ad euitanda. quamuis concedat posse fideles cū excommunicatis agere, & cōicare, quando speciatim, & nominatim non sunt denuntiati, excipit tamē eos, de quib. ita manifeste constat incurrisse in sentētiam excōicationis, vt nullo modo occultari possit. Secundo quia licèt verba illa, de notorie excommunicato, restringenda putent aliqui ad illum solum, qui est iniustus clerici notoriè percussor, vt habetur in tenore bullæ relato per Fel. Ant. & nōnullos, quia tamen illa restrictio non fuit posita, vel saltem fuit sublata in d. Conc. Later. a quo dicta bulla obtinuit vltimo vim, & apertè extenditur, & loquitur de omnib. excommunicatis manifestis, quales esse in Flandria, & Anglia hęreticos satis cōstat, idcirco non videtur ab excommunicatione, lata in participantes, & communicantes cum excōmunicatis liber Balthasar, nec proinde absoluendus, si in tali negotiatione, & commercio velit perdurare, eo maxime quòd talis negotiatio esse nequit absque fauore, & auxilio pręstito.

Opposita nihilominus sententia quòd Balthasar, nullam censuram incurrerit, absoluique valeat a confessore, etiam si negotiationis contractum cum hæreticis initum in Flandria, seu alibi non rescindat, probabilior videtur.

Tū quia verba bullę pęnalis, sunt formaliter proprie, & strictè intelligenda, vt ait gl. clem. 1. de sepul. & in cle. 3. de consan. eo quod pęnæ sunt semper restringēdę. leg. pen. ff. de pœn. & cap. pœnæ. de pæn. distin. 1. Iam autem Balthasar non

egit cum hæretico, vt tali, sed vt homine: neq. communicauit cum eo, quatenus erat excommunicatus, sed eo respecu, quo erat in ciuitate Mercator, non igitur in eam excommunicat. incidit, quę lata est contra eos, qui hæreticis vel excom. communicant. argu. l. in delictis, §. si detract. ff. de noxa.

Et confirmatur ex eo, quia licitum est cuilibet succurrere hæretico, quamuis nõ extreme egenti, quatenus vt homo illam egestatem patitur, arg. cap. pasce. 86. d. & arg. duo ista nomina 23. q. 4. ibi, quia peccator est, corripe, quia homo, miserere. Et ibi nulli homini claudenda est misericordia, sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est, quare pari ratione licitum erit Balthasari, agere & negotiari cum mercatore hęretico, non quatenus est hæreticus, sed prout mercaturam exercet, quia per hęresim & excommunicationem non desinit esse verus homo, nec perdit potestatẽ naturalem, & ita potest regulariter contrahere, & negotiationem exercere, vt quilibet alius, potestq. ea omnia agere, quæ iure naturali, gent. & ciuili nitũtur, arg. c. ius naturale, & c. ius gentium, 1. d. & l. 1. §. ius naturale, & l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.

Tum quia agere cum excommunicato ad vtilitatem propriam temporalem, nullum est peccatum. Vt colligitur ex gl. cap. cum desideras. de sen. excommun. Et quã uis in Flandria sint mercatores Christiani, & fideles, quibus cum Balthasar posset negotiari: nullus tamen reperiebatur cui expeditius, & cõmodius merces vẽderet quã mercatori hæretico, vt in casu proponitur, & proinde vere dici põt nõ reperisse aliũ, cui pari cũ vtilitate propria ageret.

Tum quia alioqui omnes ferè catholici etiam religiosi Germanię, Anglię, Scotię, & bonæ partis Galliarum inciderent in censuram, quippe qui habent commercium cum hæreticis, quatenus sunt homines, quod tamen cõmercium vię haberi potest. quin aliquis fauor, vel auxilium præstetur, damnare autem tot viros religiosos non est rationi consonum.

Tum quia licèt in foro exteriori præsumantur fauere hęretico, quia sciens illũ esse talem, negotiatur cum illo, multę tamen in hoc etiam foro sunt circũstantię, quæ excusant a tali præsumptione, vt timor, necessitas, cognatio, vel vtilitas, in pace, militia, & bello: vnde Carolus V. cuius virtutum memoria nulla vnquam delebit obliuio, & Philipus II. omnium Regum in fide tuenda, & hæreticis extirpandis vigilãtissimus, qui verè catholici Regis titulũ primus sibi promeruit: multos in occurrentibus bellis elegit in Duces, & milites lutheranos, eosque donis fouit, vt quos amore prosequebatur, quatenus erant homines ad pugnandum strenui, odio autem habebat pro vt hęretici fidem reliquerant. Immò quicquid sit in foro exteriori; in interiori tamẽ in quo ad solam rei veritatem attenditur ca. tua de sponsalibus, facile est discernere, quo animo, & fine quis agat, & fauorem præstet hæretico, vtrum sit eo respectu, quo excommunicatus & hæreticus est, vel eo quo proximus, & vnum totius ciuitatis membrum, vt habetur in d. cap. Duo ista nomina 23. q. 4.

Hæc est sententia Caiet. in summa excõmunicatione in hęreticos. c. 1. Nau. in manu. confess. ca. 27. excommun. prima. bullæ cænæ Domini num. 55. & est communis apud summistas, excommu. eo.

Nec ea, quę ad partem contrariam adducebantur, nostræ opinioni officiunt. Quia & si bulla illa. Ad Euitanda, excipiat excõmunicatos quoscunq. notorios, ita vt quo ad illos nihil valeat, sed euitari debeat, vt inquit Fe. in c. Rodolphus de rescript. & Pa. in Cle. 1. de sent. exc. supple. clericus. 3. in fi. Nihilominus tamen uel illa non est ita ample vsu recepta, sed cum limitatione ad excommun. dũtaxat ex notoria percussione clerici: vt inquit S. Ant. 3. part. tit. 25. de excommu. in fin. Vel concilium Basiliense aliqualiter dictam constitutionem alterauit, & restrinxit vt solum comprehendat eos, quos pro sacrilega manuum iniectione in clericũ, sententiam latam a canone adeo notorié

riè constituerit incidisse, quod factum nō possit aliqua tergiuersatione cælari, nec aliquo iuris suffragio excusari, ita vt in concilio Cōstātiensi fuerit dicta constitutio extensa ad omnes notoriè excommunicatos, & postea in Basiliensi contracta ad solos notoriè percussores clericorum; vt putat Sil. ver. excommunicato. 5. no. 4. num. 5. vel multitudo hęreticorum, quę est in variis orbis partibus, quiq; cū christianis in eadem Ciuitate degunt, & publicè viuere impunè permittuntur, ac necessitas communicandi, & negotiandi facit licitum id quod aliàs iure Pōtificio non liceret, iuxta illud de reg. iur. c. quod non est licit. ita Nauar. in man. confess. c. 27. num. 35.

Quamuis autem Balthasar absolui possit si dictum mercaturæ, & negotiationi contractum cum Hæretico in Flandria initium non rescindat, consulendus tamē est vt id faciat, & in eo diu non perseueret. Tum ob scandalum quod facile oriri poterit ex illa familiari cum hęreticis sodalitate. Tum ob periculū quod fortasse loquendo, & agendo cum illis incurreret de imbibendo alicuius hæresis ueneno. Tum quod meretricando cum fæminis hæreticis, non paruam videtur inferre catholicę fidei iniuriam, eo maxime quod actus ille generationis est ex sui natura ordinatus ad prolē, quæ si forte nata fuerit in eisdē enutrietur postea hæresib. in quib. mater, apud quam proles remanet.

CASVS III.

IVliana cum sciret filiam fuiße olim in confirmationis sacramento a Martino susceptam, putansq. cognationem istā non eße perpetuam, sed per annū durare, vt sibi ab aliquib. erat dictum, contraxit vidua facta in facie ecclesiæ cū dicto Martino huiusce impedimento ob tēporis diuturnitatem oblito, et iguaro: inde ad duos annos veritatis vterq; conscius, adhibito cum multis consilio dispensationem a summo Pontifice postulant allegantes impedimentū occultum esse, & ab utroq; ignoratum: eaque obtenta cōmitti ius confessori facultas, vt si ita est, eosdē absoluat, & ad contrahendum habile reddat.

Quæritur, Num hæc dispensatio sit subreptitia, & quomodo debeant de nouo contrahere.

PRima facie videtur, quod hæc dispensatio sit subreptitia, & nullius valoris. Tum quia Iuliana sciebat per confirmationis sacramentum contrahi spiritualē cognationem, & tamen in petenda dispēsatione hoc non exprimat; Iam autem dispensationem, tacita ueritate, nullā esse, habetur in c. 2. de filijs presby. li. 6. Et cā. Ad audientiam. el 2. de resc. Et docet Syl. ver. dispensatio num. 3. Tum quia verba in dispensationibus sunt strictissimè accipienda, quia omnis recessus a iure communi est odiosus, vt est text. in c. fin. de filiis presby. li. 6. Et in c. Quod dilectio. de cons. & affi. vnde colligunt Doct. dispensationem esse strictè interpretandam, maximè quando exprimuntur personæ, quare, licet ignorantia, & obliuio impedimēti se teneat ex parte Martini, non tamen ex parte Iulianæ, quæ bene recordabatur cognationis spiritualis, & sciebat hāc cōtrahi inter ipsam & tenentem filium in confirmatione quamuis falso putabat hanc non impedire matrimonium, nisi intra annum.

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, quod hæc dispensatio nequaquam sit subreptitia, sed valida, possintq. ea obtenta matrimonium contrahere. Adducor in hanc sententiam ea potissimum rōne, qđ non quęlibet indifferēter taciturnitas viri reddit dispensationem subreptitiam, sed ea solum, qua taceatur, vel non exprimitur illud verum, quod iura volunt, & iubent vt exprimatur. vt decernit Rot. in Nou. decisionib. 32. de rescri. Bella. deci. 698. Fel. in cap. Postulasti col. 4. de resc Nau. in man. cōf. cap. 23. num. 86. & in com. cap. si quan-

do de rescr. excep. 6. cum ergo iura de matrimonij dispẽsatione loquẽtia, nõ aliud iubeant, quam quod impedimentum vere, & in gradu, quo est, exprimatur, Et Iuliana, ac Martinus cognationem spiritualem in confirmationis sacramẽto cõtractam integre expresserint, quod autẽ ex ignorantia formaliter aut materialiter matrimonium iam inierint, non pręcipitur in iure exprimi, cum talis ignorãtia, non numeretur inter impedimenta dirimentia contractum matrimonium, vel impedientia contrahendum; ideo nõ poterit dicta dispensatio appellari subreptitia.

Accedit quod nomina magis accipienda sunt formaliter, quam materialiter in gratijs, & dispensationibus Pontificiis, sed qui scit aliquam affinitatem aliquos contrahentes esse, nescit tamen illa impedire, nescit reuera impedimentum: sicut qui scit legitimum non posse ordinari: simplicitate tamen, & bona fide existimans se legitimum ordinatus est, non dicitur suspẽsus, vt ait Card. in Cle. 1. q 38. de Priuileg. Et qui, sciens se non habere ętatem conuenientem ad suscipiendum ordinem aliquem sacrum, illum temerarie suscepit, sed postea confessus de illo peccato, bona fide, & simplicitate credẽs post confessionem posse exercere dictum ordinem, illum exercuit, non incurrit irregularitatem, cum huiusmodi pænæ requirant communiter præsumptionem, quæ importat dolum, & stat aliquem scire rem, quo ad vnum effectum, & ignorare illam, quo ad alium, vt docet Nau. in Man. conf. c. 25. nu. 70. & c. 27. n. 156. ita cum subreptitio in dispensatione, importet dolum, & vbi est simplicitas & bona fides, non sit dolus, & hi matrimonio per sacramẽtũ cõfirmationis contractũ inter illos cognationem spiritualem, putantes tamen eam non impedire, videtur initũ sic simplicitate, & bona fide matrimonium celebratum: nunc cognita rei veritate, & certiores facti, quod impedimentum illud est perpetuum, vere possunt dicere in impetratione dispensationis se impedimentum ignorasse, cum ignorauerit illam cognationem matrimonium ab eis initum impedire. Ita Pan. in c. Postulasti de Res. Ang. & Respons. verb. Rescript.

Deniq; & si duo reddant impetrationem, & Rescriptum surreptitium, nempe expressio falsi, & taciturnitas veri, in his tamen est discrimen; quia in expressione falsi quæcunque expressio mouens Principem ad dispensationem, & gratiam concedendam, efficit illam surreptitiam, & nullam. sed in taciturnitate veri, non quęcumque taciturnitas, sed duplex solum, nempe, vel illa qua tacetur verũ, quod iura pręcipiunt exprimi: vt supra diximus. vel illa, quæ ita malitiosę tacet verum, vt æquipollenter enarretur falsum, quia de æquipollentibus idem est iudicium l. fin. ff. man. & est text. in c. si quando de Rescrip. vbi Monachus, qui à negotiatore monitus Papam non concessurum esse illi gratiam, & facultatẽ transeundi ad regulam laxiorem, nisi sciat eũ habitum dimisisse, & apostatasse, dimisit ipse eo fine tunc habitũ, & appostatauit, obtentaque gratia, iudicata fuit surreptitia, & nulla, quia licet non enarrauerit quidpiam falsum aperte, enarrauit tamẽ tacitè, quatenus significauit non dimisisse habitum eo fine, & intentione, vt impetraret gratiam; sed ob alias causas quibus multi temerè habitum dimittunt, quod erat falsum: In pręsenti ergo nostro casu, cum non taceatur verum per malitiam, si non exprimunt sciuisse se aliquando cognationem spiritualem inter illos fuisse contractam, ideo est quia cum illa sciẽtia fuerit a principio, sed nõ tpe celebrati matrimonii, nihil refert ad facilitatem vel difficultatem dispensationis illam exprimere, maximè quia concilium Tri. ses. 24. c. 5. de reformat. eos solum decernit spe dispensationis carere, qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserint, quæ verba significant scientiam cum dolo, & malitia, qualem non interuenisse in casu nostro satis patet. et ideo infra subditur, quod si

solem-

solemnitatibus adhibitis impedimētū aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tūc facilius cum eo, & gratis dispensetur: quibus verbis colligitur consumationem illiciti matrimonij, quæ ante Conc. Trid. inclinabat Papam ad faciliter dispensandum, post ipsum Concil. retrahere, & dispensationem difficillimam reddere. Cùm ergo nihil malitiosè, & fraudulenter veri tacuerint, aut falsi dixerint, ex iis, quæ mouere possent animum Papæ ad difficilius dispensandum, sequitur dispensationem esse bonam, & validam argu. c. super litteris, de Rescript. & c. Ad aures, de Præbend.

Confirmatur hæc nostra opinio, quia impetratio est facta sine fraude, & dolo, qui ad vitiandam gratiam requiritur; dato quod matrimonium initum fuerit, cum culpa non omnino excusabili: differt enim culpa a dolo, Nam dolus, scienter, & studiosè semper cōmittitur, culpa vero, aliquando ignoranter, & negligenter, vt colligitur ex D. Thom. 1. par. quęst. 48. artic. 5. Et 1. 2. quæst. 21. artic. 2. Et 2. 2. quęst. 118. art. 8. Pan. in c. 1. de commod. & c. fin. de disp. vbi concludit, quod licet dolus includat culpam; hęc tamen non includit semper dolum. Nauar. in man. conf. c. 17. nu. 117. tit. de peccatis circa depositum.

Ea autem, quæ videbantur oppositum concludere, non efficiunt, imò ex dictis facil dissoluuntur, & ad Primum Respondetur Iulianam sciuisse quidem cognationem spiritualem contrahi in sacramento confirmationis, sed ignorasse illam durasse post annum, quia ita vulgo apud fæminas simplices suæ conditionis ferebatur, vnde tempore matrimonii celebrati, non cogitauit de tali impedimento: imò nec recordatus est illius: quia omnino putabatur non impedire: quo fit vt dici non possit scienter & præsumptuosè matrimonium fuisse in gradu prohibito contractum, cum pręsumptio dicat dolum, & malitiā, quæ in dictis contrahentibus matrimonium, non fuit reperta. Stat autem aliquem scire vnum, quoad certum effectum, & nescire illud, quoad aliud; veluti supra diximus.

Ad secundum modo simili respondetur, sciebat quidem cognationem spiritualem oriri ex confirmationis sacramentò, sed ignorabat eam post transactum annum impedire, & sic verum est dicere, quod ignorans impedimentum, matrimonio est coniuncta. Et dato, quod forte illa ignorantia non excuset a culpa, quia poterat à confessore interrogare, vel ab alijs, à quibus facile de veritate fuisset instructa, non redditur propterea dispensatio subreptitia, cum in ea enarret veritatem, qualis est, se tempore contractus impedimentum ignorasse adeo, vt ignorantia talis sufficiat ad hoc quid dicatur, neque scienter neque pręsumptuosè nupsisse eo magis quod tempore matrimonii numquam sibi in memoriam venit dictum impedimētum, vt in casu ponitur.

Et sicut qui scit, vel scire debet aliquid esse malum ignorant, tamen pænam ob id impositam, si ea est extraordinaria, & exorbitans & aucta vltra naturam mali nudè considerati, non incurrit in illam, arg. c. 2. de const. li. 6. & docet inter alios Sil ver. ignorantia, §. 8. & Nau. in Man. conf. c. 27. n 174. & in coment. c. Fraternitas 12. q. 2. Ita dato quod dicti contrahentes matrimonium scire teneretur, inualidum esse in gradu prohibito, quia tamen impedimentum consanguinitatis, quanto tempore duraret, absque contempitu ignorant, ita si scirent dictum impedimentum esse perpetuum, & illius recordarentur nequaquam contraxissent, illa ignorantia sufficit, vt dispensatio obtenta sub clausula impedimenti ignorati nō dicatur subreptitia, arg c. fi. quia mat. accus. pos. Et notat Innoc. communiter receptus, in c. si vero el 2. de sen. excom. vbi qui clericum percussit ignorans illum esse clericum licet factum diuina lege sit damnabile & lethaliter percutiendo deliquerit, ab excommunicatione excusatur.

Ad

Ad id rursus quod postea quæritur, obtenta a Summo Pontifice dispensatione, quo pacto debeant contrahere.

Respondetur: Primo illos debere de nouo per verba de præsenti contrahere, nec sufficere, quod persistant, in priori contractu. Nam matrimonium, quod ob aliquod impedimentum est nullum, valere incipit, nec validum aliquo modo redditur, propter dispensationem Papę superuenientem, quamtuncunque cohabitatio, & copula subsequatur, qui Papa non potest supplere consensum iure naturę requisitum, quale est illud, quod in vero matrimonio requiritur; vt tradit Pa. & Ioan. And. in cap. ex nouo qui filii sint leg. Quare præcedens matrimonium cum non fuerit validum ob cognationẽ spiritualem, quę impedit & dirimit, necesse est vt de nouo contrahant, & ad hoc inseruit dispensatio a Papa obtenta, & secundum omnes Theologos, in 4. sen. dist. 35. & canonistas in c. 1. de eo, qui dux. in matrim.

Secundo requiritur, vt a tempore quo notitiam habuerit præfati impedimenti, statim a thoro se disiunxerint: Tum ne carnaliter vtentes incestum formaliter, & ex proposito committant; Tum ne dispensatio reddatur subreptitia illo concubitu interim quod ea petitur, per scientiam non expresso.

Tertio oportet, vt si alter impedimentum nouit, altero adhuc illud ignorante: notificetur saltem in genere ignoranti, quod ante actum matrimonium non valuit ob certum impedimentum libereq; persuadeatur ad nouum consensum pręstandum, satisque esset si ille, qui nouit impedimentum, & dispensationem alio inscio obtinuit, diceret suspicor, & conscientia me premit quod non sit maritus meus, vel vxor mea, & quod contractum inter nos matrimonium aliqua ex causa non sit validum. Te igitur oro & deprætor ad quietem meæ conscientiæ, & consolationem animi, vt si & quatenus opus fuerit voluntariè & liberè me in coniugem habeas, sicut ego te pro coniuge habere volo, & habeo, ita Caie. Tomo opusculorum Tra. q. 2. & in summa verbo Matrimonium pag. 9. Naua. in ma. conf. c. 22. num. 47. titul. de impedimento criminis.

Quarto, non est necessarium ad contrahendum de nouo, vt fiant publicæ denunciationes, adsintque Parochi, & Testium præsentia; sed antea publicè cum denunciatione sufficiente contraxerunt, satis erit nunc secretò inter seipsos nouum cõiungium nouo vtriusque consensum inire, vt fœl. record. Pius V. in sua bulla declarauit.

Quinto, in huiusmodi impedimento quamuis solus Summus Ponti. dispẽsare possit: sicut & in aliis impediẽtibus, & dirimẽtibus nihilominus tñ si impedimentũ fuerit occultũ & matrimonium sit publicum, & separatio non posset fieri absq; magno scandalo nec in Papã, aut eius legatum, seu nuncium potestatem ad dispẽsandum in tali gradu specialiter habentem accedi posset ob magnam paupertatem, vel alia legitima impedimenta, tunc & eo solo casu Episcopus posset dispensare, qua dispensatione sequuta matrimonium nouo consensu celebratum esset omnino validum, adeo sublata postea impossibilitate, eundi ad Summum Pontificem, non tenerentur iam ad illum vlterius accedere, cum verè per Episcopum sint dispensati. Vt affirmant Ang. & Sylue. verbo impedimentum.

Et Io. de Lig. ac Panor. in c. Et si. §. de accul. de iudic. Et Nau. in Manu. conf. c. 22. nu. 86. tit. quis posset dispensare &c.

CASVS III.

Augustinus voto castitatis astrictus cum egeat muliere, quæ sui, & rerum suarum domesticarum fideliter curam habeat, offertur sibi quędam in vxorem, quę & quinquagenaria, & huius voti compos, vult cum illo contrahere, ita vt domo, sed non thoro cohabitent: & suum Augustinus votum omnino seruet,

ſimili tamen caſtitatis voto, illa non vult aſtringi, idque confeſſori declarant.

Quæritur, an ſic contrahendo peccent; & nolentes deſiſtere a ſponſalibus, abſolui debeant.

NOn deſunt, qui putent, hos poſſe abſque vllo peccato, matrimonio coniungi, & ideo quamuis à ſponſalibus non deſiſtant debere abſolui. Inclinat in hanc ſententiam Angelica verbo Matrimonium, 3. §. 1. quod Calderinus in cap. Rurſus qui Cler, vel voc. à quib. non longe eſt Nauar. in man. confeſſ. c. 16. nu. 30.

Rationes quæ huic opinioni fauent ſunt hæ præcipue.

Tum quia eſſentia matrimonii conſiſtit in mutuo vtriuſque conſenſu de præſenti, quo ſe alter coniugum alteri tradit: operatio verò, ſeu vſus matrimonii, quò ad culpam eſt quod conſequens: vnde ante copulam, eſt verum, & ratum matrimonium, ac ſacramentum. gratia enim ſacramentalis tunc confertur, cum conſenſus amborum coniugum interueniunt: dicente P. Augu. in lib. de bono coniugali c. 18. in nuptiis plus valet ſanctitas ſacramenti, quam fæcunditas ventris; Et D. Chriſoſt ſuper Matth. recitaturque 2. q. cauſa 27. Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas. & contrarium fuit hæreſis Vuitcleff. vt refert Tho. Vual. Thomo. 2. de ſacr. c. 130. Cum igitur copula carnalis ſit illa, quæ aduerſatur voto caſtitatis, non autem mutuus charitatis, ſeu cohabitationis affectus, ſequitur hos volentes contrahere ea intentione cognita & expreſſa vt cohabitent, ſed non commiſceantur, nihil agere quod voto caſtitatis repugnet, ac proinde non peccare.

Tum ſecundò, quia tota ratio quare habens votum caſtitatis etiam cum animo non conſumandi matrimonium contrahendo peccaret, ea eſſet, quia ſponſam decipit, & magnum damnum ei infert, quippe quæ non ita facile nubet ob ſuſpitionem copulæ cum marito habitæ: ſed hæc omnia ceſſant in caſu propoſito, quia mulier ſcit votum, & eo animo nubere vult, vt illud a marito ſeruetur: ſciēti autem, & volenti, nulla fit iniuria. de Reg. iur. lib. 6. ergo ſic contrahentes non videntur peccare.

Tum tertio quia beata Virgo, verum matrimonium contraxit cum Ioſeph: & tamen votum virginitatis emiſerint, cuius fuerat conſcius Ioſeph: illa. n. verba dicta ad Angelum. Quomodo fiet illud, quia virum non cognoſco, apertè declarant, beatam virginem ſtatuiſſe, vtroque firmaſſe materialem concubitum effugere: vt declarat D. Thom. 3 p. q. 28. art 4. Exiſtimare autem B. Virg. in celebrando coniugio peccaſſe, hæreſis eſſet manifeſta. igitur matrimonium non repugnat voto caſtitatis, quoties animus illud conſumandi deeſt.

Tū quarto, quia ſi aliquis ea conditione contraherent, & vnus diceret alteri, contraho tecum ſi voto te prius caſtitatis ſic obſtrinxeris, vt nunquam a me debitum petas, nec illud mihi reddas, hi profecto non peccarent, quia conditionem honeſtam, & poſſibilem apponunt, matrimoniumque eſſet verum, eo quia id quod contracto matrimonio accidere poteſt, non illud vitiat, actus. n. ſubſequens & futurus, qualis eſt copula, non irritat nec inficit actum ſacramentalem præteritum matrimonialem, qui conſiſtit in mutuo conſenſu de præſenti. Sicut igitur poſſunt coniuges antequam in thoro eodem conueniant, votū caſtitatis emittere abſque vlla culpa, & permanente matrimonio in ſuo robore, ita poſſunt ante quam contrahant emittere votum de ſeruanda caſtitate, & cum propoſito, ac promiſſione illam ſeruandi, matrimonium abſque peccato celebrare. fauet huic opinioni Sco. in 4. ſen. d. 30. q. 2. & Palud. ea. diſt. 2. Tab. verbo Matrimonium 2 q. 5.

Sed his non obſtantibus contrarium nos verius eſſe aſſerimus: quod habens votum caſtitatis, contrahendo matrimonium etiam animo non conſumandi, quātuncunque vterque coniugum in tali voto conſentiat: peccatum committit mortale.

tale. ita sentit Ricar. in 4. d. 28. q. 4. art. 2. Adrian. in tract. de spon. q. 9. D. Bonau. in 4. sen. d. 28. q. vlt. & eam esse D. Tho. ca. d. ar. 4. ad 3. tenet Scot. in 3. d. 29. q. 2. art. 5. conclu. 2. d. 30. q. 1. art. 1. Syluester verbo Matrimonium 7. q. 5.

Probatur hæc sententia primo, quia votum castitatis, opponitur ex diametro matrimonio, in castitatis enim voto, includitur nunquam se polluere amplexu carnali, sed hoc contrariatur fini, & fidei matrimonii: fini, scilicet generationi, & fidei, quam cõiuges sibi inuicem dant persoluendi debitum. Nam licet de ratione matrimonij nõ sit carnalis copula: est tamen de ratione, & substantia eius, posse vti illa: sicut de definitione hominis, non est vti ratione, sed posse vti illa. Et ideo Nicol. Papę in c. suff. 27. q. 2 affirmat substantia matrimonii consistere in traditione mutua propriorum corporum, & animorum, qua, scilicet vnus alteri potestatem sui facit tam in reliquis obsequiis rei familiari annexis, quam in illo vsu, & cõmercio carnali, ad quod matrimonium ordinatur dicente D. Pau. 1. Cor. c. 7. Mulier non habet potestatem sui corporis. sed vir. ac si diceret, substantiam matrimonii in hoc consistere, vt vterque coniugum, potestatem habeat, & ius vtendi altero, ad finem generationis. igitur cum castitatis voto aduersetur matrimonium: sequitur peccare mortifere, qui astrictus tali voto, matrimonium contrahit.

Secundo, quia omnis conditio matrimonio apposita, quæ est contra substantiam eius, vitiosum & irritum illud reddit: vt habetur in c. fi. de cond. app. Nam cum vnumquodq; per suum contrarium corrumpatur, & substantia matrimonij in tribus maxime consistat, nempe in perpetuitate, generatione, & fide: ille qui sub contrariis conditionibus consentit, nequaquam matrimonialẽ consensum præstat, quo fit, vt si sic contrahat, culpam incurrat lethiferam, ob iniuriam sacramento illatam. Sed si quis contraheret sub conditione nunquam reddendum debitum, nequaquam illud esset matrimonium, & peccatum esset sic contrahere, cum per talem conditionẽ contractui appositam, non solum excludatur carnalis copula, sed etiam translatio corporum in alterius potestatem contra vinculum cõiugale: tollitur. n. per talem conditionem, tam vsus, quam potestas ad vsum: quæ essentialiter includitur in matrimonio, vt supra diximus igitur cum in voto castitatis alteri coniugi expresso, includatur dicta conditio: fitq; non aliter, ac si esset apposita: inde est, quod cum tali voto contrahens iniuriam facit sacramento, & quamuis in casu, quo votum non sit alteri sponso cognitum, nec in illud consentiat, matrimonium teneat, vt declarant doc. in 4. sent. dist. 26. si tamen vterq; in contrahendo sic conditionaliter consentiant, matrimonium nullum erit, vt declarat Sot. vbi supra.

Confirmatur, quia veluti illa conditio, si sterilitatem procuraueris, est matrimonio contraria, illudque irritum reddit, & sic contrahentes lethale crimen perpetrarent, non aliam ob causam, quã quia illa conditio est generationi, quæ possibiliter in matrimonio includitur, repugnans: pari ratione, cum hæc, si nullo nos amplexi matrimoniali coniungamur aduersetur possibilitati generationis, matrimonium nullum efficiet: includitur siquidem in natura matrimonii, vt duo sint in carne vna, non modo per affectũ amoris, quo pacto pater familiam diligit, sed per potestatẽ coniunctionis & copulæ carnalis, & ideo conditio impossibilitans virum coniugalem, seu actum copulę, tollit potestatẽ, seu facilitatem ad illũ, ac per consequens tollit matrimonium.

Præterea matrimonium quamuis non includat consensum formalem & expressum in carnalem copulam, includit tamẽ implicite, & virtualiter consensum in illam. Nã secus, germani possent inter sese connubium inire, imo pater, & filia, cum seclusa copula, reliqua omnis habitatio sit eis iure naturæ & canonico licita, sed voto castitatis contrariatur vterque consensus: habenti siquidem tale votum

tum

tum non solum illicitum est in carnalem copulam formaliter, & expresse consentire, verum & potestatem sui corporis in eum vsum alteri tradere: ponitur.n. per hanc traditionem, in alterius voluntate id facere, quod voto repugnat. igitur habens votum castitatis, si contrahit animo etiam non consumendi, contra votum emissum agit, ac proinde mortaliter delinquit.

Corroboratur nostra hæc sententia, authoritate D.Hyero. qui refertur 27. d. c. vouentib. sic.n.ait. Vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed velle, nubere, damnabile est: ac si diceret, quod non solum nubere ad vsum copulæ, sed etiam velle nubere ad traditionem corporis in illum vsum, quantumuis ipse vsus non sequatur, damnabile est illi, qui voto castitatis, seu virginitatis est astrictus.

Item D.Paul. 1. ad Tim c. 5. inquit, adolescentes viduas deuita, cum enim luxuriatę fuerint in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quo loco aperte loquitur de viduis, quę votum castitatis simplex emiserant.

Accedit, quod Bonifac. de voto c. vnico lib 6. & Alex. III. c. consuluit, & Cœlestin. ca. Rursus, qui cler. vel vouent. decernunt absolute eum, qui votum emisit, si matrimonium contrahat, peccare: illudque esse impedimentum, & si non dirimens, tamen impediens nihilque distinguunt an id fiat animo consumandi, vel secus.

Nec ea, quæ in contrarium adducebantur, sunt magni roboris, quinimo facile ex iis, quæ diximus, omnia dissoluuntur.

Ad primum admittimus, operationem seu vsum matrimonii, qui in copula carnali consistit, nō esse de essentia matrimonij: nec consensum formalem, & expressum in illam esse necessarium: nihilominus cum traditio vtriusque coniugis in vsum illum saltem possibiliter, & virtualiter, sit de essentia matrimonii, & huiusmodi traditio in ordine ad talem vsum, aduersetur voto castitatis, idcirco habens tale votum, si contrahat, etiam animo nō consumandi, peccat mortaliter, & si contrahat, etiam animo non tradendi corpus ad illum vsum, non conficit matrimonium: quia deest consensus matrimonialis, cuius proximum & formale obiectū est traditio corporis ad vsum generationis. Ad secūdum Resp. habentem votum castitatis, si vxorem ducat, nō solum peccare ob illas causas, sed etiam ob iniuriam, quam facit sacramento, quod cum consistat in consensu traditionis corporis in ordine ad copulam, ista ratione voti, non potest absque mortali culpa talem consensum præstare, quia voto castitatis excluditur non solum actualis copula, sed potestas, seu voluntas ad illam.

Ad tertium dicimus, Beatam Virg. nō habuisse votum virginitatis antequam nupsit Ioseph; sed habuit solum propositum firmum illam seruandi, quatenus Diuinæ voluntati placuisset, cui in omnibus erat subiecta. Emisit tamen votum insimul cum Ioseph post nuptias, post quas votum seruandæ castitatis, non irritat cōtractū matrimonii: vnde in c. Beata Mar. 27 q 2. D.P. Aug. non dicit Beat. Virg. vouisse virginitatem ante quam nuberet, sed quod proposuerit permanere semper in virginitate, nisi Deus aliter reuelaret. propositum autem quantumcunq; firmū & deliberatum absque promissione, non sufficit ad votum, vnde crediderim Beatam Virg. per reuelationem nupsisse Ioseph, & nequaquam habuisse expressum, & formalem in copulam: Tum quia ille ad matrimonium non requiritur. Tum quia talis expressus consensus proposito, & desiderio firmo, ac deliberato perpetuæ virginitatis interioris seu mentis derogat: Beata autem virgo fuit non modo corpore, sed mente semper virgo habuit tamen consensum explicitum, & formalem in traditione sui corporis viro ad vsum coniugalē, sed quia per Spiritū sanctū certa erat maritū nūquā exacturū debitū coniugale, imo emissurus ambo post celebratas nuptias votum, de nec petēdo, nec reddendo debitū, sed virginitatē seruandam,

maximā causant delectationem, & plurimum hominem ad venerea prouocant, et ex consequenti, & per concomitantiam interdicūtur lacticinia, & oua; quatenus sunt; ex animalibus orta carnem habentibus, vt declarat D. Thom. 1.2.q.47.147. ar.8. ita in voto de non comedendis in feria sexta, vel sabbatho ouis, contineri videtur per quandam concomitantiā abstinentia à carnibus: eo qui in illis dieb. carnes sunt ab ecclesia interdictæ, & in ipsis ouis vt ab animalibus natis virtualiter sunt ipse carnes, saltem quo ad rationem virtutis abstinētiæ quæ versatur circa delectationes ciborum, quatenus natæ sunt abstrahere hominem a bono rationis: vnde in casu proposito quādo quis est dubius de intentione qua habuit in voto facto de ouis non comedendis, tutius erit a carnibus abstinere, vt quæ virtualiter saltem in ipsa ouorum abstinentia videntur fuisse intentæ.

Confirmatur quia qui vouit, & intendit includens, vouit et ac intendit inclusum, vt qui vouit dare scutum pro eleemosina vouit etiam dare iulium, vt puta intentum in scuto. Et qui vouit ducere vxorem, intentionem virtualiter habuit generandi filios, quia hi in vsu matrimonia li quodāmodo includuntur: ita quia carnium esus includitur aliquo modo in esu ouorū, & hęc est formalis, & præcipua ratio quare in ieiuniis quadragesimalibus oua prohibetur quatenus sunt ab animalibus orta. Nam vt sic includunt virtualiter carnes, immo habent eandem quasi rationē delectabilis, & conducentiæ ad humani corporis nutrimentum, vt ex illorū commestione plus superflui vertatur in mat. riā seminis, cuius multiplicatio est maximum incitamentum luxurię, vt declarat D. Thom. 2.2.q.147.arti.8. idcirco vouens die sabathi aut fer. 6. non comedere oua, videtur in dubio vouisse pariter non comedere carnes: quia igitur in dubiis adhærēdum est semper illi parti, quæ libera est a culpa, & fugienda ea in qua periculum est peccandi lethaliter, & in voto de non comedendis ouis includi saltem virtualiter votum de non vescendis carnibus, est probabile dubium: propterea non uidetur excusandus a peccato qui dubius an si cogitasset de carnibus de illis etiam votum fecisset vel non fecisset in neutram partem se potens inclinare, illas comedit durante præfata dubitatione. Hæc est sententię Tabienæ verbum Ieiunium, q.11.

Vnde illud, quod dicitur a Syl. & aliis, posse pars tuta, tutiori relicta eligi, intelligitur in dubijs, quorum vtraque pars est æquæ probabilis, & in vtraque parte periculum æquale peccandi, vt idem Medina vbi sup. doctissime ondit. At in casu proposito, et si dubium sit æque probabile, periculum tamen peccādi est omnino dispar, & inæquale: quia in comedendis carnib. versatur periculum transgressionis voti, & in non comedēdis nullum prorsus est culpæ discrimen, vt superius fuit ostensum: Nec valet dicere, quod vouens abstinere a minus dulci, non intelligitur vouisse abstinentiam a dulciori, quia & si hoc verum sit in disparatis omnino, & quæ nullo modo ratione virtutis abstinentiæ se includunt: secus autem est in ouis, & carnibus quia licet carnes sint specifice distinctæ ab ouis: nihilominus oua ab animalibus orta habēt aliquam rationem carnis, ob quam in ieiunio prohibentur, vt satis superque declarauimus.

His omnibus explicatis facili iam negotio dissoluuntur illa quæ in initio principalis casus dubitationem efficere videbantur. Ad primam dicimus quod ille, qui vouit fer. 6. vel sabatho ieiunare cum non sit certus, quod exceperit Natiuitatis festum aduueniens in tali die, sed de exceptione, quam forsan fecisset si cogitasset sit incertus & anceps, non poterit non lethalem culpam committere, si carnes comedat: eo quod in vescendis carnib. obiicit se periculo aperto trāsgressionis voti, & si non comedat ab oī discrimine incurrē si in culpam se liberat, & in similibus id quod tutum est sequi dēt. Vltra quod fer. 6. & sabatho sunt de iure cōmuni pon-

ti-

tificio carnes prohibitur omnibus Christianis, Nec vesci possut absque dispensatione: quare, & si Summus Pontifex in d. c. fi. dispenset in festo Natiuit. Domini, quia tamen excludit eos qui voto ad ieiunandum sunt spiritualiter astricti in illis diebus, ideo non gaudēt isti hoc priuilegio, vt possint carnes comedere. Vbi enim mens legislatoris, & verba legis sunt manifesta qui cōtrarium agit culpæ fit reus arg. reg fi. de reg. iur. lib. 6. Nec gratia, seu cōcessio extenditur ad singulariter exceptos. argu. capit. constitutio, de concess. præben.

Ad alteram respōdemus, quod luctus, seu maceratio corporis & lætitia, seu refectio mentis, non sunt contraria, sed simul compatibilia iuxta illud D. Pau. cū infirmor tunc fortior sum. Et quāuis ieiunium, vt diuiditur secūdum causas a quibus homines moueri solēt ad ieiunandū, distribuatur in ieiunium luctus, i. cū amaritudine peccatorū, & odio pręsentis vitæ, & in ieiunium exultationis, quod fit in gratiarum actione, & præ gaudio beneficii a Deo accepti, vel alicuius sancti intercessione adepti ex instinctu Spir. Sancti voluntarie procedens, vt habetur a D. Tho. 2. 2 q. 147. & in 4. sen. dist. 8. q. 3. ar. 1 q. 2 Illud tamen dicitur luctus, eo quia fit ad satisfaciendum pro peccatis pręteritis, vel ad cauendum a futuris, illud appellatur exultationis, quia fit ob gratias Deo reddendas pro beneficio aliquo accepto, vel ad mentem in diuina eleuanda, & quamuis vtrunque ieiunium, siue ob has causas ieiunare sit omni tempore laudabile, vt inquit D. Hyeron. ad Lucinum, non consueuit tamen ecclesia, quæ ieiunia sua principaliter ob delicta imponere solet ad ieiunandum dieb. Dominicis, & Paschali tēpore, vt qui velit hęc festa celebrari cum iusta, ac moderata ēt corporis recreatione, & id circo qui his diebus festiuis ieiunaret ea intētione, vt ecclesię consuetudinē despiceret, vel aliquo errore, seu superstitione, non esset a crimine immunis: At vero si ieiunasset optima intentione, vt puta, ad sanitatem, vel ad studium, siue ad corporis insultus reprimendos, vel aliquo alio bono fine, laudem & meritum apud Deum assequeretur D. Thom. 2. 2. q. 147. ar. 5. Sy. verb. ieiunium. q. 1. in fi. Non negamus tamē ieiunium vigiliæ Pentecostes et quatuor Temporum infra hebdomada Penthecostes esse sub pręcepto ad castiganda delicta, quæ inter Paschalia gaudia, vel ex negligentia, vel ex immoderata licentia perpetrata sunt, vt ait Caiet. 22. vbi supra.

Ex his colliges primo in vigiliis ab ecclesia ieiunio consignatis, si occurrat festum Patroni alicuius loci, vel aliud solēnissimū festum alicuius sancti, posse Episcopum in aliū diem antecedentem trāsferre ieiunium, eo modo quo fieri solet quando festum habens vigiliam accedit in feria secūda: Non enim ieiunari solet tunc in dominica consuetudine receptissima Ecclesię, sed in sabbatho, vt dicitur extr. eo. c. 1 & c. 2. Ita etiam in Gallia cōsuetum esse refertur in illis locis in quib. sunt ecclesiæ S. Quintini cuius festū celebratur in vigilia omnium Sanctorum, & ieiunium vigilię transferri in diē præcedentem authoritate Episcopi ar. c. 2. de obser. u. ieiunij in fine, & notat Pan. in d. rubrica. Syl & alii verbo ieiunium q. 7.

Colliges secūdo quod cum ieiunia omnia sint humano iure inducta, & præcepta, possunt cōsuetudine rationabili præscripta duriora vel blandiora tam quo ad res comedendas, quam quo ad horam comedendi fieri, arg. cap. fi. de consuetu. Et quia de per se, & intrinsece solū includitur in ieiunio abstinentia a carnalibus, ideo esse non potest ieiunium cum esu carnium, secus autem cum esu ouorum, & lacticiniorum; hæc enim de iure communi non prohibentur nisi in quadragesima, c. denique 4. dist. quo fit vt in his ouis, & lacticiniis comedendis in aliis ieiuniis a quadragesima; seruanda sit cōsuetudo per quadraginta annos cōtinuata l. 2. C. quę sit longa consuetudo, & si quis illa comederet vbi talis consuetudo non est a peccato mortali non excu-

faretur nisi fortè ob impotentiã, necessitatem & maius bonum id faceret, Caiet. in summa uerbo ieiunium cap 3. Nauar. in man. conf. c. 21. de præcepto ieiunii.

Colliges tertio quod cum in pręcepto ieiunii triplex includatur negatio: scilicet non manducare carnes, non comedere nisi semel, & non comedere ante horam prandij; quæ communi consuetudine est meridies: Prima negatio habet se tanquam res præcepta, quæ cum sit negatiua obligat semper & ad semper. Vnde, sicut, quoties qs furatur, toties peccat lethaliter: ita quoties aliquis manducat carnes in die ieiunii toties mortaliter peccat: Aliæ vero negationes se habent tanquam partes præcepti, & ideo, si quis multoties in die ieiunij comedat: vel frequenter etiam ante horam prandii, non commisit nisi vnum peccatum, transgrediendo pręceptum ieiunij vt notat Caiet. 2 2. q. 147. ar. vlti.

Et hinc etiam fit quod cum hę tres negationes includantur in pręcepto ieiunii tanquam tria inter se distincta, & singulariter prohibita, dispensatus in vno non intelligitur dispensatus in alio argum. c. 6. filii: de filiis presby. vt dicitur, quod, & si professio in religione approbata tollat omnem irregularitatem, quoad ordines, non tamen quoad dignitates. Et per ea quæ notat Bal. instit. de act. & in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. vbi dicit quod mixtum non venit appellatione simplicis. Pręceptum enim ecclesiæ, quod in totum seruari non potest, seruandum tamẽ est quo ad illam partem secundum quam seruari potest, vt est tex. in c. cum dilecti. de dolo, & contu. cum glos. & doctores communiter ibi. Nauar. in Man. confes. cap. 21. nu. 22.

Illud tamen, quod ait Caiet. vbi supra dispensatum de vnica commestione esse simpliciter dispensatum ieiunio, & è contra habet solum veritatem in hoc sensu, quòd, & si millies in illo die, & quacunque hora commedat, non transgreditur præceptum ieiunii, quia dispensatus in substantiali dispensatur etiam in accidentali, sed non est verum, quod possit carnes, aut cibos vetitos manducare. cum carnium esus non sit conditio ieiunii, sed aliquid essentiale, loquendo de ieiunio noui testamenti.

Colliges quarto id quod Parochi debeant pęnitentibus consulere quos sciũt feria sexta, vel sabatho esse voto ad ieiunandum astrictos, vt quamuis solemne festum Natiuitatis Domini illo die venerit, a commedendis carnibus abstineant, & omnino ieiunent, quia illa dispensatio, quæ fit generaliter, quoad præceptũ ecclesiasticum de non commedendis carnibus in die veneris, & sabathi, non includit personas, quæ spetiali voto ieiunii sunt ex diuino pręcepto ad illud adimplendum astricti: vt superius est satis declaratum.

In Congregatione Februarii habita Anno 1583 die 23. feria 4. Tres infrascripti Casus Conscientiæ propositi fuerunt.

CASVS I.

Balthasar in Flãdriam negotiãdi causa est profectus, & ut merces suas cõmodius, ac expeditius venderet, cum his potius qui publice hęretici erant, quàm cum fidelibus Christianis societatis contractum iniuit, & transactis aliquib. annis in Angliam visendæ illius desiderio, pergit, ac vtrobique cum aliquibus, quas hæreticas esse nouerat, est meretricatus; Nunc in patrium reuersus cum suas apud eosdem infideles reliquerit pecunias, in dicto contractu societatis perseuerat.

Quæritur an incurrerit in censuram aliquam, possitque absolui si dictum contractum non rescindat.

Casus

CAsus præsens duo præsupponit, vnũ est, non solum hæreticos esse ipso facto excommunicatos excommunicatione reseruata Summo Pontifici in bulla cœnæ domini, sed etiam ipsorum receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, habetq; hæc bulla rationem publicæ sententiæ, cum singulis annis legatur, & publicetur die Iouis Hebdom. sanctæ, & ideo qui manifeste sunt hæretici, manifeste etiam sunt excommunicati: notoria siquidem hæresis reddit hominem notoriè excommunicatum, propter quod si omnes hæretici, qui quauis exteriori significatione hæresim expresserunt, nemine etiam audiente, vel vidente in excommunicationem statim incurrunt, non tamen dicentur notoriè excommunicati, nisi quando manifestum fuerit eos esse hæreticos. Alterum quod supponitur est: Ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendi consciẽtiis timoratis statutum fuisse per Mart. V. & confirmatum a Concil. Later. habito sub Leo. X. ses. 11. vt nemo post hac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo sacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa, ratione alicuius sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, aut suspẽsionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ, neque seruare interdictum ecclesiasticum si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata ac denũtiata spiritualiter, & expresse a iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem ecclesiam aut locum certum, aut certã, vel nisi adeo manifeste constet incurrisse in sententiam excommunicationis, vt nullo modo possit occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari, quia a communione hmõi, vult quod se separent iuxta canonicas constitutiones; Per hoc tamen non intendit Pontifex releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos, tenentur que proinde ipsi quamtumuis sint occulti, ad euitandum alios. His suppositis nõ caret difficultate propositus casus, si quidem incidisse Balthasarem in excommunicationem communicando negotiatione, & meretricio cum illis notoriis hæreticis, his argumentis psuaderi potest. Primò, q a cõmunicauit cũ lutheranis manifestis, & cũ his, qui se esse hæreticos publicè gloriantur, ac pro inde sunt publice p bullam cœnæ, tanquã per latam sententia excõicati, a qua excommunicatione nullo iuris remedio se possunt excusare, iam autem extrauagans illa Martini V. ad euitanda. quamuis concedat posse fideles cũ excommunicatis agere, & cõicare, quando speciatim, & nominatim non sunt denuntiati, excipit tamẽ eos, de quib. ita manifeste constat incurrisse in sentẽtiam excõicationis, vt nullo modo occultari possit. Secundo quia licèt verba illa, de notorie excommunicato, restringenda putent aliqui ad illum solum, qui est iniustus clerici notoriè percussor, vt habetur in tenore bullæ relato per Fel. Ant. & nõnullos, quia tamen illa restrictio non fuit posita, vel saltem fuit sublata in d. Conc. Later. a quo dicta bulla obtinuit vltimo vim, & apertè extenditur, & loquitur de omnib. excommunicatis manifestis, quales esse in Flandria, & Anglia hæreticos satis cõstat, idcirco non videtur ab excommunicatione, lata in participantes, & communicantes cum excõmunicatis liber Balthasar, nec proinde absoluendus, si in tali negotiatione, & commercio velit perdurare, eo maxime quòd talis negotiatio esse nequit absque fauore, & auxilio præstito.

Opposita nihilominus sententia quòd Balthasar, nullam censuram incurrerit, absoluique valeat a confessore, etiam si negotiationis contractum cum hæreticis initum in Flandria, seu alibi non rescindat, probabilior videtur.

Tũ quia verba bullæ pænalis, sunt formaliter proprie, & strictè intelligenda, vt ait gl. clem. 1. de sepult. & in cle. 3. de consan. eo quod pęnæ sunt semper restringẽdę. leg. pen. ff. de pœn. & cap. pœnæ. de pæn. distin. 1. Iam autem Balthasar non

egit cum hæretico, vt tali, sed vt homine: neq. communicauit cum eo, quatenus erat excommunicatus, sed eo respecu, quo erat in ciuitate Mercator, non igitur in eam excommunicat. incidit, quę lata est contra eos, qui hæreticis vel excom. communicant. argu. l. in delictis, §. si detract. ff. de noxa.

Et confirmatur ex eo, quia licitum est cuilibet succurrere hæretico, quamuis nō extreme egenti, quatenus vt homo illam egestatem patitur, arg. cap. pasce. 86. d. & arg. duo ista nomina 23. q. 4. ibi, quia peccator est, corripe, quia homo, miserere. Et ibi nulli homini claudenda est misericordia, sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est, quare pari ratione licitum erit Balthasari, agere & negotiari cum mercatore hęretico, non quatenus est hæreticus, sed prout mercaturam exercet, quia per hęresim & excommunicationem non desinit esse verus homo, nec perdit potestatē naturalem, & ita potest regulariter contrahere, & negotiationem exercere, vt quilibet alius, potestq. ea omnia agere, quæ iure naturali, gent. & ciuili nitūtur, arg. c. ius naturale, & c. ius gentium, 1. d. & l. 1. §. ius naturale, & l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.

Tum quia agere cum excommunicato ad vtilitatem propriam temporalem, nullum est peccatum. Vt colligitur ex gl. cap. cum desideras. de sen. excom mun. Et quā uis in Flandria sint mercatores Christiani, & fideles, quibus cum Balthasar posset negotiari: nullus tamen reperiebatur cui expeditius, & cōmodius merces vēderet quā mercatori hæretico, vt in casu proponitur, & proinde vere dici pōt nō reperisse aliū, cui pari cū vtilitate propria ageret.

Tum quia alioqui omnes ferè catholici etiam religiosi. Germanię, Anglię, Scotię, & bonæ partis Galliarum inciderent in censuram, quippe qui habent commercium cum hæreticis, quatenus sunt homines, quod tamen cōmercium vię haberi potest. quin aliquis fauor, vel auxilium præstetur, damnare autem tot viros religiosos non est rationi consonum.

Tum quia licèt in foro exteriori præsumantur fauere hęretico, quia sciens illū esse talem, negotiatur cum illo, multę tamen in hoc etiam foro sunt circūstantię, quæ excusant a tali præsumptione, vt timor, necessitas, cognatio, vel vtilitas, in pace, militia, & bello: vnde Carolus V. cuius virtutum memoria nulla vnquam delebit obliuio, & Philippus II. omnium Regum in fide tuenda, & hæreticis extirpandis vigilātissimus, qui verè catholici Regis titulū primus sibi promeruit: multos in occurrentibus bellis elegit in Duces, & milites lutheranos, eosque donis fouit, vt quos amore prosequebatur, quatenus erant homines ad pugnandum strenui, odio autem habebat pro vt hęretici fidem reliquerant. Immò quicquid sit in foro exteriori; in interiori tamē in quo ad solam rei veritatem attenditur ca. tua de sponsalibus, facile est discernere, quo animo, & fine quis agat, & fauorem præstet hæretico, vtrum sit eo respectu, quo excommunicatus & hæreticus est, vel eo quo proximus, & vnum totius ciuitatis membrum, vt habetur in d. cap. Duo ista nomina 23. q. 4.

Hæc est sententia Caiet. in summa excōmunicatione in hęreticos. c. 1. Nau. in manu. confess. ca. 27. excommun. prima. bullæ cænæ Domini num. 55. & est communis apud summistas, excommu. eo.

Nec ea, quę ad partem contrariam adducebantur, nostræ opinioni officiunt. Quia & si bulla illa. Ad Euitanda, excipiat excōmunicatos quoscunq. notorios, ita vt quo ad illos nihil valeat, sed euitari debeat, vt inquit Fe. in c. Rodolphus de rescript. & Pa. in Cle. 1. de sent. exc. supple. clericus. 3. in fi. Nihilominus tamen uel illa non est ita ample vsu recepta, sed cum limitatione ad excommun. dūtaxat ex notoria percussione clerici: vt inquit S. Ant. 3. part. tit. 25. de excommu. in fin. Vel concilium Basiliense aliqualiter dictam constitutionem alterauit, & restrinxit vt solum comprehendat eos, quos pro sacrilega manuum iniectione in clericū, sententiam latam a canone adeo noto-

tiè

riè constituerit incidisse, quod factum nō possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo iuris suffragio excusari, ita vt in concilio Constātiensi fuerit dicta constitutio extensa ad omnes notoriè excommunicatos, & postea in Basiliensi contracta ad solos notoriè percussores clericorum; vt putat Sil. ver. excommunicato. 5. no. 4. num. 5. vel multitudo hęreticorum, quę est in variis orbis partibus, quiq; cū christianis in eadem Ciuitate degunt, & publicè viuere impune permittuntur, ac necessitas communicandi, & negotiandi facit licitum id quod aliàs iure Pōtificio non liceret, iuxta illud de reg. iur. c. quod non est licit. ita Nauar. in man. confess. c. 27. num. 35.

Quamuis autem Balthasar absolui possit si dictum mercaturæ, & negotiationi contractum cum Hæretico in Flandris initium non rescindat, consulendus tamē est vt id faciat, & in eo diu non perseueret. Tum ob scandalum quod facile oriri poterit ex illa familiari cum hęreticis sodalitate. Tum ob periculū quod fortasse loquendo, & agendo cum illis incurreret de imbibendo alicuius hæresis ueneno. Tum quod meretricando cum fæminis hæreticis, non paruam videtur inferre catholicę fidei iniuriam, eo maxime quod actus ille generationis est ex sui natura ordinatus ad prolē, quæ si forte nata fuerit in eisdē enutrietur postea hæresib. in quib. mater, apud quam proles remanet.

CASVS III.

IVliana cum sciret filiam fuiße olim in confirmationis sacramento a Martino susceptam, putansq. cognationem istā non eße perpetuam, sed per annū durare, vt sibi ab aliquib. erat dictum, contraxit vidua facta in facie ecclesiæ cū dicto Martino huiusce impedimento ob tēporis diuturnitatem oblito, et iguaro: inde ad duos annos veritatis vterq; conscius, adhibito cum multis consilio dispensationem a summo Pontifice postulant allegantes impedimentū occultum esse, & ab utroq; ignoratum: eaque obtenta cōmitti ius confessori facultas, vt si ita est, eosdē absoluat, & ad contrahendum habile reddat.

Quæritur, Num hæc dispensatio sit subreptitia, & quomodo debeant de nouo contrahere.

PRima facie videtur, quod hæc dispensatio sit subreptitia, & nullius valoris. Tum quia Iuliana sciebat per confirmationis sacramentum contrahi spiritualē cognationem, & tamen in petenda dispēsatione hoc non exprimat; Iam autem dispensationem, tacita ueritate, nullā esse, habetur in c. 2. de filijs presby. li. 6. Et cā. Ad audientiam. el 2. de resc. Et docet Syl. ver. dispensatio num. 3. Tum quia verba in dispensationibus sunt strictissimè accipienda, quia omnis recessus a iure communi est odiosus, vt est text. in c. fin. de filiis presby. li. 6. Et in c. Quod dilectio. de cons. & affi. vnde colligunt Doct. dispensationem esse strictè interpretandam, maximè quando exprimuntur personæ, quare, licet ignorantia, & obliuio impedimēti se teneat ex parte Martini, non tamen ex parte Iulianæ, quæ bene recordabatur cognationis spiritualis, & sciebat hāc cōtrahi inter ipsam & tenentem filium in confirmatione quamuis falso putabat hanc non impedire matrimonium, nisi intra annum.

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, quod hæc dispensatio nequaquam sit subreptitia, sed valida, possintq. ea obtenta matrimonium contrahere. Adducor in hanc sententiam ea potissimum rōne, qd non quęlibet indifferēter taciturnitas viri reddit dispensationem subreptitiam, sed ea solum, qua taceatur, vel non exprimitur illud verum, quod iura volunt, & iubent vt exprimatur. vt decernit Rot. in Nou. decisionib. 32. de rescri. Bella. deci. 698. Fel. in cap. Postulasti col. 4. de resc Nau in man. cōf. cap. 23. num. 86. & in com. cap. si quan-

do de rescr. excep. 6. cum ergo iura de matrimonij dispẽsatione loquẽtia, nõ aliud iubeant, quam quod impedimentum vere, & in gradu, quo est, exprimatur, Et Iuliana, ac Martinus cognationem spiritualem in confirmationis sacramẽto cõtractam integre expresserint, quod autẽ ex ignorantia formaliter aut materialiter matrimonium iam inierint, non præcipitur in iure exprimi, cum talis ignorãtia, non numeretur inter impedimenta dirimentia contractum matrimonium, vel impedientia contrahendum; ideo nõ poterit dicta dispensatio appellari subreptitia.

Accedit quod nomina magis accipienda sunt formaliter, quam materialiter in gratijs, & dispensationibus Pontificiis, sed qui scit aliquam affinitatem aliquos contrahentes esse, nescit tamen illa impedire, nescit reuera impedimentum: sicut qui scit legitimum non posse ordinari: simplicitate tamen, & bona fide existimans se legitimum ordinatus est, non dicitur suspẽsus, vt ait Card. in Cle. 1. q 38. de Priuileg. Et qui sciens se non habere ætatem conuenientem ad suscipiendum ordinem aliquem sacrum, illum temerarie suscepit, sed postea confessus de illo peccato, bona fide, & simplicitate credẽs post confessionem posse exercere dictum ordinem, illum exercuit, non incurrit irregularitatem, cum huiusmodi pœnæ requirant communiter præsumptionem, quæ importat dolum, & stat aliquem scire rem, quo ad vnum effectum, & ignorare illam quo ad alium, vt docet Nau. in Man. conf. c. 25. nu. 70. & c. 27. n. 156. ita cum subreptitio in dispensatione, importet dolum, & vbi est simplicitas & bona fides, non sit dolus, & hi matrimonio per sacramẽtũ cõfirmationis contractũ inter illos cognationem spiritualem, putantes tamen eam non impedire, videtur initũ sic simplicitate, & bona fide matrimonium celebratum: nunc cognita rei veritate, & certiores facti, quod impedimentum illud est perpetuum, vere possunt dicere in impetratione dispensationis se impedimentum ignorasse, cum ignorauẽrit illam cognationem matrimonium ab eis initum impedire. Ita Pan. in c. Postulasti de Res. Ang. & Respons. verb. Rescript.

Deniq; & si duo reddant impetrationem, & Rescriptum surreptitium, nempe expressio falsi, & taciturnitas veri, in his tamen est discrimen; quia in expressione falsi quæcunque expressio mouens Principem ad dispensationem, & gratiam concedendam, efficit illam surreptitiam, & nullam. sed in taciturnitate veri, non quęcumque taciturnitas, sed duplex solum, nempe, vel illa qua tacetur verũ, quod iura pręcipiunt exprimi: vt supra diximus, vel illa, quæ ita malitiosæ tacet verum, vt æquipollenter enarretur falsum, quia de æquipollentibus idem est iudicium l. fin. ff. man. & est text. in c. si quando de Rescrip. vbi Monachus, qui à negotiatore monitus Papam non concessurum esse illi gratiam, & facultatẽ transeundi ad regulam laxiorem, nisi sciat eũ habitum dimisisse, & apostatasse, dimisit ipse eo fine tunc habitũ, & appostatauit, obtentaque gratia, iudicata fuit surreptitia, & nulla, quia licet non enarrauerit quidpiam falsum aperte, enarrauit tamẽ tacitè, quatenus significauit non dimisisse habitum eo fine, & intentione, vt impetraret gratiam; sed ob alias causas quibus multi temerè habitum dimittunt, quod erat falsum: In pręsenti ergo nostro casu, cum non taceatur verum per malitiam, si non exprimunt sciuisse se aliquando cognationem spiritualem inter illos fuisse contractam, ideo est quia cum illa sciẽtia fuerit a principio, sed nõ tpe celebrati matrimonii, nihil refert ad facilitatem vel difficultatem dispensationis illam exprimere, maximè quia concilium Tri. sess. 24. c. 5. de reformat. eos solum decernit spe dispensationis carere, qui intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserint, quæ verba significant scientiam cum dolo, & malitia, qualem non interuenisse in casu nostro satis patet. et ideo infra subditur, quod si solem-

solemnitatibus adhibitis impedimẽtũ aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tũc facilius cum eo, & gratis dispensetur: quibus verbis colligitur consumationem illiciti matrimonij, quæ ante Conc. Trid. inclinabat Papam ad faciliter dispensandum, post ipsum Concil. retrahere, & dispensationem difficillimam reddere. Cum ergo nihil malitiosè, & fraudulenter veri tacuerint, aut falsi dixerint, ex iis, quæ mouere possent animum Papæ ad difficilius dispensandum, sequitur dispensationem esse bonam, & validam argu. c. super litteris, de Rescript. & c. Ad aures, de Præbend.

Confirmatur hæc nostra opinio, quia impetratio est facta sine fraude, & dolo, qui ad vitiandam gratiam requiritur; dato quod matrimonium initum fuerit, cum culpa non omnino excusabili: differt enim culpa a dolo, Nam dolus, scienter, & studiosè semper cõmittitur, culpa vero, aliquando ignoranter, & negligenter, vt colligitur ex D. Thom. 1. par. quęst. 48. artic. 5. Et 1. 2. quæst. 21. artic. 2. Et 2. 2. quęst. 118. art. 8. Pan. in c. 1. de commod. & c. fin. de disp. vbi concludit, quod licet dolus includat culpam; hęc tamen non includit semper dolum. Nauar. in man. conf. c. 17. nu. 117. tit. de peccatis circa depositum.

Ea autem, quæ videbantur oppositum concludere, non officiunt, imò ex dictis facil dissoluuntur, & ad Primum Respondetur Iulianam sciuisse quidem cognationem spiritualem contrahi in sacramento confirmationis, sed ignorasse illam durasse post annum, quia ita vulgo apud fæminas simplices suæ conditionis ferebatur, vnde tempore matrimonii celebrati, non cogitauit de tali impedimento: imò nec recordatus est illius: quia omnino putabatur non impedire: quo fit vt dici non possit scienter & præsumptuosè matrimonium fuisse in gradu prohibito contractum, cum pręsumptio dicat dolum, & malitiã, quæ in dictis contrahentibus matrimonium, non fuit reperta. Stat autem aliquem scire vnum, quoad certum effectum, & nescire illud, quoad aliud; veluti supra diximus.

Ad secundum modo simili respondetur, sciebat quidem cognationem spiritualem oriri ex confirmationis sacramento, sed ignorabat eam post transactum annum impedire, & sic verum est dicere, quod ignorans impedimentum, matrimonio est coniuncta. Et dato, quod forte illa ignorantia non excuset a culpa, quia poterat à confessore interrogare, vel ab alijs, à quibus facile de veritate fuisset instructa, non redditur propterea dispensatio subreptitia, cum in ea enarret veritatem, qualis est, se tempore contractus impedimentum ignorasse adeo, vt ignorantia talis sufficiat ad hoc quid dicatur, neque scienter neque pręsumptuosè nupsisse eo magis quod tempore matrimonii numquam sibi in memoriam venit dictum impedimẽtum, vt in casu ponitur.

Et sicut qui scit, vel scire debet aliquid esse malum ignorant, tamen pænam ob id impositam, si ea est extraordinaria, & exorbitans & aucta vltra naturam mali nudè considerati, non incurrit in illam, arg. c. 2. de const. li. 6. & docet inter alios Sil ver. ignorantia, §. 8. & Nau. in Man. conf. c. 27. n. 274. & in coment. c. Fraternitas 12. q. 2. Ita dato quod dicti contrahentes matrimonium scire teneretur, inualidum esse in gradu prohibito, quia tamen impedimentum consanguinitatis, quanto tempore duraret, absque contemptu ignorant, ita si scirent dictum impedimentum esse perpetuum, & illius recordarentur nequaquam contraxissent, illa ignorantia sufficit, vt dispensatio obtenta sub clausula impedimenti ignorati nõ dicatur subreptitia, arg c. fi. quia mat. accus. pos. Et notat Innoc. communiter receptus, in c si vero el 2. de sen. excom. vbi qui clericum percussit ignorans illum esse clericum licet factum diuina lege sit damnabile & lethaliter percutiendo delinquerit, ab excommunicatione excusatur.

Ad

Ad id rursus quod postea quæritur, obtenta a Summo Pontifice dispensatione, quo pacto debeant contrahere.

Respondetur: Primo illos debere de nouo per verba de præsenti contrahere, nec sufficere, quod persistant, in priori contractu. Nam matrimonium, quod ob aliquod impedimentum est nullum, valere incipit, nec validum aliquo modo redditur, propter dispensationem Papę superuenientem, quamtuncunque cohabitatio, & copula subsequatur, qui Papa non potest supplere consensum iure naturę requisitum, quale est illud, quod in vero matrimonio requiritur; vt tradit Pa. & Ioan. And. in cap. ex nouo qui filii sint leg. Quare præcedens matrimonium cum non fuerit validum ob cognationē spiritualem, quę impedit & dirimit, necessè est vt de nouo contrahant, & ad hoc inseruit dispensatio a Papa obtenta, & secundum omnes Theologos, in 4. sen. dist. 35. & canonistas in c. 1. de eo, qui dux. in matrim.

Secundo requiritur, vt a tempore quo notitiam habuerit præfati impedimenti, statim a thoro se disiunxerint: Tum ne carnaliter vtentes incestum formaliter, & ex proposito committant; Tum ne dispensatio reddatur subreptitia illo concubitu interim quod ea petitur, per scientiam non expresso.

Tertio oportet, vt si alter impedimentum nouit, altero adhuc illud ignorante: notificetur saltem in genere ignoranti, quod ante actum matrimonium non valuit ob certum impedimentum libereq; persuadeatur ad nouum consensum pręstandum, satisque esset si ille, qui nouit impedimentum, & dispensationem alio inscio obtinuit, diceret suspicor, & conscientia me premit quod non sit maritus meus, vel vxor mea, & quod contractum inter nos matrimonium aliqua ex causa non sit validum. Te igitur oro & depræcor ad quietem meæ conscientiæ, & consolationem animi, vt si & quatenus opus fuerit voluntariè & liberè me in coniugem habeas, sicut ego te pro coniuge habere volo, & habeo. ita Caie. Tomo opusculorum Tra. q. 2. & in summa verbo Matrimonium pag. 9. Naua. in ma. conf. c. 22. num. 47. titul. de impedimento criminis.

Quarto, non est necessarium ad contrahendum de nouo, vt fiant publicæ denunciationes, adsintque Parochi, & Testium præsentia; sed antea publicè cum denunciatione sufficiente contraxerunt, satis erit nunc secretò inter seipsos nouum cōiungium nouo vtriusque consensum inire, vt fœl. record. Pius V. in sua bulla declarauir.

Quinto, in huiusmodi impedimento quamuis solus Summus Ponti. dispēsare possit: sicut & in aliis impedietibus, & dirimētibus nihilominus tñ si impedimentū fuerit occultū & matrimonium sit publicum, & separatio non posset fieri absq; magno scandalo nec in Papā, aut eius legatum, seu nuncium potestatem ad dispēsandum in tali gradu specialiter habentem accedi posset ob magnam paupertatem, vel alia legitima impedimenta, tunc & eo solo casu Episcopus posset dispensare, qua dispensatione sequuta matrimonium nouo consensu celebratum esset omnino validum, adeo sublata postea impossibilitate, eundi ad Summum Pontificem, non tenerentur iam ad illum vlterius accedere, cum verè per Episcopum sint dispensati. Vt affirmant Ang. & Sylue. verbo impedimentum.

Et Io. de Lig. ac Panor. in c. Et si. §. de aoul. de iudic. Et Nau. in Manu. conf. c. 22. nu. 86. tit. quis posset dispensare &c.

CASVS III.

AVgustinus voto castitatis astrictus cum egeat muliere, quæ sui, & rerum suarum domesticarum fideliter curam habeat, offertur sibi quędam in vxorem, quę & quinquagenaria, & huius voti compos, vult cum illo contrahere, ita vt domo, sed non thoro cohabitent: & suum Augustinus votum omnino seruet,

simili

ſimili tamen caſtitatis voto, illa non vult aſtringi, idque confeſſori declarant.

Quæritur, an ſic contrahendo peccent; & nolentes deſiſtere a ſponſalibus, abſolui debeant.

NOn deſunt, qui putent, hos poſſe abſque vllo peccato, matrimonio coniungi, & ideo quamuis à ſponſalibus non deſiſtant debere abſolui. Inclinat in hanc ſententiam Angelica verbo Matrimonium, 3. §. 1. quod Calderinus in cap. Rurſus qui Cler, vel voc. à quib. non longe eſt Nauar. in man. confeſſ. c. 16. nu. 30.

Rationes quæ huic opinioni fauent ſunt hæ præcipue.

Tum quia eſſentia matrimonii conſiſtit in mutuo vtriuſque conſenſu de præſenti, quo ſe alter coniugum alteri tradit: operatio verò, ſeu vſus matrimonii, quò ad culpam eſt quod conſequens: vnde ante copulam, eſt verum, & ratum matrimonium, ac ſacramentum. gratia enim ſacramentalis tunc confertur, cum conſenſus amborum coniugum interueniunt: dicente P. Augu. in lib. de bono coniugali c. 18. in nuptiis plus valet ſanctitas ſacramenti, quam fœcunditas ventris; Et D. Chriſoſt ſuper Matth. recitaturque 2. q. cauſa 27. Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas. & contrarium fuit hæreſis Vuitcleff. vt refert Tho. Vual. Thomo. 2. de ſacr. c. 130. Cum igitur copula carnalis ſit illa, quæ aduerſatur voto caſtitatis, non autem mutuus charitatis, ſeu cohabitationis affectus, ſequitur hos volentes contrahere ea intentione cognita & expreſſa vt cohabitent, ſed non commiſceantur, nihil agere quod voto caſtitatis repugnet, ac proinde non peccare.

Tum ſecundo, quia tota ratio quare habens votum caſtitatis etiam cum animo non conſumandi matrimonium contrahendo peccaret, ea eſſet, quia ſponſam decipit, & magnum damnum ei infert, quippe quæ non ita facile nubet ob ſuſpitionem copulæ cum marito habitæ: ſed hæc omnia ceſſant in caſu propoſito, quia mulier ſcit votum, & eo animo nubere vult, vt illud a marito ſeruetur: ſcienti autem, & volenti, nulla fit iniuria. de Reg. iur. lib. 6. ergo ſic contrahentes non videntur peccare.

Tum tertio quia beata Virgo, verum matrimonium contraxit cum Ioſeph: & tamen votum virginitatis emiſerint, cuius fuerat conſcius Ioſeph: illa. n. verba dicta ad Angelum. Quomodo fiet illud, quia virum non cognoſco, apertè declarant, beatam virginem ſtatuiſſe, vtroque firmaſſe materialem concubitum effugere: vt declarat D. Thom. 3 p. q. 28. art 4. Exiſtimare autem B. Virg. in celebrando coniugio peccaſſe, hæreſis eſſet manifeſta. igitur matrimonium non repugnat voto caſtitatis, quoties animus illud conſumandi deeſt.

Tū quarto, quia ſi aliquis ea conditione contraherent, & vnus diceret alteri, contraho tecum ſi voto te prius caſtitatis ſic obſtrinxeris, vt nunquam a me debitum petas, nec illud mihi reddas, hi profecto non peccarent, quia conditionem honeſtam, & poſſibilem apponunt, matrimoniumque eſſet verum, eo quia id quod contracto matrimonio accidere poteſt, non illud vitiat, actus. n. ſubſequens & futurus, qualis eſt copula, non irritat nec inficit actum ſacramentalem præteritum matrimonialem, qui conſiſtit in mutuo conſenſu de præſenti. Sicut igitur poſſunt coniuges antequam in thoro eodem conueniant, votū caſtitatis emittere abſque vlla culpa, & permanente matrimonio in ſuo robore, ita poſſunt ante quam contrahant emittere votum de ſeruanda caſtitate, & cum propoſito, ac promiſſione illam ſeruandi, matrimonium abſque peccato celebrare. fauet huic opinioni Sco. in 4. ſen. d. 30. q. 2. & Palud. ea. diſt. 2. Tab. verbo Matrimonium 2 q. 5.

Sed his non obſtantibus contrarium nos verius eſſe aſſerimus: quod habens votum caſtitatis, contrahendo matrimonium etiam animo non conſumandi, quantuncunque vterque coniugum in tali voto conſentiat: peccatum committit mortale.

tum non solum illicitum est in carnalem copulam formaliter, & expresse consentire, verum & potestatem sui corporis in eum vsum alteri tradere: ponitur.n. per hanc traditionem, in alterius voluntate id facere, quod voto repugnat. igitur habens votum castitatis, si contrahit animo etiam non consumendi, contra votum emissum agit, ac proinde mortaliter delinquit.

Corroboratur nostra hæc sententia, authoritate D.Hyero. qui refertur 27. d.c. vouentib.sic.n.ait. Vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed velle, nubere, damnabile est: ac si diceret, quod non solum nubere ad vsum copulæ, sed etiam velle nubere ad traditionem corporis in illum vsum, quantumuis ipse vsus non sequatur, damnabile est illi, qui voto castitatis, seu virginitatis est astrictus.

Item D.Paul. 1.ad Tim c.5.inquit, adolescentes viduas deuita, cum enim luxuriatę fuerint in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quo loco aperte loquitur de viduis, quę votum castitatis simplex emiserant.

Accedit, quod Bonifac. de voto c. vnico lib.6.& Alex.III.c.consuluit, & Cœlestin.ca. Rursus, qui cler. vel vouent. decernunt absolute eum, qui votum emisit, si matrimonium contrahat, peccare: Illudque esse impedimentum, & si non dirimens, tamen impediens nihilque distinguunt an id fiat animo consumandi, vel secus.

Nec ea, quæ in contrarium adducebantur, sunt magni roboris, quinimo facile ex iis, quæ diximus, omnia dissoluuntur.

Ad primum admittimus, operationem seu vsum matrimonii, qui in copula carnali consistit, nō esse de essentia matrimonij: nec consensum formalem, & expressum in illam esse necessarium: nihilominus cum traditio vtriusque coniugis in vsum illum saltem possibiliter, & virtualiter, sit de essentia matrimonii, & huiusmodi traditio in ordine ad talem vsum, aduersetur voto castitatis, idcirco habens tale votum, si contrahat, etiam animo nō consumandi, peccat mortaliter, & si contrahat, etiam animo non tradendi corpus ad illum vsum, non conficit matrimonium: quia deest consensus matrimonialis, cuius proximum & formale obiectū est traditio corporis ad vsum generationis. Ad secūdum Resp. habentem votum castitatis, si vxorem ducat, nō solum peccare ob illas causas, sed etiam ob iniuriam, quam facit sacramento, quod cum consistat in consensu traditionis corporis in ordine ad copulam, ista ratione voti, non potest absque mortali culpa talem consensum præstare, quia voto castitatis excluditur non solum actualis copula, sed potestas, seu voluntas ad illam.

Ad tertium dicimus, Beatam Virg. nō habuisse votum virginitatis antequam nupsit Ioseph; sed habuit solum propositum firmum illam seruandi, quatenus Diuinæ voluntati placuisset, cui in omnibus erat subiecta. Emisit tamen votum in simul cum Ioseph post nuptias, post quas votum seruandæ castitatis, non irritat cōtractū matrimonii: vnde in c. Beata Mar. 27 q 2. D.P. Aug. non dicit Beat. Virg. vouisse virginitatem ante quam nuberet, sed quod proposuerit permanere semper in virginitate, nisi Deus aliter reuelaret. propositum autem quantumcunq; firmū & deliberatum absque promissione, non sufficit ad votum, vnde crediderim Beatam Virg. per reuelationem nupsisse Ioseph, & nequaquam habuisse expressum, & formalem in copulam: Tum quia ille ad matrimonium non requiritur. Tum quia talis expressus consensus proposito, & desiderio firmo, ac deliberato perpetuæ virginitatis interioris seu mentis derogat: Beata autem virgo fuit non modo corpore, sed mente semper virgo habuit tamen consensum explicitum, & formalem in traditione sui corporis viro ad vsum coniugalē, sed quia per Spiritū sanctū certa erat maritū nūquā exacturū debitū coniugale, imo emissurus ambo post celebratas nuptias votum, de nec petēdo, nec reddendo debitū, sed virginitatē seruandam,

uandam, ideo per talem absolutam traditionem sui corporis viro, nihil de perpetua virginitate etiam mentis, est detractum. Sot. in 4. sen. dist. 30. q. 1. art. 2.

Ad quartum Resp. illas conditiones, cum sint substantiæ matrimonij contrariæ, illud nullum reddere, quãuis sint honestæ: Nam matrimonii coniunctio, seu contractus, non est ad cohabitandũ quocunque, & qual tercũq;, sed cum traditione corporis, & facultate vtendi illo ad generationem, quãuis postea matrimonio facto liberum sit coniugibus vti hac facultate, possintque mutuo consensu vsũ illius renunciare: quo fit vt uotum castitatis possit emitti post matrimonium contractum, post translatam, scilicet potestatem vnius in alterum, quia possunt se sua sponte priuare vsu illius, & ius suum renunciare, sed hoc votum non possunt emittere nec apponere in contractu matrimonii, quia expressio illius conditionis contrariatur pacto matrimoniali, & cõsensui coniugali. implicat siquidem velle nubere, & nolle dare coniugi facultatem sui corporis, in qua facultate, includitur virtualiter copula, saltem quo ad potentiam.

In casu igitur proposito, confessor suadebit Augustino, vt in voto castitatis permaneat, & neutiquam vxorem ducat, imo adiecta illa conditione, eademque expressa, matrimonium esse omnino inualidum, & si a contrahendo nolit desistere, absolui non posse, cum sit impotẽs, hoc est habens propositum non desistendi a peccato.

In Congregatione habita fer. 3. Die 29. Martij 1583. Tres infrascripti Casus propositi fuerunt.

CASVS I.

MAtthias votum emiserat a multis annis de non perpetrando quodam uitio sub pęna offerendi duos cæreos altari B. Virg. & cum huius voti non fuerit recordatus, durante Iubileo, quo concedebatur facultas cuiuscunque voti commutandi (religionis, & castitatis exceptis) postulat nunc a confessore, vt illud sibi commutet virtute præteriti Iubilei.

Quæritur an possit, & in quid debeat a confessore commutari.

RAtio dubitandi in præsenti casu ex multis summitur. Primo quia nõ minorem iurisdictionem postulat absolutio ab excommunicatione Sedi Apostolicæ reseruata, quam voti simplicis cõmutatio, quia illud solius est Papæ, vel eius qui potestatem ab ipso peculiariter habet, sed voti simplicis commutatio (exceptis quinque nempe religionis, castitatis, peregrinationis in Hierusalem, Cõpostellam, & Romam) spectat ad Episcopum, vel ad habentem iurisdictionem episcopalem, vt cum D. Th. asserunt omnes Theologi. 2. 2. q. 88. ar 12. & cum Innoc. omnes canonistæ in c. j. de voto.

Sed si quis absolutus per Iubileum ab omnibus reseruatis excommunicationibus postea transacto Iubileo recordatus alicuius quod sibi illo tempore confessionis non venerat in mentem, potest absolui non modo ab eodem confessore, sed etiam a quocunque alio approbato, eo quod per priorem absolutionem virtute Iubilei datam fuit omnis reseruatio a peccatis, vsque ad illud tempus commissis omnino sublata: Nec Papa illam reseruationem voluit amplius quoad penitentis illius peccata retinere, sed confessori virtute Iubilei electo commisit, qui absoluendo per potestatem Iubilei, uoluit & voluisse debuit, gratiam absolutionis ad omnia reseruata extendere, & sic dempta reseruatione remanet simplex mortale peccatum, a quo per quemlibet confessorem absolui potest, vt ait Palu. in 4. dist. 18. q. 2. Syl. conf. 1. q 4. Ang. eo. num. 12. Caie. eo. verbo. Igitur videtur, quòd a simili poterit commutari votum, cuius si pœnitens recordaretur, commutatum fuisset tempore Iubilæi.

Et corroboratur hæc eadem ratio: quia dissi-

difficilius est absoluere a reseruatis Papæ, quam commutare votum, cum illud sit in materia odiosa, hoc autem non; imò est in causa gratiosa, in qua priuilegia ampliari debent, cum ergo per Iubileum possit quis absolui non modo ab his reseruatis, quæ actu confitetur, sed ab omnibus oblitis quo ad iudicium reseruationis, vt supra diximus. sequitur posse etiã quoad commutationem votorum gratiam commutationis consequi, tam quoad vota expressa confessori, quam quoad ignorata, seu oblita.

Præterea si iste Matthias petiisset a Sũmo Pontifice authoritatem commutandi omnia sua vota facta eamq; Summus Pontifex concessisset quo ad vota emissa, sed non emittenda, nulli profectò esset dubium posse hunc, non modo intra commissionis terminum, sed semper, votum, cuius fuerat oblitus, commutare, cum intentio Summi Pontificis ea fuerit, vt cõmutare ille possit omnia vota ante dictã gratiam emissa, cum agitur illud votum, quod a memoria exciderat sit præteritũ, & vt sic sub facultate commutationis obtenta ceciderit, videtur quòd eadem gratia quantum ad commutationem perduret vsque ad tempus illud, quo durat recordatio illius voti, præteriti.

Adde quòd sicut dolus nemini prodest, ita vbi nec iste interuenit, nec culpa aliqua, iniustum videtur pęnam imponere, sed Matthias non omisit dolose commutationem voti, imo fecit quod potuit, vt sibi in mentem veniret tempore Iubilei illud votum, sed non potuit recordari. Igitur cum neque ex culpa, neque ex negligentia, sed ex pura & simplici ignorantia, seu obliuione votum, quo erat astrictus non commutauerit durante Iubileo, vt commutandi data sibi erat facultas, videtur posse adhuc per eandem transacto Iubilei termino ad ipsum votũ oblitum commutare; cum respectu talis voti concessa a Pontifice gratia non obtinuerit suum effectum, alias illa obliuio, & inculpabilis ignorantia, esset ei causa huius pœnæ; vt gaudere priuilegio vlterius non posset, & maxime cum cessante causa priuilegii, cesset illud si est dãnosum, aliter non, vt Ber. inquit. 11. q j. c. generaliter.

Deinde fauores sunt ampliandi, & priuilegia quæ non præiudicant iuri alieno sunt largissime interpretanda, c. cum dilectus. de don. ff de constit. princi. l. beneficia, cum ergo commutare posse vota, indulto Iubilei, concessum sit in fauorem pænitentis lucrantis dictum Iubileum, non videtur hęc ampla facultas limitanda, vel contrahenda ad tempus in Iubileo pręscriptum, sed etiam vltra extendenda.

His tamen non obstantibus veritas est indubitata, non posse Matthiam, dictum votum oblitum extra Iubilei tempus cõmutare, nec commutationem esse validã, dato etiam, quod eidem confessori tempore Iubilei est confessus, denuo confiteatur.

Pro cuius veritatis elucidatione prænotandum hoc vnum est, quod qui Iubileum lucratur non est ipso facto a suis votis liber, sed indiget, vt per confessorem liberetur commutatione, aut dispensatione iuxta facultatem in bulla concessam. Cum enim in nullo Iubileo Papa commutet absolute vota, aut in eis dispenset, sed solum potestatem det confessori hæc faciendi: propterea nisi a confessore & in confessionis actu, illa commutatio, & dispensatio fiat, non remanet penitens a votis emissis solutus. Maximum enim discrimen esse constat inter hoc, quod est Papa commutare authoritate sua, & ex se ipso alicuius vota, vel dare potestatem confessori illique committere, vt eadem commutet, vt declaratur in c. gratum, & c. relatum de off. dele. & cap. Si cui nulla: de præb. lib 6. in Iubileo igitur cum potestas commutandi vota committatur confessori, necessarium est, vt pænitens in cõfessionis actu petat ab ipso, vt hoc & illud votum, quo se sentit esse ligatũ, cõmutet in alia pietatis opera. Nisi enim confessarius fuerit requisitus, & vota illi sint manifesta, imo dato, quod ea nouerit & a peni-

a penitente sit requisitus si ob causam aliquam etiam iniustam, vt ex odio, vel ira, illa vota non commutet et si alias ab omnibus peccatis quamuis reseruatis absoluat, & pænitens indulg. plenariam assequatur, vota ipsa adhuc non minus quã antea in primo suo robore perseuerant, Nauar. in Man. c. 12. num. 79.

Secundo notandum est, quod & si sacerdos quicunque etiã non præsentatus, nec ad confessionem admissus, possit in articulo mortis quemcunq; & penitentem volentem ei confiteri a quocunque peccato, & excommunicatione, sedi etiã Apostolicæ reseruata, absoluere, non tamen potest, vel in illius votis dispensare vel eadem commutare: quia in Concil. Tri. sess. 14 de refor. c. 7. concedit solum & censuratũ absolutio, non aut votorum commutatio, aut dispensatio, quia Prælatis tantum conuenit ecclesiasticis, vt qui in ecclesia militãte, Dei vicem gerũt, & quod illi acceptum, gratumq; sit determinare possunt, iuxta doctr. D. Thom. 2. 2 q. 88 ar. 12. Et hinc fit, quod etiam hęc commutatio, vel dispensatio sit actus iurisdictionis ecclesiasticæ, nec pẽdeat a voluntate illius, qui vouit, sed a potestate, quę est in Prælato ecclesiastico, data sibi, vel a Christo Domine, vel Summo Pontifice possunt dicti Prælati ecclesiastici, vota subditorum commutare, & in illis dispensare sine consensu interueniente eius, qui votum emisit, adeo quod licet vouens, tempore quo cum ipso dispensatur, nolit dispensationem accipere, nihilominus dispensatus sẽper manet, vt ostẽdit D. Tho. in 4. sen. d. 38. q. 1. art. 3. Caie. Tomo 1. opusculo 11. q. 1. Syl. verb. votũ 4. q. prima Angelus verbo votum 3. §. 26. Sotus de iust. & iur. lib. 7. q. 3. art. primò. Naua. in man confes. c. 12. nu. 78.

Tertio pręsciendum est commutationem, dispensationem, & irritationem, inter se maximè differre: Nam irritatio, est votum tam quo ad obligationem, quam quo ad materiam ex beneplacito voluntatis cassum, & nullum reddere. Exempli gratia: si puer ante annos quatuordecim votum emittat, potest prohibito pater, illud irritare: ita vt iã non teneatur puer, adimplere ipsum, vel aliud loco illius. At dispensatio est sublatio voti ob id, quod causa ob quam factum est iam, tunc non videtur honesta, & decens vt cum subditus vouet & prælatus decernit, ac determinat illud votum in tali materia non esse obligatorium ex indecentia quam continet pro nunc dicta materia, vt quæ est vel inutilis, vel mala, vel impeditiua melioris boni: unde sicut irritatio non aliam requirit causam, quam voluntatem irritantis, ita dispensatio exigit semper causam. s. necessitatem aut vtilitatem dispensati, aut Reipublicę: commutatio autem, est annullatio obligationis voti in vna materia, cum ligamine, & obligatione ad alia, vel meliorem vel æque bonam. Et tunc melior requiritur, quandò sine aliqua causa ex mera voluntate est facienda commutatio: tunc vero ex igitur ęq. bona quando ex causa rationabili fit commutatio, vt declarat Caiet. 2. 2. q. 37. artic. 12. Paludanus cum aliis Theolo. in 4. sen. dist. 38. q. 4 glos. & canonistæ ca. Manifestum 33. q. 5. S. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Vnde infertur non esse verum id, quod tenuit Sotus li. 7. q. 4. art. 4. de iust. & iur. illum qui habet potestatem ad dispensandum, quod maius est, habere etiam ad commutandum, quod minus est. Nam & si hæc Soti opinio, veritatem forte habeat, quo ad illos qui authoritatem dispensandi habent iure communi, tamquam ordinariis, vt sunt Episcopi vel habentes quasi episcopalem iurisdictionem, vt Religiosorum Prælati; Nequaquam tamen est vera, quo ad illos, qui per Iubileum, seu priuilegium speciale, tanquam delegati ex commissione, cũ authoritatem habent, vt confessores à pęnitentibus electi ar. c. priuilegia 3. d. & c. sanè, & c. Porro de priuilegiis, & declarat Dec. in c. 1. de Rescrip. vbi inquit priuilegium quod operatur contra ius, esse strictè interpretandum, c. Porro, de Priu. His explicatis probatur, nõ posse Matthiã transacto Iubileo, votũ oblitũ cõmutare.

Primo.

Primo, quia potestas commissionis nõ extenditur vltra limites in ea præfixos: de offi. deleg c. 1. & c. Prudentiam. sed limites Iubilei, sunt duæ hebdomadæ, & in his inclusiuè datur authoritas confessori commutandi vota: ergo transacto tali tempore, expirat dicta facultas, nec vlterius habebit iam confessor authoritatem commutandi.

Secundo, quia ratio tota ob quam ille, qui fuit oblitus peccati reseruati, tempore iubilei non est ab eo absolutus, quia illud non fuit confessus, potest ab illo postea a quocunque confessore absolui, ea est, quoniam reseruatio, est per Papam sublata, & intentio confessoris fuit per potestatem sibi a Papa datam, omnem cõseruationem tollere, quia hæc impediebat assequutionem Iubilei, & propterea vniuersaliter absoluit ab omnibus sedi Apost. reser. Vnde si confessoris intentio limitaretur solũ ad hoc, & illud, nec vellet absoluere à reliquis, non remaneret pœnitens ab his absolutus: quia effectus commissæ authoritatis pendet ab intentione confessoris, cui est commissa cum igitur intentio confessoris in casu præsenti, non fuerit commutare alia vota pręter illa, quę sibi in confessione fuerunt proposita, & quæ actu commutauit, vt satis patet, sequitur manifestè, votum illud oblitum non posse iam extra tempus iubilei, nec ab eodem confessore, cuius commissio iam expirauit, nec ab alio, qui non habeat ad id specialẽ authoritatẽ, cõmutari.

Confirmatur hoc argumentum, quia post absolutionem a peccatis factam, virtute Iubilei, uerum est dicere, quòd iste confessus, & absolutus, non habet iam impedimentum, quo minus indulgentias lucretur, ac proinde nec habet casum reseruatum Papæ: quia excommunicatio, & reseruatio impediunt gratiam, aut quæ semper supponunt peccatum mortale, vt habetur c. Nullis, & c. Nemo 2. q. 3. sed non est verum dicere, quòd habeat votũ illud oblitum commutatum, cum votum non impediat assequutionem indulgentię, & confessor non commutauerit omnia, sed ea sola quę sibi fuerunt proposita, ergo sicut pœnitens si maneret adhuc in excommunicatione, vel in casu reseruato, à quo non esset absolutus, nõ posset trãsacto Iubileo absolui, ita manente voto incommutato, persistenteq; in sua vi, & robore, finito termino Iubilei, non poterit vlterius de nouo commutari.

Tertio, si alicui committeretur facultas cognoscendi et de finiendi in termino trium dierum controuersiam versantem inter duos, ita vt transactis illis tribus diebus expiret commissa facultas, & post iudicatam causam, finitoq; commissionis termino, alter, contra quem est data sentẽtia, vellet adducere de nouo rationem, vel scripturam aliquam, cuius fuit oblitus, & de qua si recordaretur intra terminum, obtinuisset proculdubio fauorabilem sentẽtiam: Non poterit iam Iudex commissarius, de ratione illa oblita cognoscere, nec quidpiã in causa illa agere, arg. de off. dele. c. de causis. Ergo a simili, cum à Sum. Pont. cõmissa sit potestas confessori, ut intra terminũ Iubilei commutet pęnitentiũ vota, sequitur expirato Iubilei tpe, nõ posse vlterius cõfessorem oblita vota cõmutare: quæ tamen posset, durante sua cõmissione permutare, & cõmutare arg. c. in literis. de offi. deleg. vbi dr̃ quòd ex quo iudex delegatus p se, vel per aliũ, sententia executioni mandauit, vel mandari pcipit, eius authoritas, et iurisdõ cessat, quia semel est officio suo functus. Tandẽ commutatio requirit notitiã voti; nullus.n. cõmutat id, qđ omnino ignorat: quia non põt quis discernere an res commutanda æquiualeat cõmutatę si illius cognitionẽ non hẽt, sed confesso, durãte tpe iurisdictionis datæ sibi p Iubileũ, nullã penitus habuit notitiã de voto à Matthia facto: non igitur, aut actu, aut virtute tale votũ intẽdit cõmutare & pinde neq; poterit trãsacto iubileo cõmutationẽ facere, q̃a si id posset, eo esset, q̃a virtualiter saltẽ illud cõmutauit tpe Iubilei: sed vbi defuit intẽtio cõmutandi, deest et virtualis cõmutatio, quare dicendũ est, nec eundẽ confessorẽ, nec alium, nisi

de nouo facultate ad id habeat, posse voti illius obliti comutationem facere.

Crediderim tamen si pœnitens a confessore petat, vt omnia eius vota commutet, de quorum numero non recordatur expresse, recordatur tamen illa esse talis & talis obiecti: & confessor dicat pro omnibus tuis votis facies hoc, & illud, valida erit commutatio, nec pœnitens recordatus postea expressè, et distinctè de numero votorum, indigebit alia commutatione: exem. g. erat Matthias infirmitate graui oppressus, multaq. emisit tunc vota de visitandis pluribus SS. ecclesiis, & nunc ad pristinam sanitatem reuocatus, non habet in memoria ecclesias, nec numerum earum, vultq. per Iubileum commutare hæc vota, quę sic confusè & adunatim exponit sacerdoti, vt qui de singulis expresè & distinctè non est memor: poterit tunc confessor facultate Iubilei vota illa commutare, quę illi sunt cognita quo ad obiectum, quamuis non sint expressa, nec satis cognita quo ad numerũ: valebitq; adeò dicta commutatio, vt non indigeat pænitens, etiam si postea extra Iubilei tempus numerus votorum expressè, & distinctè in memoriam redeat, aliã petere commutationem; sed omnia quãuis oblita illius tamen obiecti: sunt virtute Iubilei permutata, eo quia confessoris intentio fuit, omnia illius generis & obiecti commutare, vt sic quamuis actualiter feratur ad expressa, virtualiter tamen feratur etiam ad oblita: cum hæc & illa differant solum numero, sed non obiecto & tã voluntas pœnitentis, quàm confitentis, fuit omnium illius speciei, & obiecti cõmutationem facere.

Ea vero, quę initio positi casus dubia videbantur, facili negotio dissoluuntur. Nam dispar est ratio in absolutione a casibus reseruatis & in commutatione, seu permutatione votorum; eo quia casus reseruatus, est impediens gratiam, & indulgentiarum assequutionem, & ideo quia confessoris intentio est absoluere pœnitentem ab omni impedimento gratiæ, & habilem illum reddere ad indulgentias Iubilei: Hinc est: quod ipsum absoluit ab omni excommunicatione, & reseruatione, qua erat ad illud vsque tempus constrictus, & ligatus.

Immo quia reseruare casum aliquem non est aliud, quam potestatem illum absoluendi sibi retinere, nec aliis communicare: hinc fit, quod eo ipso quod Papa dat authoritatem per Iubileum confessori, vt ab omnibus eidem reseruatis absoluat, iam reseruationẽ ab illis peccatis tollit, & facultatem absoluendi electo confessori committit, ac propterea confessor absoluens ab omnibus, tollit ligamen excommunicationis, & reseruationis actualiter confessis, & virtualiter ab oblitis, quę si postmodum in memoriam redeũt, tenetur quidem pænitens ad eadem confitenda, vt sacramentalem absolutionem accipiat. quoniam per contritionem condonata fuerunt quatenus includebat propositum illa confitendi cum in recordationem venissent. sed vota emissa, quia non contrariantur gratiæ, nec reddunt pænitentem inhabilem ad consequendũ Iubileum, idcirco confessor commutans ea quę sibi exprimuntur, non intendit cõmutare illa quorum non est cõscius. Nec Papa dans facultatem confessori ad commutandum, intelligitur commutasse statim, sed committit ad cõfessori, qui rationabiliter mandatum exequatur, & cã cognita commissionẽ exerceat: quare oblitum votum cũ non cognouerit, ac proinde, nec actu, nec virtute illud cõmutauerit, in suo permanet robore.

Ad primum igitur patet iam ex dictis solutio. Non. n. valet argumentum a casibus reseruatis ad vota; inter quæ tam ad assequutionem Iubilei, quam quo ad intentionem confessoris & Papę, dispar maxime est rõ, Reseruatio. n. casus impedit absolutionem a tali casu, ac proinde gratiam sacramentalem, & assequutionem Iubilei præcipientis confessionem & ex consequenti absolutionem ab omnibus peccatis: sed votum, nec contrariatur gratiæ, nec Iubileo, item Papa in gratiam pœnitentis volentis lucra Iubileum, & confitentis

fitentis sacraliter, tollit reseruationem a peccatis suis ita vt verum sit dicere, quod nullum illius pœnitẽtis, & confessi peccatorum est, cuius reseruationem sibi iam reseruet Papa, sed absolutè, & plenè datur potestas confessori absoluendi ab omnibus: sed non sic de votis, non. n. eorum obligationem Papa per Iubileum tollit; Neque hanc in aliam commutat: sed cõmittit id confessario, qui potestate delegata commutet, quæ commutatio cum requirat, tum cognitionem rei, in quam p̃mutatur, tum rei permutatæ notitiam, non extenditur ad vota oblita, & confessario incognita.

Ad confirmationem dicimus, id non p̃uenire ex difficultate, sed ea limitata cõmissione quæ datur confessori intra tempus Iubilei, & quia reseruatio per Iubileum tollitur a Papa, sed per ipsum non fit voti commutatio, vt supra diximus.

Ad aliud respondetur, disparem esse gratiam, qua Papa a se ipso commutat vota, potestate sua ordinaria, & qua committit confessori commutanda, quæ est potestas delegata: Nam in primo casu intentio Papæ si extendatur ad oĩa tam expressa, quam exprimenda, erunt etiam oblita commutata: sed in secundo casu, cum cõmissio data cõfessori sit limitata, tam quo ad tempus. s. intra terminũ Iubilei, quàm quo ad modum, vt scilicet confesso permutentur, non extenditur confessoris intentio & authoritas, nisi ad ea, quæ confessus intra dictum tempus exprimit, & confessor commutat.

Ad tertium dicitur quod Matthias ob talem ignorantiam non incurrit nouam pœnam: sed quia Iubilæum expirauit & tempus commissionis est finitum, manet in eadem obligationi voti, in qua prius erat: adeò quod ex obligatione illa, non incurrit pœnitens aliquam pœnam, sed quia in confessore cessauit & expirauit commissio, & authoritas commutandi, ideo ex defectu potestatis ipsius confessoris oritur, quod non possit fieri, commutatio.

Ad vltimum dicitur primo, quod priuilegium contrarium iuri cõmuni debet strictè interpretari, ut minus derogetur iuri communi, quam sit possibile, ut notant Iurisperiti in c. cum dilectus, de donat. & c. cum dilectus, de consue. & c. Priuilegia, d. 2. iam autem confessorem quẽlibet posse commutare vota aduersatur iuri communi c. 1. de voto & voti redemptione; Respondetur etiam quod quando Priuilegium habet tempus annexum, quo duret, non extenditur vltra illud, & standum est determinato tempori, C. de preci. impe. offe. l quoties. Et cum hoc priuilegium de commutandi votis arctetur ad dies Iubilei, nequit extra illos protẽdi.

Aduertendum est tamen pro maiori huius casus elucidatione, quod votum emissum a Matthia de non perpetrando quodam vitio, est adeo obligatorium, vt si illud transgrediatur, nõn satis sit vitium, et peccatum ipsum confiteri, sed necessario debeat circunstantiam voti explicare. Nam licet materia propria voti, sit opera consilii, ad quæ aliàs homo non tenebatur subesse, possunt tamen voueri tanquã materia apta, ea etiã, quæ sunt præcepti, vt docet D. Tho. 2. 2. q 88. art 2 & Caiet. ibi. S. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 1. vnde si quis vouit non fornicari, vel non adulterare, duplici vinculo ad hoc astringitur altero castitatis, ratione præcepti, altero religionis, rationi voti, qua propter vtrũque tenetur in confessione explicare, cũ sit circunstantia trahens fornicationem a specie castitatis ad speciem religionis contra quod male sentit Tabiena, verbo votum 1. q. 2. & nonnulli alii, vt refertur Nauar. in man. confess. c. 12. nu. 25. & 34.

Quod si quæratur a quo possit, & debeat hoc votum commutari siue dispensari. Respondetur, quod ab Episcopo vel habente ad id iurisdictionem, vt supra diximus. Nam licet Prælatus Ecclesiasticus nequeat tollere obligationem, qua subditus ad illud vitium non committendũ diuina lege restringitur, eam tamen obligationem nouam, quam per votum factum adiecit, tollere & commutare potest, quia cum neque vouentis prudenti

de nouo facultate ad id habeat, posse voti illius obliti comutationem facere.

Crediderim tamen si pœnitens a confessore petat, vt omnia eius vota commu tet, de quorum numero non recordatur expresse, recordatur tamen illa esse talis & talis obiecti: & confessor dicat pro omnibus tuis votis facies hoc, & illud, valida erit commutatio, nec pœnitens recordatus postea expresse, et distinctè de numero votorum, indigebit alia commutatione: exem. g. erat Matthias infirmitate graui oppressus, multaq. emisit tunc vota de visitandis pluribus SS. ecclesiis, & nunc ad pristinam sanitatem reuocatus, non habet in memoria ecclesias, nec numerum earum, vultq. per Iubileum commutare hæc vota, quę sic confuse & adunatim exponit sacerdoti, vt qui de singulis expresse & distinctè non est memor: poterit tunc confessor facultate Iubilei vota illa commutare, quę illi sunt cognita quo ad obiectum, quamuis non sint expressa, nec satis cognita quo ad numerũ: valebitq; adeò dicta commutatio, vt non indigeat pœnitens, etiam si postea extra Iubilei tempus numerus votorum expressè, & distinctè in memoriam redeat, aliã petere commutationem; sed omnia quãuis oblita illius tamen obiecti: sunt virtute Iubilei permutata, eo quia confessoris intentio fuit, omnia illius generis & obiecti commutare, vt sic quamuis actualiter feratur ad expressa, virtualiter tamen feratur etiam ad oblita: cum hæc & illa differant solum numero, sed non obiecto & tã voluntas pœnitentis, quàm confitentis, fuit omnium illius speciei, & obiecti cõmutationem facere.

Ea vero, quę initio positi casus dubia videbantur, facili negotio dissoluuntur. Nam dispar est ratio in absolutione a casibus reseruatis & in commutatione, seu permutatione votorum; eo quia casus reseruatus, est impediens gratiam, & indulgentiarum assequutionem, & ideo quia confessoris intentio est absoluere pœnitentem ab omni impedimento gratiæ, & habilem illum reddere ad indulgentias Iubilei: Hinc est: quod ipsum absoluit ab omni excommunicatione, & reseruatione, qua erat ad illud vsque tempus constrictus, & ligatus.

Immo quia reseruare casum aliquem non est aliud, quam potestatem illum absoluendi sibi retinere, nec aliis communicare: hinc fit, quod eo ipso quod Papa dat authoritatem per Iubileum confessori, vt ab omnibus eidem reseruatis absoluat, iam reseruationẽ ab illis peccatis tollit, & facultatem absoluendi electo confessori committit, ac propterea confessor absoluens ab omnibus, tollit ligamen excommunicationis, & reseruationis actualiter confessis, & virtualiter ab oblitis, quę si post modum in memoriam redeũt, tenetur quidem pœnitens ad eadem confitenda, vt sacramentalem absolutionem accipiat. quoniam per contritionem condonata fuerunt quatenus includebat propositum illa confitendi cum in recordationem venissent. sed vota emissa, quia non contrariantur gratiæ, nec reddunt pœnitentem inhabilem ad consequendũ Iubileum, idcirco confessor commutans ea quę sibi exprimuntur, non intendit cõmutare illa quorum non est cõscius. Nec Papa dans facultatem confessori ad commutandum, intelligitur commutasse statim, sed committit ad cõfessori, qui rationabiliter mandatum exequatur, & cã cognita commissionẽ exerceat: quare oblitum votum cũ non cognouerit, ac proinde, nec actu, nec virtute illud cõmutauerit, in suo permanet robore.

Ad primum igitur patet iam ex dictis solutio. Non. n. valet argumentum a casibus reseruatis ad vota; inter quæ tam ad assequutionem Iubilei, quam quo ad intentionem confessoris & Papę, dispar maxime est rõ, Reseruatio. n. casus impedit absolutionem a tali casu, ac proinde gratiam sacramentalem, & assequutionem Iubilei præcipientis confessionem & ex consequenti absolutionem ab omnibus peccatis: sed votum, nec contrariatur gratiæ, nec Iubileo, item Papa in gratiam pœnitentis volentis lucra Iubileum, & confitentis

fitentis facraliter, tollit referuationem a peccatis fuis ita vt verum fit dicere, quod nullum illius pœnitētis, & confeffi peccatum eft, cuius referuationem fibi iam referuet Papa, fed abfolutè, & plenè datur poteftas confeffori abfoluendi ab omnibus: fed non fic de votis, non. n. eorum obligationem Papa per Iubileum tollit; Neque hanc in aliam commutat: fed cōmittit id confeffario, qui poteftate delegata commutet, quæ commutatio cum requirat, tum cognitionem rei, in quam ꝑmutatur, tum rei permutatæ notitiam, non extenditur ad vota oblita, & confeffario incognita.

Ad confirmationem dicimus, id non ꝓuenire ex difficultate, fed ea limitata cōmiffione quæ datur confeffori intra tempus Iubilei, & quia referuatio per Iubileum tollitur a Papa, fed per ipfum non fit voti commutatio, vt fupra diximus.

Ad aliud refpondetur, difparem effe gratiam, qua Papa a fe ipfo commutat vota, poteftate fua ordinaria, & qua committit confeffori commutanda, quæ eft poteftas delegata: Nam in primo cafu intentio Papæ fi extendatur ad oĩa tam expreffa, quam exprimenda, erunt etiam oblita commutata: fed in fecundo cafu, cum cōmiffio data cōfeffori fit limitata, tam quo ad tempus. f. intra terminū Iubilei, quàm quo ad modum, vt fcilicet confeffo permutentur, non extenditur confefforis intentio & authoritas, nifi ad ea, quæ confeffus intra dictum tempus exprimit, & confeffor commutat.

Ad tertium dicitur quod Matthias ob talem ignorantiam non incurrit nouam pœnam: fed quia Iubileum expirauit & tempus commiffionis eft finitum, manet in eadem obligationi voti, in qua prius erat: adeò quod ex obligatione illa, non incurrit pænitens aliquam pænam, fed quia in confeffore ceffauit & expirauit commiffio, & authoritas commutandi, ideo ex defectu poteftatis ipfius confefforis oritur, quod non poffit fieri, commutatio.

Ad vltimum dicitur primo, quod priuilegium contrarium iuri cōmuni debet ftrictè interpretari, ut minus derogetur iuri communi, quam fit poffibile, ut notant Iurifperiti in c. cum dilectus, de donat. & c. cum dilectus, de confue. & c. Priuilegia, d. 2. iam autem confefforem quēlibet poffe commutare vota aduerfatur iuri communi c. 1. de voto & voti redemptione; Refpondetur etiam quod quando Priuilegium habet tempus annexum, quo duret, non extenditur vltra illud, & ftandum eft determinato tempori, C. de preci. impe. offe. l quoties. Et cum hoc priuilegium de commutandi votis arctetur ad dies Iubilei, nequit extra illos procēdi.

Aduertendum eft tamen pro maiori huius cafus elucidatione, quod votum emiffum a Matthia de non perpetrando quodam vitio, eft adeo obligatorium, vt fi illud tranfgrediatur, non fatis fit vitium, et peccatum ipfum confiteri, fed neceffario debeat circunftantiam voti explicare. Nam licet materia propria voti, fit opera confilii, ad quæ aliàs homo non tenebatur fubeffe, poffunt tamen voueri tanquā materia apta, ea etiā, quæ funt præcepti, vt docet D. Tho. 2. 2. q 88. art 2 & Caiet. ibi. S. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 1. vnde fi quis vouit non fornicari, vel non adulterare, duplici vinculo ad hoc aftringitur altero caftitatis, ratione præcepti, altero religionis, rationi voti, qua propter vtrūque tenetur in confeffione explicare, cū fit circunftantia trahens fornicationem a fpecie caftitatis ad fpeciem religionis contra quod male fentit Tabiena, verbo votum 1. q. 2. & nonnulli alii, vt refertur Nauar. in man. confeff. c. 12. nu. 25. & 34.

Quod fi quæratur a quo poffit, & debeat hoc votum commutari fiue difpenfari. Refpondetur, quod ab Epifcopo vel habente ad id iurifdictionem, vt fupra diximus. Nam licet Prælatus Ecclefiafticus nequeat tollere obligationem, qua fubditus ad illud vitium non committendū diuina lege reftringitur, eam tamen obligationem nouam, quam per votum factum adiecit, tollere & commutare poteft, quia cum neque vouentis prudenti

tanta semper sit, vt votum matura consultatione suscipiat, & res etiam humanæ quotidie subinde mutentur, adeo vt necessum sit id, quod quis vouit, retractari, cuius retractationis ipse vouens non potest esse competens iudex, cum hęc sit causa sua propria, idcirco oportuit in Ecclesia esse aliquos qui vices Dei gererent, & votum quod factum est Deo, aut commutarent in melius, aut ob causam ad tempus, vel in perpetuum tollerent, vt si materia est inutilis, seu mala, vel impeditiua melioris boni: aut denique absque vlla causa prohibito irritarent & annullarent, vt quia voti obligatio non erat absoluta, & firma, sed pendens ab alterius voluntate, vt subditi votum respectu Prę lati, & vxoris respectu mariti, & filii respectu patris & serui respectu Domini. D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 10. Sot. de iust. & iur. lib. 7. q. 4 ar. 5.

CASVS II.

LVcas filium ex illegitimo thoro sibi natum, imperiali & Pontificia authoritate legitimari, & ad omnia legitimorum iura reduci amplissimè fecit, absque tamen præiuditio cuiusuis fideicommissi, & substitutionis, ac eis vocatorum. Postea adueniente morte, hæredem illū in omnibus suis bonis reliquit, prohibens expresse testamento, detractionem legitimæ, ac Trebellianæ, vt qui velit dicta omnia bona esse fidei commissa, & in illa succedere semper masculos suæ familiæ, quos nominat vsque in infinitum: nunc uero defuncto filio Flandriæ in bello ab intestato, & sine liberis succedenteque Antonio in dictis bonis, mater. vt dictis legitimati hęres, postulat sibi dari legitimam, vt cuius detractio non poterat a testatore prohiberi.

Quæritur, num Antonius teneatur in conscientia, dare legitimam prædictæ matri, & si nolit, absolui debeat.

DIfficultas in præsenti casu ex duobus pendet. Primum est quod si filius sponte renuntiet suæ legitimæ valere videtur in conscientia talis renunciatio; quando per renuntiationē talem magis multo acquirat, quam perdat, vt est in casu pręsenti, in quo filius naturalis legitimatus, renuntiando ius quod habet in legitima, fit hæres omnium bonorum patris. Et si etiam Pupillus non possit alienare, nec iuri suo renuntiare. ff. de acqui. re. do. l. Pupillus. videtur tamē id posse ob causam sibi vtiliorem, & magis proficuam. argum. l. Multi de liber. & Posth. vbi institutionis omissio in fauorem filii facta valere dicitur, & hoc ob voluntatem ipsius filij rationabiliter præsumptam.

Secundum est, quia in c. si pater de testamentis, & vltimis voluntatibus, iste casus videtur omnino decisus, ibi enim post alia hęc habentur verba. Licet autem filius testamento suo matrem portione iure naturæ debita priuare non possit, pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, pōt. Nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, vel paterni pars potius est censendum: hæc ibi. Agebatur siquidē in illo textu penes Papam Bonif. VIII. de quodam testamento, in quo pater, filia in certa bonorū parte hærede constituta; & filio in reliquis omnibus bonis & matre vsufructuaria, hoc adiecit, vt filia decedēte absq; liberis moreretur filio, & hoc decente moreretur filiæ; vtroq; vero absq; liberis decedente, moreretur loco pio: Vnde decedentibus filiis his mater cum procuratore loci pii contēdebat de hæreditate, quo ad partem legitimæ filiis iure naturę debitæ. Et decisa est controuersia per Pontificem quod illius legitimæ filijs aliàs debitæ, non erat mater hæres.

Confirmatur, quia & si filius absque liberis vel ab intestato moriens non possit priuare matrem iure hæredis, quod habet in legitima eidem filio naturaliter debita, C. ad Tertul. l. matri. & leg. vlt. & Auth. in testamento pater tamē pōt testō suo

suo succedentibus filiis absque liberis priuare matrem, ne sit hæres talis legitimę, vt notat gl. in dicto c. si pater. §. Non possit. Et videtur expresse colligi, ff. de inof. test. l. Papinianus, §. 1. vbi dicitur, quòd mater non impugnat testamẽtum, quod pater filio fecit quærela inofficiosi.

Vera tamen huius casus decisio est teneri Antonium hæredem fideicommissi in conscientia dare prædictæ matri, & si nolit, non posse absolui, vt qui alienum retinet inuito Domino.

Pro cuius veritatis clariori euidentia est in primis aduertendũ, quod legitimare non est aliud quam habilitando de illegitimo legitimũ ex gratia facere, vnde legitimatio est habilitatio illegitimi ad actus legitimos, ad quos ex illegitimitate erat inhabilis, potestque dici vere legitimum & naturalis, quoad illa, ad quæ legitimatur, si fiat ad instantiam patris, & eo viuente, tunc enim per patrem est filius restitutus ad primæua naturæ iura, & dicitur in quacunque lege, vel statuto vel qualibet alia dispõne, de filiis legitimis, & naturalibus disponente, comprehendi tradunt iuris periti in l. Ex facto. §: si quis rogatus, ff. ad Treb. & per Barb. latissime in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. col. 99.

Inualida tamẽ in foro Dei, & ciuili, erit illa legitimatio filii illegitimi, in qua principi legitimanti non exprimitur nec intentio fit legitimorũ filiorum, & naturalium, quos pater habet per tex. in Auth. quibus modis nat. effic. leg. §. si vero. Et probat latè And. Tiraq. in l. si vnquam. C de reuo. don. verbo, donatione largitus nu. 258. Præpo. in c. Per venerabilem, §. quod autem col. 15. vers. aduerte nunc ad solemnitatem: qui filii sint legitimi. Et hoc in eo tantum casu in quo legitimatio fieret ad consequenda iura omnia filii legitimi, & naturalis, & ad hoc, vt simul legitimatus cum legitimis, & naturalibus patri succedat: Nam cum in hoc casu legitimis, & naturalibus portio legitima diminuatur, vt quæ in plures sit diuidenda maiorque proinde illis læsio contingat quando maior est filiorum numerus, in quos hæreditas sit diuidenda, proinde æqua dictat ratio, ut hoc principi legitimãti, antequam illegitimo gratiam faciat, manifestetur, cum non facile pręsumatur quælibet velle fauere alicui, cum damno & præiudicio notabili aliorum, vt not. Coua. l. primo variarũ resolutionũ, c. 20. in fi. Supponendũ est deinde, quod pater iure naturæ, cum teneatur alere filios, quos genuit, idcirco ea pars, quæ alendo Filio est conueniens, appellantur legitima portio: cuius quantitas diuersis in regnis diuersimode per legem taxatur: nulla tamen lege vel cõsuetudine potest in totum tolli, cum in iis, quæ sunt naturalis iuris nequeat humana ptãs contra disponere, & sicut a natura dependet generatio filiorum, ita & eorundem alimentatio, & hoc non solum viuente patre, sed etiam post eius mortem, si bona habent, quibus ali possint, vt innuitur in Auth. de tri. & sem. §. j. ad fi. & §. prohibemus ãt. ibi. si vult filiorum ore. Pro quo etiam facit inst. de iu. na. §. j ff. de pac. l. ius agnationis. Hinc fit, vt in hac licentia non succedant filii exui testĩ, quasi quod pendeat a voluntate patris, nec ex vi alicuius legis humanæ, sed a iure ipso naturali, ac proinde nullum huic licentiæ portioni, grauamen imponi potest, per legata aut fideicommissa, sed per debita tantum. Nõ potest etiam illi imponi dilatio, vel cõditio, aut modus, & si apponantur, habẽtur pro non adiectis, C. de inof. testa. l. oĩ mõ. Sunt ẽt aliæ duæ ltiæ portiones in iure, quarũ una appellatur falcidia, a Falcidio authore, q̃ est solum debita iure instõnis, & est quarta pars totius hæreditatis, q̃ institutus hæres retinet, & detrahit sibi de singulis legatis, q̃ non fiunt ad pias cãs, adeo q; si hr̃ditas filio relicta est honorata, & exhausta legatis paternis: tũc filius, vel alius institutus hęres põt detrahere de quocunq. legato pro rata tm̃, quantũ sufficit ad quartam habendã c. Raynal. de test. Auth. similiter C. ad leg. falç. Insti. eod. i. responso. Et quamuis in legatis ad pias causas nõ detrahat Falcidia, si tñ ec-

clesia, vel alius pius locus instituereturhæres, tunc detraheret falcidiam de legatis factis alteri ecclesiæ, vel aliis piis locis, quia concurrentib. ex vtraque parte priuilegiis, intelligere est iure communi l. Assiduis. C. qui pot. in pig. ha. Cessare etiam falcidiam, quando testator sciens quantitatem patrimonii sui, expresse illam prohibuit, vel si relictus hęres non fecit inuentarium tempore, & modis a iure statutis, vel si intra annum non est exequutus voluntatem testatoris, vel quando ipse testator vult, vt bona relicta non possint alienari, sed remaneant semper apud successores, docent iuris periti, in d. c. Raynutius, de testa. Tabie. verbo legitima portio, q. 2. Sylu. & alii eodem.

Tertia legitima portio dicitur Trebellianica, a Trebellio authore, & debetur et iure institutionis, estque pars quarta totius hæreditatis, vt cum aliquis institutus heres, vtiliter, vel in quota hęreditatis, rogatur, vt alteri restituat hęreditatem sine liberis moriendo: potest enim tunc sic hæres institutus retinere quartā partem totius hęreditatis Insti. de fideicom. hered. §. Sed quia, & C. ad Treb. per totum. Et in hac Trebel. computentur legata, & locationes, ac omnia quæ perueniunt hęredi ex restitutio: Scilicet iure legati, vel donationis: alia vero venientia extra testamētū non computantur. At in falcidia non computantur hęredi nisi ea, quæ obueniunt illi iure institutionis, nō autem legata, vel alio titulo prouenientia. In legitima vero, computantur non solum ea, quæ proueniunt ex restitutio quocunque titulo, sed etiam vndecunq; sint profecta a defuncto, dummodo non sint donata simpliciter viuente patre filio emancipato, vel benemerito, non ob causam dotis, sed mere libere, donatione valida, cessat autem Trebellia. vel in legatis ad pias causas, vel si testator prohibuit, vel si substitutio auenescit, vt quia ingreditur Religionem ille, qui rogatur, vt si decedat sine liberis, vel si vxorem non ducat hęreditatem alteri restituat Tab. Sylue. & alii, vbi supra Pan. in cap. Rayn. de retract. His sic declaratis, probatur quod mater debeat in conscientia habere legitimam filiis, qui ab intest. est mortuus, non obstante dicto testamento patris. Tū quia ius positiuum nequit derogare iuri naturæ, vt satis patet. ca. sunt quædam, 25. q. 1. l. id quod nostrum, ff. de reg. iu. legitima autem portio est debita filio iure naturæ. §. cum itaque, de hæred. & fal. l. fi. §. omnia igitur C. de adop. Testamentum vero habet vim iuris positiui, vt quod pendet a voluntate testatoris. Potuit igitur filius præcipue legitimatus nō obstante paterna patris testantis prohibitione detrahere legitimam portionem de fideicommisso ac de ea libere disponere, vnde cum filius ab intestato decesserit, proculdubio censetur saltem tacitè voluisse illam suam legitimam deuenire ad hæredem suum proprium, sed mater est iure naturæ hęreres filij mortui ab intestato post patris mortem, vt quę est propinquior illi, quam collaterales consanguinei: Ac veluti parentes tenetur filijs alimenta debita pręstare, quæ legitima portio post illorum mortem dicitur, c. ius naturale, j. d. & l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iur. Ita viceuersa ipsi filij tenentur parentibus alimentorum portionem aliquam dare, iuxta tex. in l. Nam & si parentibus, ff. de inof. testa.

Confirmatur, quia per rubricam de successione ab intestato ascendentium, & collateralium, in §. volentes, quod naturalibus tantum, & etiam spuriis disponitur, vt naturalib. filiis succedi possit, & debeat per quoscunque perinde ac si legitimi, & naturales essent. Et quòd mater admittatur ad succedendum in legitima filii spurii de iure communi, & maxime quando filius est a patre legitimatus probat Alciat. cum communi, in consil. 232. Ratio siquidem ipsa naturalis petit, vt sicut filius iste succederet matri ab intestato, ita reciprocè hæc succedit filio.

Præterea, legitima portio nulli est subiecta oneri, nec potest in illa apponi grauamen, l. omnimodo, C. de inof. test. & in auth. de hære. & fal. §. primo itaque &

§. si quis

§.si quis autem non implens, & in c.Rayna.de testa. sed quod legitima sit annexa semper fideicommisso, nec ab illo possit separari, est onus, & grauamen maximũ, talis igitur conditio per testatorem posita, vt nec legitima, nec trebellianica detrahatur, est illicita, ac proinde illa non obstante, tenetur hæres fideicommissi, ad eam matri dandam.

Adde quod licet pater in subſtõne pupillari (dicitur autẽ substitutio pupillaris, quæ fit talibus verbis, filius meus sit mihi hęres, qui si infra tempus pubertatis discesserit, Ioannes tunc mihi sit hæres possit de licentia filii disponere, & matrem ab ea hæreditanda priuare, vt habetur in c.si pater de testamentis in 6.fuit enim inuenta hęc substitutio eo, quod cum multum pro sit hęredem habere, & pupillus testari non possit, vtile fuit pupillis modum inuenire ne decederent intestati, vt ait gl. in d.c.si pater.§.pupillares. imo cũ filius quatenus pupillus, sit res paterna, potest vt sic Pater pro ipso, vt de bonis suis propriis testari, ualebitq; talis institutio decedente filio in pupillari æta. sed si post pubertatem decesserit, tunc quia eo tempore est iam sui iuris, & extra potestatem paternam: succedit illi mater ab intest. nec per testamentum patris potest mater hæreditatis iure priuari, quo ad illam legitimam portionem, quia & si in pupill.æta. voluntas filii non sit alia, quã voluntas patris, postquam tamen pubertatis annos attingit, iam voluntatem habet disiunctam a patre, & propterea sicut potuit a se testamentum condere, sed in illo non poterat matrem omnino exhęredare, quando alios propinquiores non habuisset hæredes, s. filios, ita neque eodem mortuo ab intestato potuit pater de voluntate filii disponere, nec prohibere, vt mater in hęreditatem licentiæ portionis non succedere, ff. de vul. subst. l. his verbis & l.Centurio, & gloss. in d.c.si pater, §.absq deductione. In casu autem nostro cum substitutio potius sit fideicommissaria quam pupillaris, tum quia si decesserit sine liberis, est conditio amplectens etiam tempus pubertatis, vt no. gl. in cap. Raynu.de testamentis, §.substitutionis.

Tum quia institutio masculorum familiæ vsque in infinitum est obliqua, & fideicommissaria transiens limites anni pupillaris; vt patet: Iam autem in tali fideicõmissaria substitutione nõ potest pater inhibere, ne portio iure naturæ debita, ad matrem filio mortuo perueniat, vt est text. in cap. Raynuc. de Testamentis, quo loco Pater duas habens filias alterã nuptui traditam, Alteram impuberem, huic reliquit omnia sua bona eo pacto, vt si moreretur sine liberi, soror nupta cum filiis suis succederet in omnibus bonis. Et quia impubes postea nupsit, & sine liberis è vita decessit, testamentum tamen cõdidit quo maritum hæredem suorum bonorum instituit, adiudicata fuit legitima portio ipsi marito hæredi: sic enim statuitur per Inn. III. ibi. Quia vero Pater Adiectæ (hoc.n. erat nomen impuberis) ipsam in legitima non potuit aggrauare, legitimam ipsam videlicet eius partis, quæ sibi debeatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam a marito retinendam, ex quibus verbis infertur euidenter in casu nostro, matrem debere succedere in portione naturaliter debita, nec patrem grauare posse hanc onere fideicommissi, cum fideicommissum in illa legitima non teneat ipso iure, eo quia in ea nullum grauamen imponi potest filio, C. de inoff. testa. quoniam in prioribus glos. in d.c. Raynu. §. legitimam ipsam.

Hęc dixerim in foro conscien. & secũdum ius canonicum, non autem in foro contentioso, & de iure ciuili, quia non sunt partes meæ casum hunc, quoad lites dirimendas, disputare, sed solum quo ad debitum animę spectat, definire.

Nec ea, quæ ad alteram partem sunt adducta, efficere videntur. Ad primum dicimus, non posse filium renuntiare in damnum, & præiudicium necessarii hæredis, qualis est mater respectu filii, quando ipse decedit pubes ab intestato absq. liberis.

Ad secundum respondetur, quod in illo c. si pater. de Testamentis, decesserunt è vita filii in pupillari æta. vt no. gl. ibi, §. absque deductione, & ideo potuit pater in portione licentia filii, priuare matrem quod non posset si post pubertatem decessisset, idque colligitur ex verbis contentis in fine eiusdem text. ibi. Nam testamentum huiusmodi pupillare, paternum, vel paterni pars potius est censendum, quibus verbis assignatur a Bonif. VIII. ratio quare filius nequeat a testamento suo priuare matrem, portione iure naturæ debita, pater autem posset in testaméto quod filio impuberi facit: eaque est; quia pater solum testatur tunc pro filio quatenus in pupillari æta. versatur in qua ætate est res paterna, nec habet voluntatem iure aptam ad disponendum de rebus suis, quę omnia cum cessent perueniente illo ad puberes annos, ideo si pubes factus moritur, substitutio paterna quoad dictã licentiam omnino extinguitur, & uenientes ab intestato succedunt in totum, vt probat gl. in d. c. si pater. §. absque deductione. Præterea substitutio, de qua tex. in d. c. si pater, erat pupillaris & directa, non aut fideicommissaria, vt ibid. dicitur in tex. & locus pius est maxime priuilegiatus, habetque rationem legitimi, & directi successoris, ac hæredis, & quia filii instituti decesserunt in pupillari ętate. idcirco locus pius substitutus, dicitur iure directo, substitutio siquidem per verba directa tunc fit, quando quis habet hæreditatem per manum testatoris, obliqua uero quando eam habet per manum hæredis, vel alterius, vt not. glo. in d. c. si pater, & Syl. verbo Hæreditas 4. q. 1. quia ergo in substitutione pupillari & directa, pater testatur de rebus filii, vt omnino suis, idcirco potest excludere matrem, ita ut etiam legitimam petere non possit, vt not. Bart. & iuris periti in l. Papinian. §. sed nec impuberis, ff. de inoff. testa. imo, & omnem aliam personam, quæ ipsi pupillo ab intestato succedere potuisset, ff. de vulga. & pup. sub l. Lucius, quod tamen Syluester verbo Hęreditas q. 5 limitat esse verum in pupillari expressa, in quæ fit per verborum affirmationem & expressionem tempis pupillaris: Nam in tacita, hoc est in qua non exprimitur pupillare tempus, excluditur solum mater, quando alter filius testatoris, frater pupilli substituitur, quod si substitutus sit extraneus, mater admittitur, nisi forte quando testator reliquit aliquid uxori, & vult illi esse debere loco prætensę licentię, veluti in d. cap. si pater, reliquerat ibi testator vxori vsumfructum quorundam bonorum suorum sub certo tenore, vt no. gl. Ex quibus omnibus aperte colligitur dispositionem illius text. in c. si Pater, de testamentis: esse longe diuersam a casu nostro, triplici ratione: quarũ prima est, quoniam substitutio, de qua ibi, erat pupillaris; & directa, sed illa, de qua in casu agitur, est fideicommissaria, quia extenditur ad pubertatis annos, & ad omnem tempus, quo sine liberis fuit defunctus: est etiam obliqua, quia instituuntur semper masculi familiæ quamuis inter eos interiaceat mater: vnde eo quia fideicommissaria, retinebit mater licentiam portionem filii defuncti, quę est tertia pars totius hæreditatis testamẽtoris, secundum communem opi. quia in hac, pater grauare filium nõ poterat. C. de inoff. test. l. quoniã ita Syl. verbo hæreditas 4. q. 7. secundum discrimen est, quia in d. c. si pater, filij in pupillari ætate mortui fuerunt in qua, vt diximus, testator potuit excludere a portione licentia ipsam matrem, sed in casu pręsenti fertur quod filius obierit ĩ bello, ac proinde in ætate extra pupillarem, in qua iã testamentũ excludens matrem non põt operari contra ipsam, vt quæ succedat tãquam vere hæres instituta a filio, voluntate præsumpta quatenus credendum est filium nunquam futurum adeo naturæ ipsi ingratum, vt matrem priuare auderet portione naturali, quasi iure sibi aduenienté. Tertia dĩa est, quia in d. c. si pater, relictum est a testatore ipsi vxori certorũ bonorũ vsusfructus, idq; forte rõne lĩæ quacunq; ex causa prætensæ: sed in casu a nobis proposito, nihil fuit relictũ matri,

matri, loco præfatę lꝉię, quo fit ut hæres substitutus, teneatur in cõscia, ad dandũ illam portionem iure naturæ debitam, filio ab intestato uita functo, eiusdẽ matri.

Per hæc patet confirmationis solutio, fatemur .n. patrẽ posse priuare testõ suo decedẽtibus filiis absque liberis matrem portione legitima, posseque ipsam legitimam grauare durante pupillari ætate filii per pupillarem substitutionem expressam, sed non per substitutionem fidei cõmissaria, omneque grauamen, & cõditionem in legitimã portione appositam expirare, & in nullitatẽ redigi, statim ac filius ad pubetes ãnnos peruenit, vt aperte colligitur ex tex. in cap. Raynuc. de testamentis, ubi legitima filię impuberis adiudicata fuit ipsius marito, quem hæredem instituerat. non obstante patris testamento: quod & si valebat durante filia in pubertate, nõ tamẽ post quã peruenit ad ætatẽ nubilẽ, vt supra est declaratũ.

CASVS III.

IOannes filium ex damnato concubitu suscepit, cui dum viueret multas pecunias varijs temporibus donauit, vt ex illi bona immobilia emeret, nec non in vltimo vitæ discrimine nunc positus, testamentum condidit, in quo nobilem quendã amicum hæredem omnium rerum suarũ instituit, eo animo, & spe, vt post mortem reddat filio spurio totam hæreditatem, cõfessorem vocat, cui prædicta oĩa enarrat.

Quęritur, an donando dum uiueret filio spurio, condendoq; testamentum cum certa spe quòd tota hæreditas sit peruentura ad dictum filiũ, peccet mortaliter, quidq; a confessore sit iniungendum, tam patri, quàm filio, quàm hæredi.

PRo huius casus decisione aduertendũ in primis est illegitimorum filiorũ varias esse species: quidam .n. nascuntur ex vtroque parente soluto, inter quos esse matrimonium potest, & appellantur naturales; Alij proueniumt ex parentib. qui inter se contrahere nequeant ob aliquod impedimentum, quod matrimoniũ inter eos celebrari prorsus vetat, & vocãtur spurii, quasi ex spurcitia, siue damnato concubitu orti: solent etiam appellari Nothi, siue manzeres, quamuis manzer dicatur proprie, qui ex meretrice omnib. exposita nescitur. Iuxta illud Deu. 22. Non ingredietur manzer, i. de scorto natus, in ecclesia Domini.

De primę speciei filiis, hoc est naturalibus, haud dubium est posse parentes bona sua illis donare, & testamento legare, quãdo non habent alios filios legitimos. Ratio est quia iure naturali, & gentium, vbi legitimi non sunt naturales succedũt nisi lex ciuilis pro publico Reipubl. bono aliud statuat, cui in conscientia parẽdũ esset. De filijs vero spurijs & Nothis, siue sint ex adulterino cõcubitu, siue ex sacrilegio, certum est deberi illis a parentibus iusta alimenta, secundum parentum qualitatem, vt dicitur in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. Vnde si filius spurius operam literis nauare voluerit, & lauream doctoratus adipisci, vel si militiæ deditus, ad gradum ducis, aut centurionis ascenderit, vel ad aliquam artem idoneus fuerit, aut probitate & virtute alia insignitus, possunt tunc parentes tuta conscientia, habita rõne facultatum suarũ & qualitatis filii multo plura illi suppeditare, quã alimenta ad uitam tuendam necessario requisita; & quidem in Hispaniarum regnis, taxata est hæc summa in lege tauri, quo ad secularium filios, ad quintam bonorum partẽ, ita tñ vt si hæc non sufficiat ad vitam filii, superaddatur id quod necessarium est ad viuendũ; sed si super excedat, maiorq. fit quàm filii qualitas, & dignitas pręrequirit: potest adhuc tota & integra dari filio, si pater velit. Quoad filios vero clericorum, & religiosorum secus decernitur; non enim possunt nisi ea præcisè, quibus secundum ius naturæ ad viuendum indignet: pro qualitate tamẽ, & conditione eorundem liorum prębere, & habetur per legem conditam Numantiæ a Rege Ioanne primo, & est

opinio

opinio Bal. in l. fi. §. si a socero ff. de his quæ infra. cred.

Similiter hoc certum est, quod quãdo filius spurius ex adulterino, & dãno côcubitu nascitur, si pater est secularis & mater libera, ac soluta, potest tunc mater (nisi alios fortè legitimos habeat) legare illi spurio sua omnia bona, quamuis pater id non possit, & ratio est, quia cum in hisce filiis pater incertus sit, mater vero certa, ideo disposuerunt leges ad præcauendas fallacias, ne extraneis bona relinquerentur, quod hisce filiis non possent patres sua legare, matres vero possent, vt de quibus minimè dubium est, quòd tales pepererint, & iure naturę vero, non autem ficto sint illarum filii, glo. in c. Tanta, qui filii sint legitimi imò mortua matre absque restitutio, illi succedunt. In casu ergo pręsenti tota difficultas consistit de filio spurio, qui vel ex vtroque parente adultero sit natus, vel saltem ex matre adultera, & de filio Clerici aut Religiosi.

Et quidem non defuerunt aliqui, qui opinantur patrem tuta conscientia potuisse bona sua dare huic filio tam per testamentum, quam extra illud, nec vlla restitutioni esse filium obnoxium; sed possidere, & retinere illa posse, donec, per iudicis sententiam donatio, & testamentũ inualidetur, & bona illa alteri adiudicentur: data enim sententia illi parendum erit, sed non antea.

Fundamenta huius opinionis potissima ea sunt.

Tum quòd leges prohibentes bona parentum transire dono vel testamento ad filios spurios sunt pœnales, vt quæ id vetant in pœnam libidinis inordinatæ parentum. iam autem pænales leges non obligare in conscientia, saltem quoad hoc vt impediant translationem dominii ipso facto, ne si facta sit, valeat, donec iudicis sententia, & condemnatione inualidetur, est opinio D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 3. Caiet. ibi & in summa verbo: pæna Adriani quolib. 6. ar. 1. Syl. verb. Assassinus Medina Cod. de rebus rest. q. 1. & multorum aliorum, quorum ratio est, quia cum pęna temperanda sit iuxta circunstantias; debeatq; exequutioni mandari, ad hanc non tenetur ex se reus, quia neque ipse potest temperare pænam; cum nequeat esse iudex in propria causa, neque illam prębet ipse exequutioni mandare: Tum quia non tenetur ipse de se ipso supplicium sumere, cum in simul esse agens, & patiens naturę repugnet.

Tum etiam confirmant, quia leges impedientes translationem dominii per cõtractum, cui deficit aliqua iuris solemnitas, non ita impediunt dictam translationem, quin in conscientia sit valida, & de facto teneat, donec aduenerit iudicis sententia, vt cum Pan. in c. Quia pleriq; de immunitate ecclesiarum; & in c. Requisiuit. de Restitutione in integrũ, tenet Antonius de Butrio: Ancharanus, Decius, Barto. Alciatus & alii, quos citat Couarruuias in c. Cum esses, de testamentis. Iam autem dictæ leges impedientes illos contractus minus solemnes, loquuntur expressius, & rigorosius, quam loquantur leges contra spurios, quia dicunt illos esse nullos, & habendos tanquam nõ factos; quibus verbis non vtitur lex contra spurios.

Adde quod eam authoritatem quam lex ciuilis habet in personas, habet in bona, & contractus, immo maiorem, vt satis patet & tamen leges ciuiles, quæ irritant contractum ex defectu conditionis, & solemnitatis, non obligant in foro conscientiæ ad rem per talem contractum habitam restituendam, ergo nec etiam illę quæ irritant testamentum ex defectu legitimi filii obligabunt in foro conscientiæ ad restituendam hæreditatem per tale testamentum legatam.

Quod eo magis persuaderi videtur, quia cessante fine legis humanę debet cessare vis legis humanæ standumque tunc iuri naturæ, & gentium, vt videtur de iure iurando in c. Et si Christus, & de Appellationibus, cap. Cum cessante. Vnde videmus correctionem fraternam, cessante spe emẽdationis fratris non obligare. Cum ergo finis legis prohibentis donati

nari & legari filiis spuriis sit, vt occurratur fraudi & dolo, qui esse solet in incertitudine horum filiorum, sequitur quod vbi hæc præsumptio cessat, & Pater scit aliquem spurium esse vere suum filium, poterit eo casu dictus filius, non obstante lege possidere sibi donata, & legata a patre cum tam naturæ iure quam gentium quçcunque filius possit succedere in bonis paternis.

Oppositam ex diametro opinionem tuetur Couarr. in Epitomo super 4. Decret. c. 8. §. 2. num. 3. quam sequitur recentiores D. Thomç interpretes 2. 2. q. 61. art. 5. & maxime quidam ordinis nostri eremitani S. Augustini doctissimus & mei amicissimus Magister P. Frater Michael Bartholomeus Salon. in commentario de iust. & iur. q. 61. q. 5. art. 5. concl. 1. qui absolute & vniuersaliter putant, Nullos spurios, siue sint filii secularium siue clericorum, habere posse bona patris, siue per testamentum, siue per aliquam donationem inter viuos, siue per quencumq. alium contractum, & ideo teneri in conscientia ante iudicis sententiam restituere illa, vel parenti a quo ea acceperunt, vel hçredibus ipsius, siue ab intestato, siue succedentibus per testamentum.

Rationes quibus in hanc sententiam deuenerunt, hæ sunt præcipuè. Tum quia leges ciuiles iisdem verbis disponũt de filiis clericorum, & secularium, vt in Authentica. Ex complexu C. de incestuosis nuptiis, vbi dicitur, ex complexu nefario, aut incesto seu damnato, liberi, nec naturales sunt nominandi omnis substãtiæ paternæ indigni beneficio. Et in Authen. quibus modis naturales efficiantur, § finali, habetur, omnis, qui ex complexibus, aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, nec naturalis nominetur, nec alendus a parentibus, nec aliquam e præsenti lege habebit communionem. Et in Authen. licet patri: C. de naturalibus liberis. dicitur in vltimis verbis, sed qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio excludantur, qui leges cum indifferenter de filiis tam clericorum quam secularium loquantur, & iustissimç sint, & maximè necessariæ bono communi ad tollenda adulteria, & alia execrabili a libidinis vitia, obligat in conscientia.

Tum quia & si finis legis non cadat sub lege, ab eo tamen sumitur propria legis intelligentia. Et cum hçc lex de filiis spuriis incapacibus ad bona paterna sit condita vt cum viderint homines filios ex damnato concubitu genitos in summam miseriam, & paupertatem debere viuere, ab adulteriis, & sacrilegiis absoluant, non satis huic fini esset consultum, si extra testamentum possent patres, illis donare bona sua.

Tum quia leges istç de spuriis, non tantum sunt pçnales, sed etiam præceptiuç raddentes huiusmodi filios spurios inhabiles ad recipienda vllo modo bona paterna, prçter necessaria ad vitam, ac proinde obligant in vtroque foro: idem enim iudicium est in foro conscientiç: quod in foro exteriori, vbi res certo constant, & iudicium illud non nititur alicui falsæ præsumptioni: unde sententia, quæ neque nititur, neq; fundatur in aliqua falsa præsumptione, est obligatoria in conscientia. Cum ergo si spurio pater sua bona donet vel testamento, uel extra, idque certo constet iudici; possit iudex iustissima sententia compellere talem spurium, tanquam illegitimum dominum concedere, & restituere hæreditatem illam hçredi ab intestato tanquam vero domino, quare sequitur quod in conscientia ille spurius non erat verus dominus, nec fuit in ipsum translatum dominium per illas donationes.

Ex his ergo omnibus concluduntur. Patrem donantem in vita filio spurio bona quæcunq; excedentia quantitatem alimentorum, peccare mortaliter, Nec filiũ posse illa accipere, vel retinere tuta conscientia. Cum per legem sit incapax ad illa recipienda: & Pater inhabilis de iure ad illa danda.

Nos inter extremas has sententias media via incedendum esse putamus: Et cũ

tria in præsenti casu dubia attingantur, primũ, An pater donans in vita filio spurio multas pecunias, vt bona immobilia emat, & diues euadat, lethaliter peccatũ committat: adeo vt filius etiam non possit pecunias illas accipere, nec bona possidere tuta conscientia. Secundum est, An instituens hæredem cum confidentia de restituenda hæreditate filio spurio: possit absolui, nisi testamentum reuocet: Tertium dubium est, an dictus institutus hæres possit tuta conscientia bona illa sibi confidenter relicta, & dare filio testatoris spurio, ita ut nec ipse hæres dans, nec spurius recipiens peccent.

Quod ad primum attinet, in ea sum opinione, vt putem aliter loquendum esse de iure ciuili, & canonico de filiis spuriis secularium, & aliter de spuriis clericorum, & Religiosorum. Nam parentes seculares si extra testamentum, & dum viuunt, filiis spuriis donant, & illorum nomine emunt non solum ea quibus honorifice viuant, sed etiam quibus ditescãt, dummodo alios legitimos filios non habeant, quod ea de causa notabiliter in hęreditate eisdem debita lędant, nequaquã peccare mortaliter, posseque tales spurios tuta conscientia illa recipere, & possidere arbitror: cuius sententiæ est Sotus lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 1. in Respon. ad quartum.

Tum quia leges omnes, quæ loquuntur de spuriis secularium, prohibe solum ne huiusmodi filii succedãt parentib. iure hæreditario, vt patet, in Authentica, quibus modis naturales efficiantur. leg. cap. §. finali. Et in Authentica licet C. de naturalib. liberis. Et l. cum accutissimi, ff. de fideicom. Nec de iure communi Cęsareo, aut Pontificio reperitur lex, quæ prohibeat, bona parentum transire ad hos spurios extra testamentum: ac proinde cum sint leges odiosę & in detestationem ac odium filiorum spuriorum ędite, non debent extendi vltra id, quod verba sonant.

Tũ quia dato, quòd finis legis cõtra spurios sit occurrere adulteriis & aliis sceleribus, quia tamen finis legis nõ cadit sub lege: nec committere dicitur in fraudem legis pœnalis, nisi ille, qui agit contra id, quod verbis exprimitur; propterea talis donatio extra testamentum cum in verbis legis non comprehendatur, non potest dici prohibita, nec per consequens peccatum.

Tum quia leges humanę, & præcipue ciuiles eo modo obligant quo sunt in vsu & recipiuntur: cum consuetudo sit optima harum legum interpres. Iam autẽ Patres seculares donare extra testamentũ filiis spuriis, eosque diuites efficere absq; liberorum legitimorum pręiudicio, est vsu & consuetudine receptissimum, & maxime inter nobiles: Nec de eo vnquã confitentur: quod est argumentum non esse peccatum. Et velle obligare huiusmodi spurios, ad omnia bona a patribus laicis illis donata, statim restituenda, nulla etiam spectata iudicis sententia, esset nimio rigore leges intelligere, & omnium tam pręsentium quam futurorũ animas illaqueare.

Tum quia spurios ex coniugato, & soluta quæ est obscure & vilis conditionis fęmina ortos ad successionem paternam & maternam admitti posse, grauissimi doctores tradunt: cum ad hac non repellantur, nisi qui ex damnato concubitu nascũtur: non quidem damnato pontificio iure, sed ciuili, quali ille solus est, qui criminali pęna multari potest, vt tradit Bar. l. 3. de concub. in prin. & in cons. 1. 149. colum. 3. vers. Nec etiam. Tiraq. in l. si vnquam Cod. de reuoc. dona. ver. susceperit liberos num. 51. Illustrissimus Dominus meus Cardinalis Paleottus li. de Nothis & spuriis, cap. 42. Iam autem concubitus obscuræ vilisque mulieris, quam maritus præter vxorem cognouit, & ex qua spurios filios habet, omnem in eo Adulterii, aut stupri crimen, iure ciuili cessare puto, cum talem concubitum nec extranei accusare valeant, ut qui publicè impunitus dicitur l. quę Adulterium, C. de adul. Ang. l. si vxor, de adult. Bar. l. verum, de furtis. vxor vero multo minus accusare illum

illum poteſt, cum ipſa nullam aduerſus maritum eo nomine actionem habeat c. Apud 32.q.1.§.publico. Neq.enim. Adulterium, iure ciuili id dicitur vbi cum ſoluta muliere coniugato eſt negotium. l. 1. C.de adult. Nam luxuriæ ſpecies magis diuerſificantur, & accipiuntur, ex parte materię, quæ eſt fœmina, quam agentis, qui eſt vir, docet Caie.2.2.q.153.art.2.§. Ad obiecta contra ſecundum dictum. Neque etiam ſtupri pœnam coniugatus ſubdit, niſi cum honeſtę conditionis fœmina, rem habeat ac proinde ſpurii qui ex hac naſcerentur quamuis ſoluta eſſet, non poſſent parentibus ſuccedere, cum ciuili iure damnata ſit illa carnalis coniunctio; Nam ſicut in muliere infimę ſortis præſumitur non iniurioſus concubitus nec inuoluntarius, benè autem in ea quę honeſtæ conditionis eſt, & propterea iſte pœna damnatur, ille non; ita ſpurios ex honeſta fęmina & vxorato natos, ſuccedere in bona parentum inhibentur, non autem ſpurios ex abiecta; ergo multo minus erit prohibitum quod iſtis parentum bona donentur.

Immo ſi ſpurius cum fratre ſuo legitimo contrahunt in vita patris ſocietatem omnium bonorum, tranſire tunc patre moriente eius hæreditatem ad ſpurium, aſſerit Bal. cum communi in l. 1. C. pro ſoc. & ratio tota eſt, quia ſpurio ſi prohibitum ſit ius ſucceſſionis, vel relicti, non tamen ius ſocietatis, quod pro cautela notandum eſse tradunt Iuriſdoctores, quando pater voluerit ſpurium ſuccedere in hereditate cum legitimo, ut faciat eos omnium bonorum ſocietatem contrahere: ſi ergo patrem ſecularem donare filio ſpurio prohiberetur, nec etiam iure ſocietatis id poſſet Bar. l.ſi is qui. de li. leg. Fel. cap. Multorum, de iudæ. numero 2.

Addunt etiam alii poſse patrem ſpurio vendere aliquid de bonis ſuis, ac pretium vere, & realiter capere, illudque clam deinde ſpurio reſtituere. Ferat.c.41. Illuſtriſſimus Cardinalis dominus meus Paleottus. de Nothis ſpuriiſque filiis c.45. Non igitur eſt conſcientia prohibitum parenti ſeculari, donare ſpurio in ea quantitate, qua ditior fiat. Nam & ſi bonorum immobilium paternorum donatio, quia præſumitur loco legati facta, non ſit tuta in conſcientia, quatenus ſpurio in bonis paternis ſuccedere eſt iure cõmuni prohibitum: pecuniarũ tamen donatio, quãdo libera eſt, & omni dolo, & fraude carens, hoc eſt non in præiudicium hæredũ legitimorum facta, habet rationem gratuiti beneficii, & pro remunerãdis ipſius filii erga patrem meritis collata. Bart.l. ſi forte in ſi.de Caſt.pec. Iaſ. Dec.l.ſi donatione: loquendo tamen de ſpuriis Clericorum, & Religioſorum, nequaquam Patres his donare poſſunt in tãta quãtitate, vt diteſcant: ſed ſolum alimenta ad viuendum neceſſaria: Hoc probat Sotus vbi ſupra per leges particulares in Regno Hiſpanię, ſed clarius, & de iure communi, & Pontificio id oſtenditur, ex diuerſis Pontificum bullis, quarum vna eſt Pii V. fæl. recor. anno ſui Põtificatus ſexto, quæ incipit. Quæ ordini eccleſiaſtico noxia eſſe, &c. in qua diſponit ut nullus omnino clericus poſſit de reb. ſuis qũocunque acquiſitis, ſola etiam induſtria labore, muneribus aut quocunque alio modo partis cuiuſcunque qualitatis: quantitatis, ſpei, naturæ, & valoris exiſtentibus illegitimos directe, vel indirecte hæredes inſtituere, ſiue illorum coniuges ſiue ipſorum parentes, filios, deſcendentes, aſcendentes, vel alios cognatos, ſiue viuentibus, ſiue defunctis ipſis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuſcunque pii operis intuitu. Neue illi illegitimi vnquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus iurisdictionibus & actionibus prædictis, ſiue totis, ſiue in parte ſuccedant, aut illa ad ipſos quamuis diſpenſatione ſuffultos, etiam per prędictum circuitum deueniãt, neue de eis vlla in aliũ ſeu alios cõceſſio, donatio, translatio, aliauè diſpoſitio fiat, uel alia bona ſimilia vel diſſimilia illegitimis cõcedantur, quodque Teſtamentum, donatio, legatum, diſpoſitio omnino non teneat &c.

Et

de nouo facultate ad id habeat, posse voti illius obliti comutationem facere.

Crediderim tamen si pœnitens a confessore petat, vt omnia eius vota commutet, de quorum numero non recordatur exprefse, recordatur tamen illa esse talis & talis obiecti: & confessor dicat pro omnibus tuis votis facies hoc, & illud, valida erit commutatio, nec pœnitens recordatus postea expresse, et distinctè de numero votorum, indigebit alia commutatione: exem. g. erat Matthias infirmitate graui oppressus, multaq. emisit tunc vota de visitandis pluribus SS. ecclesiis, & nunc ad pristinam sanitatem reuocatus, non habet in memoria ecclesias, nec numerum earum, vultq. per Iubileum commutare hæc vota, quę sic confusè & adunatim exponit sacerdoti, vt qui de singulis expresè & distinctè non est memor: poterit tunc confessor facultate Iubilei vota illa commutare, quę illi sunt cognita quo ad obiectum, quamuis non sint expressa, nec satis cognita quo ad numerũ: valebitq; adeò dicta commutatio, vt non indigeat pænitens, etiam si postea extra Iubilei tempus numerus votorum expressè, & distinctè in memoriam redeat, aliã petere commutationem; sed omnia quãuis oblita illius tamen obiecti: sunt virtute Iubilei permutata, eo quia confessoris intentio fuit, omnia illius generis & obiecti commutare, vt sic quamuis actualiter feratur ad expressa, virtualiter tamen feratur etiam ad oblita: cum hæc & illa differant solum numero, sed non obiecto & tã voluntas pœnitentis, quàm confitentis, fuit omnium illius speciei, & obiecti cõmutationem facere.

Ea vero, quę initio positi casus dubia videbantur, facili negotio dissoluuntur. Nam dispar est ratio in absolutione a casibus reseruatis & in commutatione, seu permutatione votorum; eo quia casus reseruatus, est impediens gratiam, & indulgentiarum assequutionem, & ideo quia confessoris intentio est absoluere pœnitentem ab omni impedimento gratiæ, & habilem illum reddere ad indulgentias Iubilei: Hinc est: quod ipsum absoluit ab omni excommunicatione, & reseruatione, qua erat ad illud vsque tempus constrictus, & ligatus.

Immo quia reseruare casum aliquem non est aliud, quam potestatem illum absoluendi sibi retinere, nec aliis communicare: hinc fit, quod eo ipso quod Papa dat authoritatem per Iubileum confessori, vt ab omnibus eidem reseruatis absoluat, iam reseruationẽ ab illis peccatis tollit, & facultatem absoluendi electo confessori committit, ac propterea confessor absoluens ab omnibus, tollit ligamen excommunicationis, & reseruationis actualiter confessis, & virtualiter ab oblitis, quę si post modum in memoriam redeũt, tenetur quidem pænitens ad eadem confitenda, vt sacramentalem absolutionem accipiat. quoniam per contritionem condonata fuerunt quatenus includebat propositum illa confitendi cum in recordationem venissent. sed vota emissa, quia non contrariantur gratiæ, nec reddunt pænitentem inhabilem ad consequendũ Iubileum, idcirco confessor commutans ea quę sibi exprimuntur, non intendit cõmutare illa quorum non est cõscius. Nec Papa dans facultatem confessori ad commutandum, intelligitur commutasse statim, sed committit ad cõfessori, qui rationabiliter mandatum exequatur, & cũ cognita commissionẽ exerceat: quare oblitum votum cũ non cognouerit, ac proinde, nec actu, nec virtute illud cõmutauerit, in suo permanet robore.

Ad primum igitur patet iam ex dictis solutio. Non. n. valet argumentum a casibus reseruatis ad vota; inter quæ tam ad assequutionem Iubilei, quam quo ad intentionem confessoris & Papę, dispar maxime est rõ, Reseruatio. n. casus impedit absolutionem a tali casu, ac proinde gratiam sacramentalem, & assequutionem Iubilei præcipientis confessionem & ex consequenti absolutionem ab omnibus peccatis: sed votum, nec contrariatur gratiæ, nec Iubileo, item Papa in gratiam pœnitentis volentis lucra Iubileum, & confitentis

fitentis facraliter, tollit referuationem a peccatis fuis ita vt verum fit dicere, quod nullum illius pœnitẽtis, & confessi peccatum est, cuius referuationem fibi iam referuet Papa, fed abfolutè, & plenè datur poteftas confeffori abfoluendi ab omnibus: fed non fic de votis, non. n. eorum obligationem Papa per Iubileum tollit; Neque hanc in aliam commutat: fed cõmittit id confeffario, qui poteftate delegata commutet, quæ commutatio cum requirat, tum cognitionem rei, in quam ꝑmutatur, tum rei permutatæ notitiam, non extenditur ad vota oblita, & confeffario incognita.

Ad confirmationem dicimus, id non ꝑuenire ex difficultate, fed ea limitata cõmiffione quæ datur confeffori intra tempus Iubilei, & quia referuatio per Iubileum tollitur a Papa, fed per ipfum non fit voti commutatio, vt fupra diximus.

Ad aliud refpondetur, difparem effe gratiam, qua Papa a fe ipfo commutat vota, poteftate fua ordinaria, & qua commitit confeffori commutanda, quæ eft poteftas delegata: Nam in primo cafu intentio Papæ fi extendatur ad oĩa tam expreffa, quam exprimenda, erunt etiam oblita commutata: fed in fecundo cafu, cum cõmiffio data cõfeffori fit limitata, tam quo ad tempus. f. intra terminũ Iubilei, quàm quo ad modum, vt fcilicet confeffo permutentur, non extenditur confefforis intentio & authoritas, nifi ad ea, quæ confeffus intra dictum tempus exprimit, & confeffor commutat.

Ad tertium dicitur quod Matthias ob talem ignorantiam non incurrit nouam pœnam: fed quia Iubileum expirauit & tempus commiffionis eft finitum, manet in eadem obligationi voti, in qua prius erat: adeò quod ex obligatione illa, non incurrit pænitens aliquam pænam, fed quia in confeffore ceffauit & expirauit commiffio, & authoritas commutandi, ideo ex defectu poteftatis ipfius confefforis oritur, quod non poffit fieri, commutatio.

Ad vltimum dicitur primo, quod priuilegium contrarium iuri cõmuni debet ftrictè interpretari, ut minus derogetur iuri communi, quam fit poffibile, ut notant Iurifperiti in c. cum dilectus, de donat. & c. cum dilectus, de confue. & c. Priuilegia, d. 2. iam autem confefforem quẽlibet poffe commutare vota aduerfatur iuri communi c. 1. de voto & voti redemptione; Refpondetur etiam quod quando Priuilegium habet tempus annexum, quo duret, non extenditur vltra illud, & ftandum eft determinato tempori, C. de preci. impe. offe. l quoties. Et cum hoc priuilegium de commutandi votis arctetur ad dies Iubilei, nequit extra illos procedi.

Aduertendum eft tamen pro maiori huius cafus elucidatione, quod votum emiffum a Matthia de non perpetrando quodam vitio, eft adeo obligatorium, vt fi illud tranfgrediatur, non fatis fit vitium, et peccatum ipfum confiteri, fed neceffario debeat circunftantiam voti explicare. Nam licet materia propria voti, fit opera confilii, ad quæ aliàs homo non tenebatur fubeffe, poffunt tamen voueri tanquã materia apta, ea etiã, quæ funt præcepti, vt docet D. Tho. 2. 2. q 88. art 2 & Caiet. ibi. S. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 1. vnde fi quis vouit non fornicari, vel non adulterare, duplici vinculo ad hoc aftringitur altero caftitatis, ratione præcepti, altero religionis, rationi voti, quapropter vtrũque tenetur in confeffione explicare, cũ fit circunftantia trahens fornicationem a fpecie caftitatis ad fpeciem religionis contra quod male fentit Tabiena, verbo votum 1. q. 2. & nonnulli alii, vt refertur Nauar. in man. confeff. c. 12. nu. 25. & 34.

Quod fi quæratur a quo poffit, & debeat hoc votum commutari fiue difpenfari. Refpondetur, quod ab Epifcopo vel habente ad id iurifdictionem, vt fupra diximus. Nam licet Prælatus Ecclefiafticus nequeat tollere obligationem, qua fubditus ad illud vitium non committendũ diuina lege reftringitur, eam tamen obligationem nouam, quam per votum factum adiecit, tollere & commutare poteft, quia cum neque vouentis prudenti

tanta semper sit, vt votum matura consultatione suscipiat, & res etiam humanæ quotidie subinde mutentur, adeo vt necessum sit id, quod quis vouit, retractari, cuius retractationis ipse vouens non potest esse competens iudex, cum hęc sit causa sua propria, idcirco oportuit in Ecclesia esse aliquos qui vices Dei gererent, & votum quod factum est Deo, aut commutarent in melius, aut ob causam ad tempus, vel in perpetuum tollerent, vt si materia est inutilis, seu mala, vel impeditiua melioris boni: aut denique absque vlla causa prohibito irritarent & annullarent, vt quia voti obligatio non erat absoluta, & firma, sed pendens ab alterius voluntate, vt subditi votum respectu Prę lati, & vxoris respectu mariti, & filii respectu patris & serui respectu Domini. D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 10. Sot. de iust. & iur. lib. 7. q. 4 ar. 5.

CASVS II.

LVcas filium ex illegitimo thoro sibi natum, imperiali & Pontificia authoritate legitimari, & ad omnia legitimorum iura reduci amplissimè fecit, absque tamen præiuditio cuiusuis fideicommissi, & substitutionis, ac eis vocatorum. Postea adueniente morte, hæredem illũ in omnibus suis bonis reliquit, prohibens expresse testamento, detractionem legitima, ac Trebellianæ, vt qui velit dicta omnia bona esse fidei commissa, & in illa succedere semper masculos suæ familiæ, quos nominat vsque in infinitum: nunc uero defuncto filio Flandriæ in bello ab intestato, & sine liberis succedenteque Antonio in dictis bonis, mater. vt dictis legitimati hęres, postulat sibi dari legitimam, vt cuius detractio non poterat a testatore prohiberi.

Quæritur, num Antonius teneatur in conscientia, dare legitimam prædictæ matri, & si nolit, absolui debeat.

DIfficultas in præsenti casu ex duobus pendet. Primum est quod si filius sponte renuntiet suæ legitimæ valere videtur in conscientia talis renunciatio, quando per renuntiationẽ talem magis multo acquirat, quam perdat, vt est in casu pręsenti, in quo filius naturalis legitimatus, renuntiando ius quod habet in legitima, fit hæres omnium bonorum patris. Et si etiam Pupillus non possit alienare, nec iuri suo renuntiare. ff. de acqui. re. do. l. Pupillus. videtur tamẽ id posse ob causam sibi vtiliorem, & magis proficuam. argum. l. Multi de liber. & Posth. vbi institutionis omissio in fauorem filii facta valere dicitur, & hoc ob voluntatem ipsius filij rationabiliter præsumptam.

Secundum est, quia in c. si pater de testamentis, & vltimis voluntatibus, iste casus videtur omnino decisus, ibi enim post alia hęc habentur verba. Licet autem filius testamento suo matrem portione iure naturæ debita priuare non possit, pater tamen in testamento, quod filio impuberi facit, põt. Nam testamentum huiusmodi pupillare paternum, vel paterni pars potius est censendum: hæc ibi, Agebatur siquidẽ in illo textu penes Papam Bonif. V I I I. de quodam testamento, in quo pater, filia in certa bonorũ parte hærede constituta; & filio in reliquis omnibus bonis, & matre vsufructuaria, hoc adiecit, vt filia decedẽte absq; liberis moreretur filio, & hoc decente moreretur filiæ; vtroq; vero absq; liberis decedente, moreretur loco pio: Vnde decedentibus filiis his mater cum procuratore loci pii contẽdebat de hæreditate, quo ad partem legitimæ filiis iure naturę debitæ. Et decisa est controuersia per Pontificem quod illius legitimæ filijs aliàs debitæ, non erat mater hæres.

Confirmatur, quia & si filius absque liberis vel ab intestato moriens non possit priuare matrem iure hæredis, quod habet in legitima eidem filio naturaliter debita, C. ad Tertul. l. matri. & leg. vlt. & Auth. in testamento pater tamẽ põt testõ

suo succedentibus filiis absque liberis priuare matrem, ne sit hæres talis legitimę, vt notat gl. in dicto c. si pater. §. Non possit. Et videtur expresè colligi, ff. de inof. test. l. Papinianus, §. 1. vbi dicitur, quòd mater non impugnat testamētum, quod pater filio fecit quærela inofficiosi.

Vera tamen huius casus decisio est teneri Antonium hæredem fideicommissi in conscientia dare prædictæ matri, & si nolit, non posse absolui, vt qui alienum retinet inuito Domino.

Pro cuius veritatis clariori euidentia est in primis aduertendū, quod legitimare non est aliud quam habilitando de illegitimo legitimū ex gratia facere, vnde legitimatio est habilitatio illegitimi ad actus legitimos, ad quos ex illegitimitate erat inhabilis, potestque dici vere legitimum & naturalis, quoad illa, ad quæ legitimatur, si fiat ad instantiam patris, & eo viuente, tunc enim per patrem est filius restitutus ad primæua naturæ iura, & dicitur in quacunque lege, vel statuto vel qualibet alia dispōne, de filiis legitimis, & naturalibus disponente, comprehendi tradunt iuris periti in l. Ex facto. §. si quis rogatus, ff. ad Treb. & per Barb. latissime in l. cum acutissimi. C. de fidei comm. col. 99.

Inualida tamē in foro Dei, & ciuili, erit illa legitimatio filii illegitimi, in qua principi legitimanti non exprimitur nec intentio fit legitimorū filiorum, & naturalium, quos pater habet per tex. in Auth. quibus modis nat. effic. leg. §. si vero. Et probat latè And. Tiraq. in l. si vnquam. C de reuo. don. verbo, donatione largitus nu. 258. Præpo. in c. Per venerabilem, §. quod autem col. 15. vers. aduerte nunc ad solemnitatem: qui filii sint legitimi. Et hoc in eo tantum casu in quo legitimatio fieret ad consequenda iura omnia filii legitimi, & naturalis, & ad hoc, vt simul legitimatus cum legitimis, & naturalibus patri succedat: Nam cum in hoc casu legitimis, & naturalibus portio legitima diminuatur, vt quæ in plures sit diuidenda maiorque proinde illis læsio contingat quando maior est filiorum numerus, in quos hæreditas sit diuidenda, proinde æqua dictat ratio, ut hoc principi legitimanti, antequam illegitimo gratiam faciat, manifestetur, cum non facile pręsumatur quælibet velle fauere alicui, cum damno & præiudicio notabili aliorum, vt not. Coua. l. primo variarū resolutionū, c. 20. in fi. Supponendū est deinde, quod pater iure naturæ, cum teneatur alere filios, quos genuit, idcirco ea pars, quæ alendo Filio est conueniens, appellantur legitima portio: cuius quantitas diuersis in regnis diuersimode per legem taxatur: nulla tamen lege vel cōsuetudine potest in totum tolli, cum in iis, quæ sunt naturalis iuris nequeat humana ptās contra disponere, & sicut a natura dependet generatio filiorum, ita & eorundem alimentatio, & hoc non solum viuente patre, sed etiam post eius mortem, si bona habent, quibus ali possint, vt innuitur in Auth. de tri. & sem. §. j. ad fi. & §. prohibemus āt. ibi. si vult filiorum ore. Pro quo etiam facit inst. de iu. na. §. j ff. de pac. l. ius agnationis. Hinc fit, vt in hac licentia non succedant filii exui testi, quasi quod pendeat a voluntate patris, nec ex vi alicuius legis humanæ, sed a iure ipso naturali, ac proinde nullum huic licentiæ portioni, grauamen imponi potest, per legata aut fideicommissa, sed per debita tantum. Nō potest etiam illi imponi dilatio, vel cōditio, aut modus, & si apponantur, habētur pro non adiectis, C. de inof. testa. l. oī mō. Sunt ēt aliæ duæ ltiæ portiones in iure, quarū una appellatur falcidia, a Falcidio authore, q̄ est solum debita iure instōnis, & est quarta pars totius hæreditatis, q̄ institutus hæres retinet, & detrahit sibi de singulis legatis, q̄ non fiunt ad pias cās, adeo q; si hrēditas filio relicta est honorata, & exhausta legatis paternis: tūc filius, vel alius institutus hęres pōt detrahere de quocunq. legato pro rata tm̄, quantū sufficit ad quartam habendā c. Raynal. de test. Auth. similiter C. ad leg. falc. Insti. eod. i. responso. Et quamuis in legatis ad pias causas nō detrahat Falcidia, si tn̄ ec-

clesia, vel alius pius locus instituerętur hæres, tunc detraheret falcidiam de legatis factis alteri ecclesiæ, vel aliis piis locis, quia concurrentib. ex vtraque parte priuilegiis, intelligere est iure communi l. Assiduis. C. qui pot. in pig. ha. Cessare etiam falcidiam, quando testator sciens quantitatem patrimonii sui, expresse illam prohibuit, vel si relictus hęres non fecit inuentarium tempore, & modis a iure statutis, vel si intra annum non est exequutus voluntatem testatoris, vel quando ipse testator vult, vt bona relicta non possint alienari, sed remaneant semper apud successores, docent iuris periti, in d. c. Raynutius, de testa. Tabie. verbo legitima portio, q. 2. Sylu. & alii eodem.

Tertia legitima portio dicitur Trebellianica, a Trebellio authore, & debetur ẽt iure institutionis, estque pars quarta totius hæreditatis, vt cum aliquis institutus hęres, vtiliter, vel in quota hęreditatis, rogatur, vt alteri restituat hęreditatem sine liberis moriendo: potest enim tunc sic hæres institutus retinere quartã partem totius hęreditatis Insti. de fideicom. hęred. §. Sed quia, & C. ad Treb. per totum. Et in hac Trebel. computentur legata, & locationes, ac omnia quæ perueniunt hęredi ex restitutio: Scilicet iure legati, vel donationis: alia vero venientia extra testamẽtũ non computantur. At in falcidia non computantur hęredi nisi ea, quæ obueniunt illi iure institutionis, nõ autem legata, vel alio titulo prouenientia. In legitima vero, computantur non solum ea, quæ proueniunt ex restitutio quocunque titulo, sed etiam vndecunq; sint profecta a defuncto, dummodo non sint donata simpliciter viuente patre filio emancipato, vel benemerito, non ob causam dotis, sed mere libere, donatione valida, cessat autem Trebellia. vel in legatis ad pias causas, vel si testator prohibuit, vel si substitutio auenescit, vt quia ingreditur Religionem ille, qui rogatur, vt si decedat sine liberis, vel si vxorem non ducat hęreditatem alteri restituat Tab. Sylue. & alii, vbi supra Pan. in cap. Rayn. de retract. His sic declaratis, probatur quod mater debeat in conscientia habere legitimam filiis, qui ab intest. est mortuus, non obstante dicto testamento patris. Tũ quia ius positiuum nequit derogare iuri naturæ, vt satis patet. ca. sunt quædam, 25. q. 1. l. id quod nostrum, ff. de reg. iu. legitima autem portio est debita filio iure naturæ. §. cum itaque, de hæred. & fal. l. fi. §. omnia igitur C. de adop. Testamentum vero habet vim iuris positiui, vt quod pendet a voluntate testatoris. Potuit igitur filius præcipue legitimatus nõ obstante paterna patris testantis prohibitione detrahere legitimam portionem de fideicommisso ac de ea libere disponere, vnde cum filius ab intestato decesserit, proculdubio censetur saltem tacitè voluisse illam suam legitimam deuenire ad hæredem suum proprium, sed mater est iure naturæ hęreres filij mortui ab intestato post patris mortem, vt quę est propinquior illi, quam collaterales consanguinei: Ac veluti parentes tenetur filijs alimenta debita pręstare, quæ legitima portio post illorum mortem dicitur, c. ius naturale, j. d. & l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iur. Ita viceuersa ipsi filij tenentur parentibus alimentorum portionem aliquam dare, iuxta tex. in l. Nam & si parentibus, ff. de inof. testa.

Confirmatur, quia per rubricam de successione ab intestato ascendentium, & collateralium, in §. volentes, quod naturalibus tantum, & etiam spuriis disponitur, vt naturalib. filiis succedi possit, & debeat per quoscunque perinde ac si legitimi, & naturales essent. Et quòd mater admittatur ad succedendum in legitima filii spurii de iure communi, & maxime quando filius est a patre legitimatus probat Alciat. cum communi, in consil. 232. Ratio siquidem ipsa naturalis petit, vt sicut filius iste succederet matri ab intestato, ita reciprocè hæc succedit filio.

Præterea, legitima portio nulli est subiecta oneri, nec potest in illa apponi grauamen, l. omnimodo, C. de inof. test. & in auth. de hære. & fal. §. primo itaque & §. si quis

§.si quis autem non implens, & in c.Rayna.de testa. sed quod legitima sit annexa semper fideicommisso, nec ab illo possit separari, est onus, & grauamen maximũ, talis igitur conditio per testatorem posita, vt nec legitima, nec trebellianica detrahatur, est illicita, ac proinde illa non obstante, tenetur hæres fideicommissi, ad eam matri dandam.

Adde quod licet pater in substõne pupillari (dicitur autẽ substitutio pupillaris, quæ fit talibus verbis, filius meus sit mihi hęres, qui si infra tempus pubertatis discesserit, Ioannes tunc mihi sit hæres possit de licentia filii disponere, & matrem ab ea hæreditanda priuare, vt habetur in c.si pater de testamentis in 6. fuit enim inuenta hęc substitutio eo, quod cum multum pro sit hęredem habere, & pupillus testari non possit, vtile fuit, pupillis modum inuenire ne decederent intestati, vt ait gl. in d.c.si pater. §. pupillares. imo cũ filius quatenus pupillus, sit res paterna, potest vt sic Pater pro ipso, vt de bonis suis propriis testari, ualebitq; talis institutio decedente filio in pupillari æta. sed si post pubertatem decesserit, tunc quia eo tempore est iam sui iuris, & extra potestatem paternam: succedit illi mater ab intest. nec per testamentum patris potest mater hæreditatis iure priuari, quo ad illam legitimam portionem, quia & si in pupill. æta. voluntas filii non sit alia, quã voluntas patris, postquam tamen pubertatis annos attingit, iam voluntatem habet disiunctam a patre, & propterea sicut potuit a se testamentum condere, sed in illo non poterat matrem omnino exhęredare, quando alios propinquiores non habuisset hæredes, s. filios, ita neque eodem mortuo ab intestato potuit pater de voluntate filii disponere, nec prohibere, vt mater in hęreditatem licentiæ portionis non succedere, ff. de vul. subst. l. his verbis & l. Centurio, & gloss. in d.c.si pater, §. absq deductione. In casu autem nostro cum substitutio potius sit fideicommissaria quam pupillaris, tum quia si decesserit sine liberis, est conditio amplectens etiam tempus pubertatis, vt no. gl. in cap. Raynu. de testamentis, §. substitutionis.

Tum quia institutio masculorum familiæ vsque in infinitum est obliqua, & fideicommissaria transiens limites anni pupillaris, vt patet: Iam autem in tali fideicõmissaria substitutione nõ potest pater inhibere, ne portio iure naturæ debita, ad matrem filio mortuo perueniat, vt est text. in cap. Raynuc. de Testamentis, quo loco Pater duas habens filias alterã nuptui traditam, Alteram impuberem, huic reliquit omnia sua bona eo pacto, vt si moreretur sine liberi, soror nupta cum filiis suis succederet in omnibus bonis. Et quia impubes postea nupsit, & sine liberis è vita decessit, testamentum tamen cõdidit quo maritum hæredem suorum bonorum instituit, adiudicata fuit legitima portio ipsi marito hæredi: sic enim statuitur per Inn. III. ibi. Quia vero Pater Adiectæ (hoc.n. erat nomen impuberis) ipsam in legitima non potuit aggrauare, legitimam ipsam videlicet eius partis, quæ sibi debeatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam a marito retinendam, ex quibus verbis infertur euidenter in casu nostro, matrem debere succedere in portione naturaliter debita, nec patrem grauare posse hanc onere fideicommissi, cum fideicommissum in illa legitima non teneat ipso iure, eo quia in ea nullum grauamen imponi potest filio. C. de inoff. testa. quoniam in prioribus glos. in d.c. Raynu. §. legitimam ipsam.

Hęc dixerim in foro conscien. & secũdum ius canonicum, non autem in foro contentioso, & de iure ciuili, quia non sunt partes meæ casum hunc, quoad lites dirimendas, disputare, sed solum quo ad debitum animę spectat, definire.

Nec ea, quæ ad alteram partem sunt adducta, efficere videntur. Ad primum dicimus, non posse filium renuntiare in damnum, & præiudicium necessarii hæredis, qualis est mater respectu filii, quando ipse decedit pubes ab intestato absq. liberis.

Ad secundum respondetur, quod in illo c. si pater. de Testamentis, decesserunt è vita filii in pupillari ӕta. vt no. gl. ibi, §. absque deductione, & ideo potuit pater in portione licentia filii, priuare matrem quod non posset si post pubertatem decessisset, idque colligitur ex verbis contentis in fine eiusdem text. ibi. Nam testamentum huiusmodi pupillare, paternum, vel paterni pars potius est censendum, quibus verbis assignatur a Bonif. VIII. ratio quare filius nequeat a testamento suo priuare matrem, portione iure naturӕ debita, pater autem posset in testamēto quod filio impuberi facit: eaque est; quia pater solum testatur tunc pro filio quatenus in pupillari ӕta. versatur in qua ӕtate est res paterna, nec habet voluntatem iure aptam ad disponendum de rebus suis, quę omnia cum cessent perueniente illo ad puberes annos, ideo si pubes factus moritur, substitutio paterna quoad dictā licentiam omnino extinguitur, & uenientes ab intestato succedunt in totum, vt probat gl. in d. c. si pater. §. absque deductione. Prӕterea substitutio, de qua tex. in d. c. si pater, erat pupillaris & directa, non aut fideicommissaria, vt ibid. dicitur in tex. & locus pius est maxime priuilegiatus, habetque rationem legitimi, & directi successoris, ac hӕredis, & quia filii instituti decesserunt in pupillari ętate. ideirco locus pius substitutus, dicitur iure directo, substitutio siquidem per verba directa tunc fit, quando quis habet hӕreditatem per manum testatoris, obliqua uero quando eam habet per manum hӕredis, vel alterius, vt not. glo. in d. c. si pater, & Syl. verbo Hӕreditas 4. q. 1. quia ergo in substitutione pupillari & directa, pater testatur de rebus filii, vt omnino suis, idcirco potest excludere matrem, ita ut etiam legitimam petere non possit, vt not. Bart. & iuris periti in l. Papinian. §. sed nec impuberis, ff. de inoff. testa. imo, & omnem aliam personam, quӕ ipsi pupillo ab intestato succedere potuisset, ff. de vulga. & pup. sub l. Lucius, quod tamen Syluester verbo Hęreditas q. 5 limitat esse verum in pupillari expressa, in quӕ fit per verborum affirmationem & expressionem tempis pupillaris: Nam in tacita, hoc est in qua non exprimitur pupillare tempus, excluditur solum mater, quando alter filius testatoris, frater pupilli substituitur, quod si substitutus sit extraneus, mater admittitur, nisi forte quando testator reliquit aliquid uxori, & vult illi esse debere loco prӕtensę licentię, veluti in d. cap. si pater, reliquerat ibi testator vxori vsumfructum quorundam bonorum suorum sub certo tenore, vt no. gl. Ex quibus omnibus aperte colligitur dispositionem illius text. in c. si Pater, de testamentis: esse longe diuersam a casu nostro, triplici ratione: quarū prima est, quoniam substitutio, de qua ibi, erat pupillaris; & directa, sed illa, de qua in casu agitur, est fideicommissaria, quia extenditur ad pubertatis annos, & ad omnem tempus, quo sine liberis fuit defunctus: est etiam obliqua, quia instituuntur semper masculi familiӕ quamuis inter eos interiaceat mater: vnde eo quia fideicommissaria, retinebit mater licentiam portionem filii defuncti, quę est tertia pars totius hӕreditatis testamētoris, secundum communem opi. quia in hac, pater grauare filium nō poterat. C. de inoff. test. l. quoniā ita Syl. verbo hӕreditas 4. q. 7. secundum discrimen est, quia in d. c. si pater, filij in pupillari ӕtate mortui fuerunt in qua, vt diximus, testator potuit excludere a portione licentia ipsam matrem, sed in casu pręsenti fertur quod filius obierit ī bello, ac proinde in ӕtate extra pupillarem, in qua iā testamentū excludens matrem non pōt operari contra ipsam, vt quӕ succedat tāquam vere hӕres instituta a filio, voluntate prӕsumpta quatenus credendum est filium nunquam futurum adeo naturӕ ipsi ingratum, vt matrem priuare auderet portione naturali, quasi iure sibi aduenīente. Tertia dr̄ia est, quia in d. c. si pater, relictum est a testatore ipsi vxori certorū bonorū vsusfructus, idq; forte rōne: ltiӕ quacunq; ex causa prӕtensӕ: sed in casu a nobis proposito, nihil fuit relictū

matri,

matri; loco præfatę hię, quo fit ut hæres substitutus, teneatur in conscia, ad dandã illam portionem iure naturæ debitam, filio ab intestato uita functo, eiusdẽ matri.

Per hac patet confirmationis solutio, fatemur .n. patrẽ posse priuare testõ suo decedẽtibus filiis absque liberis matrem portione legitima, posseque ipsam legitimam grauare durante pupillari ætate filii per pupillarem substitutionem expressam, sed non per substitutionem fidei cõmissaria, omneque grauamen, & cõditionem in legitima portione appositam expirare, & in nullitatẽ redigi, statim ac filius ad puberes annos peruenit, vt aperte colligitur ex tex. in cap. Raynuc. de testamentis, ubi legitima filię impuberis adiudicata fuit ipsius marito, quem hæredem instituerat: non obstante patris testamento: quod & si valebat durante filia in pubertate, nõ tamẽ post quã peruenit ad ætatẽ nubilẽ, vt supra est declaratũ.

CASVS III.

IOannes filium ex damnato concubitu suscepit, cui dum viueret multas pecunias varijs temporibus donauit, vt ex illi bona immobilia emeret, nec non in vltimo vitæ discrimine nunc positus, testamentum condidit, in quo nobilem quendã amicum hæredem omnium rerum suarũ instituit, eo animo, & spe, vt post mortem reddat filio spurio totam hæreditatem, cõfessorem vocat, cui prædicta oĩa enarrat.

Queritur, an donando dum uiueret filio spurio, condendoq; testamentum cum certa spe quòd tota hæreditas sit peruentura ad dictum filiũ, peccet mortaliter, quidq; a confessore sit iniungendum, tam patri, quàm filio, quàm heredi.

PRo huius casus decisione aduertendũ in primis est illegitimorum filiorũ varias esse species: quidam .n. nascuntur ex vtroque parente soluto, inter quos esse matrimonium potest, & appellantur naturales; Alij proueniunt ex parentib. qui inter se contrahere nequeant ob aliquod impedimentum, quod matrimoniũ inter eos celebrari prorsus vetat, & vocantur spurii, quasi ex spurcitia, siue damnato concubitu orti: solent etiam appellari Nothi, siue manzeres, quamuis manzer dicatur proprie, qui ex meretrice omnib. exposita nescitur. Iuxta illud Deu. 22. Non ingredietur manzer, i. de scorto natus, in ecclesia Domini.

De primę speciei filiis, hoc est naturalibus, haud dubium est posse parentes bona sua illis donare, & testamento legare, quãdo non habent alios filios legitimos. Ratio est quia iure naturali, & gentium, vbi legitimi non sunt naturales succedũt nisi lex ciuilis pro publico Reipubl. bono aliud statuat, cui in conscientia parendũ esset. De filijs vero spurijs & Nothis, siue sint ex adulterino cõcubitu, siue ex sacrilegio, certum est deberi illis a parentibus iusta alimenta, secundum parentum qualitatem, vt dicitur in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. Vnde si filius spurius operam literis nauare voluerit, & lauream doctoratus adipisci, vel si militiæ deditus, ad gradum ducis, aut centurionis ascenderit, vel ad aliquam artem idoneus fuerit, aut probitate & virtute alia insignitus, possunt tunc parentes tuta conscientia, habita rõne facultatum suarũ & qualitatis filii multo plura illi suppeditare, quã alimenta ad uitam tuendam necessario requisita; & quidem in Hispaniarum regnis, taxata est hæc summa in lege tauri, quo ad secularium filios, ad quintam bonorum partẽ, ita tñ vt si hæc non sufficiat ad vitam filii, superaddatur id quod necessarium est ad viuendũ; sed si super excedat, maiorq. fit quàm filii qualitas, & dignitas prerequirit: potest adhuc tota & integra dari filio, si pater velit. Quoad filios vero clericorum, & religiosorum secus decernitur; non enim possunt nisi ea præcisè, quibus secundum ius naturæ ad viuendum indignet: pro qualitate tamẽ, & conditione eorundem liorum prebere, & habetur per legem conditam Numantiæ a Rege Ioanne primo, & est

opinio

opinio Bal. in l. fi. §. si a socero ff. de his quæ infra. cred.

Similiter hoc certum est, quod quãdo filius spurius ex adulterino, & dãno cõcubitu nascitur, si pater est secularis & mater libera, ac soluta, potest tunc mater (nisi alios fortè legitimos habeat) legare illi spurio sua omnia bona, quamuis pater id non possit, & ratio est, quia cum in hisce filiis pater incertus sit, mater vero certa, ideo disposuerunt leges ad precauendas fallacias, ne extraneis bona relinquerentur, quod hisce filiis non possent patres sua legare, matres vero possent, vt de quibus minimè dubium est, quòd tales pepererint, & iure naturę vero, non autem ficto sint illarum filii, glo. in c. Tanta, qui filii sint legitimi imò mortua matre absque restitutio, illi succedunt. In casu ergo pręsenti tota difficultas consistit de filio spurio, qui vel ex vtroque parente adultero sit natus, vel saltem ex matre adulera, & de filio Clerici aut Religiosi.

Et quidem non defuerunt aliqui, qui opinantur patrem tuta conscientia potuisse bona sua dare huic filio tam per testamentum, quam extra illud, nec vlla restitutioni esse filium obnoxium; sed possidere, & retinere illa posse, donec, per iudicis sententiam donatio, & testamentũ inualidetur, & bona illa alteri adiudicentur: data enim sententia illi parendum erit, sed non antea.

Fundamenta huius opinionis potissima ea sunt.

Tum quòd leges prohibentes bona parentum transire dono vel testamento ad filios spurios sunt pœnales, vt quæ id vetant in pœnam libidinis inordinatæ parentum. iam autem pænales leges non obligare in conscientia, saltem quoad hoc vt impediant translationem dominii ipso facto, ne si facta sit, valeat, donec iudicis sententia, & condemnatione inualidetur, est opinio D. Tho. 2. 2. q 62. art. 3. Caiet. ibi & in summa verbo: pæna Adriani quolib. 6. ar. 1. Syl. verb. Assassinus Medina Cod. de rebus rest. q. 1. & multorum aliorum, quorum ratio est, quia cum pęna temperanda sit iuxta circunstantias, debeatq; exequutioni mandari, ad hanc non tenetur ex se reus, quia neque ipse potest temperare pænam; cum nequeat esse iudex in propria causa, neque illam prębet ipse exequutioni mandare: Tum quia non tenetur ipse de se ipso supplicium sumere, cum insimul esse agens, & patiens naturę repugnet.

Tum etiam confirmant, quia leges impedientes translationem dominii per cõtractum, cui deficit aliqua iuris solemnitas, non ita impediunt dictam translationem, quin in conscientia sit valida, & de facto teneat, donec aduenerit iudicis sententia, vt cum Pan. in c. Quia pleriq; de immunitate ecclesiarum; & in c. Requisiuit. de Restitutione in integrũ, tenet Antonius de Butrio: Ancharanus, Decius, Barto. Alciatus & alii, quos citat Couarruuias in c. Cum esses, de testamentis. Iam autem dictæ leges impedientes illos contractus minus solemnes, loquuntur expressius, & rigorosius, quam loquantur leges contra spurios, quia dicunt illos esse nullos, & habendos tanquam nõ factos; quibus verbis non vtitur lex contra spurios.

Adde quod eam authoritatem quam lex ciuilis habet in personas, habet in bona, & contractus, immo maiorem, vt satis patet & tamen leges ciuiles, quæ irritant contractum ex defectu conditionis, & solemnitatis, non obligant in foro conscientiæ ad rem per talem contractum habitam restituendam, ergo nec etiam illę quæ irritant testamentum ex defectu legitimi filii obligabunt in foro conscientiæ ad restituendam hæreditatem per tale testamentum legatam.

Quod eo magis persuaderi videtur, quia cessante fine legis humanę debet cessare vis legis humanæ standumque tunc iuri naturæ, & gentium, vt videtur de iure iurando in c. Et si Christus, & de Appellationibus, cap. Cum cessante. Vnde videmus correctionem fraternam, cessante spe emẽdationis fratris non obligare. Cum ergo finis legis prohibentis donari

nari & legari filiis spuriis sit, vt occurratur fraudi & dolo, qui esse solet in incertitudine horum filiorum, sequitur quod vbi hæc præsumptio cessat, & Pater scit aliquem spurium esse vere suum filium, poterit eo casu dictus filius, non obstante lege possidere sibi donata, & legata a patre cum tam naturæ iure quam gentium quęcunque filius possit succedere in bonis paternis.

Oppositam ex diametro opinionem tuetur Couarr. in Epitomo super 4. Decret. c. 8. §. 2. num. 3. quam sequitur recentiores D. Thomę interpretes 2. 2. q. 61. art. 5. & maxime quidam ordinis nostri eremitani S. Augustini doctissimus & mei amicissimus Magister P. Frater Michael Bartholomeus Salon. in commentario de iust. & iur. q. 61. q. 5. art. 5. concl. 1. qui absolute & vniuersaliter putant, Nullos spurios, siue sint filii secularium siue clericorum, habere posse bona patris, siue per testamentum, siue per aliquam donationem inter viuos, siue per quencumq. alium contractum, & ideo teneri in conscientia ante iudicis sententiam restituere illa, vel parenti a quo ea acceperunt, vel hęredibus ipsius, siue ab intestato, siue succedentibus per testamentum.

Rationes quibus in hanc sententiam deuenerunt, hæ sunt præcipuè. Tum quia leges ciuiles iisdem verbis disponũt de filiis clericorum, & secularium, vt in Authentica. Ex complexu C. de incestuosis nuptiis, vbi dicitur, ex complexu nefario, aut incesto seu damnato, liberi, nec naturales sunt nominandi omnis substãtiæ paternæ indigni beneficio. Et in Authen. quibus modis naturales efficiantur, § finali, habetur, omnis, qui ex complexibus, aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, nec naturalis nominetur, nec alendus a parentibus, nec aliquam e præsenti lege habebit communionem. Et in Authen. licet patri: C. de naturalibus liberis. dicitur in vltimis verbis, sed qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio excludantur, qui leges cum indifferenter de filiis tam clericorum quam secularium loquantur, & iustissimę sint, & maximè necessariæ bono communi ad tollenda adulteria, & alia execrabili a libidinis vitia, obligat in conscientia.

Tum quia & si finis legis non cadat sub lege, ab eo tamen sumitur propria legis intelligentia. Et cum hęc lex de filiis spuriis incapacibus ad bona paterna sit condita vt cum viderint homines filios ex damnato concubitu genitos in summam miseriam, & paupertatem debere viuere, ab adulteriis, & sacrilegiis absoluant, non satis huic fini esset consultum, si extra testamentum possent patres, illis donare bona sua.

Tum quia leges istę de spuriis, non tantum sunt pęnales, sed etiam præceptiuę reddentes huiusmodi filios spurios inhabiles ad recipienda vllo modo bona paterna, pręter necessaria ad vitam, ac proinde obligant in vtroque foro: idem enim iudicium est in foro conscientię: quod in foro exteriori, vbi res certo constant, & iudicium illud non nititur alicui falsæ præsumptioni: unde sententia, quæ neque nititur, neq; fundatur in aliqua falsa præsumptione, est obligatoria in conscientia. Cum ergo si spurio pater sua bona donet vel testamento, uel extra, idque certo constet iudici; possit iudex iustissima sententia compellere talem spurium, tanquam illegitimum dominum concedere, & restituere hæreditatem illam hęredi ab intestato tanquam vero domino, quare sequitur quod in conscientia ille spurius non erat verus dominus, nec fuit in ipsum translatum dominium per illas donationes.

Ex his ergo omnibus concluduntur. Patrem donantem in vita filio spurio, bona quæcunq; excedentia quantitatem alimentorum, peccare mortaliter, Nec filiũ posse illa accipere, vel retinere tuta conscientia. Cum per legem sit incapax ad illa recipienda: & Pater inhabilis de iure ad illa danda.

Nos inter extremas has sententias media via incedendum esse putamus: Ex cũ

tria

illum poteſt, cum ipſa nullam aduerſus maritum eo nomine actionem habeat c. Apud 32.q.1.§.publico. Neq.enim. Adulterium,iure ciuili id dicitur vbi cum ſoluta muliere coniugato eſt negotium. l. 1. C.de adult. Nam luxuriæ ſpecies magis diuerſificantur, & accipiuntur, ex parte materię,quæ eſt fæmina, quam agentis, qui eſt vir,docet Caie.2.2.q.153.art.2.§. Ad obiecta contra ſecundum dictum. Neque etiam ſtupri pænam coniugatus ſubdit,niſi cum honeſtę conditionis fęmina, rem habeat ac proinde ſpurii qui ex hac naſcerentur quamuis ſoluta eſſet,non poſſent parentibus ſuccedere,cum ciuili iure damnata ſit illa carnalis coniunctio; Nam ſicut in muliere infimę ſortis præſumitur non iniurioſus concubitus nec inuoluntarius,benè autem in ea quę honeſtæ conditionis eſt, & propterea iſte pæna damnatur, ille non; ita ſpurios ex honeſta fęmina & viorato natos,ſuccedere in bona parentum inhibentur, non autem ſpurios ex abiecta;ergo multo minus erit prohibitum quod iſtis parentum bona donentur.

Immo ſi ſpurius cum fratre ſuo legitimo contrahunt in vita patris ſocietatem omnium bonorum, tranſire tunc patre moriente eius hæreditatem ad ſpurium, aſſerit Bal. cum communi in l. 1. C. pro ſoc.& ratio tota eſt, quia ſpurio ſi prohibitum ſit ius ſucceſſionis , vel relicti, non tamen ius ſocietatis, quod pro cautela notandum eſſe tradunt Iuriſdoctores,quando pater voluerit ſpurium ſuccedere in hereditate cum legitimo,ut faciat eos omnium bonorum ſocietatem contrahere : ſi ergo patrem ſecularem donare filio ſpurio prohiberetur,nec etiam iure ſocietatis id poſſet Bar. l.ſi is qui.de li. leg. Fel. cap. Multorum, de iudæ. numero 2.

Addunt etiam alii poſse patrem ſpurio vendere aliquid de bonis ſuis,ac pretium vere,& realiter capere,illudque clam deinde ſpurio reſtituere. Ferat.c.41. Illuſtriſſimus Cardinalis dominus meus Paleottus.de Nothis ſpuriiſque filiis c.45. Non igitur eſt conſcientia prohibitum parenti ſeculari,donare ſpurio in ea quantitate,qua ditior fiat. Nam & ſi bonorum immobilium paternorum donatio, quia præſumitur loco legati facta,non ſit tuta in conſcientia, quatenus ſpurio in bonis paternis ſuccedere eſt iure cōmuni prohibitum:pecuniarū tamen donatio, quādo libera eſt, & omni dolo, & fraude carens,hoc eſt non in præiudicium hæredū legitimorum facta, habet rationem gratuiti beneficii, & pro remunerādis ipſius filii erga patrem meritis collata. Bart.l. ſi forte in ſi.de Caſt.pec. Iaſ.Dec.l.ſi donatione:loquendo tamen de ſpuriis Clericorum,& Religioſorum,nequaquam Patres his donare poſſunt in tāta quātitate, vt diteſcant:ſed ſolum alimenta ad viuendum neceſſaria:Hoc probat Sotus vbi ſupra per leges particulares in Regno Hiſpanię,ſed clarius,& de iure communi,& Pontificio id oſtenditur,ex diuerſis Pontificum bullis, quarum vna eſt Pii V. fælic.recor.anno ſui Pōtificatus ſexto, quæ incipit. Quæ ordini eccleſiaſtico noxia eſſe,&c. in qua diſponit ut nullus omnino clericus poſſit de reb.ſuis quocunque acquiſitis, ſola etiam induſtria labore, muneribus aut quocunque alio modo partis cuiuſcunque qualitatis:quantitatis,ſpei, naturæ, & valoris exiſtentibus illegitimos directe, vel indirecte hæredes inſtituere,ſiue illorum coniuges ſiue ipſorum parentes,filios,deſcendentes, aſcendentes,vel alios cognatos,ſiue viuentibus, ſiue defunctis ipſis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuſcunque pii operis intuitu. Neue illi illegitimi vnquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus iurisdictionibus & actionibus prædictis, ſiue totis,ſiue in parte ſuccedant, aut illa ad ipſos quamuis diſpenſatione ſuffultos, etiam per prędictum circuitum deueniāt, neue de eis vlla in aliū ſeu alios cōceſſio,donatio,translatio, aliauè diſpoſitio fiat, uel alia bona ſimilia vel diſſimilia illegitimis cōcedantur, quodque Teſtamentum,donatio,legatum, diſpoſitio omnino non teneat &c.

Ex quib. verbis apertè colligitur. Primo, illegitimos clericorum (& multo magis Religiosorum) non solum prohiberi, ne hæredes institui possint, verum etiam fieri inhabiles & incapaces ad obtinenda quocunq; titulo, etiã gratuito, bona quęcunq; paterna, & ita hanc legem non tantum esse pœnalem, sed etiam impeditiuã translationis dominij, sicut si vel pupillus donasset: vel si symoniacus acciperet, idq; iure factum est, non solum ad obuiãdum sacrilego concubinatui, sed multo magis ad occurrendum dãnnis Eccle. eo quod ratione filiorum, periclitatur maxima substantia Ecclesiarum, vt inquit Papa Pelagius in c. De syracusanæ vrbis d. 28. vnde gl. in c peruenit. 1. q. 3. asserit ecclesiasticos, & maximè episcopos, solere esse cæcos erga nepotes, quod confirmat Conc. Tri. sess. 25. c. 1. de Refor. his verbis. Vt ecclesiastici omnem humanum erga fratres, nepotes propinquosq; carnis affectum, vnde multorũ malorum in Ecclesia seminarium extat pænitus, deponant, &c.

Colligitur secundo nostræ conclusionis ratio, quare. s. prohibitum non sit de iure communi laicis aliud quàm hęredes instituere spurios. sed non illis pecunias etiam in abundantia in vita donare. At Clericis tam legare, quam donare spurijs est prohibitum, ideo lex in laicis est solũ pænalis, in clericis est pęnalis, & insimul impeditiua translationis dominij. Ratio enim vera, & propria est: quia quo ad laicos illa lex est facta in odium filiorum spuriorum, & eo solum fine, vt occurreretur adulterijs, & incestib. & ideo vt ab his refrenarentur homines, volunt tali pæna illos afficere, vt non possent spurios filios hæredes relinquere. Sed quoad clericos lex est lata non in odium filiorum, nec eo tantum fine, vt tolleretur occasio clericis concubinas habẽdi, sed pręcipuè ob bonum, & vtilitatem ecclesiarũ, ad præscindendam omnem occasionem, dandi vel relinquendi bona ecclesiastica filiis, & quęrẽdi, ac seruandi filiis ea, quę deberent distribuere pauperibus, qualia sunt illa, quæ decenti ipsorum substentationi supersunt. Et propterea fiũt merito filii clericorum per ius canonicum incapaces in conscientia accipiendi, testamento vel donatione, vel quocumque alio modo a patribus. Sed filii laicorum non redduntur per legem ciuilem incapaces alio modo accipiendi, quam per testamentum, seu hæreditario iure, quę lex, cum iusta sit, obliget quantum ad hoc in conscientia, sed cum sit odiosa, & in pænam delicti facta, non excedit verborum limites, neque quoad donata, & alio titulo quam hæreditario accepta obligat in conscientia, quod videtur esse fundamentum maximum pro opin. Soti vbi supra, & grauissimorum aliorum doctorum, quibus nos adhæremus.

Colligitur tertio non prohibere hanc extrauagantem, nec vllam aliam Pontificiam legem, quod pater clericus non possit dare spuriis alimenta necessaria, quod obseruandum esse tam in foro interiori, quàm exteriori, in terris etiam subiectis dictionis, & potestati seculari, affirmat cum communi Pan in c. Cum haberet. de eo qui dux. in matr. Et Bart. in Auth. ex complexu, C. de incest. nup. Dec. citans multos alios in c. clerici de iud. nu. 1. Lupus in repe. c. Per vestras. de don. inter vir. & vxo. §. 23. nu. 12. Nau. in comm. de spoliis clericorum, §. 19. Quorum omnium ratio est, quia cum educatio liberorum sit iure naturali debita, c. ius naturale 1. dist. n. & l. 1. §. ius naturale, ff. de iusti. & iur. ideo non potest per legem humanam hoc naturale ius tolli. cap. sunt quidam, 35. quæstio. 1. l. id quod nostrum, ff. de regu. iur. Humana enim potestas quæ minor, & inferior est, non potest naturali, vel diuinę quæ maior, & superior est, resistere, capit. inferior 21. distin. & cap. ex insinuatione de appellatio. Vnde Authenti. ex complexu. C. de incestuosis nuptiis, quatenus habet filios spurios non esse a parentibus alendos, nulli gentium est in vsu: Tum quia sit contraria pietati naturali, quæ similis similem quærit, & fouet Tum quia ad terrorem potius id dictum

ctum fuit, quam ad obseruantiam: sicut Solon. l. id ipsum apud Athen.(vt refert Plutar. in Sol.)cautum erat, ob id, quod ius ciuile præsumit illos, qui cum mulieribus familiarius, ac licentius præter decorem viuunt, non liberorum gratia ad eas accedere, sed magis, vt voluptatibus indulgeant, & ita sicut filios generare nequaquam intendunt, ita ab eis alendis tã quam filiis prohibentur, in pœnam sui decoris, & ignominiæ, quasi quod nullũ necessitudinis ius cum parentibus habeant, sed prorsus alieni præsumantur: quia tamen naturę officium exigit, vt propriis natis necessaria vitæ suppeditentur a genitoribus, & quamuis spectata illegitimate habeantur, vt extranei, considerata tamen natura, sint filii, idcirco non debuit, nec potuit lex vlla interdicere genitoribus, ne filios quantumuis spurios alerent. Nec Cœlestin. Papa III. in c. venerabilem, qui filii sint legit. cum inquit negari iure ciuili illegitimis alimenta: loquitur assertiue, sed recitatiue, non quidem id approbando, sed potius referendo, vt inde opinionem suam magis adiuuet, vt bene notat Illustrissimus Dominus meus Cardinalis Paleott. in dicto libro c. 46.

Quo fit vt Baldi opinio in Authen. ex complexu, C. de incest. nup. sit a veritate, & Christiana pietate aliena quatenus inquit, ius Pontificium non omnibus spuriis alimenta concedere, sed iis tantum, qui non ex nefariis, aut valde vitiosis congressibus sunt concepti, cum alii filiorum nomen non mereantur. Est n. hęc opinio falsa. Tum quia hæc educatio cum a iure naturali proficiscatur, omnibus debet esse communis: Tum quia hæc alimenta sunt concessa in fauorem filiorum, ne ij, qui nihil deliquerunt, tam acri pęna afficiantur, vt alimentis priuentur, vnde sicut in omnibus æqualis est innocentia, ita & æqualis venia. Tum quia spurii cuiuscunque sint generis, & si non appellentur filii, quod ad ius successionis, sunt tamen filii, quoad ius alimentorum, vt ait Dec. in cap. per tuas. de prob. Sicut enim qui legitimo thoro hoc est ex matrimonio nati sunt, duplici vinculo parentibus iuncti sunt. Altero legitimo, altero naturali: quoad primum communicant cum parentibus agnatione, nobilitate, gentilitate, ac successione, quoad secundum autem communicant, quoad naturam & naturæ necessariis: ita spurii & qui ex illicito, aut damnato thoro sunt geniti, non communicant, ut sit cum parentibus in primis illis rebus, & iuribus quæ sunt legitimorum, & quo ad hæc non habentur pro filiis: communicant tamen quo ad naturam, & naturæ necessariis, & catenus cognoscuntur a legibus ut filii, nec possunt illis necessaria alimenta denegari, adeo ut quamuis expresse pater eos in testamento ab omnibus bonis suis abdicasset, adhuc tamẽ eius hæredes munus hoc de alendis dictis spuriis implere teneantur, ut probat Bal. in l. id quod C. de epis. & cle. num. 46. & Ias. cons. 26.

Nec Panormitani opinio in c. cum haberet, de eo, qui duxit in matri. est vero consona, in eo quod asserit, & si legitimis filiis post educationem proprio lacte factam a matre, a ttinere ad patrem in reliquo toto tempore alimenta, in spuriis tamen secus omnino esse, vt qui nec sub patria sint potestate, nec vllum agnationis ius a patre retineant, æquum proinde nõ esse patrem hoc alimentorum sumptu sic semper pręgrauari, non matrem. Præsertim cum Can. cum haberet de eo qui duxit. vtrique Parenti iuxta vniuscunq; facultates hoc onus communicare iubeat, spuriusque quoad ius sanguinis tam patris quam matris. Et propterea cum alimenta instinctu quodam naturę debeantur, non videtur in his Pater Matri pręponendus, cum iure naturę filius æque patri, ac matri debeat, & econtra. Quin cum mater tantum, non pater his ab intestato succedat, rationi consonum est, matrẽ vniuersa alendi onera debere sustinere, vt quæ hæreditatis quoque commodo sola frui potest.

Hęc inquam Panormitani, & ipsum sequentium sententia, a vero discrepat. Tũ quia si spurii quo ad alimenta habent (vt

superius

superius ostendimus) ius filiorum, quia quoad naturam, seu generationem sunt vere filii, & per consequens quoad alimẽta quæ sunt naturę conseruatiua, sequitur nullam quoad ipsa alimenta esse differentiam inter legitimos, ac spurios, ac proinde sicut patet post tempus infantię, & lactis, tenetur filium legitimum alere, ita teneri ad alendum spurium: nec verum est filijs legitimis hęc alimenta deberi, quia sub patria sint potestate, & iure agnationis ad patrem attineant: imo debetur ex eo solum, quia a parte geniti: qui enim dat esse per generationem, oportet vt det consequentia ad esse conseruationem, alimenta autem debentur iure naturali cõseruationis: & quia pater est prĩcipium actiuum generationis filij, & mater est principium passiuum: idcirco patri magis conuenit naturali lege alimentis conseruare filium, quam matri: hæc enim non nisi in subsidium, & defectum patris alere filios tenetur, quo pacto intelligendus est text. in d. cap. cum haberet. Nam ibi Pontif. facit in alimentis dandis spurio, de vtroque parente mentionem, non quia vterque ex æquo ad id obligetur, alias insolidum, ac eodem tempore mater, & pater ad id onus vocarentur, quoad fieri non potest, sed intelligitur distributiue, & ordine quodam successiuo, vt quando patri desunt facultates, quibus alere filium commode possit.

Tũ quia, & si alimenta sint debita naturę, & quantum ad hanc obligatus sit filius patri, & matri, sicut è contra vterque filio, nihilominus sicut in generatione pater est principale agens, ita & in conseruatione, imo ipse est caput familię, qui rebus acquirendis incumbit, mulier vero eisdem conseruandis.

Tum demum, quia licet mater succedat spurijs ab intestato, in aliquo casu, ut habetur, §. fin. insti. ad Tert. non tamen semper succedit, ut in adulterinis, atque ex incestu natis manifestè cõstat, quibus neuter succedit parens; alendi tamen a parentibus sunt. imo quod ius alimentorum non veniat ratione successionis, inde manifeste constat, quia filio naturali mortuo, succedit pater, & non mater extante patre, & tamen hoc etiam viuere tenetur ipsa saltem in subsidium, ad alimẽta præstanda, & legitimis filiis succedit æque pater ac mater: his tamen ad alimẽta obligatus est pater magis, quàm mater. Quare concludimus teneri patrem alere filium, quamuis spurium, idque iure naturę, seu generationis, matrem verò ad hęc alimenta teneri in defectum, & subsidium patris.

Alimentorum verò nomine non solũ veniunt quæ ad vitam tuendam ne omnino deficiat, singulo quoque die, & mẽse sunt necessaria, vt Bart. consil. 119. & Alexan. l. 1. so. ma. videntur sentire, sed omnia ea comprehendunt, quæ ad vitam hominis decenter & honeste transigendam conueniunt, vt cibaria, vestitus, habitatio, cæteraque quibus tuendi curandive corporis nostri gratia vtimur, quemadmodum, & quę ad disciplinam pertinent, honestasque artes perciendas l. qui filium. Vbi pup. educ. generaliter enim omnia liberorum onera pater subire tenetur, & nec eum tantum alere, sed, & illius vxorẽ simul ac filios, vt ait Preposi. d. c. Cum haberet, & gl c. Admonere. 33. q. 2. ver. patrem. Imo hæc est regula vniuersalis, quod vbicunque iure sanguinis, & naturali quodam officio alimenta debentur, vt in casu nostro debentur, hæc omnia tunc alimentorum vocabulo contineri. Et propterea Pontifex Cælestin. in d. c. Cum haberet. de alimentis illegitimis filijs debitis loquens, non limitat id ad victum, & vestitum, sed ait in genere, parentes hisce filijs debere pro modo facultatum necessaria subministrare. Cum enim hæc Pontificia lex in fauorem filiorum illegitimorum lata sit, vt eis, parentes necessaria conferant, attendenda potius est quæ sit filiorum necessitas, quam quæ sit patris commoditas, dum tamen modum facultatum id non excedat. Itaque quod erit necessarium vitæ, & statui filiorum a patre tribui potest & debet, ne alias, quod in filiorum vtilitatem decre-

tum

tum,& cōstitutum a iure est, in patris potius commoditatem, & filiorum plerumque detrimentum conuertatur.

Ex quibus colligitur quarto, posse tuta conscientia, & debere iustè clericos filias suas etiam spurias dotare (quicquid Bartolus, & Alexander vbi supra dicant.) Ratio est: quia qui potest & debet filiam alere, potest & debet eam dotare, cū dos succedat loco alimentorum vt notant doctores ī l. vxorem §. pater naturali, ff. de leg. 3. Accedit, quod Cœlestinus inquit in d. cap. cum haberet, parentes liberis suis debere pro modo facultatum necessaria subministrare: sed cum dos inter maxime necessaria computetur, l. 1. in fi. so. ma. vt sine qua mulier nubere non potest, & plerunque turpissimo vitæ generi se tradere cogatur, indubitatum relinquitur posse clericos filias suas spurias dotare.

Imo hęc duo nempe filiis aliméta præbere, & filias dotare, pñt clerici, non modo de bonis patrimonialibus suis secularibus qualia sunt quæ per successionem, aut per suam industriā, & alias artes, aut per donationes, & alios cōtractus, eo modo, quo laici sibi acquirunt, sed etiam de bonis quasi patrimonialibus, vt sunt quę missando, & agēdo Capellanos, vicarios temporarios, prædicatores, confessarios, & alios actus spūales exercendo lucrantur. Horū enim ita sunt vere domini, ac si essent patrimonialia, vt tenet Cy. in Auth. licentiam, C. de epi. & cle. Pan. c. cum esses, de testa. imo etiam de redditibus ecclesiasticis. Tū arg. tex cum gl. in c oīno. 31. d. vbi dicitur, quod propriam vxorem, & filios sustinere debet clericus, de bonis ecclesiæ. Et licet loquatur de filiis añ clericatum habitis eadem ratio militat in filiis habitis per illicitum, & damnatum coitum, quantum ad hoc. Nam & si clericus malefecerit contra votum castitatis solemniter in susceptione ordinis emisū, ex quo tamen filii sunt in lucem editi, nō sunt perdendi, sed pascendi, & tanquam pauperes & idē maxime coniuncti adiuuandi, arg. c. pasce. 86. d. & c. sicut hi. & d. c. cum haberet.

Tū quia licet ecclesiastici redditus habeāt hoc onus annexum, vt id, quod post honestam clerici sustentationem, superfluit, dandum sit pauperib. vel locis piis, per c. Res ecclesiæ. & c Episcopus, &c. videntes 12 q. 1. & late probat Nau. tract. de redditib. ecclesiasticis qō. 1. Mon. 42. quando tamen beneficiarius non hēt alia bona ex quibus possit suis creditoribus satisfacere; potest & dēt ex illis redditibus superfluis satisfacere, quia tunc solutio suorum debitorum censetur quasi erogatio in pauperes: Ac ita beneficiarius tanq̄ suorum ecclesiasticorum redditu um distributor, pōt ex iis, quę de decenti sustentatione superfluūt, suscipere sibi tāquam pauperi vñ sua debita tanquā debita pauperis soluat, etiam si illa debita sint iniuste contracta, vt late probat cum communi Nau. in Man. c. 25. nu. 131. & tract. de redditibus eccles. q. 2. Monito. 26. cū igitur aliméta, & dos, sint debita filiis de iure naturæ, potest & dēt beneficiarius de redditib. ecclesiasticis hoc debitū persoluere, tanquam debitum magis intimum, & necessarium quocunque alio.

Tum quia causa matrimonii est causa pia, vt satis patet, ideo si ī pia opera distribuere debet clericus secundum electionē suam redditus beneficii: clarum est posse ex illis instituere dotem filię, vt honeste iuxta conditionem suam nubat.

Quod si quæratur in qua quantitate dos hæc filię spuriæ possit tuta conscientia assignari: Respondent aliqui: nō posse excedere alimentorum quantitatem siue mensuram, adeo quod id tantum de dote possit assignari filię spuriæ, quod satis sit ad ipsam de victu, & vestitu, domoque alendam: quia pater sicut non est obstrictus filiis, nisi quoad alimenta, ita cū dos tribuatur loco alimentorum, non debet horum mensuram excedere, nec a1 aliud potest in conscientia cogi, ita Bald. cōs. 457. col. 2 Abb. d. consi Capic. decis. 181. Nos vero veriorē putamus sētētiam, quæ affirmat, quantitatem dotis posse excedere mensuram alimentorum, tribuique posse tum quoad decentiam status,

ita vt patriæ consuetudo, Patris dignitas & qualitas consideret. Tum quia ex d.c. Cum hæc, conclusimus superius, spurijs filijs non solum alimenta, sed etiam necessaria esse a parentibus præstanda: Iam autem necessarium tam dicitur, quo quis indiget ad vitam seruandam quam quod illi est opus ad se decenter pro sua qualitate sustentandum, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 6. Caie. 2. 2. q. 43. art. 4. & colligitur aperte ex D. Amb relato in c. considerãda, & c. Est probanda. Et in l. 1. C de sac. san. eccl. num. 36.

Tum quia secundum patriæ consuetudinem indecorũ esset filiæ quamuis spuriæ, ex clarissimo, & locupletissimo patre genitæ, illud dotis nomine tribui, quod alioquin si cælebs mansisset, sibi ad quotidianum victum esse, possit, ideoq; triũ millium, & quingentorum aureorum dotẽ quandoq; congruam esse Dec. respondit, in cons. 611. Card. Pal. de Nothis, & spuriis c. 50. Tum quia Côci. Trid ses. 25. de refor. cap. 2. Et si interdicat clericis ne ex redditib. Ecclesiæ consanguineos familiaresve suos augere, & ditescere studeant, vt si pauperes sint, iis vt pauperibus distribuant: quia tamen Pauper non solum dicitur qui caret, quo alatur, sed etiã qui non habet, quo statum suum tueatur, & & conseruet, vt patet ex D. Th. vbi super ideo tribuere potest clericus dotem filiæ spuriæ in ea quantitate, quæ sit cõformis personæ, & statui, iuxta patriæ consuetudinem, adeo vt totum illud posset donare a terti in simili conditione nubendæ: potest donare filiæ spuriæ. cum pauperum electio sit in mera potestate clerici. Et q̃c quid potest tribuere pro eleemosyna extraneis, potest pro eadẽ dare suis quãdo indigent: vt multis probat Nau. in tract. de redditibus Ecclesiasticis monito 21.

Hæc autem de filiis spuriis determinauimus, & ea multo magis in nepotib. affirmans. vt eadem ratione ali ab Auo debeant. Tum quia hi nepotes, idest filiorum spuriorum minus odiosi sunt, vt magis a damnato coitu remoti. l. si. C. de natu. lib. 509. consi. 161. Tum quia cum lex quoad alimenta, & dotem spurios, vt filios haberi velit, iam sequitur, vt quę in aliis legitimis filiis seruari, solẽt, quorum nepotes æque, ac ipsimet sunt alẽdi, eadem in his quoque, qui ex spuriis filiis nascuntur, admitti debeant, arg. l. 1. §. lex falcidia ad l. falc. Bar. tract. alim.

Ex his igitur omnibus manifestum iã satis relinquitur, posse Patres seculares, filiis spuriis dũ viuunt donare, & pecuniis emere non solum quibus alantur, & statum tueantur, sed etiam quibus ditescãt: patres vero clericos non posse spuriis filiis donare nisi necessaria ad se alendum & statum sustentandum, & dotem filiab. quo competenter nubant, & hoc ex redditibus etiam ecclesiasticis. Nec obstãt quæ in contrariũ adducta sunt pro opin. Cou. & Magistri Salonis, quatenus asserebant videlicet non licere spuriis aliquid donare præter alimenta, & ipsos spurios in cõscientia obligatos esse statim eadem restituere. Nam argumẽta omnia falso nituntur fundamẽto, quod putent idem disponi tam de iu. ciui. quam cano. de spuriis, secularium, & clericorum. Probatũ enim est satis a nobis superius dispareẽ in vtrisq; esse rõnem. Tũ quoad rationem peccati, quia q̃ in seculari est adulterium, vel incestus, in clerico est sacrilegium rõne voti solẽnis. Tũ quoad scandalũ quod grauius semper oritur ex eo qđ clericus Deo cõsecratus filios generet, q̃ secularis. Tũ quoad periculũ alienãdi bona ecclesiastica, & cõferendi ea aliis q̃ locis piis, quod periculum imminet in clerico habente filios, & non in laico, qui non habet bona huic oneri adiecta. Tum demum quia ob dictas causas lex cõtra spurios seculariũ, est pænalis, nec extenditur vltra ius hæreditarium, & ideo est condita in odium dictorum spuriorum non obligans vltra dictos hæreditatis terminos. At lex contra spurios clericorum est impeditiua translationis dominii, & facta principaliter in fauorem bonorum ecclesię: & ideo iure optimo extenditur non solum ad relicta in testamẽto filiis spuriis, sed etiam ad inter viuos eisdem a patribus donata.

Ad

Ad primum igitur argumentum fatemur leges illas ciuiles prohibere filiis ex damnato concubitu, siue adulterio, siue incestu, siue sacrilegio, vt non possint per testamentum & iure hęreditario succedere parentibus, cum vt sic filii nomen non mereantur, & per consequens, nec hæredes parentum esse possit: sed extra testamentum donatione inter viuos & absq; dolo & fraude sine prędiudicio notabili legitimorum filiorum, non esse prohibitũ laicis ditescere spurios: quia quamuis lex sit iusta, & irritatiua legati, ac successionis hæreditariæ ipso facto, nec quoad hoc sit spectanda iudicis sententia, sed cunctos statim obliget, vt quæ translationem dominii, tali modo, hoc est hæreditario iure prohibeat, non tamen vltra terminos hęreditariæ successionis extenditur: & sic ad donata alio titulo, quàm hæreditario non habet vim præceptiuam: & per consequens quoad sic donata non obligat patrem laicum nec spurios ex tali patre genitos, vnde ius commune ciuile & canonicum in hoc, ex quo complectitur omnes spurios ex dãnato coitu natos, quod inhabiles sint ad successionem hæreditariam: sed extra successionem, & testamentum aliter disponit de spuriis ex parentibus laicis, & aliter de spurijs clericorum, vt satis superque est superius declaratũ.

Ad secundum dicitur a lege esse sufficiẽter prouisum adulteriis per hoc quod sicut redduntur spurii indigni nomine filii, ita inhabiles ad hęreditatem paternã: & iste fuit præcipuus finis legis, quæ & si quo ad hoc sit iusta, & obligans in conscientia, quia tamen in odium spuriorũ est facta non extenditur ad donata alio titulo, quàm successionis, & testamenti maximè quoad laicos, vt supra diximus.

Ad tertium concedimus supradictas leges ciuiles esse, non solum pænales, sed præceptiuas, immo & impeditiuas in conscientia translationis dominij, non quidem vniuersaliter, sed via testamenti, & successionis hæreditarię: vnde si alia via pater donet vel ex pecuniis nomine filii spurii emat bona, quibus diues remaneat: cum de hoc nihil præfatę leges disponant, non est cur pater de peccato aliquo argui possit.

Alterius vero partis argumenta quatenus dicebant relicta in testamento filiis spurijs, & si pater sic testando peccauerit, non teneri tamen dictos filios in conscientia ante iudicis sententiam illa restituere, falso etiam nituntur fundamento, quia non est verum leges illas esse solum pænales, immo sunt etiam præceptiuę & impeditiuę translationis dominii per titulum testamenti, & hæreditariæ successionis: & ideo quicquid tali titulo a spurijs possidetur, iniustè & iniquè possidetur, vnde nec eo colore possunt adiuuari, quasi ut extraneis liceat eis quod in testamento relictum fuerit consequi, vt qui præter extranei causam paternum etiam delictum habent coniũctum, quod merito illos bonorum parentum reddit expertes l. extraneum C. de hęred. instit. Alexan. consilio 174. in 3. numero 4.

Sunt igitur spurii ex damnatis nuptijs geniti omnis successionis, siue paternę siue maternæ, tam ex testamento quam ab intestato penitus incapaces; nec ius vllũ agnationis, aut cognationis cum patre, matrevè nec inter se ipsos seruant ita, vt nunquam sibi inuicem ab intestato succedant Dec. consil. 311. Crau. 138. versic. 4. probatur Cagn. l. pen. C. ad Offic. nu. 46. Alex. consi. 174.

Vnde colliges parentes, qui genuerant filium ex damnato coitu, non posse in cõscientia succedere in bonis dicti filij, neque ab intestato, neque ex testamento. Quia sicut in odium dictorum filiorum inhibitum est illos succedere parentibus, ita e contra ob parentum incontinentiã interdictum est parentibus succedere in bonis filiorum. Authen. quibus modis nat. eff. sui. §. illud. ver. vltimo siquidem collat. 7. Panor. in cap. Tanta, num. 13. qui filij sint legitimi. Nicolaus Vbal. in tractatu de successione ab intestato, par. 1. nu. 45. vbi etiam expresse asserit, Ne-

que fratres succedere fratribus spuriis ex damnato coitu natis, quamuis secus sit in spuriis vulgo quæsitis, hoc est qui non ex damnato coitu orti sunt, vt definit glos. communiter recepta in Authen. si qua illustris Cod. Ad orficianum & in §. Nouissimè inst. eo. & in d. §. illud d. Aut quibus modis nat. effi. sui. Illustriss. Dominus Cardinalis Paleottus cui a Theologo a quidecim fere annis inseruio in tractatu suo de Nothis, & spurijs, cap. 43. Nauar. in consiliis suis lib. 3. de successione ab intestato consil. primo.

Quod attinet ad secundum dubiũ videlicet, Au instituens hæredem aliquem extraneum sub confidentia, seu fide certa quod bona testamento illi relicta tradet deinde filio suo spurio, peccet lethaliter, & nisi testamentum sub tali confidentia factum rescindat, absolui valeat.

Respondemus breuiter quod si iste testator instituit hæredem cum confidentia & spe certa verbo, vel quocunque alio signo exteriori significata, & contestata vtrinque quamuis secretissime de tradẽda hæreditate filio spurio, delictum committit mortiferum, nec a confessore absolui potest nisi pactum, seu testamentum rescindat. secus tamen est si hęredem instituat sub illa confidentia & spe certa, nullo tamen externo signo expressa, & efficaci obligatione corroborata.

Primum ostenditur. Tum quia tali testamento fraudẽ legi facit, & ideo iustam legem in re graui transgrediendo peccat mortaliter l. non intelligitur de iur. fis. Bart. l. fi. de his quibus vt indi. Tum quia id quod pater ipse non potest nec per mediam licet personam, & ideo cũ pater nequeat per se relinquere bona sua filio, nec id poterit mediante alia persona l. 1 §. siue itaque C. de nat. li. Tum quia testamentum fraudulentum, & iniustum æquiparantur: semper enim fraus est cum alterius iniuria: iam autem illud testamentum cum confidentia expressa & fide data est fraudulentum: quia vtitur testator illa fraude de instituendo hęrede extraneo vt sub illo veniant bona ad spurium; iniustitiam vero delictum facere mortale ex se nulli est dubium. Vide Bal. l. 1. de nat. lib. Bart. consi. 194. Dec. cõs. 311.

Secunda pars ostenditur. Tum quia spes sola, & confidentia animo tantum concepta a testatore non obligat hæredẽ, nullique iustitię repugnat: immo credere, & iudicare de aliquo quod erit liberalis, & beneficus in filiũ spuriũ, est iudiciũ laudabile l. ita fidei. §. de iure fis. Tũ quia iuri naturæ est cõsonum spectare, vt beneficus sit tibi, & tu illi, in quem tu beneficia confers; beneficium enim beneficio compẽsatur, & ideo ex beneficio quod testator contulit hęredi, spem concipere quod idem hæres par. reddet filio spurio, nihil habet de fraude, nec de malo Bart. Alex. l. 1. eo. ti. Bal. l. si is, dę vul.

Aduertendum est tamen quòd licèt pater non possit instituere hæredem sub fide de tribuenda hæreditate filio spurio, & pari ratione, nec etiam in uitam donare omnia sua sub pollicitatione, quòd tribuantur deinde spurio, nihil tamen prohibet, quin pater spurium filium bonorũ suorum exequutorem in testamento relinquat, cum tunc nihil spurius sibi ex dictis bonis retineat, sed omnia prout iussit testator in alios debeat distribuere, iam autem leges faciunt spurium incapacem hęreditatis, non exequutionis: & odia, ac pœnæ nunquam extenduntur, c. odia de Reg. iur. lib. 6.

Immo posse Patrem tuta conscientia filium spurium ex damnato concubitu, nõ in propriis, sed alienis; vt puta pupillaribus bonis, substituere, dummodo id fiat absq; fraude & dolo, qui quidem abesse in dubio præsumendus est, tenent communiter iuris doctores l. si is, qui, de vul. Nam cum Pater in testamento pupillari testetur de bonis non, vt suis, sed vt pupillaribus, & lex non redat dictum spuriũ incapacẽ ad hæreditanda bona consanguineorum si testamento illi sint relicta nec etiam erit in capax substitutionis pupillaris Bal. com. 1. in 1.

Quod ad tertiam spectat dubitationẽ. Nũ videlicet istitutus hęres sua data fide de

de tradenda hæreditate dicto spurio possit interim dictam hæreditatem in conscientia possidere, sitq; verus illius hęreditatis dominus, possitque eam dare dicto spurio absque peccato, tum ipsius, tum spurii.

Respondent aliqui quòd si institutus hæres sub fide reddendi hæreditatem filio spurio, instituitur a parte laicos; talis institutio est valida, & sic institutus erit verus hæres & dominus talium bonorũ, cum debito tamen tradendi illa bona dicto spurio ob fidem datam patri ipsius: Rationem quam adducunt, est, quia filij spurii Patris secularis inhabiles solũ sunt & incapaces bonorum paternorum hęreditario iure, & per testamentum; non autem alio titulo extra testamentum vt nosmetipsi etiam supra diximus. Iam autem cum hæreditas committitur a Patre fidei amici, vt illam debeat postea donare filio spurio, nõ potest dici, quod filius spurius habeat dicta bona paterna tit. testamenti; sed donationis: nec filius spurius potest iure hæreditatis prætendere illa bona, sed iure promissionis, & fidei datæ & sic obtineat ea alia via, quàm per testamentum, quo fit, ut nihil hic in conscientia cõtra legem committi videatur. Addunt tamen hoc verum esse nisi fiscus bona illa sub tali fide relicta petierit, quia si petat standum tunc erit sententiæ datæ in foro exteriori.

De filijs vero Clericorum & Religiosorum secus asserunt institutum hæredẽ sub illa fide data; non esse verum hæredem, nec posse dicta bona retinere, nec etiam illa postea donare filio spurio, & tã hunc recipientem quam illum donãtem peccare mortifere, sed omnia illa bona restituenda esse hęredibus illis clerici ab intestato; adueniente autem sententia, & condemnatione danda esse fisco. Ratio est quia hi Cleric. & Relig. filii sunt omnino inhabiles, & incapaces ad bona paterna accipienda quocunque titulo præter quam alimentorum, idq; odium sacrilegii, & in vtilitatem bonorum ecclesiasticorum quæ hac via poterant alienari, & in profanos vsus conuerti definitum est lege, quę cum iusta sit, obligat in foro animæ, & translationem dominii impedit. Hanc sententiam inter alios amplectitur Dominicus de Soto li.4. de iust. & iur. q.5. art.1. & in 4. sent. dist.41. q. vnica. artic.4.

Nos autem hanc dubitationem aliter dissoluendam esse arbitramur, & vtiliter institutum hæredem, siue a Clerico, siue a Religioso, siue a seculari sub data fide de reddenda hęreditate filio spurio: non posse in conscientia possidere dicta bona, nec verum esse hæredem, peccareq; mortaliter si illa bona filio spurio tradat: & hunc etiam si eadem accipiat; sed restituenda statim esse hæredib. ab intestato: vel post datam sententiam, fisco.

Tum quia per contractum fraudulentum nullum dominium transfertur, quia fraus & dolus nulli doloso patrocinantur, alias omnia rapinis, & furtis essent, plena, si contractu fraudulento possent licitè acquiri: & cum huiusmodi testamẽtum sub illa confidentia, & fide præstitia factum, sit omnino fraudulentum, quia sub illa promissa fide vult pater bona sua transire ad filium spurium cõtra id quod leges decernunt: vnde l. in tacitis, ff. de legatis, & fideicommissis: talis hæres censetur loco prędonis & priuatur illa hæreditate applicaturque fisco, & redditur ibi pari ratione, in fraudem legis fieri, cum quis obligat se ad præstandum fideicommissum ei qui capere non potest, manifestum relinquitur institutionẽ illam esse nullam, ac proinde hæredem sic institutum, non posse illa possidere, nec ea spurio donare, cum donet id, quod est hæredum ab intestato.

Tum quia talis hæres sub illa prędicta fide a patre clerico, vel laico institutus tenetur omnino ex fidelitate, & iustitia reddere hęreditatem illam spurio. Ex fidelitate quidem eo, quoniam promisit, & dedit fidem, promissio aũt, & fides data in re graui obligat sub culpa mortali. Ex iustitia, uero, q̃a accipiens aliquid sub aliqua cõditione seu onere tenetur ex iustitia id

adimplere: tam autem quando quid ex necessitate geritur, hoc non ab eo, qui id tunc agit, sed ab eo, qui id ita faciendum præcipit, est agnoscendum: Nudum solummodo versatur in hac re hæredis ministerium, certum ius totum a testatore oritur. Hinc si magistratus mandato populi aliquid constituerit, illud non amplius deleri poterit, eo quod non magistratus, sed populus id vere sanxisse dicitur. Et si decuriones, negocium Duumviris dederint, vt quem ipsi elegerint, corũ nomine litem instituas, is ab ordine magis, quam a Duumviris ad id vocatus existimatur. l. item. § si decurio, quod cuiusque vniu. Immo hoc ipsum clare constat exemplo fideicommissi, quo quis testatori non hæredi succedere dicitur l. cohærendi. §. cum filię de vulg. cum igitur primi recta via instituere filium spurium non liceat nec id etiam hæredi sub colore promissionis, & datę fidei licebit, quod & Bartolus ex facto alias respondit consilio 194. & Bal. etiam sequutus est l. id quod pauper C. de episcopis & clericis.

Quando tamen illa confidentia non est tacitè neque expresse per promissionem, & fidem datam manifestata: sed in mente solius testatoris recondita: quamuis etiam ab hærede forsan præsumpta, non redderet testamentum in foro conscientiæ inualidum, sed institutus hæres posset habere illa bona, & eadem deinde libere donare filio spurio testatoris: Ratio est. Tũ quia spes sola quam Testator mente concipit, nullo interueniente pacto, aut promissione non obligat ipsum heredem, & ideo si tribuit eadem bona postea spurio. id facit ex liberalitate, & charitate, qua beneficus, & eorum filii debent præferri ijs, a quibus nullum beneficium accepimus.

Tum quia leges prohibentes ne sub confidentia possint bona paterna venire ad dictos spurios agunt solum de confidentia necessitate, & cogente hæredem, hoc est quæ data fide, & pollicitatione exhibita declaratur: vt colligitur. l. Prædonis ff. de petit. hæred. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Iam autem hæ leges, cum sint odiosę, non debent extendi ad ea, quę non exprimunt.

Verum tamen est, quod si ex aliquibus signis probetur præsumptio, quod hæres accepit dicta bona, vt redderet illa filio spurio testatoris, condemnaturque a iudice propter præsumptionem probatam, tunc tenetur secundum iudicis sententiã illa restituere: vnde autem sufficiens præsumptio deprehendi valeat, docent Iuris periti, vt Cępo. de simul contr. præsump. 9. Bal cons. 75. in 2. & l. post contractum, de dona.

Quod si quæras. An saltem is laicus, vel clericus, cui bona aliquot à testatore relinquerẽtur vt ea in pauperes aut pios vsus distribueret, & posset tuta conscientia dicta bona in filios proprios spurios conferre.

Respondemus, quòd potest, si est vere pauper, elargiri tantum de illis bonis filio suo spurio, quantum satis sit pro alimentis necessariis personę, & statui. Ratio est quia cum ille de suo non possit cõmodè hæc alimenta filio præbere, nunc oblata occasione, qua debet aliorum egestatem, & penuriam subleuare ex bonis testatoris, peccaret proculdubio contra charitatem si extraneos suis anteferret, cum charitas incipiat a se ipso, & post ipsum a sibi magis coniunctis cap. quisquis 12. quæst.

Quod si non sit pauper, sed propriis bonis affluat, tunc nequaquam potest ex dictis bonis aliquid dare filio suo spurio. Nam cum eum alere ipse pater antea teneretur, nunc si illi hęc bona tribueret, statim se ipsum onere alẽdi talem filium liberat, cum filius ex his bonis necessaria vitæ posset commodè suppeditare, ac proinde pater ad alimenta cogi amplius non posset, & consequenter ex hac distributione, & collatione facta filio spurio magnum sibi commodum, & lucrum comparasset Soc. consil. 11. col. 2. Ripa tractat. de peste c. de tenio num. 164. Anc. cons. 436. Alex. l. si is, qui, de vulg.

Ex omnibus his, quæ diffuse declarauimus,

uimus, manifestum relinquitur quid cõfessor in casu proposito facere debeat: si in Ioannes est laicus, nec alios legitimos habens quibus illis datis pecunijs spurio filio damnum notabile afferat, nõ est quod scrupulum de peccato mortali ei inferat: cum vt probauimus de iure cõmuni licet patri seculari donare extra testamentum filio spurio, non tantum quibus viuat, sed etiam quibus ditior euadat quod si Ioannes est Cleric. aut Religiosus, tunc quæ ad personam, & statum dũtaxat sunt conuenientia elargiri, & dare filio spurio poterit & si abunde donet, culpam incurrit mortalem iustam Pontificis legem transgrediendo.

De testante autem cum certa spe quod amicus institutus hæres tribuet bona omnia filio suo spurio: si talis spes & confidentia est signo exteriori confirmata: iudicabit illum peccare mortaliter, testamẽtum esse nullum, omniaque testamento habita iniuste possideri. Et sic nec testantem, nec hæredem absoluendum, nisi vel testamentum rescindatur vel illa confidentia, quę vitiat, prorsus eradicetur, & si testator est vita functus, restituenda erunt illa omnia bona ei hæredi, qui Ioanni succederet casu; quo moreretur sine testamento: quia illud testamentum cum sit nullum ob fidem datam, idem operatur ac si prorsus non esset.

In congregatione habita feria 5. die 28. Aprilis 1583. sub sequentes tres casus propositi fuerunt.

CASVS I.

Antonia præsentibus testibus promisit Francisco se nupturam eidem, & is similiter ducturam illam in vxorẽ, & has de futuris nuptijs pollicitationes confirmarunt osculo, & manum tactu: Nunc Antonia a parentibus suasa non vult promissis stare sed decernit alteri nubere: eo maximè quia hæc promissio fuit sibi a confessore nuper commutata in quædam opera pia virtute Iubilei, non aliam ob causam, quàm quia secundus iste sponsus magis sibi placet.

Quæritur an peccet mortiferè Antonia contrahendo cum alio possitq; cum tali proposito a Parocho absolui, & num dicti testes teneantur, cum denuntiationes fiunt, hoc impedimentum manifestare.

TRia petit iste casus, quorum primũ est, vtrum Antonia possit absque culpa mortali, recedere Francisco inuito a promissione de futuris nuptiis simplici, & non iurata.

Et ratio dubii hic oritur primo ex tex. in c. Requisiuit, de sponsalibus vbi a Papa Lucio III. quæsitum fuit, qua censura mulier compelli debeat, quæ iuris iurandi religione neglecta, nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit. Et respondet Papa: quod cum libera debeant esse matrimonia, mouenda est potius, quàm cogenda, cum coactiones, difficiles soleant exitus frequenter habere.

Secundo, quia si Antonia non posset absque mortali peccato resilire a promissione illa simplici coram testibus. Francisco facta, sequeretur, quod ab ecclesia in iudicio exteriori compelli posset ad illã seruandam, & matrimonium ineundum, quia Ecclesia non solum peccata commissa punire debet, sed etiam committenda prohibere, arg. c. diaconi. 93. dis. & c. ipsa pietas 23. q 4. sed Ecclesia sponses, qui de futuris nuptiis simplicem fidem sibi dederunt, non debet compellere ad matrimonium, vt habetur in c. præterea, il 1. de sponsalibus, vbi ab Innoc. III. decernitur, quod si aliqui præstita fide simplici de contrahendo matrimonio, propositũ mutant, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem obseruent. Si autem se adinuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem, scilicet ducat, quam odio habet, videtur quod ad instar eorum, qui societatem contrahunt fide data, & po-

stea eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

Tertio promissio simplici verbo facta eo obligat, quia veritas est seruanda, ex simplici enim promissione non videtur aliud debitum exurgere quam debitum non mentiendi, seu non fallendi proximum, vt Caie. in Sum. verbo. Perfidia, & 2.2.q.113.art.5. Et Armilla eo. verbo. Perfidia, affirmant, sed mendacium, seu deceptio, non videtur obligare ad mortale nisi in casu, quo inde notabile damnum, & nocumentum infertur proximo. Nam veritas ex se ipsa cum non sit ad alterum, sed tantum dicat ordinem sermonis ad mentem, non pertinet ad iustitiam. Non igitur Antonia videtur peccare mortaliter resiliendo a promissione data de futuris nuptiis, eo maxime, quod si a confessore compellatur, ut illam seruet, fiet sacramento matrimonii iniuria, quatenus inuita nubet Francisco.

Propositum tamen dubium, longe aliter est dissoluendum: Et vere asserendũ Antoniam peccare mortaliter resiliendo a promissione de futuris nuptiis. Nec posse a confessore absolui quousque persistit in proposito non seruandę dictæ promissionis, nisi forte superuenerit aliqua causa legitima illam non seruandi.

Pro cuius veritatis maiori notitia illud est in primis aduertendum, sponsalia esse mutuam viri, & fœminæ promissionem de contrahendo matrimonio, vt habetur in c. Nostrates 30.q.5.& l. sponsalia, ff. eo. tit. vnde sicut ille, qui promisit aliquid facturum, non dicitur adhuc illud fecisse, ita qui promittit nubere alicui, non contrahit tali consensu matrimonium, quia hoc perficitur per consensum de pręsenti, sponsalia vero per consensum de futuro, accipiendo sponsalia proprie, vt distinguuntur a coniugio: Nam in acceptione impropria, & larga, aliquando ipsum matrimonium ante copulam, appellatur etiam in iure sponsalia, vt patet ca. coniuges & c. coniux. 27. q. 2.

Considerandum secundo, quod cum per sponsalia, seu promissiones de futuris nuptiis, neuter sponsus tradatur in possessionem alterius, sed id fiat postea per matrimonium, quod est vinculum omnino indissolubile, idcirco ante quam hoc celebretur, necessaria est maxima rerum, & circunstantiarum circumspectio, vt cõiuges libentissime in societatem conueniant, & indiuiduam vitam perpetuo cõseruent, ob quod multis de causis sponsalia dissolui posse canones decreuerunt, quas recensent Theologi in 4. senten. distinct. 30. & Sotus distinctio. 27. quæst. 2. ar. 5. Canonistæ in c. de illis: de sponsalibus. Summistæ, verbo, Sponsalia. Et quãuis Hostiensis in Summa, de spons. §. fin. & Ioannes Andr. in d. capitu de illis, existiment sponsalia, regulariter non diuidi ipso iure, sed auctoritate ecclesiasticis iudicis esse dirimenda, arg. c. si duo pueri, de desponsatione impuberum, & c. seculares, 33. q 2. Nihilominus tamen verior, & communior est opinio, quod generaliter vbicunque causa dissoluendi est publica, & manifesta, tum quo ad veritatẽ, quam quo ad iustitiam, tunc absque auctoritate ecclesiæ ipso iure dissoluuntur, nullusque sponsorum peccat si pollicitationibus etiam iuratis non steterit, quia spontanee potest quis retrocedere ab eo quid iura ipsa irritum, & nullum esse declarant. quando causa non habet manifestam veritatem, uel in iure canonico non est clare expresa, tunc non potest quis resilire ab sponsalibus sine authoritate Ecclesiæ, a qua veritas & rationabilitas causæ expendi debet. cum enim in causa propria quilibet facile decipiatur, & ideo nullus sit sui ipsius bonus, & æquus iudex, cunque causę matrimoniales subsint episcopi iudicio, idcirco sponsalium dissolutio, episcopi authoritate fieri debet. Rich. in 4. sen. dist. 27. Siluester, verbo sponsalia. q. 11. Tab. eo. verbo. q. 9. Nauar. in Man. c. 22. num. 28. Sot. in 4. sent. dist. 47. q. 2. art. 5.

Nec obst. c. duo pueri. de desponsatione impuberum, vbi Papa Alexand. III. imponendam iubet competentem pœnitentiam cuidam, qui pro sua opinione

iudicio

iudicio ecclesię non requisito, ab sponsalibus resiliuit. Respondemus, quod ibi loquitur de resiliente absque causa manifesta, & clara: tum quo ad veritatem, tum quò ad iustitiam. quò peracto etiam est intelligendus D. Thom. in 4. sen. dist. 30. cum ingressum Religionis, & transitum ad secunda connubia per verba de presenti, dissolui ipso iure sponsalia, in reliquis vero omnibus non dirimi nisi iudicio ecclesię; intelligendus inquam est in reliquis, in quibus causa non est clara, & manifesta, iudicium Ecclesię requiri.

Tandem sciendum est ad sponsalia mutuam vtriusque requiri promissionem, vt ait D. Tho. & omnes Theologi in 4. d. 27. & habetur l. 1. ff. de sponsa. adeo quòd licet si alter tantum promittat: Satis id sit vt ipse obligatus maneat, non tamen sufficit ad sponsalia ineunda, nisi altera etiam pars tacite, vel expresse idem alteri promittat, additio autem iuramenti, & Arræ traditio, non sunt de necessitate, & essentia sponsalium, quamuis per hæc, firmiora, & stabiliora reddantur.

His suppositis, quod Antonia peccet lethaliter promissionem frangendo, nec possit a confessore absolui, si alteram velit nubere, his rationibus persuadetur.

Tum quia simplex promissio quando iusta est, & honesta, obligat sub culpa mortali ad sui obseruantiam. Nam in cõtractu promissionis, sicut veritas respicit ipsam promissionem, ita fides, illius exequutionem, vnde sicut veritas obligat ad non decipiendum proximum in promissione, ita fides ad implẽdum promissum, & ideo frangere fidem alicui datam, est species quædam infidelitatis, ac per consequens ex suo genere delictum est mortale, vt sentit D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 3. vbi inquit violationem voti, non solum esse peccatum grauissimum, quia est contra virtutem religionis, sed etiam quia est contra virtutem fidelitatis, cuius est dicta, & promissa verificare, & opere exequi.

Tum quia promittere, non significat dicere verum, vtcumque, sed dicere illud, obligando se ei cui dicitur, ad illud seruandum, & adimplendum, & ideo induit rationem iustitiæ, cum iustitiæ sit reddere debitum, vere autem promissa debita sunt interuenit enim quasi commutatiuę iustitiæ hic contractus, serua fidem, quia credidi tibi, & illam mihi dedisti, vnde Cic. 1. de off. inquit, fides, de qua loquimur, non solum ad iustitiam attinet, verum etiam est verissimum iustitiæ fundamentum, cui omnium hominum pacta conuentaque nituntur. Cum ergo contra iustitia agere, sit ex genere suo culpa mortalis, sequitur Antoniam retrocedentem a promissione, deliquisse mortifere.

Tum quia dissoluens sponsalia pro libito, iniuriam notabilem infert alteri sponso, vt communi hominum prudentum sensu & existimatione constat, plurimum enim de honore sibi detrahi alter sponsus credit, quando illo inuito fides ab altero sibi data non seruatur.

Tum quia quæ necessaria sunt ad conuictum, & societatem humanam, sunt iure naturę obseruanda, non modo ex charitate, sed ex iustitia legali, quę respicit bonum commune: Ad conuictum autem & societatem humanam nihil magis est necessarium, quám vt homines fidem adinuicem sibi datam seruent, cum hęc, vt supra diximus ex Cicer. sit fundamentũ omnis iustitię quatenus illi omnes contractus nituntur. Vnde Ecclesiastici 5. Displicet Deo infidelis & stulta promissio; in scriptura vero, quæ Deo dicuntur displicere, mortalia sunt quare cum spõsalia obligent de lege naturæ, & de iustitia, non potest a mortali excusari, qui pro libito illa non seruat.

Accedit, culpam ab Antonia commissam tanto grauiorem esse, & a confessore minus posse absolui, si in illa velit persistere, quanto hæc sponsalia fuerunt coram testibus celebrata, & ideo non solũ fuit promissio simplex, hoc est simplici verbo prolata, sed est promissio legalis, hoc est testium præsentia, & authoritate corroborata: hanc autem obligare in foro

ro consci. quam in foro exteriori, ita ut a iudice, possit promittens cōpelli ad standum promissis, omnium doctorum est concors sententia. D. Thom. 2. 2. q. 113. art. 5. & Caiet. ibid. Sylu. verbo Pactum. num. 3. S. Ant. 2. par. tit. 10. c. 1. §. 4. Soto, lib. 7. de iust. & iur. q. 2 ar. 1. & per sen. d. 27. q. 2. ar. 1. Nauar. in Man. c. 18. num. 6. & c. 22. num. 25. Pan. 22. q 5. c. Iuramentum, & c. 1. de pact.

Rationes quę pro augenda dubitatione, in initio fuerunt adductæ, non est difficile diluere. Et ad primam Responderi potest, secundum glosam in d. cap. Requisiuit. §. cum libera. quod text. non dicit non esse cogendam, sed inquit quod est monenda primo, & si admonitioni non acquieuerit, est postea compellenda. Nec propterea matrimonium appellari debet coactum, quandoquidem non dicitur coactus aut inuitus, qui propter voluntariam antecedentem promissionem vrgetur ad promissi solutionem 12 q. 2. c. quicunque, veluti qui sponte suscipit, beneficium, si postea ad ordines suscipiendos cogitur, non dicitur inuitus ordinari. 50. d. c. Innouamus.

Respondetur secundo, & melius, quod text. ille intelligitur, in casu, quo superuenit iusta, & manifesta causa resiliendi a sponsalib. & quando timetur difficilis exitus si cogatur, vt puta vxoricidium, vel capitales inimicitiæ, vel quid huiusmodi, vnde per iudicem quidem ecclesiasticum moneri debeat, & licet possit cogi, non est tamen cogendus, quando rationabilem habuerit causam discedendi a sponsalibus; quia si stante tali causa cogatur, difficilem exitum habebit ipsum tunc matrimonium. ita Archidiacon. in d. c. Requisiuit, & Sylue. verbo sponsa. q. 4. in fi.

Ad secundam rationem, Respondet Pan. in cap. Ex literis el 2 de sponsalibus, quod resilientem ab sponsalibus etiam simplicibus, nec iuratis, debet Ecclesia prius monere, vt seruet promissa, & deinde cogere pœnis, ac censuris si nolit parere. Nos tamen dicimus quod si huiusmodi sponsalia sunt publica, vel per denuntiationem a Parocho in Ecclesia factam, vel per præsentiam testium, aut instrumētum publici notarii; tunc iudex Ecclesiasticus potest, & debet cogere resilientem sponsum ad illa seruanda, vel ad adducendam causam iustam, & canonicam propter quam dissoluenda sint, quia promissio legalis qualis est quæ testibus, vel scripto fit, dat actionem in iudicio eo, quod hæc iudicatur deliberata, & potest commode, ac facile circa talem promissionem lis extorta absolui, cum habeat probationem competentem, qualem non habet promissio secreta, idcirco sponsalia clandestina inter solos sponsos facta, & si obligent in foro conscientię non tamen subiacent iudicio exteriori, nec discedentem ab illis poterit Iudex Ecclesiasticus cogere, sed solum monere. vnde in c. Duo pueri. de despōsatione impuberum, quia illa sponsalia de quibus ibi agitur, erant publica, idcirco tum propter scandalum, tum quia propria voluntate vnius sponsi absque consensu alterius, iudicio ecclesiæ non requisito fuerunt facta, & dissoluta, pręcipitur, vt illi qui fidem fregit, & promissioni non stetit, imponatur competens pœnitentia ad tempus.

Ad tertiam dicimus falsum omnino esse, quod ex promissione vera, quamtumuis simplici, consurgat solummodo debitum non mentiendi: Nam ex iis, quæ diximus satis constat, consurgere etiam debitum seruandę fidelitatis, cum in quacunque vera promissione, duo sint, scilicet veritas in promittendo, & fides in adimplendo: qui enim promittit, mens correspondet verbis, si non fingit, & eatenus est verax & promittit non sibi, sed alteri, & eatenus talis promissio pertinet ad iustitiam commutatiuam, & non seruare fidem datam, est peccatum infidelitatis, quod ex suo genere est mortiferum. Sot. de iust. & iur. lib. j. q. 2. art. 1. S. Ant. 2. p. titul. 10. cap. j. Syluester verbo: pactum. nu. 3.

Secundum dubium, quod in præsenti casu inuoluitur, est: An per Iubileum potuerit

tuerit Antonia dispensari in his sponsalibus de futuris nuptiis.

Respondemus, quod non potuit, quia per hoc, quod conceditur a Papa authoritas dispensandi, seu commutandi vota, non intelligitur concessa authoritas dispensandi, & commutandi sponsalia, cũ hæc a votis specifice differant, nec se necessario consequantur, aut vnum ex altero dependeat: iam autem dispensatio, cũ sit stricti iuris, nunquam extenditur ad omnino disperata, nisi id nominatim & expresse declaretur, vt no. Panor. in cap. non debet, de consanguinitate, & affinitate. Et Gē. in c. is qui. de fi. presb. 6. Syl. verbo Beneficium. 3. q. 10.

Et confirmatur, quia licet dispensandi ptās concessa alicui, cuius effectus non in ipsum, sed in alium deriuatur, debeat latissimè interpretari, vt aduertit Io Andr. in c. fin. de verbo. sign. & communiter Doct. in c. quia, circa de priuilegijs, quando tamen præiudicat iuri alieno stricte est accipienda, nec extenditur ad illud, nisi sit expressum, reduciturque ad ius commune, vt habetur in c. cum dilectus, de cōsue. & no. Pan. in c. cum ad hæc de cle. non resid. vbi asserit, quòd si priuilegium enormiter lædit alium, non valeat, nisi fiat mentio de hac enormi lęsione, quia in dubio, non præsumitur princeps concedere aliquid cum alterius graui dispendio. Cum igitur in casu præsenti, per spōsalia, habeat vterque sponsus ius acquisitum ad matrimonium contrahendum: nec vnus possit sine iniuria graui alterius a dictis promissionibus resilire, absque iusta & manifesta causa, idcirco per Iubileum, quo datur facultas in commutandis, aut dispensandis votis non poterit cōfessor commutare aut dispensare in sponsalibus cum aliis dispensatio cum vno sponso, redundet in damnum, & præiudicium alterius sponsi.

Quod adeo verum esse putamus, ut nec etiam in sponsalibus voto factus, licitum esset per Iubileum dispensare, aut illa in alia opera pia commutare, vt si quis voueret Deo, se matrimonio ducturam Antoniam pauperem, non posset confessor cum isto sic vouente dispensare, ne Antoniam ducat. Tum quia Deus recipit illud, in vtilitatem partis, & ideo in tali dispensatione, nocumentum graue sit parti, cui non intendit Summus Pontif. præiudicium inferre, argu. l. quoties, C. de precib. impe. offe. & c. suggestum, de decimis, & ibid. gloss. §. Priuilegia. Tum quia cum hic sit votum, & sint sponsalia, vt supponimus, hoc est mutua vtriusque partis promissio de futuris nuptiis: Et in Iubileo detur solum facultas in votis, dispensatio facta de voto, non extenditur ad votum & sponsalia simul, quia sub simplici, mixtum non continetur, nec dispensatio facta d. simplici, porrigitur ad simul iuncta, vt ff de adult. l. vim passam. §. præscriptione. Bal. inst. de act. & in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Syluester: verbo. dispensatio q. 5.

Fatemur tamen posse hec sponsalia solo partis vtriusque consensu dissolui, & nolente Antonia paupere nubere illi qui uoto facto principaliter Deo promisit eã in vxorem ducere, nō teneri iam amplius ad promissa, quia sponsalia, per partis vtriusque remissionem, etiam si sint iurata principaliter propter Deum, dissoluuntur vt tenet & probat late Naua. in Man. c. 22. num. 25. Tum quia licet iuramentum, seu votum illud fuerit principaliter factum Deo, tamen acceptatum a Deo fuit in vtilitatem partis, & quia quilibet potest renunciare vtilitati suæ, ideo ipsa paupere nolente, & renunciante liber, & solutus manet alter sponsus a iuramẽto, & voto. argumen. capitu. quamuis pactum, de pact. lib. 6. ne redundet in alterius detrimentum.

Tum quia vouens intrare certam religionem, si illi nolunt eum recipere, liber prorsus remanet a voto, & potest in seculo manere, ac vxorem ducere, vt declarat Caiet. 2. 2 q. 189. argum. 3. Angelus verbo, votum, 3. § 11. & ideo a simili qui vouit Antoniam in vxorem ducere, si illa non vult illi nubere, liber erit ab omni onere, & obligatione dicti voti.

Tum

Tum quia alias tale iuramentum, & votum redundaret potius in damnum, & præiudicium illius fœminę pauperis, quam in vtilitatem & fauorē eius, quia id, quod quis cogitur acceptare, & cui nō potest renunciare, est potius onus, & dānum, quam gratia; & fauor l. quod fauore, Cod. de leg. & capitu. quod ob gratiā, de reg. iur. lib. 6.

Tum denique quia hoc ipsum videtur expressum manifeste in cap. pręterea. 1. de sponsalibus; vbi de quibusdam, qui fidem dederunt iuratam de contrahendo statuitur, quod possunt vtriusque consensu fidem relaxare, & remittere, sicut illi, qui interpositione fidei iuratæ societatem contraxerunt, quam tamen postea dissoluere possunt, licet Innocentius, & Panor. in d. cap. præterea, contrarium sentiant, & Syluester verbo, sponsalia quęst. 10. quorum fundamentum cum leue sit, per ea, quæ dicta sunt, facile euerti poterit.

Tertium, quod in præsenti casu quęrebatur, illud erat. Vtrū dicti testes, essent in conscientia obligati ad impedimentū istud denunciandum.

Ad quod respondendum est affirmatiuè teneri quidem oblata occasione publicationis per Parochum, manifestare illa sponsalia: Nam ex sponsalibus antea cum aliqua contractis, nascitur impedimentū ad matrimonium contrahendum cum alia, quod quidem licet non sit dirimens, est tamen impediens, vt declarat Syluester et alij summistę: Matrimonium 7. q. 3. Nauar. in Man. capitu. 23. nu. 72. Iam autem ille, qui non denunciat impedimentum, quod scit subesse, inter eos, qui volunt matrimonium contrahere, peccat mortaliter, maximè si sub pęna excommunicationis præcipiatur, vt qui sciunt impedimentum, denuncient. Argum. ca. de maior. 1. & obe.

Verum est tamen, quod si ex tali denunciatione magnum cognosceretur scādalum euentum, non teneretur in tali casu is, qui nouit tale impedimentum, quāuis probari in iudicio possit, ad illud denuntiandum: quia tunc denuntiatio potius noceret, quam prodesset: vt ait Adrianus, in 4. de confessione, quęst. 5. dub. 7. Nauar. in Man. capit. 23. num. 83. qui, & si loquantur in impedimentis occultis, licet probari possibilib.; in hoc tamen pręcedentium sponsalium, de quo nos hic agimus; sicut ipsa, ob scandala probabiliter futura dissoluuntur ipso iure, ita ubi hæc cognoscuntur e testibus, non est quod eadem denunciet, quandoquidem id quod a iure dissoluitur & vim non habet corrigendi, neque etiam vim iam habet impediendi.

Ex his igitur omnibus satis liquet, in casu præsenti debere confessorem persuadere Antoniæ, vt promissionem datā Francisco, de futuris nuptiis, adimpleat: quod si nolit, deneganda est ei absolutio, vt quæ sit impęnitens habeatque animū perdurandi in peccato: quod si conscientiæ propriæ oblita contrahat cum alio, tunc ad denuntiationes quæ antecedent, consulendum erit testibus, vt impedimentum denuntient, causaque ad Episcopum delata standū erit illius iustæ sententiæ.

CASVS II.

Nicolaus hominem quendam optimi nominis, infamia nota affecit, cuius rei conscius filius, patrem accerrime reprehendit: postea ipsum ad debitam faciendam satisfactionem sæpissime induxit. Nunquam tamen adduci Nicolaus potuit, vt famam iniuria ablatam resarciret, & ita nulla facta satisfactione è vita casu repentino discessit. Nunc filius, rem omnem confeßori enarrat, nesciens an ea quæ Nicolaus Pater suus imposuit illi homini fuerīt omnia vera, vel falsa.

Quæritur An filius, qui hæres est patris, debeat à confessore cogi ad huiusce famæ restitutionem; & quomodo illam restituet.

Pro decisione euidentiori præsentis casus, est in primis notandum id, quod

quod iam alibi tetigimus; famā non esse aliud, quam opinionem seu æstimationē inculpatæ, & bonæ vitę quam de aliquo habent homines: sicut honor est cultus, & reuerentia, quæ exterius exhibetur alicui, ratione virtutis, dignitatis; aut excellentiæ, quę est in ipso. Vnde honor & fama in hoc videntur differre; quod fama consistit in bona opinione interiori, quę in aliorum mentibus residet, & ita læditur per verba, & detractionem, per quam alterius bona vita verè vel falso maculatur, & denigratur: At honor, consistit in cultu & reuerentia exteriori, & sic propriè non læditur nisi per contemptum, contumeliam, vel irreuerentiam, quæ fieri potest conuitiis, aut factis, D. Thom. 2.2.q.72.& q.73.ar. 2.

Aduertendum deinde, nos hic vt certissimum supponere famam esse restituēdam.

Tum quia illa præstat omnibus diuitiis, vt dicitur Prouerbiorum 22. & ideo si hæ iniuste ablatæ restitui necessario debent, multo magis fama. Tum quia omne damnum illatum cum iniuria, restituendum est, & ad ęqualitatem iustitiæ reducendum. Iam autem damnum famę, est maximum inter temporalia: sed difficultas in pręsentiarum versatur, vtrum hoc restituēdi onus transeat ad hæredes, ita vt defuncto infamatore teneatur is, qui in hæreditatem eius successerit, famam, quam scit per ipsum denigratam fuisse, restituere D. Tho. 2.2.q.61.art.2. Ricardus, & alii Theologi, in 4.dist. 15. S. Ant.2.par.tit.2.c.2.§.3.

Notandum est Tertio, necessum esse vt tria concurrant ad hoc vt quis teneatur ad famæ restitutionem: quorum primum est, vt verè realiter, ac in effectu sit denigrata, & læsa opinio bona proximi; quia vbi non est læsio, nullum etiam interuenit damnum, & per consequens nec restitutionis vinculum. Veluti latro, qui conaretur alienum rapere, id tamen non potuit ad effectum deducere ob aliquod impedimentum, peccauit quidem morti fere, sed non est obnoxius restitutioni, quia damnum non intulit. Quatuor autem modis contingit famam non lædi: vel cum id quod dicitur licèt sit malum, & turpe, non tamen ab eo, de quo dicitur habetur, pro turpi, ac maculante famam: vt si de iuuene laico dicatur, quod amet ardenter pulchram puellam, vel quando is, de quo detrahitur, erat iam infamis in talem genere vitii, vel per sentētiam, vel per factum adeo notorium, quòd nulla tergiuersatione celari publice possit; vt si de meretrice, dicam concubuisse nocte cum lenone: Vel si id quod dicitur est leue, adeo vt minimum minuat de opinione, hoc est, quod non fuit in causa, vt bonum notabile animæ corporis, aut pecuniarum auferretur proximo, aut his indignus iudicaretur; vel si detrahenti non adhibetur fides, vt quia certo audientes iudicant illum mendacem, inimicum, seu iocose loqui. Peccabit quidem in omnibus his detrahens, sed non erit obnoxius restitutioni, cum damnum non dederit. Adrianus quolib. vndecimo litera R. Sotus libro quarto de iustitia, & iur. quæst. 6.ar tertio. Nau. in man.c. decimooctauo nu. quadragesimoquarto. Secunda conditio ad restitutionem famæ necessaria est, vt fama lędatur iniuste: semper enim in restitutionis vinculo, oportet intercedat iniustitia, & inæqualitas; quo fit, vt, nec iudex, qui secundum allegata, & probata condemnat innocentem, nec qui iuste aliquem reum in iudicio accusat, quamuis id ex odio faciat: nec qui fratrem corripit coram testibus, seruato ordine euangelico: teneatur ad restitutionem famæ inde denigratę. Non enim dicitur iniuste factum quod a iure fieri conceditur. l. siquidem, C. de iniu.

Tertia conditio est, vt ille infamatus non recuperauerit alia via suā famā, Nā si eam iam perfectè, & in proprio malo, in quo fuit infamatus recuperauerit & omnino refecit: cessat omne damnum, & inequalitas, ac proinde cessat ēt obligatio restituendi famam.

Vt si infamauit aliquem de adulterio, videamque postea illos, quibus id dixi certò

certò scire esse falsũ: Aut si accusaui falsò aliquem de hęresi, qui perfectè purgatur, & publica sententia postea declaratur verè catholicus, absque omni suo, & suarũ rerum iactura, non teneor iam amplius famam, quam illi abstuli, restituere; eo quia nullum iam est famæ damnum, quãuis oppositum videatur sensisse Nauarrus aliquando, sequutus Adrianum in 4. sent. de Restitutione q. 34. à quo tamen postea discedit in Man cap. 18. eo quia rationes Ariani solum probant restituendum esse damnum, quod infamatus accepit quãdiu infamatus mansit, sed non ad famæ recuperatę restitutionem.

Nec obstat si quis dicat, eum qui nocet in pecuniis, seu alijs bonis, etiam si alter ditescat, teneri nihilominus ablatum restituere, ac proinde a simili, qui infamauit, teneri etiam ad restitutionem, quamuis fama proximi sit alia via reparata.

Respondemus rationem esse quoad hoc diuersam in fama, & in aliis bonis; nam si quis noceat in pecuniis, siue aliis in bonis Petro: etiam si Petrus aliunde postea ditescat, nihilominus remanet sẽper damnum illud illatum Petro, cum iniuria, & inæqualitate, quia Petrus remanet adhuc spoliatus re accepta, donec illa sibi restituatur. sed qui nocuit in fama, si ea quacunque via recuperatur, cessat iam illud damnum, ac propterea non est reparationis, seu restitutionis locus.

Ex his igitur conditionibus, colliget facile confessor, quando obligare debebit pænitentem, ad restitutionem famę, alteri ablatę; scilicet cum eam verè abstulit, & contra iustitiam, & quam alter non iterum adhuc in integrum reparauit.

Quibus sic declaratis ad propositum dubium respondendum est, infamatoris hæredem, siue filius sit, siue extraneus, teneri iuxta vires, & facultates hæreditatis restituere damna notabilia verè illata, & causata per illam infamiam, non tamen teneri ad restituendam, seu resarciendã ipsam famam ablatam. Exempli gratia, ex detractione, seu infamia, duo oriuntur: alterum per se, quod est amissio bonæ famæ, & bonæ existimationis, quam alii habebant de proximo, quod tale malum nunquam fecerit, & hoc damnum restituitur reintegrando proximum in suã pristinam famam, asserendo fratrem nihil tale commisisse mentitum.

Alterum est quasi consequens, & ex infamia resultans, nempè amissio pecuniarum, dignitatum, officiorum, veluti si quis ea de causa episcopatum, beneficiũ, officium in Republica, cathedram, vtile matrimonium, aut aliquid simile pretio æstimabile perdidit. infamator igitur dũ vita fruitur astringi debet ad restituendum infamato non modo famam, quam iniustè denigraui: sed etiam omnia dãna ex illa falsa infamia fratri suo subsequuta: cum sic infamans, sit per se, & directè causa illorum damnorum, & cum iniuria: iam autem qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, vt est text. in cap. si culpa tua, de iniuriis, & damno dato.

Quod si infamator dum viueret, nullam restitutionem fecit, tunc, & eo casu hęres, qui id nouit, tenebitur ad restituenda damna ex infamia subsequuta; sed non ad restituendam ipsam famam.

Primum manifeste ea ratione probatur, quia horum subsequentium damnorum restitutio, est debitum, ac onus pecuniarium, hoc est pecuniarum æstimatione resarcibile: erant enim illa quędam tẽporalia lucra, quæ per infamiam datam amisit proximus: huiusmodi autem debita & onera, transeunt cum hęreditate: vt omnes, tam Theologi, quàm iuris periti affirmant.

Tum quia hæc debita cum sint realia, & infamator ex suis rebus illa resarcire, & soluere tenebatur, ideo ex non solutione accreuerunt hæreditatem: ac propterea ad quemcunque hęreditas transeat, annexum & inseparabile, habet illud onus persoluendi tale alienum debitum: bona siquidem defuncti, obligata ad aliquod onus, cum eodem transeunt ad quẽlibet possidentem, vt dicitur in cap. Ex literis. De pignoribus, & 16. q. 1. c. si quis laicus.

laicus. Nec obstat id quod Panormitanus in cap. fi. de sepulturis sequutus glosam in c. A nobis el 2. de excom. videtur asserere, non teneri hȩredem, ad satisfacienda damna ex delicto defuncti prouenientia, nisi quando ipsum pœnituit commissi delicti: quia tunc iure ciuili datur actio contra hȩredem eo, quòd cum iste penituerit, & contritus fuerit, quantum in se est tunc satisfecit, & per eum non stetit: Vnde hȩredes ad quos bona peruenerit, voluntatis defuncti exequutores, compellendi sunt satisfacere pro ipso pœnitente.

Non inquam obstat; Tum quia hic agimus in foro conscientiæ, in quo rei veritas attenditur, nec remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Tum quia aliud est pœnitere de peccato, & aliud restituere damnum: hoc est iustitiæ: illud charitatis: vnde sicut hæ duę virtutes sunt distinctæ, ita obligatio restitutionis non pendet a contritione; quasi vbi hęc fit, ibi restitutio fieri debeat, & vbi non sit, cesset restitutio, sed potius attendendum est damnum illatum proximo, ad quod resarciendum obligata sunt bona defuncti, siue ipsum pœnituerit, siue non, vt cum cõmuni notat glosa Ioan. Andreę, in d. ca. A nobis. Tum quia absurdissimum est dicere eum, qui hęres est homicidæ, seu vsurarii, teneri ad restituenda damna ex homicidio vel vsura causata, si ille pœnituit, sed si non pænituit non teneri, tunc enim impœnitentia, & peruersitas defuncti prodesset hæredi, cum tamen ęquum non sit ex dolo alicuius, alterum vtilitatem, & commodum sentire, cum damno tertii, l. fin. ff. de eo per quam fac. er. Nec debet quis cum alterius iactura locupletari, secundum Regulam iuris, lib. 6. Syluester. ver. Hæreditas 3. quæst. quinta. Tabiena, verbo Hæres. quæstione tertia. Innocentius. & alii in c. Ex præsentium, de pignoribus. Et est textus expressus, in cap. Tua nos, de vsuris, vbi dicitur, quod vsurariorum filii ad restituendas vsuras, ea sunt districtione cogendi, qua præsentes sui, si viuerent, cogerentur, idque ipsum etiam contra hęredes extraneos exercendum. Secundum, nempe quod non teneatur hęres ad restitutionem famæ ablatæ iniustè per eum, cuius est hæres probatur; Tum quia restitutio famę fieri debet verbo, per retractationem eius, quod fuit dictum, adeo quòd si verbis damnũ est illam in famam, ita verbis refici, & resarciri debet, affirmando se protulisse falsum. sed hęc obligatio est personalis, vt patet. quia retractatio, est actio ipsius retractãtis, verba sunt actus proprii ipsius proferentis; personalis autem obligatio non transit ad hæredes, quod patet in votis, quia hæres, & si teneatur adimplere vota omnia realia ipsius testatoris, vt est ædificare monasterium, vel dare aliquid alicui loco pio, vel subuenire pauperibus, & cætera huiusmodi, non tenetur tamen ad vota personalia, vt ieiunare, peregrinare, religionem ingredi: quia hæc non sunt annexa primo & per se hæreditati, sed personæ, vt post Archidiaconũ probat Petrus de Palude in 4. distin. 15. & ex text. in ca. licet, extra de uoto & voti redemptione: vbi Ecclesia compellit quendam filium Regis Vngariæ per excommunicationẽ, & hæreditarii Regni subtractionem, ad exequutionem voti, quod Pater emiserat, dę eundo cum magno exercitu Hyerosolimam, eo quòd a patre iniunctum, & ab ipso sponte fuerat susceptum, vbi notant doctores, quod hęc votum, quia personalis, non transiret in filium, si ab ipso sponte non fuisset susceptum, & ita obligabat filium hęredem, non ratione hæreditatis, sed ratione promissæ executionis. à simili igitur, cum restitutio famę, sit actio personalis, vt quæ debeat fieri verbis, retractando id, quod fuit dictũ, non transit hoc debitum ad hęredes, sed benè transeunt debita realia, hoc est restauratio damnorum ex infamia consequutorum.

Confirmatur, quia hæredes homicidę, quando ipse non satisfecit, & bona reliquit, tenentur quidem ad satisfaciendum damnum inde sequutum, vt Scotus, & Alii Theologi probant in quarto sen. d. 15. q. 3. & Adrianus quæst. finali, de Restitutione,

stitutione, & latè Sotus lib. quarto, de iustitia, & iure quæst. sexta. Imo hæredes eius, qui propter homicidium perpetratum, decollatus publicè, aut suspẽsus est per iudicis sententiam, obligantur in conscientia ad reficiendum damnum, quod intulerat parti per tale homicidium sicut ad soluenda alia debita leg. prima, Cod. ex delict. defunct. Et si bona illius homicidæ ad hęredes non peruenerunt, sed sunt confiscata, tenebitur ad resarcienda illa damna fiscus. leg. non possunt, & leg. in summa. ff. de iure fisci; quia hæreditas ad quoscunque perueniat, illud onus soluendi debita habet semper coniunctum. Nau. in Man. c. 15. nu. 25.

Nihilominus tamen ad satisfactionem iniuriæ, quæ per homicidium fit, tum occiso, tum eius vxori, & filius ad quam satisfactionem homicida ipse tenetur, petendo videlicet supliciter veniam, vel subeundo voluntariam pœnitentiam, aut alio simili modo satisfaciendo, non tenentur filij, seu hęredes homicidæ; eo quod illa satisfactio est debitum personale, & quasi pars pœnitentiæ pro delicto commisso, & ad personalia defuncti, non obligantur filij, aut hęredes: quando quidem filius non debet portare iniquitatem patris, vt habetur Ezechielis decimo octauo, nisi forte antequam homicida è vita migrasset, de aliqua pecunia in recompẽsatione, & satisfactione illius iniuriosi damni, conuenisset cum hæredibus occisi: Nam tunc homicidæ hæredes, tenerentur in conscientia ad restitutionem talis pecuniæ conuentę, vt quod iam non esset debitum personale, sed reale, & pecuniarium, quod accreuit bonis ipsius defuncti, vt asserunt Sot. libr. 4. de iusti. & iur. q 6. art. 3. in 3. argumento. Et Magister Michael Salon, mihi tum Religionis Augustinianę habitu, & professione Socius, tum literario congressu, hic Romæ Anno Iubilei, in comitiis ordinis nostri generalibus, ad quę ille è sua prouincia de Valentia, & ego ex mea de Lusitania missi fuimus, publicasque ibidem diuersis solemnitatibus conclusiones pro sua quilibet prouincia defendimus, animo re & studio coniunctissimus, in commentario suo nuper. Typis dato, qui dicitur de iustitia, 21. quæstione. Diuus Thom. secunda secundæ, articu. tertio, secunda secundæ, de restitutione, conclusione tertia. Ergo pari ratione in casu nostro de restituenda fama, non erunt hæredes obligati ad damnum famæ restituendum, aut retractando dictum si erat falsum, aut alio modo verbis satisfaciendo si erat verum, cum talis satisfactio debeat esse verbalis, ac proinde sit personalis. ita dictus Magister Salon, ea quæstione, controuersia 21. conclusione secunda.

Et quamuis Nau. in Man. c. 18. numero quadragesimosecundo, & quadragesimosexto, sequutus Adrian. quodlib. 11. asserat absolute teneri hæredem detractoris ad restituendam famam, quam defunctus abstulit, & non restituit, cum hoc sit debitum non minus relictum a defuncto, quàm cętera debita.

Hæc tamen opinio, vel est intelligenda de restitutione famæ non secundum se, sed secundum suos effectus, hoc est quo ad damna ex infamia subsequuta si aliqua forsan inde euenerunt, vel quando ipse infamator viuens condemnatus de aliquo soluendo, transiretque in rem iudicatam, vt pro iniuria, seu infamia, tantum de pecuniis solueret, vel idemmet infamator cum parte lęsa, & infamata, ita de aliquo soluendo composuisset, vt declarant Sotus, & Salon, locis sup. citatis.

Quod si quis petat. An si etiam ipse qui fuit infamatus esset mortuus, tenerentur adhuc hęredes infamatoris, restituere damna, quæ ille ex tali infamia pertulit quousque vixit.

Respondemus, teneri adhuc quidem ad restituenda illa damna hæredibus infamati, si iste defunctus sit.

Tum quia debita realia & temporalia, sunt pars hæreditatis, & ideo ius ad alia debita transit insimul cum hæreditate.

Tum quia si in abscissione membri, vel alia læsione corporis, iniuste facta, quando damna eius compensanda sunt, &

& restituenda, nec restitutio est facta ipsi læso, necessum est vt fiat eius heredibus cum tamen læsio illa non transeat in commoda hæredum, vt omnes Theologi fatentur, quanto magis damna, quæ infamiam sunt consequuta, & ex ipsa causata, nec ipsi infamato est de illis satisfactum, debent hæredibus infamati resarciri, & satisfieri, cum parentum fama quãuis e vita discesserint, adhuc tamen inter viuos permanet, & in filios, ac successores ipsos quodammodo redundet.

Ex dictis manifesta redditur ad casum præsentem Responsio, vti confessor cogere debeat filium qui hæres est patris ad restituenda damna, quæ per famam proximi a patre iniuste ablatam euenerunt, cum hæc damna sint realia, & comitentur bona damnificantis, non tamen cogi debet ad restituendam ipsam famam verbis, aut aliqua humiliatione, vel recompensatione, quia iste actus est personalis, competens infamatori, & non transit cũ hæreditate.

Dubitari tamen a confessore poterit. An quo ad damna realia ad tantam restitutionem cogere debeat hæredem qui scit defunctum infamatorem infamasse, non quidem imponendo falsum crimen, sed occultum iniuste reuelando, ad quã tam coegisset si omnino falsum imposuisset.

Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 6. art. 3. in ea videtur esse sententia, vt putet, ad plus teneri hæredem infamatoris dicentis falsum, quàm reuelantis secretum verum, qui enim infamauit dicendo falsum, obligari ad restituenda in integrum omnia damna: qui vero reuelando occultum verum, teneri solum ad aliquã partem iuxta arbitrium sapientis, & prudentis viri, attenta, tum ratione damni illati, tum malitia, qua illud occultum crimen fuit iniuste manifestatum: cum ius totum fundamentum est, quia causa principalis, & per se illorum damnorum, non fuit ipsa criminis reuelatio, sed potius crimen illud a proximo commisso quamuis occultum: nam eo ipso quod crimen commisit, causa fuit per se omnium damnorum inde prouenientium, reuelatio autem fuit causa sine qua non, & minus principalis, quatenus si infamator non reuelasset, non fuissent illa damna sequuta: nihilominus ipsum crimen commissum ex sese promerebatur talia damna, & ideo reuelans sicut nõ est causa simpliciter, & totalis illorum damnorum, sed partialis, ita non tenebitur ad omnia ea restituenda, sed ad aliquam tantum partem.

Nos tamen oppositum arbitramur verius, teneri, scilicet ex æquo ad restituenda in integrum oĩa dãna, tam qui verum proximi occultũ iniuste reuelauit, quàm qui per mendacium eundem infamauit.

Tum quia & si diuerso modo infamẽt, grauiusque mendax peccet, quàm verax, æqualiter tamen vterque nocet, nec minus priuatur sua bona opinione, & existimatione proximus, si ei imponatur crimen falsum, quàm si propaletur verum, quod nullus ab ipso commissum esse suspicabatur, restitutio autem non sumitur ex modo nocendi, aut ex grauitate peccati, sed ex nocumento ipso, quod infertur: cum sit actus iustitiæ, & ad hoc principaliter ordinetur, vt damnum passo resarciatur, vt declarat D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 1. & Caie. ibid. & in ar. 2. Resp. ad secundum arg. Tum quia damna quæ consequuntur infamiam, non causantur per se, & directe ex crimine occulte commisso, quia quamdiu ipsum ab aliis ignoratur, tamdiu perseuerat bona opinio de proximo: qua stante, nihil illi quoad alios nocet occultum crimen, & ita est, ac si non esset, & ideo causa totius damni, erit propalatio iniusta eiusdem, per quam habita est sinistra opinio de proximo, & per consequens veluti falsum imponẽs, ex eo quod sublata fama causã dedit aliis damnis, tenetur ad integram illorum restitutionẽ, ita verum occultum manifestans. Nam illa damna nõ eueniunt formaliter, & propriè a crimine, quod infamator commisit, vel non commisit, sed ex praua opinione concepta ab his, apud quos fuit cum iniuria infamatus, & ita argumentum

Soti nihil conclusit: Nobiscum est Nau. in Man. c. 18. nu. 45. Magister Salon. in 2. 2. q. 62. ar. 2. vigesima controuersia.

CASVS III.

Iosephus a multis annis puellam quandam domi ab obstetrice baptizatam, tenuit parentum designatione in Ecclesia cum catechizaretur, & vngeretur chrismate, fuitque compater descriptus a Parochi lib. Nunc Deo cum promiserit ducere pauperem aliquam in vxorem, et hæc puella quæ duodecim est annorum, magna egestate opprimatur, optaret illam ducere consulitque ea de re confessorem.

Quæritur, quid confessor illi respondere debeat.

RESpondemus Iosephum nequaquam posse absque dispensatione pauperem illam, quam ad Cathechismum tenuit, quamuis non ad baptismum, in vxorem ducere, quod si ducat peccatum mortale committere, quamuis matrimonium sit validum.

Pro cuius euidentia in primis sciendũ Catechismum esse instructionem articulorum nostræ fidei explicite credendorũ, quæ a sacerdote solemniter fit ante baptismum vt ait D. Tho. in 4. dist. 6. & habetur in c. Ante baptismum de consecr. d. 4. deducitur que hoc nomen a verbo catechizo. Id est docere, vel instruere. Nec est idem cum exorcismo (vt male Summa Angel. sentit) quia exorcismus, est adiuratio contra diabolum, ordinaturq; ad remouendum malum, etiam operando vel efficiendo; vnde adiurantes latine dicuntur, siue increpantes, 21. dist. c. cleros: reprimit. n. dæmonum potestatem; ne homines a sacramentorum susceptione repellat, vel horum fructum impediat, & sensus quos per peccatum originale dæmon concluserat, ad percipienda misteria, & mandata diuina aperit.

At Catechismus ordinat ad bonum instruendo, quia directe illuminat de fide, & moribus, & consequenter operatur omnia, quę ad illuminationem consequũtur, vt puta amorem, & bona opera. Syluester, & alii verbo Catechismus: Sot. in 4. d. 6. q. 2. art. 3.

Notandum deinde est, quod ex catechismo oritur impedimentum quoddam proprio nomine carens, appellatur tamẽ ab aliquibus cognatio spiritualis impropria, ut quia matrimonium tantum modo impediat, sed nequaquam dirimat. Vt enim ex sponsalib. quia non sunt verè matrimonium, sed eius præparatio, non nascitur affinitas, quę matrimonium dirimat, sed solum publica honestas, quę impedit contrahendum, ita ex catechismo, quia est dispositio proximè antecedens ad baptismum, contrahitur non cognatio spiritualis propriè, & strictè, quæ dissoluat matrimonium factum, sed debiliter, & large, quæ impediat, ne fiat. Et de hac intelligitur tex. in c. Peruenit 30. q. 1. cũ inquit, quod incipiendo a primo pabulo salis sacramenti vsque ad confirmationẽ per Episcopum factam, & per quodlibet eorum spiritualis cognatio contrahitur: intelligitur enim quod dum inter catechizandum catechisminum sal eius ori apponitur, cognatio spiritualis contrahitur, non vniuoca, nec eiusdem efficaciæ, ac ei, quæ in baptismo, & confirmatione contrahitur.

Nã hęc sunt sacramẽta dãtia simpliciter esse, & natiuitatẽ, baptismus quidẽ, natiuitatem in vtero, confirmatio, extra vterũ; & ideo causant simpliciter cognationem, sed catechismus, cum sit solum dispositio ad esse spirituale baptismi causat cognationem secundum quid, & impeditiuam dumtaxat matrimonii. Et expresse diffinitur in cap. Per catechismum de cognatione spirituali lib. 6. vbi Papa Bonif. VIII. ex decreto Clemen. III. prędecessoris sui, colligit per catechismum, qui pręcedit baptismum, matrimonium contrahendum impediri, sed contractum non dissolui.

Probatur ergo ex his manifeste data ad

casum

casum responsio. Tum quia Ecclesia decreuit, vt interuenentes ad catechismum, & puerum, cognatio talis oriretur, quæ impediret, sed non dirimeret: vt in d. ca. per catechismum, habetur, & cum sit in re graui, & ponderosa, qualc est matrimonium, obligat ad mortalem.

Tum quia sicut dispositio generationis immediate præuia sortitur quodammodo naturam ipsius generationis: ita cum catechismus, sit dispositio proximè antecedens baptismum, in quo homo generatur spiritualiter, sortitur quandam rationem ipsius baptismi quoad hoc, vt cognatio aliqua spiritualis inter catechizatum, & tenentes causetur. Nam in D. Thom. inquit in 4. sen. d. 42. q. 1. art. 1. in Resp. ad tertium: in catechismo fit quædam professio futuri baptismi, sicut in spōsalibus si fit promissio futurarum nuptiarum, & ideo sicut in sponsalib. contrahitur quidam motus propinquitatis matrimonii: ita in caechismo, quidam mot us cognationis, & parentellæ ad minus impediens contrahendum, quare fit irreuerentia notabilis dictæ parentellæ, si cum tali impedimento matrimonium contrahatur, ac proinde delictū est lethale Sot. in 4. sen. d. 37. q. vnica. ar. 1. Syluest. verbo: Matrimonium, 7. q. 4. Tab. verbo: Impedimentum. 5. §. 3 Nauar. in Man. cap. 22. num. 72.

Falsa est autem illa opin. glo. in c. contracto, extra de cognatione spirituali: quę asserit illum, qui ad totum catechismum tenet puellam, non esse validum matrimonium, si eam postea ducat, & ꝙ ex catechismo oriatur cognatio impediens, & dirimens, sicut ex Baptismo, & Confirmatione arg. cap. in catechismo de consecrat. d. 4. & in c. si quis ex vno, 30. q. 4. quibus in locis illa tria æquiparantur.

Est inquam opinio falsa. Tum quia sicut consanguinitas, non nisi ex generatione carnali oritur, ita nec spiritualis filiatio, seu spiritualis cognatio causatur, nisi per generationem spiritualem, & hæc cū non fiat alio modo quam per sacramentum, scilicet per Baptismum per quem homo in vtero Ecclesię concipitur, quasi ab ipsa fouendus, vel Confirmationem, per quam homo quasi extra vterum exponitur fide roboratus, vt publice fidem Christi tueatur, catechismus autem nequaquā est sacramentum, ideo per hunc cognatio spiritualis strictè, & proprie non contrahitur, quæ matrimonium dirimat.

Tum quia repugnat decreto Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de reform. matrimonii, vbi cogitationis spiritualis impedimentum dirimens matrimonium non nisi in baptismo, & confirmatione reperiri asseritur.

Tum denique quia per solum catechismum, non fit puer membrum Christi, sed adhuc est membrum diaboli, & ideo nō potest esse spiritualis filius, ac proinde nec habere potest relationem cognationis spiritualis.

Nec ob. quod in dicto capi. in catechismo, & in capitu. si quis æquiparentur illa tria, catechismus, baptismus, & confirmatio. Nam vt ex verbis satis apparet, non fit ibi æquiparatio vniuoca, quasi ꝙ eiusdem rationis, & efficaciæ sit impedimentum ortum ex catechismo, ac est illud, quod oritur ex baptismo, & confirmatione, vt bene no. gl. in c. Peruenit. 30. q. 1. Dubitatur, an saltē post Conc. Trid. duret hoc impedimentum, cum videatur omnino sublatum in d. ses. 24. c. 2. in illis verbis, ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipiant inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem. nec nō inter baptizantem, & baptiszatum baptizatiq patrem, & matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur, & in libro tenentium noīa describantur, quod si alij vltra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant, quib. verbis vř significari nullam aliā contrahi cognationē spiritualem in baptismo, quam inter duos tangentes baptizatū, & hanc non extendi vlterius: hoc est, non extra baptismū, & cōfirmationē de qua inf. dicit: nec vltra duos ad baptismū tenentes, & sic in fauorē mřimonij, & ad tollēdā multitu-

dinē impedimentorum, & prohibitionis, cum multitudini concilium, ibi obuiare voluit, nullum in catechismo contrahi impedimentum colligi videtur.

Respondemus, dictum impedimentū ex catechismo ortum adhuc perdurare, nec per Concil. Trid. fuisse sublatum.

Tum quia ibi Concil. non agit nisi de cognatione dirimente, vt patet ex narratiua, sic enim ait, docet experientia propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis ignorantes contrahi matrimonia, in quibus vel sine magno peccato perseueratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur: iam autem per impedimentum ex catechismo ortū, neque perseueratur cum peccato in matrimonio, nec illud dissoluitur cum scandalo, cum sit impediens solum, sed non dirimens, non igitur in illo concilij decreto continetur hoc impedimentum ut patet. Tum quia a iure antiquo nunquam est recedendum, nisi quoad illud solum quod in nouo est expressum l. præcipimus, C. de app. & c. 2. de transla.

Tum quia ratio, quę mouit limitare illud impedimentum cognationis spiritualis ad certas personas, ea fuit, ne matrimonia facta, dissoluerentur postea cum scandalo, & ita obuiari multitudini impedimentorum, & prohibitionum quæ matrimonium dirimebant: quæ ratio cum non habeat locum in tenentibus ad catechismum, cum hic interueniat solum cognatio impediens, sed non dirimens, cessant non modo verba, sed ratio legis, ac proinde cessat lex, arg. l. Adigere, §. quamuis, ff. de iur. pat. & c. cum cessante, de appe.

Quod si quæras, An saltem hoc impedimentum a catechismo ortum restringendum sit ad vnum, vel plus duos tenentes catechizatum, vt Conc. Trid. restrinxit de baptismo & confirmatione, vel maneat potius secundum antiquū ius quoad extensionem, & ad omnes, & quoscunque tangentes.

Respondetur, limitandum esse, & restringendum secundum eandem net limitationem, qua restringitur cognatio spiritualis dirimens, quæ oritur ex baptismo, & confirmatione.

Tum argumento glosę solemnis, in c. Non debet, de consang. & affin. quatenus affirmat per illum tex. fuisse sublata quædam genera affinitatis, quoties enim vitiū ex vna, & eadem radice nascitur, consequens est, vt vna lege tollatur. Cod. de emp. l. vlt. in fi. & ff. de iureiu. duob. §. colonus, & ff. ar. fur. cæ. l. si colonus ar.

Tum quia quando duo ita se habent vt vnum sit veluti metiens, & alterum sit mensum, vnum, vt forma principalis, alterum vt dispositio ad illam formam corrigens, & limitans principale, & metiens corrigit, & restringit disponens, & mensum, maxime si eadem ratio sit in vtroq; Iam autem constat quod cognatio spiritualis orta ex baptismo metitur, & est principalis respectu illius, quæ nascitur ex catechismo, & ideo Concilium restringens illam, videtur et restrinxisse, & limitasse hanc ita Nau. in Man. c. 22. nu. 72.

Secundum autem dubium, quod in præsenti casu petebatur, quid confessor debeat Ioseph. respondere: An, s. huic interroganti, vtrum si matrimonium contrahat cum dicta puella quam ad catechismum tenuit, sit validum, respondendo esse validum, peccet mortiferè.

Respondetur non peccare sacerdotem mortaliter, sic rñdendo, & maxime quando talis est persona, quæ non sit omnino ignorans, & rudis, nec ex modo respondendi data est illi occasio cōtrahendi matrimonium, & per consequens peccandi. Ratio est, quia cuilibet licitum est docere veritatem, nullusque peccat mortaliter dicendo alteri id quod est verum, de quo indiget edoceri: sed hæc propositio, quod dictum matrimonium teneat, est verissima, de qua Iosephus cupit edoceri, igitur non erit peccatum illam ei dicere. Confirmatur quia alias illi, qui canones proponūt oīum oculis intuēdos, vel qui eos publicè alijs interpretantur, in quib. expresse cōtinetur matrimoniū per hoc impedimentū non dirimi, sed valere, peccarēt grauissimè, q absurdū est dicere.

Adde

Adde quod per talem veram responsionem, licet Iosephus sumat occasionem matrimonium contrahendi, ac proinde peccandi: ea tamen occasio non fuit sibi data ex vi responsionis, sed malitiose ab eodē sumpta, omnis enim, & sola illa dicitur occasio peccandi data, quæ datur per peccatum mortale, aut intentione principali vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, aut contemnendo salutem spiritualem proximi, aut in id saltem interpretatiue consentiendo, vt declarat latè Nauar. in Man. c. 14. nu. 32. quæ omnia cum in data responsione a confessore desint, non potest inculpari sic respondendo de peccato mortali. Ita Syluester verbo Matrimonium, 12. q. 5. §. 9. Nauar. in Man. c. 22. nu. 73.

Nec obstat, quòd Hostiensis in summa q. 22. eo. tit. Et supplementum, verbo impedimentum. 4. §. Vltimo, dicant illum, qui sic interrogatur ab habente impedimentum non dirimens, nihil debere respondere: quia si respondeat non valere matrimonium, mentitur, si valere, dat occasionem vt contrahat, & vxorem ducat, ac peccet.

Non inquam obstat, quia ea opinio est solum vera, quando respondetur tali personæ, tali modo: vt inde formaliter, aut interpretatiuè saltem voluerit inducere alium ad contrahendum, & peccandum, vt quia credebat, & aduertebat ob id personam illam ex sua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturam, nec huic voluit prouidere declarando saltem quod sic contrahendo peccaret, & sic post contractum teneret. Naua. in Man. c. 22. nu. 73. §. de impedimento voti simplicis, & c. 14. nu. 34.

Quod si subinde sciscitetur, An si dicta puella quæ domi fuit baptizata, & postea ad ecclesiam veniens non modo catechizatur, sed sua conditione baptizatur, quia curatus satis dignoscere non potuit de priori baptismo, & sic Iosephus illam tenuit nō modo ad catechismum, sed etiam ad baptismum illum conditionalem, contraxerit cognationem quæ simul impediat, & dirimat, vel quæ solum impediat, adeo vt si eam postea in vxorem velit ducere, peccet, sed matrimonium valeat.

Respondemus, quod si constiterit postea fuisse puellam verè baptizatam domi, quiuis a curato sub conditione fuerit baptizata in ecclesia, non contrahitur cum tenente in ecclesia cognatio spiritualis strictè & propriè, quę matrimonium dirimat, sed tantum ea quę impedit, & id eo licet propter dubium præsumatur ab ecclesia contraxisse cognationem spiritualem propriè, quamprimum tamen de baptismo domi verè suscepto constaret, pronunciaretur a iudice cognationem hanc dissolutiuam matrimonii, non fuisse per illum baptismum in ecclesia contractam.

Ratio est, quia cognatio spiritualis propriè & quę matrimonium dirimit, non contrahitur nisi per baptismum, & confirmationem, quæ sunt sacramenta generantia primum esse spirituale, hoc est, esse fidei in homine: per baptismum enim recipitur primum esse fidei, & per confirmationem roboratur Christianus ad publicam fidei defensionem, sicut per generationem fit homo, & per quantitatis augmentum validus homo: cum igitur hæc sacramenta sint irreiterabilia, & non nisi semel suscipi possint, idcirco, si domi est verè baptizata, non potest dici quod illa ab solutione postea in ecclesia facta, etiam cum forma adhibita a sacerdote, fuerit verè baptizata, cum baptismi sacramentum non sit reiterabile, ac proindè nec ex illo causari potuit illa spiritualis cognatio, quę ex solo baptismo oritur.

Confirmatur hæc veritas per textum Bonif. VIII. c. primo, de cognatione spirituali lib. 6. & per varia Concilia, quæ recitantur, 30. q. 1. ac tandem per Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrimonii, c. 2.

Ex his colligitur, quam grauiter errent illi curati, qui cum infans domi baptizatur ob aliquam causam, & postea ducitur ad ecclesiam, vt exorcizetur, & chrismate vngatur, scribunt in

ibro baptismali eos patrinos, quæ tenuerunt puerum in ecclesia & non illos, qui tenuerunt domi ad baptismum, credentes ex posteriori actu facto in ecclesia, oriri cognationem, & non ex priori facto domi; cum tamen res è contra se omnino habeat, quia omnes illi actus postea in ecclesia facti, non sunt sacramentum baptismi, sed sacramentalia, per quæ, nec character imprimitur, nec fides & gratia ex opere operato confertur.

Qua propter deberent omnes Episcopi præcipere curatis, vt vltra ea quæ Concil. Trid. sess. 24. de reformatione matrimonii, c. 2. ordinat, de scribendis nominib. eorum, quæ baptizatum ad baptismũ tenent, notarent etiam distincte, & separatim illos, quæ domi sunt baptizati, & a quo domi sunt in illo baptismo suscepti, & rursus quod ad ecclesiam pro supplendis aliis ceremoniis venerunt, & quod non fuerunt baptizati, sed catechizati, in quo catechismo suscepti fuerunt per talem, & talem, vel quod fuerunt catechizati, & sub conditione baptizati ob tale dubium: & suscepti per talem, & talem, vt ne postea clare innotesceret, an cognatio spiritualis orta inter tales, & baptizatum ac patrem, & matrem baptizati, esset solum impediens, vel etiam dirimens. Ita Nauar. in Manua. cap. 22. num. 40. Sotus in 4 sen. dist. 42 q. 1. art. 3. quod si petatur a confessore remedium, vt contrahi dictum matrimonium possit absque peccato, inter tenentem ad catechismum, & ipsam catechizatam, vel matrem eius.

Respondemus, dispensationem esse petendam, & hanc concedere posse Episcopum. Tum quia in omnibus impedimentis, quę solum impediunt, sed non dirimunt, (exceptis voto castitatis, & Religionis) posse Episcopum dispensare, est communis & recepta Theologorum doctrina iuxta mentem Paludani in 4. dist. 28 q. 2. Soti in 4 dist 32. q. 1. art. 3. S. Ant. 3. par. tit. 1. cap. 16. §. 4. Nauar. in Man. c. 22. num. 85.

Tum quia licet inferior nequeat legẽ superioris tollere aut moderari, vt dicitur in c. Inferior. 21. dist. & in Clem. Ne Romani, de electione: nihilominus tamen ratione consuetudinis receptę, & præscriptæ potest de consecr. c. fin. & 11. q. 1. cap. Quicunq; iam autem impedimenti, cui non est coniunctum aliud dirimens, non solet a Summo Pontifice dispensatio peti, nisi illud sit votum castitatis, & religionis. Immo per hoc quod Summus Pontifex ista duo sibi spiritualiter reseruat, videtur reliquisse aliorum impedimentorum non dirimentorum dispensationem iurisdictioni & potestati Episcopi arg. c. Nuper. de sententia excommunicationis, & notat ibi glò. §. non retinuit vbi expressè inquit Episcopos posse dispensare vbi specialiter dispensatio non est inhibita: idque probat per c. cum apud: despon. & 16. q. 1. c. Sunt nonnulli, cõsensum enim videtur quod non est prohibitum ff. ex qui cau. mai. Nec non. §. quod eis.

Tum quia cum Episcopo sit concessum vt in impedimento incestus dispensare valeat, cap. 1. & 2. & c. Ex litteris, 1. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ videtur ex quadam æquitate & rationis identitate, concessam etiam dispensandi authoritatem in aliis similibus impedimentis non dirimentibus arg. c. Mul. 11. q. 2. & c. Translato, de constitutionib. vbi enim est eadem ratio, ibi debet esse idem ius, & de similibus idem iudicium est habendum 5. dist. c. Ad eius vero, & 4. dist. c. denique.

Aduertendum est tamen ad hanc dispensationem faciendam requiri iustam aliquam causam, alias non esse validam in cõscientia. tum quia de ratione dispensationis est, vt fiat causa cognita, secundũ glo. solemnem §. nisi rigor q. 7. Tum quia vt superior se habet ad legem Dei, ita inferior ad lege superioris. c. Cum inferior. de maior. & obed. Et c. inferior. 21. d. Iam autem dispensatio a superiore facta circa legem Dei sine causa iusta, nihil valeat, nec dispensatio Episcopi circa legem Papæ absque iusta causa, erit valida in conscientia.

Et confirmatur dicto Innocentij in c. Du-

Dudum 2. de elect. vbi inquit, dispensatio nem a legato factam, etiam authoritate sibi commissa a Papa, si dispenset siue iusta causa, non valere. Nau. in Man. confess preludio 9. nu. 25.

Feria 5. Die 26. Maij. propositi fuerunt subsequentes tres Casus.

CASVS I.

ANtonius cum possit alijs in rebus mercaturam exercere praecipue tamen in pigmentis, & fucis, is quibus plurimum sibi est lucri, negotiatur: & illa vendit diuersis personis, quarum aliquas nouit esse meretrices, & posse, immo velle similibus fucis male uti. quamuis a confessore suasus, decreuerit semel ille denuo in his negotiationem agere, Nunc tamen lucro allectus in eadem persistere desiderat, si absque peccato possit, qua de re alium confessorem consulit.

Quaritur, An licita sit huiusmodi negociatio, possitq; absolui, si ab ea nō desistat.

PRimo aspectu videri posset, mercantiam hanc & publicam venditionē pigmentorum, & fucorum, quibus turpes fœminę vultum decolorant & deformant, esse genere suo illicita, & damnabilem, ac per consequens absolui non debere qui illam exercet.

Tum quia talia vendentes dant occasionem mulieribus præcipuè non nuptis, peccandi mortifere, non solum quatenus dictæ mulieres his vtuntur, vt homines in sui indebitum amorem, & concupiscentiam prouocent, sed etiam quatenus per hæc formam sibi a Deo datam corrūpere, & falsificare contendunt, & sicut opera sunt efficaciora signa quam sint verba; ita peius est mentiri & decipere facie quam ore, & ideo D. P. Aug. vocat hanc fucationem, Adulteri. fallaciæ & inhonestatis actum c. fucare de cens. d. 5.

Tum quia quotiescunque scitur, vel creditur aliquem velle ad malum vti aliqua re, hanc illi dare peccatū est mortiferum: eiusdem enim criminis rei sunt, qui faciunt, & qui consentiunt facientibus. arg. c. 1. de offic. de leg. vnde sicut, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendū iniustè vel ad bellum, quod nouit esse in iustum, peccat mortaliter arg. c. Notum. 2. q 1 & tenet cum aliis S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 24. §. 12. ita videtur quod qui vendit fucos, & pigmenta, quæ sunt arma diaboli, illi mulieri quam scit illa emere ad iniuste nocendum, & trahendum in sui concupiscentiam homines, culpam committere lethalem.

Tum demum quia harum rerum vsus est frequentius & quo ad plures, peccatū mortale, & ita qui alia vendunt, cooperāter vtentibus in delicto arg. c. sicut dignū. §. illi autem, & §. hi quoque de homicidio. vnde D. Chrys. super Matth. inquit, eas solum oportet artes vacare, quæ necessariorum, & eorum quæ continent vitam nostram, sunt tributiuę, & constructiuæ, si tamen operibus alicuius artis, vt pluries, aliqui male vterentur, quamuis de se non sint illicitæ, sunt tamen per officium principis a ciuitate extirpandæ.

Confirmatur authoritate D. Cypriani, li. de habitu virginum, vbi sic inquit. Manus Deo inferunt quando illud, quod ille formauit reformare contendunt, impugnatio ista est Diuini operis, præuaricatio veritatis. Deum videre non poteris, quando oculi tibi non sunt, quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit, de inimico compta, cum illo pariter arsura.

Item D. Hieronymus ad Mauritiam filiam ait, crimen est post crismatis sanctificationem cuiuslibet pigmenti succo vel puluere sordidari. Et D. P. August. ostendit, in c. fucare. de cons d. 5. esse adulterinę fallacię & inhonestatis signum.

His rationibus persuasus est Angelus, verbo Ars vt assereret, vendentes fucos, & pigmenta, peccare mortaliter, nec absolui posse, nisi a tali negotiatione desistatur, cuius opinionis aliqui volunt fuisse Alexandrum de Al. s. par. 4. Verucc. quē citat Syluester, verbo Ars q. 1. & Pisanella, siue supplementū verbo ornatus. q. 3.

Nos tamen contrarium verius multo esse arbitramur; hanc scilicet artem & negotiatione fucorum & pigmentorum, quibus mulieres faciem dealbant & colorant, ac pulchriores fiunt, non esse suo genere illicitam, posseq; Ant. absolui quãuis a tali negotiatione non desistat.

Adducor autem in hanc sententiam. Tum primo, quia fucatio, species quædã est fictionis, vt ait D. Th. 2.2.q.169.ar.2. fictio autem nisi sit perniciosa nõ est peccatum mortale, sicut nec mendacium ex genere suo delictũ lethale est, nisi in proximi notabile damnum vergat: Mulierũ vero fucatio inseruit ex sese ad pulchritudinem obtinendam, aut deformitatem aliquam occultandam: pulchritudoq; etiã suprema, non est ex natura sua malum perniciosum: vnde qui vendunt ea, quæ mulierum fucationi, & pulchritudini inseruiunt, non faciunt negotiationem illicitam, cum non negotientur circa rem, quæ vel sit peccatum mortale, vel ordinẽ necessarium habeat ad illud.

Tum secundo, quia fuco, & pigmentis, ac aliis similibus ad ornatum, & pulchritudinem seruientibus possunt mulieres, quæ talia emunt, benè & malè vti, & sicut multæ illis perperam, & ad finem nociuum luxuriæ, & lasciuię vtuntur, ita multæ aliæ ad bonum finem, vt puta, vel ad placendum maritis suis, vel ad occultandam turpitudinem ex ægritudine, aut alia causa prouenientem, vel ad propriã veritatem, vt satis patet, nec facile discerni poterit, an plures sint quæ vtuntur his rebus ad peccatum mortale, vel quæ ad nullum, vel quæ ad veniale solum: nec negotiator & venditor tenetur numerum istum perpendere, & scire, sed satis est, quod vendat rem, qua benè vti possunt mulieres, cum displicentia saltem veniali, quod aliquæ illis male vtantur.

Et confirmatur, quia opifices, qui meretricibus, calceos, sandalia vel vestes vendunt, quibus illæ sępe sępius in meretricando vtuntur, cum illa vendant absque eo, quod consentiant in peccatum, quod meretrices faciunt, nullius culpæ sunt, quandoquidem ipsi non inducunt; nec iuuant directe ad meretricandum, sed abusus dictarum rerum prouenit omnino a malitia earundem meretricum, vt docet. Nau. in Man. c. 2. nu. 16.

Tum tertiò, quia ornatus mulierum, non est ex se prouocatiuum ad lasciuiam seu luxuriam, nisi eo modo quo pulchritudo, imò hæc magis allicit: Nam ornatus exterior, eo solum prouocat, quatenus ad pulchritudinem conducit: facit enim ornatus, mulierem apparere pulchram coram oculis hominum, supplendo naturę defectus: sed pulchritudo etiam suprema, non est de se culpabilis, nec vitiosa, siue sit naturalis, siue artificialis: effectus enim qui ab arte, & natura fieri potest, eiusdem rationis est saltem in esse mortali, siue a natura siue ab arte producatur, vt patet de sanitate, & alijs, vnde sicut ad filios pulchros generandos qui vteretur vxore pulchra non delinqueret, ita qui ad pulchritudinem faciei tuendã vel causandam, vteretur fuco, & pigmentis, alijsq. exterioribus ornamentis, non committeret ex suo genere culpã, ac proinde multo minus illam incurreret, quia talia ad hunc effectum venderet, si enim pulchritudo ex vsu horum causata, non est secundũ speciem suam peccatum mortale, non etiam hoc erit fucos, & pigmenta, aliosq; capillorum, calceamentorum, aut vestium ornatus pulchritudini inseruientes, vendere. Cai. 2.2.q.169 ar. 2. Et Tomo 1. opusculorum opusculo. 14. q. 3.

Tum quarto, quia dato, quod omnes meretrices emant illos colores & pigmẽta ad vsum pessimum, & animæ proximorum nociuum, in hoc tamen vsu malo pigmentorum, non interuenit voluntas & consensus opificis vendentis, aut cui non placent tales abusus, nec intentio fertur directè in tale nocumentum: sed solum fertur in ipsam venditionem, & in pecuniis per illam mercantiam suscipiendis, quibus se, & familiam sustentet, id quod est longe diuersum a malo vsu pigmentorum, vt patet: Iam aũt ea, quæ per se considerata non sunt peccatum, nec ha-

bent

bent illud inseparabiliter annexum, non efficiuntur bona, aut mala, nisi ex circunstantia finis, vt docet D. Th. 1.2.q.18.art. 4. cum ergo illa negotiatio in pigmentis, & fucis vendendis, non sit de se peccatũ nec fiat intentione, & fine mortifero, non est dicenda illicita.

Nec sola scientia talis vsus mali efficit peccatum nisi adiungatur complacentia: ita vt non modo vendens sciat mulieres vti fucatione, & coloratione ad peccatũ, sed eo animo vendat, vt peccent, velitq; talibus fucationibus decipi, & illaqueari homines: moralis enim mali ideo non in sola cognitione, sed potius in consensu, & voluntatis placito consistit: sicut qui sciret aliquem non mutuaturum absq; vsura, potest nihilominus ab illo mutuum petere, immo sub vsuris accipere, non cõsentiendo in dationem, quatenus ab vsurario fit male, & qui sit curatum scelere aliquo esse implicatam, & ipsum rogat vt filium suum baptizet, non propterea peccat: etiam si certo sciat illum non præuia pænitẽtia peccati, sacramentum baptismi puero administraturum, & proinde in nouum peccatum incursum. arg. c. Præter adiuncta glo. verb. agentibus, & verbo communio. 32. dist. & notat Ioan. Maior. in 4. sen. d. 15. q. 1 Caie. 2. 2. q. 78. ar. 4. Nau in Man. 14. nu. 28.

Tum deniq; quia licitum est inuitare, & prouocare iusta de causa alium, ad aliquem actum suo genere bonum, aut indifferentem, nullatenus consentiendo in illũ quatenus sit male, aut est malus. Veluti D. Laurentius prouocabat Tyrannũ ad assandũ, versandũ, & mãducãdũ, illius corpus, & alii martyres excitabant infideles ad mortem illis pro Christo inferendam: gaudentes quidem de huiusmodi actu, quatenus bono: et dolẽtes de eodem quatenus erat malus: iuxta illud gloss. c. 1. de conse. eccl. vel alta. lib. 6. loquens de passione Christi. Actio displicuit; passio grata fuit, & latè probant. Naua. in Man. confess. c. 21. nu. 15. quamuis ergo Antonius vendendo dicta pigmenta, & fucationes inuitet, & prouocet mulieres ad ea emenda, & ipsæ emant, vt cum peccato mortali vtantur, non proinde facit illicitum vt qui potest gaudere de illa emptione quatenus sibi est vtilis: & dolere quod d. mulieres emant in animæ suæ nocumentum: vt de locantibus domos meretricibus determinauimus in 2. casu cõgregationis 9. habitæ fer. 3. die 26. Sep. 1580. & in casu 3. cõgregationis Apr. die 30. feria 2. anno 1581.

In hanc nostram sententiam descendit Sylu. verbo. Ars. quæst. 5. & verbo ornatus. q. 4. Tab. verbo Ars. q. 3. & uerbo ornatus. q. 4. Cai. 2. 2. q. 169. ar. 2. Nau. locis suscitatis, & c. 23. nu. 90.

Nec in contrarium adducta quidpiam obstant, & si enim per ea quæ dicta sunt, facile dilui posset, vt quæ omnia, vt falso supponunt talem fucationem esse ex se peccatum mortale, vel saltem Antonium vendentem fucos, esse cooperatorem, & coadiutorẽ ad illud peccatum: sigillatim tamen pro rudioribus ad singula responsiones adducimus.

Ad primum negamus vendentes dare occasionem, vt mulieres illis pigmentis, & fucis male vtantur: Nam cum talia pigmenta sint tres indifferentes, quibus potest quilibet bene, & male vti, abusus ad malum prouenit ex malitia meretricum, non ex ipso actu venditionis.

Nec valet dicere fucationem esse fictionis speciem, ac proinde mendacium.

Respondemus, quod & si mendacium dici possit, nõ tamen est mendacium perniciosum, cum non vergat ex sui natura in detrimentum alicuius, & ideo non est peccatum mortale, sed vel est mendaciũ officiosum, i. inseruiens ad vtilitatem pulchritudinis non habitę ostendendæ, vel nullum omnino est mendaciũ, sed quoddam bonum, inseruiens ad occultandam aliquam turpitudinem, & deformitatem in facie inhærentem iuxta illud Pau. ad Corin. cap. 12. Quæ putamus ignorabiliora membra corporis esse, his honorem abundantiorem circundamus, Diuo Thom. 2. 2. quæst. 169. art. 2. Resp. ad secundum.

Ad

Ad sm̃ dr, quod tunc solũ, & sẽper est peccatum dare aliquam rem alicui, quẽ scio velle vti illa ad malum, quoties id fit consentiendo in tale malum, secus autẽ si id facio ob iustum lucrum, vel ob aliam rationabilem causam, cum displicentia saltem virtuali, quod tale peccatum perpetraretur: vt de inuitante ad cæna in die Ieunii, declarat Caie. 2. 2 q. 147. ar. 4. Et Nau. in Man. c. 21. nu. 25. & c. 23. nu. 19. & c. 25. § vlt. vnde qui vẽderet arma absque malo vllo fine ab iustum lucrum, q̃uis crederet emi ad bellum iniustum, nõ peccaret.

Ad tertium Respondemus falsum esse quod frequentius, & quo ad plures, vsus fucorum, & pigmentorum sit peccatum mortale, cum per multæ etiam sintq; bene his vtantur, & quæ sit maior pars non facile pateat. imo in abusu quod sit peccatum mortale minor pars videtur errare cum vel ob pulchritudinem augendam, vel ob turpitudinis defectum aliquem occultandum, maxima fœminarum pars his vti soleat. Et quamuis plures essent, quia ad peccatum mortale fucis vterentur, nõ proinde vendens peccaret. Tum quia vt diximus, vendit rem ex sui natura indifferentem. Tum quia non tenetur ipse discutere an plures, vel pauciores, bene, aut male vtantur hoc. n. principi incumbit, non artifici. Artifex enim non versatur, nec respicit, nisi hunc, & illum, cui sua opera vendit, & sicut cũ singularibus primo, & per se negotiatur, quorum interiorem mentem non cognoscit, ita non spectat ad eum habere curam communis boni, nec indagare, aut scire an plures, vel pauciores vtãtur bene, aut malę re ab ipso vendita: sed ad principem hoc attinet, cuius munus est attendere ad commune bonum, vel malum, quod ex multitudine colligitur, & dignoscitur, & sic extirpare omne id, quod commune bonum lædit, ut ait D. Tho. 2. 2. q. 169. ar. 2. & Caie. ibid.

Ad Authoritates sanctorum Respondetur, quod illi loquuntur de illis mulieribus quæ contemptis propriis maritis se ornant, vt alios in sui inhonestam concupiscentiam alliciant, has enim peccare lethaliter constat, non quod fucis vtãtur, sed ratione prauę intentionis, quam in tali vsu habent, adeo quod illa ad luxuriam prouocatio, non prouenit a natura fucationis & ornatus, sed ex malitia fœminæ abutentis illo ornatu.

Quod si quis adhuc vrgeat obligatum esse quemlibet Christianũ sub reatu culpæ mortiferæ impedire quantum in se est ne proximus in peccatum mortale labatur: arg. c. Nõ in inferenda 23 q 3. & tradit D. Th. 2. 2. q. 26. ar. 3. Nam peccatum mortale adimit vita animæ, quæ præstantior multo est quã vita corporis. Et ideo qui hæc pigmenta, & fucos vẽdit, illis saltem mulieribus quas scit emere ad peccãdum mortaliter, non posse excusari a culpa, eo quod nõ impedit hanc spiritualem proximi mortem.

Respondemus, quòd cum dictę mulieres, peccent non ex ignorantia, aut fragilitate, sed ex malitia, ut quę licet ab isto non emant, emunt tamen ab alio, idcirco non tenetur ad impediendum illarũ peccatum, cum damno temporali suo, quale erit si a tali negotiatione desistat. Vt enim quis teneatur ad impedimentum alterius peccatum desistendo a iure, vel a bono suo spirituali, aut temporali seu ab arte quam exercet, necesse est vt speretur effectus impeditionis, & vt illud peccatũ procedat non ex malitia, sed ex ignorantia, aut fragilitate, iuxta illud Matth. cap. 35. sinite illos, cæci sunt, & docet Diuus Th. 2. 2. q. 43. ar. 7. Et canonistæ, cap. qui scandalizauerit. de reg. iu. Nauar. in Mã. c. 24. nu. vlti. Vbi colligit neminem teneri ad dandum centum scuta, etiam si facile posset, illi qui sese interfecturum aut suspensurum certo affirmat, nisi ea donentur.

CASVS II.

GAspari cum eßet relatum quandam in ciuitate eße puellam, quæ si pro dote haberet triginta ad summum scuta,

nuberet optimo artifici: ille spōtę absq. vllo iuramēto aut voto sola simplici promissione, intra se ipsum statuit, donare ex suo sūmā illam dictæ puellæ: inde ad paucos dies, animum reuocat, quia pollicitationē, nec verbo, nec signo aliquo expresserat, & a Confessore interrogatus, an promiserit, vnquam quippiam alicui, factum hoc enarrat.

Quæritur, An in conscientia astringendus sit, ad dandas pecunias ita simpliciter promissas.

ANte quam ad casum hunc respondeamus, aduertendum est, hæc tria, scilicet proponere, promittere, siue statuere, & actu tradere, maxime inter se differre. Nam proponere, est ita voluntatem in aliquid faciendum inclinare, vt adhuc maneat cum aliquo dubio, & incertitudine operandi, vel non operandi illud: statuere vero, seu promittere, est firmiter, & certo apud se concludere, & consentire; hoc esse agendum. vt qui actu pręsenti apud se decernit, & stabili aliquid facere. At tradere est rem ipsam actu, & in effectu in alterius dominium perfecte transferre. Nos ergo hic non agamus de eo, qui proponit solū apud se aliquid dare. Nā huiusmodi propositum mutare, nullum peccatum esse, nec ius aliquid alteri tribuere, tam Theologi, quam iuris periti omnes fatentur. Nec qō est, de traditione externa, hæc enim in foro etiam ciuili obligat: sed dubitatio versatur in promissione interna, quando aliquis apud se indubie, & firmiter, ac statuit dare aliquid alteri. An per talem actum interiorem voluntatis transferatur ita dominium rei illius in alterum, vt peccatū sit mortale, id retinere, & non donare.

Aduertendum est deinde, promissionem esse multiplicem: vnam iuratam: aliam simplicem. Non agimus nunc de promissione facta Deo, quæ appellatur votum, sed facta homini. Iurata promissio est illa, quam diuini nominis testimonio confirmamus: simplex autem est illa, quæ absque vllo iuramento fit, & hęc rursus est duplex, Altera dicitur omnino simplex, altera appellatur promissio cum causa: omnino simplex est, quæ fit propria tantum sponte, & ex mera liberalitate promittentis, vocaturq; a viris peritis pactum nudum. At promissio cum causa ea est, quæ vel fit ratione alicuius debiti præcedentis, vel sub conditione aut conuentione aliqua cum altero, vocaturque a iuristis pactum vestitum. Et ad hāc reducuntur promissiones, quæ fiunt ecclesiis pauperibus, & locis piis; quia in his obsequium Dei est veluti causa, & debitum, quamuis ex liberalitate fiant.

Rursus hæ omnes promissiones, siue nudæ, siue vestitæ possunt dupliciter fieri, nempe aut vere, & animo illas adimplendi, aut ficte, & sine tali animo: item possunt fieri, aut verbis, & signis exterioribus, quib. promittens se obligat alteri: Aut absque verbis, & signo aliquo exteriori, sed solo interiori mentis consensu.

Aduertendum est tandem, duplicem esse promissionem, seu contractum, per quem dominium transfertur. Aliud dicitur mutuus, & reciprocus, in quo vltro citroque oritur obligatio, soletque his verbis declarari, do vt des, facio, vt facias, de quo agitur, in l. Labeo, ff. de verbo sign. Alter dicitur simplex, in quo simpliciter, & ex mera liberalitate, statuo aliquid alicui tribuere; hæc appellatur simplex donatio, quæ si mente solum concipitur, & deliberatur, dicitur promissio interior, si vero exteriori aliquo signo declaratur, dicitur promissio exteriori.

His suppositis in præsenti casu variæ sunt doctorum sententiæ. Nam aliqui arbitrantur, teneri in conscientia Gasparem ad danda illa triginta scuta, quæ apud se ipsum deliberauit, & statuit donare dictæ puellę, nec posse absolui a confessore si dare illa renuat, vt qui putent, promissionem quidem liberam, & non mutuam obligare in conscientia, quamuis, nullo prorsus exteriori signo exprimatur stando in iure naturę & simpliciter: secus

cus si lex humana ecclesiastica, vel ciuilis, ob bonum publicum, & ad quietem conscientiarũ, aliter statueret; tunc enim standum esset determinationi legis, ita Angelus verbo Pactum, § 1. & Sotus lib. 4. de iust. & iu. quæst. 5. articul. 1. & lib. 7. quęst. 2. art.

Hanc opinionem ex eo probant. Tum quia voces, & externa signa, nõ obligant nisi ratione interni conceptus, a quo habent omnem vim, sed si Gaspar externa voce dixisset do tali puellæ triginta scuta, ipsa puella pręsente, & acceptante: transferret quidem per talem donationem illa triginta scuta in dictam puellam, & talis promissio esset obligatoria in foro animæ. igitur multo magis obligabit, & dominum transferet, si interius sic delibera tur & statuitur: cum, vt dici solet, propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Tum quia ille qui solum proponit aliquid facere, non tanto arcto vinculo obligatur ad illud, quam si firmiter statuat, & certo consentiat, vt clare patet. si igitur Gaspar proposuisset solum dare illa scuta, non teneretur adhuc in conscientia: quare si vltra propositũ, adhibuit firmam voluntatem, & in dubio assensum, negari non potest, quin aliquid plus oblationis adiunxerit: quare si ex interno stabili, & firmo consensu illa dandi, non esset orta oblatio: profecto nihil differret proponere, & stabilire, cuius tamen contrarium superius est declaratum.

Tũ quia promissio illa, & deliberatio interna, firmata iuramento, obligat in cõscientia. Iam autem iuramentum, non est obligatio, sed obligationis cõfirmatio: adducitur enim nomen Dei in reuerẽtiam, & testimonium veritatis promissæ, vnde promissio, quæ est nulla, & illicita, quamuis sit iurata, non obligat: quia iuramentum, non inducit nouam obligationem, sed solum pręcedentem confirmat. igitur talis interna promissio etiam non iurata obligabit.

Tum quia tam ignota est promissio, quæ fit verbis absenti, aut surdo: quam q̃ est omnino interna, & nullis verbis explicatur, & ideo si illa obligat, (vt nos in casu primo mensis præcedentis late ostendimus) obligabit etiam ista.

Confirmatur ex D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 3. in Respon. ad 5. vbi asserit illum, qui non adimplet promissionem peccare, & infideliter agere, eo quia mutat animum. Iam autem interius promittens, si non adimplet promissum, mutat etiam animum, quare pari ratione peccabit, & infideliter aget.

Tandem si Gaspar consensum, quem mense præterito habuit de dandis illis triginta scutis, manifestet nunc puellæ nubendæ, dicendo illi. Ego apud me statui, dare tibi pro dote triginta scuta, nec vnquam hoc manifestaui nisi nunc tibi, vis tu ne illa recipere pro dote, tenebitur profecto tunc Gaspar in conscientia ad illa scuta danda, si illa acceptet, sed non est dicẽdum, quod teneatur ex solis verbis absque consensu, nam nos supponimus ipsũ nullum habere nunc nouum cõsensum: ergo talia verba obligant ratione prioris cõsensus: ac proinde ille cõsensus quamuis interior ipsum obligabat.

Hæc rationes quamuis sint valde probabiles, & quæ me alias in suum assensũ inclinarunt: Nunc tamen re diligentius perpensa, contrariam opinionẽ puto veriorem. Et Gasparem non teneri in conscíẽtia, ad promissionem illam internam de dandis triginta scutis seruandam, posseq. pro libito eundem reuocare, cũ nec interna promissio facta homini transferat dominium in alterum, nec in foro interiori conscientiæ obliget, nisi verbis, aut signis fuerit manifesta.

Inclinor in hanc sententiam: Tum quia obligatio, non potest esse nisi inter duos: non enim homo obligatur sibi ipsi, sed alteri, adeo quod obligatio, qua res aliqua in alium: transfertur, includit in sui ratione ordinem ad alterum sed per solum conceptum interiorem, homo nõ ordinatur ad alterum, id enim est Angelorum proprium, vt conceptus dirigant & ordinent in alterutrum, & ita se communicent. non ergo per solum conceptũ interio-

interiorem, homo obligatur homini, vel dominium rei suæ in alterum transfert, sed id necessum est fiat signis aliquibus exterioribus.

Confirmatur, quia homo cum sit aīal politicum, constans anima, & corpore, per animam agit & cōicat cum Deo, cui soli cor nostrum patet: per corpus, agit & communicat cum hominibus. Cum igitur interior conceptus, non sit quid corporeum, & sensibile, obligatio autem trāslatiua dominii, sit quædā actio hominis communicans se hoī, non potest dicta obligatio versari, & consistere in sola interiori voluntate.

Tum quia Doctores fere omnes asserunt, ad translationem dominii, requiri actualē exhibitionem rei, quæ donatur; cum ex æquo requiratur cōsensus ex parte accipientis, ac ex parte dātis: sed actualis exhibitio fit per signa externa patentia, non autem per solum interiorem assēsum, quamtuncunque firmatum, & stabilitum, cui vt sic interiori, & occulto ac prorsus ignoto, non potest alter consentire, quia consensus voluntarius præsupponit rei notitiam.

Tum quia si Gaspar teneretur triginta illa scuta dare dictæ puellæ, id non esset ex lege, & obligatione alia quam propriæ voluntatis, per quam interiori animo firmauit, & stabiliuit ea illi donare, sed lex priuata a sola & libera voluntate instituta, potest semper ab eodem libere reuocari. hæc enim est ratio ob quam Doctores asserunt, testamentum, viuente testatore esse semper reuocabile, quia est lex, seu obligatio priuatæ suæ voluntatis: igitur nō tenetur Gaspar illam donationem aīo statutā manifestare dictæ puellæ, sed poterit p libito eādē quoties voluerit reuocare.

Et confirmatur quia doctores fere omnes asserunt, illa quæ a sola nostra voluntate pendent, donec in aliam transeant obligationem, puta voti, vel contractus, vel delicti, aut aliam similem, pro libito nostro mutari posse cap. cum Matthæ, de cele. miss. l. 4. ff. de adim. leg. Arch. & Pan. in cap. literarum de vot. col. 1. Tum quia si promissio interior simplex, homini facta, obligaret in conscientia, eo esset, quia per illam transfertur ius aliquod in rem promissam alteri: sed actus interior, sicut non tollit alicuius ius, ita neque dat: nullum enim ius est acquisitum, vt satis constat, quare si adhuc res illa promissa, manet sub dominio, & iure promittentis, poterit illam dare alteri pro vt libuerit.

Tandem vbi nullus est, qui accipiat, ibi nullus est qui donet, siquidem donare, respectiue se habet ad accipere: sed intra mentem nullus est, nec esse potest homo, qui accipiat: ergo intra mētem nullus etiam erit qui donet: vnde D. Thom. 2. 2. quęst. 88. art. j. & in 4. li. sent. d. 38. q. 1. ar. 1. distinguens inter promissionem factam Deo, & eam quæ fit hoī: inquit, eam quæ fit Deo obligare; quia Deus est intimus cordi, ipsū intuetur, & corde cum Deo agimus, & tractamus: At promissione interiori non obligamur homini, nisi ipsa exterius declaretur, quia homo cognoscit tantū ea, quæ foris apparent, propter quod dici solet, verba ligantur homines. Et Prou. 6. Captus est propriis verbis, & illaqueatus sermone oris sui, quibus verbis satis innuitur hominem, non obligari homini, nisi quando illi suū consensum exterius indicat cum promittendi intentione. Hæc nostra sententia est in primis Caiet. 2. 2. q. 88. ar. j. Thomæ ad Argen. in suo trac. de matrim. quæst. 2. Et Syluestri. verbo pollicitatio Tab. verbo Pactum. nu. 2.

Pro maiori huius opinionis nostræ euidentia, & præsentis casus clariori decisione, est a confessore sciendum, quod non omnis assertio rei futurę, est promissio, sed requiritur, vt talis assertio fiat animo se obligandi, vel saltem verba illa quibus res asseritur, habeant secundum communem conceptum prudentum vim obligandi. Hinc est quod frequentes illę affabilitatis, & amicitię, seu vrbanitatis assertiones, quibus in recessu, amici vti solent, visitabo, aut salutabo nomine tuo N. vel deprecabor semper Deum, pro te: nō obligant ad peccatum: quia non sunt promissio-

siones cum nō fiant animo se ad illa obligandi. Secus autem si dicam, ducam te in vxorem, facit vera sponsalia, quid illud verbum ducam, ex natura sua pro promissione in matrimonio accipi solet.

Vnde ad dignoscendum, quando hæc verba assertoria obligant, considerandū erit, quod ea pñt tripliciter exponi. Primo vt solum enuntient ipsum propositū mente conceptum, vt cum dico, faciam hoc, id est, intendo hoc facere. Secundo quod enuncient euentum, seu effectum eius, quod mente statuitur: sic faciam, idē erit ac ponetur hoc in effectu. Tertio vt enuncient promissionem, seu obligandi animum, & ita faciam, erit idem quod promitto me hoc facturum, in hoc ergo tertio solum sensu, verba assertoria, habēt vim promissionis, & obligant in conscientia, vt ait Caie. 2. 2. quæst. 88. arr. 1 Nau. com. de pæn. d. 2. capit. Reuertebantur, num. 1.

Vnde colliges, quod sicut nullum propositum quantumus firmatum, absque intentione tamen se obligādi, habet vim promissionis, neq; obligat: ita neq; requiritur, vt de necessitate vtamur hæc voce promitto, in quo multi falluntur, sed satis est vti verbo assertiuo, faciam, dicam, vel alio quod ex vi suæ significationis, & communis acceptionis, promissionem declaret.

Notandum deinde, ad validitatē promissionis, quinque requiri. Primo, vt sit vera; ea enim quę facta est, absque animo se obligandi, non obligat saltem in foro interiori. Secundo, vt sit deliberata; sufficit autē illa deliberatio, quæ inducit ad peccatum mortale, & ideo in tēporis longitudine non consistit, sed in eo solum, ꝙ fiat a sciente, vel volente. Tertio vt sit voluntaria, hoc est, non vi, aut metu extorta, loquimur autē hic de simplici promissione, nō de ea, quę iure iurando cōfirmatur. Quarto, vt sit de re licita. Nā quæ est de peccato, vel de eo quod sine peccato fieri nequit, non obligat. Quinto vt sit rei possibilis, quia ad impossibile nemo tenetur, vt habetur de Reg. iur lib. 6. Sexto, vt eam mutatio rei non eneruet, hoc est vt talis non succedat mutatio, qualem si promittens recogitasset, reuera nihil tale promisisset, vt docet glos. in cap. significasti, el. 1. de homicidio, vt si promisi ensem Ioanni, non teneor dare si postea insaniat. 22. q. cap. Ne quis; item promisi ducere Ioliam virginem, ipsa deinde fornicatur, non teneor iam stare promissis.

Addubitabit tamen nunc forsan Confessor, an si quis non solum deliberet, & firmiter apud semetipsum statuat dare aliquid alicui, verum etiam habeat animum se in conscientia ad illud obligandi, remaneat tunc re vera ita obligatus, vt si nolit dare, debeat absolui.

Respondeo, quòd in isto casu, quo in cōscientia sua voluit se obligare, tenetur, & si nolit dare, non debeat absolui: ratio est, quia & si promissio interna facta homini, etiam intentione se obligandi non liget, nisi externo, signo exprimatur; nihilominus tamen cum testis conscientiæ sit solus Deus: ideo quando promissio fit cū ista additione: volo me in conscientia obligare, tunc talis promissio implicite, & virtualiter fit Deo: & velle se obligare in conscientia, est quoddam votum.

Reliquum est iam argumentis Angeli, & Soti initio positis satisfacere. Et ad primum dicimus, quòd sicut natura instituit voces, vt illis declaremus, quæ in mente latent, ita easdē instituit, vt instrumenta, quibus alterutrum obligaremur & ideo quāuis externi actus habeant vim primo, & pricipaliter obligandi ab interno conceptu; quia tamen iste non est sufficiens per se, ad completam obligationē, nisi manifestetur: nec vt latens, & vt internus, est manifestus alteri quam Deo: ideo in ordine ad homines non obligat, nisi adsint externa verba.

Ad secundū respondemus, quod in dubiis assensus, vel promissio, magis obligant, quam propositū, in ordine ad Deū, & quando promissio fit, non Deo, sed fiat homini, & nulla manifestetur voce, nihil amplius valet, nec magis ligat, quam pro-

po-

positum, cum vtrunque sit ignotum homini.

Ad tertium dicitur illam promissionē iuratam obligare, non ratione promissionis, sed iuramenti, ob reuerentiam diuini nominis adducti in testem: veluti de promissione iurata dandi centum latroni, dici solet.

Ad quartum Resp quod illa promissio facta surdo, seu absenti, est ignota solū per accidens, & ideo ex sui natura obligat: sed promissio interna, est ignota per se homini, ac proinde non obligatoria.

Ad confirmationem dicimus, D. Tho. ibi agere de promissione externi; & de mutatione animi significati, & declarati exterioribus signis. Nam loquutio mentalis non est loquutio nec ordinatio ad alterum, nisi in Angelis, & ideo qui homo mentem mutat, quam verbis non expressit, non est infidelis, nec mendax, cum nō posit dici habuisse aliud in corde, aliud in ore.

Ad vltimum Resp. teneri in illo casu dare quod promisit, non ex vi solius internæ promissionis, sed quia illam exterius declarauit antequam reuocasset, quam quia alius acceptat, effecta est externa promissio, & donatio tum validatum obligatoria.

Aduertat tamen in casu præsenti diligentissime confessor, quod & deliberatio firma dandi aliquid alicui ob amicitiam, vel aliam causam secularem, nec omnino piam, quousque talis promissio in mente persistit non sit obligatoria, & reuocari valeat. si tamen Gaspar deliberauit, & statuit dare illa scuta puellæ, intuitu paupertatis, seu pietatis, tenetur tunc in consciētia ad illa danda; quia omnis pia promissio fit implicite & virtualiter Deo, quodque pauperi, vel ecclesiæ statuit aliquis donare; illud Deus loco pauperis & ecclesiæ acceptat, tanquam sibi principaliter donatum, habetque proinde rationē quandam voti, ad cuius obligationē actus interior sufficit.

CASVS III.

IOannes Infimæ sortis vir filiam habet de sua pulchritudine adeo elatam, vt omnia quæ lucratur in se multo cultius, & superbius quam statui suo conueniat, ornanda expendat. Nec tamen patri constat quo animo id faciat, & si de prudentia filiæ sit securus, nihil contra proprium honorem commissuram interrogatus nunc à Confessore quis illicitum filiȷs permittat? hæc ipsa recenset.

Quæritur, An peccet mortaliter Pater, permittendo filiam sic vestiri, & ornari.

RAtio dubii in præsenti casu hinc sumitur. Primo; quia superfluitas ornatus in pretiosis vestibus, respectu personæ, est vitiosa, & si sit notabiliter excessiua videtur peccatum mortale, quia licet non omnis prodigalitas sit culpa lethalis, vbi tamen est valde euidens & enormis excessus, delictum est mortiferum, vt inquit S. Anto. p. 2. tit. 4. c. 5. §. Octauo.

Secundo, quia consuetudo vim legis habet, & in foro conscientiæ ligat, si iusta sit, ac ab omnibus recepta; vnde sicut violare consuetudinem vniuersalem distincti habitus virorum a mulieribus est culpa mortalis, & quæ mulier absque iusta causa virili habitu vteretur, non excusaretur a mortali, vt dicit Angelus, verbo ornatus, & verbo fœmina. & Deuteron. 22. dicitur. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. Ita videtur quod cum hæc sit recepta vbilibet consuetudo, vt fęmina se induat & ornet secundum conditionē personæ, officii, loci, temporis & huiusmodi, quæ talem patrię honestam, & receptam consuetudinem transgreditur excessū notabili, delinquere mortiferè, c. quæ contra mores dist. 8.

Tertio quia hæc fæmina ornans se splen-

splendidius, quam status suus requirit, peccat. Tum per superbiam, quatenus videtur negligere statum suum, & supra alias quæ sunt suæ conditionis se velle efferre: superbia vero genere suo peccatum mortale est secundum D.Tho. 2.2.q.162. ar.5. Tum quia lædit notabiliter famam suam, & patris, quatenus illo excessiuo ornatu, vel iudicabitur impudica, & quod vestes illæ sint sibi datæ a lenonibus, cũ ipsa sit pauper: vel quod est stulta, induens se vt nobilis, cum sit infimæ sortis. Tum quia dat occasionem ruinæ proximi, quatenus excessiuo illo ornatu prouocat homines in sui concupiscẽtiam, & sic cum det operam rei illicitæ, omnia mala inde sequuta videntur attribuenda illi arg. cap. si culpa. de iniuria & damno dato.

Non desunt etiam multæ tam sacræ scripturæ, quam sanctorum authoritates, quæ superfluitatem ornatus, & maximè eam quæ statum excedit, ut mortiferam damnant. Tum Esai. cap. 3. Auferet Dominus ornamentum calciamentorũ & lunulas, & torques, & monilia, & armilla, & mitras, &c. & subdit, & erit pro suaui odore fætor; & pro Zona funiculus, & pro crispanti crine, caluitium, & pro fascia pectorali, cilicium. Hæc autem cum sit pœna inferni, non imponitur nisi pro peccato lethali. Tum quia Apostolus Petrus in prima canonica, c.3. inquit, Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, & argenti, aut indumenti vestimentorumque cultus. Et D.Paulus 1. ad Thimot. ca. 2. ait ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut prætiosa veste. Tum quia D.Greg. in 14. Hom. dicit, sunt nonnulli qui in cultu, preciosarumque subtiliumque vestium, nullum putant esse peccatum, si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd diues, qui torquebatur apud inferos, purpura, & bysso indutus fuisset; homo quippè pretiosam vestem, idest excessiuã proprii status, nisi inanem gloriam quærit. Et D. P. Augustinus in lib. de doctrina christiana, de superfluitate ciborum, vestium, & similium loquens inquit. Quisquis vero sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est.

Ex his igitur, & alii grauissimi multi doctores in eam inclinarunt opinionem, vt crederent, mulierem ornantem se excessu, notabiliter maiori quàm conditio personæ, & status requirat, peccatum incurrere mortale: ita S.Ant. p.2. ti.4. c.5. §.8. Syluester verbo ornatus, q. 3. Tabienna. eo. q.2. supplementum eo. §. quo ad secundum principale.

Vnde & colligunt patrem sub cuius tutela, & cura est filia, permittendum illam ita suberbe & excessiue vestiri peccare etiam mortaliter, arg. c. duo ista, & ca. Non putes 23. q.4. & c. si quis reliquerit. 30. dist.

Nos tamen contrariç sententiç tanquã veriori adhærendum esse putamus: quòd scilicet nec filia mortaliter peccet, ex eo, quod cultius, & superbius se ornet, quàm eius conditioni ac statui conueniat, nec etiam pater, culpam lethalem incurrat id permittendo: sed vterque venialem. Ita Caiet. 2.2. q.169. ar.2. in Resp. ad quartũ, & quintum dubium & Nauar. in man. c. 14. nu. 14. & c. 23. nu. 19.

Probatur, Tum quia excessus iste maximus, & notabilis, etiam si excedat conditionem personç, & status, non est ex se se vitium oppositum iustitiç, & charitati, sed liberalitati, quç cum sit virtus inclinans ad appetitum dandi ordinare pecuniam, quid, cui, vbi, quomodo, & propter quod oportet sicut illi per defectum opponitur auaritia, quç est vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniç: ita per excessum opponitur prodigalitas, quæ est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecuniæ; intelligendo per pecuniam, non solum numisma, sed quidquid est pecunia æstimabile: vnde quoties hæc inordinatio contingit absque damno alterius, est venialis tantum, ut declarat D. Thom. 2.2. q. 118. &

& 119. & Nauar. in Man. cap. 23. numero 70.

Tum quia sicut notabilis excessus in mentiendo, non est ex se peccatum mortale, nisi in perniciem, & damnum alterius vergat: quia mentiri, aduersatur solum virtuti, quæ est veritas, & hæc non dicit directè ordinem ad proximum, sed ad conformitatem rationis, ita notabilis excessus in re pecunia æstimabili, vt sunt vestes, & alia ornamenta, contrariatur solum liberalitati, quę dicit ordinem ad vsum pecuniæ, & non ad proximum.

Tum quia maior videtur deordinatio in ornatu per fucationem excessiuam, quam per vestes superfluas: constat enim inter mulierum ornatus, fucationem præcipue a sanctis reprehendi, & pessimum tenere locum, vt quæ magis immediate ad pulchritudinem faciat, & ad lasciuiã prouocet: & tamen in primo casu huius congregationis, satis superque ostendimus, fucationem non esse ex se peccatum mortale: & ideo neque etiam in excessu quocunque: Nam quod absolute & secũdum se non est tale, nec etiam in quocunque gradu accipiatur erit tale.

Tum quia ornatus excessiuus, & vltra statum, non est actus contra Deum: non enim obiectum huius actus, est Deus, vt satis patet. Nec etiam est contra proximum, cum non redundet in damnum alterius, sed tẽdat ad propriam vanitatem. Neque etiam est contra se ipsam, excessiue se ornantem, quia nec lædit notabiliter bona corporis, aut fortunæ, quæ non sint sua, & si forte lædit famam, id est quod habebitur vt vana, aut stulta, immò forsan vt impudica, Iam aũt quælibet priuata persona, est domina suę famæ, vt saltem eam contemnendo, non peccet mortaliter, & cum pater sciat, & consentiat, non potest dici quod lædat iniustè tunc famam patris, quia volenti & scienti, nõ fit iniuria.

Tandem superfluitas, quamtumcũq. excessiua in ornatu, cum nõ sumatur hic absolutè, sed respectiue, in ordine ad persona; si etiam peccatũ lethale: vel id esset ratione superfluitatis simpliciter; vel ratione illius excessus summi, superantis omnino conditionem personæ; vel ratione scandali inde apud videntes occasionati: Non ob superfluitatem duntaxat, quia hæc est vitium in specie prodigalitatis, & nõ est ex se mortale: vt su. diximus: Non ob id, quod excessiua: nam ille gradus excessiuus, nõ tollit actum extra propriam speciem; quod enim non est secundum suam naturam mortiferum, in nullo gradu quantumcunq; summo illius speciei erit lethale; cum gradus excessiuus, non differat specie ab aliis gradibus, mortale aũt differt specie à non mortali; Nec potest dici actus mortalis ratione personæ, quia circunstantia personæ, neque facit ex veniali s mortale; neq; ex mortali vnius speciei, mortale alterius; neque ex mortali vno respectu, mortale propter alium finem nisi quando agitur contra votum, aut contra statum voto firmatum, & regulam quamuis est professus, vt probat Caiet. 1. 2. q. 7. art. 1 & Nauar. in Manu. cap. 5. num. 1 & in com. cap. consideret. nu. 50. Non etiam potest dic mortalis, ratione scandali; quia tunc scandalum imputatur occasionanti, quando vel ea intẽtione actus fit vt scandalum veniat, vel actus ipse est ex sui natura inductiuus scãdali: Iam autẽ in casu pręsenti, illa puella non se ornat excedendo notabiliter statum suum, ea intentione vt inducat alios in peccatum, nec talis ornatus eo solum, quia excessiuus, est talis, quod sufficienter inducat quemlibet ad ruinam. Nam illemet ornatus, qui est excessiuus in fęmina abiectæ cõditionis, si ponatur in nobilissima fæmina, nõ induceret talem ruinã. Immo si ponatur in abiectissima & deformi vetula, ad nullam ruinam homines induceт: vnde cum tale scandalum, non causetur ex tali opere; nec ex intentione operantis, sed praua voluntate virorum, non debet dici datum, sed acceptum.

Confirmatur hæc sententia, tum authoritate D. Thomæ 2. 2. q. 169. art 2. vbi expresse asserit in Respon. ad tertiũ cultum exteriorẽ cõpetere conditioni perso-

næ secūdum cōmunem consuetudinem, & ideo quamuis sit vitiosum a tali consuetudine absq; causa recedere; non tamē esse mortale, nisi fiat causa lasciuiæ, sicut mutatione habitus virilis, & fœminei, q̄ ex se non est mortalis cum possit aliquādo fieri sine peccato, propter aliquam necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimēti, vel propter aliquam aliam rationabilem causam.

Tum authoritate diui P. Aug. in li. de doctrina christiana, & refertur in c. quisquis dist. 4. vbi de superfluitate ciborum, & vestium loquens dicit. In omnibus enim talibus, nō vsus rerum, sed libido, in culpa est: & infra subdit, nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum natura quibus vtimur, sed ex causa vtēdi, & modo appetendi, vel probandum vel improbandum, est quod facimus. Nec obstant ea, quæ pro parte contraria sunt in principio adducta. Nam ad primū, negamus ornatum superfluum respectu personæ q̄ tuncuuque sit excessiuus conditionis & status, esse peccatum mortale, si desit contemptus Dei, aut finis mortaliter malus, aut lex, quæ ipsum prohibeat, obligās ad mortale, quæ cū non sint in casu præsenti, non est pater aut filiis condemnanda de culpa lethali ex illo excessiuo ornatu a patre permisso, & a filia delato.

Ad secundum Respondetur, quod illa consuetudo ornatus competentis cōditioni personæ non facit debitum legale, sed mortale, cum ad talem ornatum non cogantur aut viri aut fœminæ lege punitiua, sed moris sola honestate: ea enim consuetudo, quę facit debitum legale, & habet rationem legis, consistit in quadam permanentia, & certitudine inuariabili, vt sunt illæ consuetudines super quarū obseruatione fiūt exactiones, & punitiones: veluti si consuetum sit episcopo consecrāti ecclesiam, seu virginem dari aliquid; & prædicatori in quadragesima alicubi prędicanti donari certum quid: hæ consuetudines inducunt debitum legale, & ad illud obligant, at ornandi consuetudo tā quo ad formam quam quo ad modum, & quantitatem, consistit in continua mutatione: nec ob talis consuetudinis varietatem, fiunt communiter punitiones, nisi forte principis lege fuerit id præceptum, & firmatum: & ideo est consuetudo inducens debitum solum morale, nihilque continet contra iustitiam, ac proinde nō facit culpam mortalem.

Immo dato etiam quod talis consuetudo ornatus, secundum conditionem personæ induceret debitum legale, non proinde trāsgressio illius esset mortifera; sed iudicandum erit peccatum iuxta qualitatem legis humanę, & pęnæ temporariæ, aut ecclesiasticę appositæ: quæ quādo obligent ad mortale, vel solum ad veniale, alibi erit explicādum, & colligi potest ex Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. & 147. art. 3. & 169. ar. 2. & ex Nauar. in man. ca. 23. nu. 53. & in repet. ca inter verba. 11. q. 3.

Nec obstat illud Deut. 22. de habitu viri & fœminæ: Respōdemus. Primò, quod illud præceptum erat iudicabile, vel ceremoniale, & ideo nullam vim obligandi habet post aduentum Christi: Dicimus secūdo, quod illud erat prohibitum Iudęis, eo quia gentiles tali mutatione habitus virilis, & feminini vtebantur freq̄ueter, ad idolatriæ supestitionem. Nunc tamen quia in multis casibus potest esse licita talis mutatio, vt si fiat propter aliquam necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum aliarum vestium, vel propter aliquam aliam honestam, & rationabilem causam, idcirco ex suo genere non est peccatum mortale, & si fiat ob leuitatem, erit veniale. D. Tho. 22 q. 169. ar. 2. Cai. ibi.

Nec ob. c. quæ contra mores d. 8. vbi dicitur quod flagitia, quæ sunt contra mores, vitari debent. Respon. quod ibi D. P. Aug. loquitur de flagitiis, q̄ sunt contra mores perpetua consuetudine firmatos, & dicit talia flagitia esse vitanda, non tāquā peccata ex sese mortalia, sed pro morū diuersitate, vt pactum inter se gētis, aut ciuitatis cōsuetudine, vel lege firmatum. Iā aūt ornatus, tam virorū quàm mulierum,

rum, non est perpetua consuetudine firmatus, & quamuis excessus in tali ornatu sit vitandus, non tamen quia mortalis sit culpa, sed venialis ex suo genere.

Non etiam officit obiectio, quod hmôi excessus contrarietur dilectioni proximi, quatenus inde coguntur alii ad similes excessiuos sumptus, & ad non seruandam conditionem sui status. Respondet Caie. 2.2.q.169.art.2. ad dubium secundũ, quod cum huiusmodi excessiui sumptus fiant a voluntate, cuiuslibet, & causetur præter intentionem, primi ornantis se sumptuose, quia non intendit talẽ finẽ in suo ornatu, et dannum voluntarie passum non dicatur iniuste illatum, quia volenti non fit iniuria, ideo per illum superfluum, seu excessiuum ornatum non agitur contra iustitiam, nec etiam contra charitatem: potest enim sufficienter se excusare ille in ornatu excedens, dicendo, faciat vnusquisq; sumptus iuxta facultates suas, & nõ sit stultus, nec imitetur me, qui non potest, & qui non vult.

Ad tertium principale argumentũ. Respondemus primo quod illa superbia & iactantia non est mortalis, quia nec redũdat in contemptum Dei, & legis illius, vel despectum notabilem proximi id quod requiritur, vt superbia sit mortifera, secun. D.Th 2.2.q 162.art.3. Respondemus etiam quod licet illa puella vane se ornãs, & cum excessu sui status, agat contra famam suam, & patris: quia tamen ipsa est persona priuata, & habet dñium in fama sua, non peccat mortaliter eam contenẽdo: sicut nec pater qui scit filiam ita ornari, & id permittit, non dicitur agere contra suam famam iniuste cum nocumento aliorum, sed suo: iam autem velle, & cõsentire, vt sua propria fama lædatur, aut omnino perdatur, non est vt plurimum aliud, quàm peccatũ veniale, vt late probat Sotus, libro de ratione tenendi secreta memb.1.q.3.& Adria.in 4.lib.sent. de restit.q.35.& quolibeto 11.pag 17.Nau. in Man.c.18.nu 27.

Et ad id, quod dicebatur, dare fœminã virginem illo excessiuo ornatu occasionẽ ruinę hominum eam conspicientium: Respondemus quamlibet esse iudicandam secundum suam causam propinquam, non autem secundum occasionem remotam.

Iam vero illa ruina hominum, siue illa concupiscentia in qua homines excitantur per illum excessiuum fœminę ornatum, est a voluntate concupiscentis, tanquam a propria causa, & non sit a muliere se ornante, se intenta, seu per se, nec per accidens non potest illi imputari tanquam causę, sed solum, vt occasioni: sicut nec pulcherrimę mulieri vane egredienti de domo, imputandum est peccatum, in quod incidunt, qui illam concupiscunt.

Nec obstat, quod ita excessiue se ornando det fœmina operam rei illicitæ, vt mala omnia inde sequuta debeant illi attribui. Nam dicimus, tunc mala imputari danti operam rei illicitæ, quando illud opus est ex se, vel ex intentione operantis directum in illa mala. Nunc autem ex illo excessiuo ornatu, non causatur de per se ruina hominum, sed ex praua voluntate ipsorum, & ideo effectus iste remotus, non est imputandus mulieri.

Ad sacræ scripturæ, & sanctorum auctoritates, quę videntur agere de hoc superfluo ornatu, vt de crimine mortali. Respondemus ad primam, Esa. 3 loqui de ornatu fine mortali intento: hoc est, de illis mulieribus quæ ea intentione se ita ornabant, vt ad sui concupiscentiam homines allicerent.

Ad ea autem quæ ex Epistolis Apostolorum deducebatur, dicimus illos ibi loqui consultiue non præceptiue, nisi forte quando talis ornatus fieret ad lasciuiam, vel mortalem iactantiam consistentem in contemptu Dei, vel proximi, & quod loquantur consulendo, & exhortando tãtum patet ex eo, quia alias quæcunq; etiã regina portans vestem auro textam, aut argento peccaret mortifere cum absolute de fęminis loquantur, quod tamen est absurdum asserere.

Ad auctoritatẽ D. Gregorii homil.24.

Respondemus agere ibi contra illos qui in superfluo ornatu nullum omnino esse nec etiam veniale peccatū arbitrabatur: nos enim asserimus ex genere suo nō esse mortale, sed bene veniale: posse tamen effici mortale, ex mala intētione se ornātis.

Ad dictum D. Pat. August. quod refertur. d. 41. ca. quisquis. Respondemus, ibi illum agere de ijs, qui ex mortali concupiscentia talia faciunt: Nam superius de huiusmodi superfluitatibus loquens ait. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido in culpa est. vbi glo. notat, velle P. Augustin. quod in his superfluitatibus, consideranda est potius causa facti, quam ipsum factum.

Hæc diximus in rigore iuris, & considerato ipso ornatu excessiuo, respectu huius fœminæ, quæ nihil aliud quam vanitatem intendit. Nam ex alijs circunstantijs nō negamus posse fieri peccatum mortale, veluti si quis, vt se superflue ornet, non soluit debita, vel non præbet necessaria alimenta patri, & matri, & filiis, ac aliis quibus ea præbere tenetur: redundat enim tunc in damnum notabile proximi illa superfluitas. vel si fit animo impellendi aliquem in sui illicitum amorem, & cōcupiscentiam, tunc enim finis est mortalis: vel si ea mēte, & affectu se ornat, quod nō desisteret a tali excessiuo ornatu quā tumuis sub pœna peccati mortalis præciperetur. Nam iste contemptus, seu complacentia, reddit id quod est veniale mortale, & de eo itelligitur illud D. Pat. Aug. in c. vnum 25. d. §. criminis Nullum peccatum veniale, est, quod nō fiat mortale, dum placet. Nau. c. 23. nu. 10.

Et propterea aduertant maxime cōfessores, ne facile permittant hos excessiuos ornatus, præcipuè in fœminis, in quibus multas deformitates, & graues habet, dū & consuetudo statuum, & conditionis cuiuslibet communis lex violatur: occasio ruinæ datur, & inanis gloria, ac stultitia non sine aliquo scandalo committitur.

In Congregatione habita fer. 2. die 27. Iunij. 1582. infra positi tres casus discussi fuerunt.

CASVS I.

Franciscus diuturnam consuetudinē, & familiaritatem qua cum Martino erat astrictus, ob leues quasdam causas a trib. annis ita dissoluit, vt q̄uis nullo illū prosequatur odio, imo sua prosperatione lætetur, eundem tamen quantumcunque sibi obuium, & prope domum habitātem, nec alloqui, nec salutare vnquam voluerit, & cum huius rei nullum conscientiæ habeat remorsum, nec a suo parocho aliquis factus sibi hucusque fuerit scrupulus: Nunc alteri confessus, & ab eodē exhortatus, vt Martinum a quo resalutari, & amice debere recipi, certo scit, salute, et more humano alloquatur, ille renuit id facere, satisq. sibi esse dicit iniquo animo eum non videre.

Quæritur, An absolui debeat, & si absoluatur, valida sit confessio.

Tota difficultatis ratio in præsenti casu in his consistit. Primo quia nō videtur proximū charitatiue diligere, qui ea dilectionis signa, quæ durante amore antea ostēdebat, nunc iratus retrahit: Maxime, quia charitatiuus amor fundatur in naturali, & morali, & qui negat proximo ea, quæ moralis, & naturalis amicitia postulat, nō potest dici quod charitatiue illum diligat. Iā autem colloquutio, & resalutatio, videntur includi in omni amicitia morali, imo & naturali.

Confirmatur ex illo Ioannis 3. Non diligamus verbo, nec lingua, sed opere, & veritate. Iam autem qui proximum non alloquitur, nec salutat, non diligit opere, nec veritate: quia inter amicitiæ opera, connumerantur, alloquutio,

quutio,& salutatio. Nec ibi est amoris veritas, vbi manifesta signa manifestant odium,& rancorem. Vnde D. Greg. Hom. 30. in festo Pentecoste inquit; Amor Dei non potest esse otiosus: magna enim operatur, si est, si desinit operari, non est amor.

Secundo. Franciscus dando nūc signa prioribus contraria, præbet Martino occasionem,& causam scandali, quia iudicat ob odium,& rancorem, denegari sibi antique familiaritatis consueta inter eos signa, & ita quantum est ex parte illius non loquelę,& non salutationis. offertur sibi a Francisco sufficiens causa concipiendi erga ipsum odium, & rancorem. Facit c. Nihil, de præscrip. & c. fi. de oper. no. nun.

Tertio; videtur quod pręceptum correctionis fraternæ, obliget Franciscum in hoc casu, quia illud, si peccauerit in te frater tuus corripe eum, intelligitur secundū Patrem Augustinū; si peccauerit contra te, vel te sciente: cum igitur Franciscus sciat, quod alius habet conceptum odiū, & iudicium temerarium ob loquutionē, & salutationem denegatam, obligabitur præcepto correctionis fraternæ, ad faciēdum, quod in se est, vt proximum ab illo mortalli peccato liberet, & cū facile possit liberare per salutationem, vel alio exteriori amicitiæ signo, culpam videtur cōmittere mortalem id non faciendo.

Accedit quod magis obligat charitas ad subueniendum proximo in necessitate animæ, quam corporis constituto, vt satis patet.

Iam autem Martinus ob denegatam alloquutionem, & salutationem, est in necessitate concipiendi odium erga Franciscum, aut saltem faciendi iudiciū quod a Francisco odio habeatur. igitur in tali casu obligabitur Franciscus ad subueniēdum huic necessitati spirituali, salutare Martinum.

Quibus non obstantibus, Respondendū est Franciscum non peccare mortifere quamuis dissoluta antiqua amicitia, nec alloquatur, nec salutet Martinum. posseque & debere a cōfessore absolui, quamuis in tali proposito nec alloquendi, nec salutandi hunc perseueret.

Tum quia dilectio proximi, habet pro obiecto proximum, vt sic. i. non vt hunc disiunctum ab illo: sed vt est communis, & coniunctus in natura cum cæteris: id enim significat esse proximum,& coniūctum: vnde hæc dilectio ea signa, seu beneficia exibenda obligat, quæ sunt cōmunia,& fiunt omnibus proximis, vt cū oratur pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, aut aliquod beneficium cōmuni tati alicui impenditur. Iam autem loqui huic personę, salutare illam, emere, vēdere, conuiuere cum illo, & alia similia, nō sunt actus qui fiunt ad communitatem, sed ad personas in particulari, non enim homo tenetur loqui cuilibet homini, nec quamlibet personam salutare, nec cum quolibet negociationis cōtractum inire. sed cum aliquibus particulariter, vt satis patet. igitur non agit contra dilectionem proximi, qui hunc non salutat, vel non alloquitur.

Tum quia pręceptum charitatis est affirmatiuum,& ideo non obligat pro semper, sed quando vbi,& c. oportet, & regula est a Theologis & Canonistis communiter recepta, quod præcepta affirmatiua non obligant nisi in articulo necessitatis, vnde sicut nec dilectionis actu interiori, tenetur homo tendere in quoslibet singulariter,& diuisim, imo hoc est īpossibile, vt satis patet: ita nec exteriori bñficētia, & signo salutationis,& amicitię, tenetur ad singulos. sed sicut ex charitate satis est vt in præparatione animi ita se habeat, vt si necessitas coegerit, tunc speciatim ea signa amoris demonstret, quę tali necessitati subueniendæ sunt necessaria, quo pacto etiam ex charitate obligamur pro Christo subire martyrium, non quidem effectu, sed animi præparatione in articulo necessitatis occurrente, sic ad signa dilectionis proximi exteriora, & quæ personam ī particulari respiciunt, nullus tenetur, nisi occurrente necessitatis artic. D. Th. 2. 2. q. 25. ar. 8. & 9.

Tũ quia ille qui me offendit, vel iniuria quacunque affecit, ob quam amicitiã dissoluo, non fit nec redditur ex illata offensa potioris condõnis, quam qui nunquam me offendit, nec vnquam mihi beneficium contulit: mallem enim vt quis se haberet neutraliter oino erga me, q̃ ꝙ offenderet, vel malũ inferret, sed illi qui nunquam me offendit, nec me cognoscit, non teneor particularia loquutionis, & salutationis signa ostendere: ergo multo minus ad id obligor respectu offendẽtis, & amicitiam antiquam lædentis.

Tum quia quando inter duos nulla in veritate est inimicitia, sed quia forte pręcessit inter eosdem odium, vel offensa, neuter vult se flectere, & humiliare vt sit primus in loquendo alteri, vel dato, quod vnus loquatur, alius tamen recusat respõdere: in neutro casu peccatur mortaliter contra charitatem: quia homo non tenetur ad loquutionem, seu responsionem, & alia particularia beneuolentiæ signa respectu omniũ aliorum hominum, sed pendet hæc ex libera voluntate sua, & ex vrbanitate politica, & mortali, vt ait Cai. 2.2.q.25.ar.9.

Confirmatur hęc veritas, authoritate Sacrę scripturæ, 2. Regum 14. vbi Dauid, qui erat iustus, & sanctus, quamuis filio suo Absalon in patris necem machinanti pepercerit noluit tamen eum videre, sed dixit, reuertatur in domum suam, & faciẽ meam non uideat.

Hæc tamen quamuis per se loquendo, & ratione præcise ipsius actus exterioris non loquelæ, & non salutationis, dicta a nobis sint, aduertant tamen confesores, quod per accidens, idest ratione scandali, si inde graue, & quod mortale sit oriatur, astringere debebunt pænitentes ad hæc etiam particularia charitatis signa: quãdo autem sit vel non sit scandalum, ex talib. denegatis signis, res est quæ pẽdet ex particularibus circunstantiis personarum, locorum, & temporis: in quibus certa regula describi non potest, sed confessoris prudentiæ id omne examinandum, & iudicãdum, & relinquitur, Diuus Thom. & Caiet. vbi sup. Syuester verbo charitas quęst. 6. Tabie. eo q. 15. Nau in Man. ca. 14. num ....

Ea vero, quæ initio sunt adducta, facile diluuntur, & ad primum dicimus, eum, qui negat dilectionis signa habentia ordinem, & respectum omnes proximos, excludendo aliquem ab illis, peccare quidẽ contra charitatem: secus autem est de signis particularibus, quæ habent ordinẽ ad hunc, & non ad illum. illa enim sunt liberę voluntatis, & debita ex honestate solum, huiusmodi sunt non loqui, nec salutare.

Ad confirmationem dicimus, illas authoritates intelligi occorrente casu necessitatis, alias illa operis exhibitio est de cõsilio, & perfectione, sed non de pręcepto, & obligatione.

Ad secundum respondemus, illam occasionem scandali esse magis acceptam, quam datam, eo quia nec tale scandalum est intentum a non salutante, & non loquente. Nec illi actus denegati inimico, sunt, super se causa sufficiens dicti scandali, sed si inimicus inde sumit ansam ruinę, & odii, id prouenit ex sua malitia, cũ hoc salutationis, & loquutionis signum, nõ sit intrinsecum, nec per se concomitans dilectionem proximi, sed omnino per accidens, cum proximi dilectio respiciat omnes, & tamen locutio, & salutatio non respicit nisi hunc, & illum: ille autem text. in capi. Nihil, de præscriptionibus, & ca. finali, de operis noui nunciatione agit de illo, qui, est causa per se, aut per accidens directa in dictum scandalum, non autem de occasione remota, & indirecta.

Ad tertium, correctionem fraternam in hoc casu obligare negamus: ea enim vt obliget, necessaria sunt quatuor, Primũ, vt proximus sit in peccato mortali, & id certo sciatur. Secundum quod habeatur spes emendationis. Tertium quod adsit opportunitas tam personæ, quam temporis ad emendandum. Quartum, vt commode id fieri possit, hoc est absque notabili damno salutis, honoris, famæ, & bonorum fortunæ, a dao quod nemo tenetur

ad

ad subueniendum morti animæ alterius, cum nocumento, seu amissione iuris sui, vel boni alicuius proprii spiritualis, seu temporalis, nisi alter sit in extrema necessitate, a qua absque tali auxilio non potest se liberare, vt si peccat ex ignorantia, vel fragilitate, non autem si ex malitia iuxta illud Matthęi 15. sinite illos, cæci sunt. Neque enim tenetur quis ad donandum centum illi, qui dicet velle ipsum interficere, si nō dabuntur, D. Th. 2.2.q.43. ar.7. Et per hoc satisfit vltimo argumēto: concedimus siquidem mortem animæ, pluris esse faciendum, quam mortem corporis, & vtrique subueniendum quando proximus est in tali necessitate, vt ab ea liberare se alias non possit: ita vt vel sit extrema, vel saltem in tanta, & tali, quod ob suam imbecillitatem, aut ignorantiam crassam, seu affectatam, aut ob alias causas, occasiones peccandi, ad eam necessitatem sit redactus, vt nisi illi detur auxiliū, in peccatum mortale sit lapsurus, & vitā spiritualem animę interempturus, vt declarat late Adrian. in 4 q. de corre frat. col.12. Naua. in Man. c 14. nu. 38. & c.21. nu.25. & c.24. nu. 28.

CASVS II.

Michael cum aliijs profectus hinc Neapolim, in medio itineris, vt ad aleas luderet, relictis socijs per diem integrum in diuersorio remansit, quo cùm aduenirent banniti, equum sibi locatum sunt furati. Nunc in patriam reuersus, cū constet locatori ob alearum lusum hoc furtum euenisse, & sociorum equos saluos reuersos, petit pretium equi sibi restitui, quæ oīa Michael confessoris enarrat.

Quæritur, An in conscientia astringi huiusmodi debeat ad reficiendū damnū.

Ad præsentis casus discussionem est in primis aduertendum tripliciter posse rem accommodatam, seu locatā perire. Primo modo, fraude, & malitia illius, cui accommodata, vel locata est. Secundo casu, omnino fortuito, absque aliqua culpa seu negligentia eius: Tertio ex negligentia, aut culpa ipsius. Culpa autem, seu negligētia vel sumi potest Theologicè hoc est pro deuiatione a lege æterna mortali aut veniali. Vel iuridice, hoc est pro declinatione áb ęquo & bono, & ab eo, quod communiter homines solet facere in tali causa, & negotio, quę culpa vt ab eisdem iuris doctoribus declaratur, vel est lata & grauis: vel leuissima: latam appellant illam qua quis deuiat ab ea diligentia quam communiter adhibent homines eiusdem professionis in tali re, etiā qui parum circumspecti sunt. Leuis dicitur, illa deuiatio in circūspecta a diligentia, quam communiter adhibent homines diligentes, & circumspecti in similibus rebus: leuissima vero est in circūspecta deuiatio a diligentia quam homines plurimum diligentes & maximè circumspecti solet ea in re adhibere: exempli gratia. Scholaris librum sibi accommodatū relinquit ex obligatione, in sedili lapideo plateæ vel in limine domus, vbi statim a transeuntibus fuit furto sublatus, hæc obliuio, & negligentia, dicitur lata, seu grauis; sed si reliquit ipsum intra domum seu cameram, ostio aperto, est negligentia leuis At si reliquit intra cameram, & ostiū clausit, non tamen inclusit in arca obsignata claui, est negligentia leuissima: quia diligentissimus, & sagacissimus, & maximè circumspectus ab hac etiam negligentia curaret pręcauere. Ita Adrianus in 4 trac. de Restitutione, Syluester verbo culpa §.1. nu. 2.

Vnde colliges, non esse idem apud iuristas culpam latam, & leuem quod apud Theologos mortalem, & venialem. Immò differre maximè: quia contingere potest vt aliqua culpa sit grauis, et lata iuridice, quia nulla omnino culpa sit Theologice, veluti quę ad se ludendum ab aggressore, seu vt euitaret aliquod, maximū damnum, traderet obliuioni vel relinqueret in platea vas argenteum sibi accommodatum, non peccaret, & tamen esset negligentia, & culpa grauis iuridice, si

cut ècontra, poterit esse peccatum mortale, Theologicè tamen nec leuis erit culpa iuridicè, vt qui librum hęretici, ex facultate sibi ab inquisitoribus concessa, accomodatum haberet. & non recluderet illum in causa, sed relinqueret in studio cum aliis libris, sciens domi suæ esse iuuenem nimis curiosum, qui poterit eodē lecto contaminari & in hæresim prolabi, est hæc culpa & negligentia in foro animæ mortalis, sed in foro ciuili & iuridicè, vel leuissima.

Hoc ita declarato, sunt de præsenti casu dissentientes inter se doctores.

Adrianus in 4. sen. in materia de Restitutione, quęstione speciali asserit generaliter tam in acommodato: quam locato, quam deposito, quod vbicumque dāmnum subsequitur ex aliqua culpa quantumuis leuissima, siue Theologicè, siue iuridicè sumpta; Illum cui res accommodata, locata & in depositum est data, teneri semper ad restitutionem in vniuersum de toto damno; Et ita Michaelem, qui ex culpa lusionis alearum se detinuit, & ex negligentia, seu cupiditate ludendi, socios proficisci relinquit, & ob id furatus illi equus fuit a bannitis, teneri in conscientia ad illius plenam & omnimodam restitutionem, ad quam non tenetur si id euenirer absque vlla culpa sua, tam Theologicè, quam iuridicè, hoc est absque peccato suo, tam mortali quam veniali, & absque vlla negligentia sua, nec graui, nec leui, nec leuissima.

Probat hanc suam opinionem. Tum arg. c. fi. de iniuriis, & damno dato, vbi dicitur si culpa tua damnnm datum est, iure super his satisfacere te oportet, & infra subdit. Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iacturam.

Vnde cum hic Papa Gregorius, non distinguat de hac vel illa culpa, sed absolutè loquatur, est intelligendus de omni, siue Theologicè, siue iuridicè.

Tum quia in cap. vnico, de commodato expresśè videtur hoc definiri, sic enim dicitur, cum gratia sui tantum quis commodatum accepit, de leuissima etiam culpa tenetur, licet casus fortuitus (nisi acciderit culpa sua, vel interuenerit pactum seu in mora fuisset) sibi non debeat imputari. in casu igitur præsenti, cum negari non possit, culpam aliquam extitisse, & in mora fuisse Michaelem, qui ob ludum alearum reliquit socios, & iniustè se detinuit, ob quod casus fortuitus successit de aduentu bannitorum furantium equum, obligandum esse ad integram restitutionem.

Tum quia vt se habet locator in casu fortuito ad pensionem soluendam, ita ad rem ipsam: sed iste Michael tenetur ad pecuniam totam conductionis soluendam, nec potest detrahere illud quod postea in conducendo alio æquo expendit & consumpsit. Nam adueniente casu fortuito, ex quo re locata vti quis non potuit, tenetur nihilominus ad soluendam pensionē, quam locator si alteri locasset, verisimiliter habuisset, vt patet ex l. finali. §. fi. ad l. Rho. de iac. facit, l. sed ædes §. cum quædam, ff. loca. & ibi Azo. & Bart. & alii Doctores.

Tandem si is qui locauit equum Michaeli, fecisset pactum hoc: vt teneretur Michael equum conductum ita custodire, quod si vel minima negligentia ipsius periret, sibi imputaretur, & ad restitutionem teneretur, profecto interueniente inter eos tali pacto, negandum non est, quod pereunte equo ex negligentia Michaelis, quantuncumqne leuissima, teneretur illum restituere; ita expresse dicitur in d. cap. vnico, de commodato; vt teneatur si pactū interueniat; igitur cum quouis homine præsumendum sit quod quādo accommodat, aut locat, aut conductioni, seu deposito dat rem aliquam, faciat hoc pactum saltem implicitè, nec intentionem suam esse aliter accommodare, dicendum pariter erit teneri ad restituendum interueniente culpa qūamuis leuissima.

Et confirmatur, quia ius naturæ exigit, vt ille qui accommodat rem ad vsum, & vtilitatem alterius, non debeat ex benefi-

cio

cio per culpam alterius reportare dãnũ, hoc autem incurreret, idemque grauissimum, si equus, vel alia res leuissima etiam culpa Michaelis perdita, non esset domino in integrum restituenda: vnde videmus quod qui recipit pallium accõmodatum, & per errorem dedit alteri, tenetur ad restitutionem: quia error in facto proprio non toleratum. l. item quæritur, §. item si pallio, ff. eo. Et qui vestimentã polienda accepit, simus ea corrodit, tenetur de damno. d. l. Item quæritur, §. si fullo. Et nauta, si me inuito ponat res meas in alia naui, in qua ego illas non ponerem, tenetur si tempestate, & naufragio etiam inopinato pereunt. d. l. item quęrit, §. j. ergo a simili Michael, qui relicta societate aliorum itinerantium, voluit pro ludo detinere se in loco, in quo furto ablatus est equus, obligatur in conscientia ad illum restituendum. In hanc eandem opinionem descendit Syluester, verbo, Commodatum, q. 8. & verbo locatio. q. 7 quibus in locis asserit eandem rationem esse in locatore, & conductore, vt teneantur in integrum de quacunq; culpa etiam leuissima, quamuis in verbo culpa, q. 4. videatur sibi contrarius, quatenus ibi asserit non teneri in conscientia ad restituendum alienum, nisi ille cuius culpa lata, siue graui, illud perit, adducitq; Innocen. & alios canonistas in hanc sententiã.

Aliam omnino oppositam sententiam tuetur Sot. li. 4. de iuf. & iur. q. 7. ar. 2. Vbi putat, conductorem, seu locatorem non teneri ad restituendum, ob quamcunque culpam leuissimam aut leuem, sed solum ob illam, quæ coram Deo est pecc. mort.

Tum quia ob venialem culpam obligare ad restituendum in integrum totum dãnum inde sequutũ, videbatur pœna nimis rigida, & pœna debet æquiparari culpæ. Tũ quia culpæ veniales, sunt frequẽtissimæ, & a quibus vix homo potest se tueri, & ideo non est iustum, vt pro illis quæ euitari non possunt, restitutio totius damni imponatur.

Tum quia alias necessum esset obligare Gubernatores Iudices, aduocatos, & alios publicis muneribus fungentes, qui innumeras negligentias veniales faciunt in dictis suis officijs, ad penè infinitas restitutiones: quod tamen a Confessoribus non solet fieri.

Nos relictis alijs multis opinionibus, in ea persistendum esse putamus, quod in re locata, cuius locatio, seu cõductio vergit in vtilitatem tam dantis, quam accipiẽtis, vt est in casu præsenti, tenetur accipiens, siue ille, cui res locatur, ad restitutionem in integrum, si res illa ex ipsius malitia, vel fraude, vel ex culpa graui, aut leui peccat: non autem si pereat ex leuissima. Hæc est opinio communis Theologorum, vt Caiet. 2. 2. q. 62 ar. 6. fratris Michaelis Salon. libr de iustitia, q. 62. art. 6. controuersia. 7. Nau. in Man. c. 17. num. 179 Hostiẽsis & Iurisperitorum ferè omnium, in l. contractus, ff. de reg. iur. & l. si quis domum, §. Celsus, & l. si merces, §. qui columnam. ff. locati.

Probatur hæc sententia, Tum quia in conductione, est acceptio, cui admiscetur aliqua correspõdens datio: locatur enim Domus seu equus ad vsum accipientis, et ipse accipiens soluit mercedem seu pẽsionem locanti. Iam autem hic est cõmunis vsus, & consuetudo inter homines recepta, vt locator seu conductor debeat custodire rem, quantum custodiri solet ab homine prouido, & sufficienter circũspecto, non autem quantum ab homine diligentissimo, & circumspectissimo, qui nec in leuissimam culpam incideret.

Tum quia inter commodatum, & locatũ hæc est differentia quod cum commodatum fit ad vtilitatem tantum accipientis, tenetur ex quacunque negligentia restituere etiam leuissima, vt habetur l. in rebus, & l. sint certi, §. accommodatum. ff. de commodato; lex enim naturæ exigit, vt iam quod in tui gratiam, & vtilitatem rem accommodo tibi, debeas eam indemnem seruare, secundum omnem possibilitatem humanæ industriæ, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæstio. 62. artic. 6.

At vero locatum cum sit ad vtilitatem vtriusque tam locantis, quam locatoris:

vnus

vnus enim accipit rem; aliter mercedem: ideo satis est in tali re seruanda, communem diligentiam adhibere, quamuis non extraneam, quare commodatarius obligabitur ex leuissima etiam culpa, sed locator non, nisi ex leui.

Confirmatur. Nam commodatarius, ex eo quia accipit in suam tantum vtilitatem, obligatur (vt ait D. Thom. vbi supra ex culpa etiam leuissima. Depositarius autem qui gratis, & non pro stipendio custodit depositum, quia non accipit ad vtilitatem suam, sed solius dantis, obligatur) vt omnes fatentur) ex culpa tantum graui, & lata, & hoc habetur, ff. de deposito. l. 1. §. vult, & c. 2. de deposito. Esset siquidem absurdum, grauare depositarium, ut astringatur ad depositum restituendum si pereat ex leui, aut leuissima culpa, quia nullus reperiretur qui vellet depositum gratis, & ex amicitia seruare, cum tanto onere, idq; redundaret in magnum Reipublicæ detrimentum. igitur cum conductor mediet inter hos extremos, & quasi oppositos contractus, scilicet commodati, & depositi, participabit aliquid ab vtroque & quatenus est in vtilitatem tam dantis quam accipientis non tenebitur solum ex graui, nec ex leuissima culpa, sed ex leui.

Tandem culpa præcedens casum fortuitum in locatione tunc afficit, vt fortuita dãna imputetur, quando talis culpa est aliquo modo directa ad talem casum fortuitum, quia tunc habet aliquam rationẽ voliti, vt pote quia ille non cogitauit talem casum euenire posse, sicut cogitasset aliquis prouidus & circunspectus: vt etiam patet de pęna irregularitatis ex deformatione casuali ab opere illicito proueniente, quæ tamen solum tunc incurritur ex tali illicito opere quando illud est sufficienter in deformationem directum vt tradit Panor. in c. sententiam, ne clerici vel monachi S. Anton. 3. p. tit. 28. ca. 2. Naua. c. 27. num. 220. Iam autem leuissima culpa, non potest dici, quid directum sufficienter in damnum rei locatæ, cum talis culpa non contrarietur diligentiæ, & circunspectioni solitæ communiter haberi.

Ex his colliget confessor, quid in casu præsenti agere, & consulere debet Michaelis, inquirendum enim ab ipso erit an in illo loco erat rumor quod banniti essent prope, vel soliti a paucis mensibus ibi venire, & vtrum potuisset verisimiliter cogitare de illorum aduentu: ita quod si confessor viderit dictum Michaelem defuisse in diligentiam quam saltem vir prudens, & circumspectus adhibuisset ad præcauendum illud furtum, debet tunc obligare illum ad restitutionem, non ob culpam ludendi, sed ob eam quam iuridice commisit deuiando a diligentia debita in non fugiendo illo damno.

Et si petas, An in casu quo confessor, & pœnitens dubij sint, vtrum equus ille perierit casu omnino fortuito, vel negligentia saltem leui: quid tunc debeat fieri.

Respondemus, quod in tali dubio, tenetur pænitens ad restituendum. Tum quia in dubiis, potior est semper conditio possidentis, & quia per locationem seu conductionem, non transfertur rei dominium, idcirco adhuc dicitur quod dominus possidet illam. ac proinde in dubio est illis res suam semper restituenda. Tũ quia cum locans equum, locauerit ipsum in vsum solum, & vtilitatem ipsius locantis, ratio postulat, vt in dubijs, potius sit libera damno is, qui locat quam is, cui locatur.

Tum denique quia in dubiis, quo ad pænam, licet benignior pars sit accipienda, quoad culpam tamen tutior, & rigorosior est amplectenda c. ad audientiam, de homicidio, ca. si quis autem de pœnit. d. 7. Vnde cum Michael sit dubius an culpa leui sua aut fortuito euenerit furtum illud, debet potius, ad reficiendum alterius damnum præsumere culpam fuisse, quam non fuisse, quia bonarum mentiũ est, culpam etiam agnoscere, vbi culpa non est c. Ad eius, d. 5. S. Anto. 1. par. tit. 3. c. 10. col. 6. Nau. c 27. num. 284.

Nec rationes quę pro parte Adriani sunt adductæ superius officiunt, cum illæ

læ solum concludant, & veræ sint in accommodato, quod totum fit & redundat in gratiam, & vtilitatem accipientis: iste enim tenebitur de culpa etiam leuissima, ne ex culpa videatur reportare commodum; quod tamen reportasset si in casu prorsus non fortuito, sed ex leui saltem, negligentia sua occurrente, deobligaretur à restituendo, secus autem in locato, & conducto, ibi enim falsum est teneri quem de leuissima culpa, sed solum de leui, & graui, quia cum non fiat, & redundet solum in gratiam, & vtilitatem accipientis, sed etiam dantis, vterque sentit commodum, vterque debet sentire incommodum: vnde locationis contractus vt natura sua habet obligationem conseruandi rem locatam, ea diligentia, qua aliquis vigilans, & circumspectus, seruaret rem suam: sed non illa qua vigilantissimus, & circumspectissimus.

Neque obstat ca. fin. de iniuriis, & dãno dato, quia ibi textus loquitur de culpa prouenіente ex ignorantia, seu neglĩgẽtia debita haberi, hoc est quando quis verisimiliter scire debuit, illud damnum euenturum, & ita iuxta varietatem contractus, variatur obligatio maioris vel minoris diligentiæ: in accommodato, & deposito requiritur diligentia summa, imputaturque etiam culpa leuissima. At in locato, & conducto, requiritur diligentia solita, & mediocris, imputaturque solum culpa grauis & leuis, vt supra diximus.

Multo minus obstat cap. vnicum de commodato, quia tota ratio, quæ ibi redditur pro culpa etiam leuissima, ad constituendum damnum est, quia res cedit in solam vtilitatem, accipientis: quæ ratio cessat in casu nostro, in quo conductus equus cedit in vtilitatem dantis, & accipientis.

Ad aliud de pensione seu mercede conductionis diminuenda. Respondet Angelius verbo, locatio. §. 15. & Syluester eo quæst. 12. Michaelem teneri ad soluendum totum pretium conductionis, nec posse trahere id quod postea in alio equo conducendo expendit, quando dominus equi, eo quod illum locauit Michaeli, locare alteri omisit; quæ tamen limitatio, non placet Nauarro, in Man. cap. 17. nu. 198. vt qui absolute putet in locato non teneri quem ad pensionem soluendam, nisi solum pro rata temporis, quo ea vti potuit. argu. cap. propter sterilitatem, de locatione, cui nos vt magistro nostro, subscribimus.

Ad aliud de pacto, quod si interuenisset obligasset etiam ad casum fortuitum, Respondemus, quod tunc pactum explicitum intelligitur in contractu implicite, quando talis contractus includit ex sua natura illud pactum, siue exprimatur, siue non: sed quia casus fortuitus ex culpa leuissima, non includitur in contractu locationis, ideo non est idem exprimi & non exprimi: sed quando declaratur, tunc est conditio super addita contractui, quæ non præsumitur ab vtraque parte volita, & adiecta, nisi clare exprimatur.

Ad confirmationem, qua dicitur, neminem debere ex culpa alterius reportare damnum, quia sic fraus & dolus patrocinarentur doloso, contra id quod habetur, c. Ad nostram, de empt. & vend. Respondemus, in contractu locationis non esse culpam, nisi quæ est grauis, & leuis, non autem leuissima: Nec restitutio oritur in isto contractu, qui est vtrique parti vtilis, ex peccato Theologice, sed ex culpa iuridice: quæ consistit in deuiatione ab eo, quod communiter sic contrahentes, facere solent. Iam autem ex supra dictis patet, contractum locationis ex natura sua non requirere summam, & excogitatam diligentiam; sed communem, & mediocrem, casus autem in argumento adducti, agunt de accommodato, & deposito, in quibus tota vtilitas est vnius tãtum partis. Nec nauta tenetur ad restitutionem ex casu fortuito, nisi quando mutauit inuito domino merces ad aliam nauim, & hæc perit & alia non; quia si vtraque summergitur; nõ est tunc illi restitutioni obnoxius ff. ad Rho. de Iac. l. fi. §. 1. quia licet fuerit in culpa merces illas infideliter

fideliter pertractando, ex illa tamen culpa non perijt. idem multo magis dicendum, quod nõ tenetur ad restitutionem, si transtulit non inuito domino, sed bona fide, & sine culpa. Syluester verbo locatio, quæstione 17.

Nec etiam argumenta Soti officiunt, imo merito sua opinio ab omnibus in hac parte deseritur, quia si sola culpa, quæ esset Theologice mortalis, obligaret commodatarium, & depositarium, ac locatorem ad restitutionem: profecto vix vnquam teneretur in conscientia, & rarissime in foro exteriori, ad restitutionem damni: cum pauci admodum sint, qui ex malitia, & data operas, res accommodatas depositatas, & locatas distrahant: difficillimumque sit probare in foro exteriori negligentiam aliquã peruenisse ad mortalem, & ita arcerentur homines ab huius modi contractibus, in maximum Reipub. detrimentum.

Ad primum igitur Soti argumentum dicimus, pœnam illam tunc forte iudicari potuisse rigidam, quando lex ob venialem culpam, illam imponeret: sed hæc restitutionis pœna, non est à lege humana imposita, sed ex natura contractus locationis orta, & ita de lege naturæ est, quod qui culpa sua leui, dedit causam, vt res locata periret, debeat eam restituere: Adeo q; hæc restitutio in prędictis oĩb. cõtractibus, nõ nascitur ex peccato Theologice, sed ex natura cõtractus, quę talis est, vt si cedit in vtilitatem accipientis, obliget ex negligentia leuissima: si in vtilitatẽ dantis, ex graui, si in vtilitatem vtriusque, ex graui, & leui.

Ad aliud respondetur, quod & si a culpis venialibus Theologice vix possint homines se tueri, possunt tamen a culpa iuridice: quilibet enim facile potest rem, quam in sui vtilitatem habet, ea solicitudine custodire, quam natura ipsius contractus requirit.

Ad alıud dicitur gubernatores, duces, reges, & alios munera publica exercentes, non teneri ad vitandas negligentias leuissimas, quia cum magis accipiant talia munera ad vtilitatem aliorum, quam propriam, satis est quod adhibeant diligentiam commodam, & solitam, vt plurimum adhiberi ab alijs, qui sunt in tali munere.

CASVS III.

Blasius in aliquos casus Episcopo reseruatos prolapsus cuidam deuotæ societati (cui a Sum. Pont. est concessa facultas, vt confratres possint bis in vita eligere idoneum confessorem, a quo valeant absolui ab omnibus casibus, & censuris, quantumcunque Sedi Apostolicæ reseruatis) se se ascribi fecit, & ad parochũ nunc accedẽs, cum absolutionis repulsam accipiat, & pro ea obtinenda ad Episcopum mittatur, instat absolui virtute prædictæ facultatis societati concessæ.

Quęritur, an absq; Episcopi licentia cõfessor eum absoluere possit.

Non defuerunt qui arbitrarẽtur, nõ posse confessorem absque Episcopi licentia, absoluere quempiam a casibus Episcopo reseruatis, virtute etiam cuiuscumq; facultatis a Papa cuicumque confraternitati concessæ.

Tum quia potestas qua Episcopi casus aliquos sibi reseruant, est de iure diuino illis elargita, & cum Papa non possit ius diuinum tollere, nequibit etiam hanc potestatem ab Episcopis auferre: quæ tamẽ omnino esset ablata & frustratoria, si Sũmus Pont. a talib. casib. absoluendi licentiam pro libito voluisset concedere. Et confirmatur ex verbis Concilii Trident. de pænitentia. sess. 14. c. 7. vbi de hac casuũ reseruatione agens, inquit, magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere grauiora, & atrociora crimina reseruari: Et infra subdit. Neque dubitandum est quando omnia quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuiq; diœcesi liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores

sacerdotes authoritate: quibus verbis videtur colligi, Concilium Trid. voluisse; æquiparare quoad potestatem reseruandi casus, Episcopos Papæ, & quod in hoc pares sint, nec differant, nisi quia Papa potest reseruare in ordine ad totam vniuersalem Ecclesiam, Episcopus autem quoad suam tantum diœcesim. Cum igitur par in parem non habeat imperium, non videtur posse Papam hanc reseruandi authoritatem impedire, & tollere ab episcopis, Priuilegium enim quod iuri diuino præiudicat, nullius est roboris; vt notant iuris periti in c. licet, de Regula.

Tum quia si priuilegium enormiter lædens ecclesiam, vel alium, non valet, nisi fiat mentio de hac enormi læsione; quia in dubio non præsumitur princeps concedere aliquid cum graui dispendio alterius, l. quoties, C. de prec. imp. offe. & habetur in c. suggestum de decimis, & late probat Pan. in c. cum hæc. de cler. non resid. Ergo cum tales concessiones, & facultates datæ societatibus & quibusuis aliis, maxime lædant authoritatem Episcopalem, & præiudicent Episcoporũ iuri, nec de hoc fiat expressa mentio in dictis bullis, seu facultatibus sequitur non posse cõfessores vigore earum absoluere pœnitentes, a casibus episcopo reseruatis.

Tum quia concessio, quæ est contraria iuri communi, debet stricte interpretari, vt minus derogetur iuri communi, quam sit possibile, c. cum dilectus de consuetudine. Imo nisi sit ex certa scientia, vel motu proprio, nõ videtur de voluntate Principis, l. 1. C. de peti. bo. & præsumitur per importunitatem obtenta, c. licet causam, de prob. Et idem est de quocunque rescripto, quod tollit ius tertii, de præben. c. quamuis, lib. 6. sed dictæ facultates datę confraternitatibus repugnant iuri cõmuni, quod est vt a casibus quos episcopi reseruant, ipsi solum absoluant, præiudicauit etiam iurisdictioni suæ: Nec Papa vllam mentionem facit de his: sed solum concedit, vt possit absolui a reseruatis Sedi Apostolicę, quia hos casus bulla, & facultas tantum exprimit, igitur non debet concessio extendi ad casus episcopales.

His tamen non obstantibus crediderim oppositum esse tenendum, quod pœnitens vigore facultatis a Summo Pontif. concessę societati, cum clausula, vt ingrediens in talem societatem possit absolui ab omnibus casibus etiam Sedi Apostolicę reseruatis, poterit etiam absolui a quibuscunque reseruatis episcopo, tam a iure quam ab homine.

Probatur hęc sententia. Tum quia medium sumit necessitatem a fine; & qui non potest in aliquem finem, non etiam potest in media ad talem finem per se ordinata.

Sed Summus Pontifex concedit illam facultatem confratribus vt possint absolui ab omnibus casibus in ordine ad indulgentias, vt habiles sint ad eas consequendas, & si non possent absolui a casibus Episcopalibus non essent iam habiles, & idonei ad consequendas indulgentias, quæ requirunt hominem esse in gratia Dei, frustraretur que sic effectus assequutionis indulgentiarum intentus a Summo Pontifice, igitur sicut Episcopi impedire non possunt beneficium indulgentiarũ emanatarum a Papa, ita nec beneficium absolutionis ab omnibus, quod est medium datum a Papa ad eas obtinendas.

Tum quia Papa habet suppremam, & vniuersalem iurisdictionem datam sibi immediate a Deo, super omnia spiritualia, vt satis euidenter probat D. Th. contra errores græcorum, c. 3 2. & tradunt canonistæ, in cap. j de consti. & habetur in Concil. Trid. sess. 14 c. 7. de refor. ibi pro supprema potestate sibi in ecclesia vniuersa tradita. ergo nullus alius potest talem iurisdictionem illi tollere, vel minuere, quare cum Papa concedat posse cõfratres absolui ab omnibus casibus, & in his cõmittat suam iurisdictionem confessori: non potest Episcopus eam impedire, aut minuere per reseruationem absolutionis a suis casibus, arg. cap. cuncta per mundum, & c. per principalem. 6. q. 3.

Tum quia intentio petentium tale priuile-

uilegium, & Pontificum concedentium alias frustraretur: cum enim illa sit, vt dicti confratres habeant spirituales suas cōsolationes in domino, & a peccatorum impedimentis liberentur per confessionem omnium, & plenam eorundem absolutionem, si non possent a casibus episcopalibus absolui, tale priuilegium esset vel frustratorium, vel diminutum, vt quod aut insufficientem haberet effectum, quia posset truncari, & impediri ab Episcopo reseruante sibi omnia grauiora peccata, & omnes casus. contra id quod dicitur c. quanto. de priuilegiis.

Tum quia omnes Christiani primo, & principaliter sunt oues Papæ, vt cui in persona Petri dixit Christus, pasces oues meas, secundario autem, & minus principaliter sunt oues episcopi; infimo autem & ministeriali modo sunt oues Parochi, vt late explicat Caie. 2.2.q.184.ar.4. Vnde sicut Episcopi inuitis Parochis possunt concedere cuicunque sibi subiecto, vt possit absolui ab omnibus peccatis, tā sibi quam cuicunque inferiori reseruatis, ita Papa inuitis Episcopis, & eorum licentia minimè requisita, potest concedere quibuscunque confratribus huius, aut illius societatis, vt absolui valeat ab omnib. casibus tam sibi, quam Episcopis reseruatis. Nam sicut Papa audiendo confessionem cuiusuis fidelis totius orbis, posset eum absoluere cum pleno effectu ab omnibus Episcopalibus casib. ita id valet alteri committere, vt omnes Doctores probant, cum gl. in c. fi. de offi. ord.

Quod vero Summi Pont. hanc potestatem de facto committant per dictas Bullas confratribus aliquarum confraternitatum concessas: patet clarissimè ex verbis Bullæ; quia illa bulla dicit generaliter, vt ab omnibus casibus etiam Sedi Apostolica reseruatis, possint absolui, & in fine subdit, Non obstantibus quibuscunque. Iam autem qui dicit, omnia, nihil excludit, & cum etiam Papa concedat omnes suos casus, quod est maius, concedere etiam intendit omnes episcopales, quod est minus. Iuxta Regulam, cui conceditur. de reg. iur. in 6. Accedit quod exceptio firmat regulā, & cum Summ. Pontifex in dictis bullis excepturet casus contentos in bulla cęnę domini: manifeste vult omnes alios concedere, alias sicut excipit expresse casus bullæ cænæ Domini, exciperet Episcopales, quod non facit, & exclusio vnius est inclusio alterius arg. c. Nonne de pręsump.

Tum quia leges inferiorum sunt in pectore superiorum, vt qui possunt illas abrogare, & in eisdem dispensare, imo tunc censentur tacitè dispensare circa aliquā, quoties rationabili causa iubent, aut concedunt fieri aliquid contra eam; etiam si nullam de dispensatione mentionem faciant, vt docet Nauar. in Man. prælud. 9. num. 15. cum ergo lex quam statuit episcopus de his, & talibus aut talibus casibus reseruatis, sit in pectore Summi Pontificis, vt a quo immediate, vel mediate habent ipsi episcopi omnem aliam iurisdictionem, præter eam, quæ datur eis per ordinationem, & consecrationem, ca. in nouo. 21. d. hęc autem iurisdictio reseruandi casus, non est ordinis, aut consecrationis, sed a Papa Episcopis tradita, vt probat Nauar. in Man. c. 27. nu. 63. Quare cum Papa in tali lege possit dispensare, & eam iusta præcipue ex causa tollere, dubitandum non est, quin dando facultatem confratribus alicuius societatis, vt ab approbato confessore absolui possint ab omnibus peccatis, voluerit, vt ab iis etiam quos sciebat episcopis solere reseruari, possint absolui, & in tali absolutione cum dictis confratribus tacite dispensauerit.

Tum quia qui potest absoluere ab excommunicatione lata a iure, potest etiam absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine: vt late dicit Io. de Imo. in c. graue. de præben. & Fely. in c. Pastoralis, § præterea, de offic. ord. & Io. And. & Card. in c. ex frequentibus de insti. Naua. in Man. c. 27. num. 24. ergo eadem ratione qui per bullam concessam confraternitati, potest absoluere à casibus reseruatis a iure Summo Pontifici, poterit

poterit absoluere ab omnibus quos Episcopi sibi reseruant. gloss. in ca. Nuper §. Non retinuit. Et c. cum illorum, de sen. excom. & glo. in c. quoniam, de priuileg. Corduba, lib. 1. q. 12. Couar. in c. Alma, §. 7. nume. 8. Victoria in sua Summa nume. 150.

Tandem Concil. Trid. ses. 14 cap. 7. de casuum reseruatione, §. extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reseruatis: prohibet iurisdictionem actiuam respectu casuum reseruatorum; ita ut nullus authoritate propria ab illis valeat absoluere, sed non prohibet eam quam per priuilegia specialia concedit Papa religiosis, vel aliis personis: Tam quia intentio Concilii ibi non est limitare authoritatem Summi Pontif. nec de iis loqui, qui ex commissione Papæ absoluunt, vt aperte constat: qui quia priuilegia religiosis in communi, & non in particulari concessa non censentur reuocata, nisi fiat de eis specialis mentio, vt late probat Henrycus Salman. in relect. de priuilegiis. Accedit quod a iure antiquo, nunquam est recedendum, nisi quoad exceptuata in nouo vt est text. in l. Præcipimus, C. de app. Nauar c. 22. num. 39. Iam autem ibi Concilium, nullam omnino exceptionem facit de priuilegiis a Sum. Pontifice concessis, aut concedendis. Multo minus autem loqui videtur de priuilegiis concessis confraternitatib. quia hæc priuilegia non dantur in fauorem confessorum, nec in ordine immediato ad absolutionem actiuam, sed in fauorem pœnitentium ingredientium in dictam confraternitatem, & in respectu ad absolutionem immediate passiuam, vt habiles, & idonei confratres reddantur ad indulgentias, quę sunt in tali confraternitate, quare talis confrater virtute priuilegii a Papa concessi, confert iurisdictionem actualem confessori quoad dictos casus episcopales.

Et quod Papa possit, & soleat per huiusmodi priuilegia eligendi confessorem, a quo absoluantur a peccatis omnibus etiam reseruatis Sedi Apostolicæ, exceptis iis, vel aliquib. ex iis quę cōtinentur in bulla cœnæ Domini: soleat inquā dare, & de facto det facultatem absoluendi a casibus episcopalibus sine licentia Episcopi; est opinio Lud. Rom. consi. 266. Ripæ de peste. nu. 35. Mandosii in praxi signaturæ gratiæ, titulo confess. f. 76. quam eadem habet, & late probat Nauarr. in Man. c. 27. tit. de casibus reseruatis.

Nec obstant quæ pro parte contraria fuerunt adducta. Nam ad primum: Responderi potest multipliciter, negando in primis reseruandi casus potestatem cōpetere Episcopis de iu. diui. Nam cum ea potestas nec sit character ordinis: quia sic competeret etiam Parochis, imò omnibus presbyteris: Nec sit character consecrationis, (si talis ab eo, qui est ordinis distinctus detur) quia reseruatio casuum non est actus ad chrismatis vel alterius sacræ vnctionis aut benedictionis consecrationem ordinatus, vt satis patet: erit talis potestas non diuini iuris, sed humani mediate, vel immediate, a Papa concessa arg. c. in nouo 21. di.

Responderi deinde potest, quod etiam si daremus talem potestatem reseruandi casus competere Episcopis de iure diui. non proinde negandum esset, posse Papam concedere iusta de causa pœnitentibus authoritatem vt ab illis absolui possint, irrequisito, & nolente episcopo, & vt fit in vtilitati Iubileo: quia hoc non est tollere ius diuinum in totum, quod Papa non potest, ca. sunt quidam, 25. q. j sed illud limitare, aut restringere; quod iusta causa potest, ca. Quod in dubiis, & c. penul. de pœn. Imo Pan. & Inn. cum communi in c. fin. de consue. asserit ius naturale, & diuinum, posse declarari, & limitari non solum a Papa, quoad spiritualia, & a principe quoad temporalia; sed etiā per consuetudinem rationabilem, vt solet limitari præceptum de non occidēdo, & de stando duorum vel trium Testimonio.

Ad confirmationem sumptam ex verbis Concil. Trid. ses. 14. ca. 7. Respondemus, non determinari ibi talem potestatem

tem reseruandi casus, esse Episcopis datam a iure diuino, hoc est a Deo immediate, sed solum ad Christiani populi disciplinam magnopere conferre, vt Summus Pontifex hanc potestatem in toto orbe habeat, & Episcopi in suis diœcesibus. Iam autem ad Populi Christiani disciplinam aliquid conducere, non arguit illud esse diuini iuris, sed potest esse humani, quia multa ad vtilitatem & disciplinam Christiani populi sunt humano iure instituta, & in hos solum æquiparantur Episcopi Papę, quod potestatem reseruandi casus habent ad populi disciplinã: differunt tamen in modo habendi talem potestatem, quia Episcopi habent illam a Papa, & Papa a Deo.

Ad aliud dicimus, hoc priuilegium nequaquam lædere potestatem Episcopalem enormiter, quia sicut hæc non est ad vtilitatem Episcopi, sed subditorum, ita tale priuilegium conceditur a Papa ad animarum salutem, vt liberæ, & solutę a peccatis, habiles fiat ad indulgentias illius consodalitatis obtinendas: iam autem id quod fit ad vtilitatem animarum, non potest dici enormiter læsiuum.

Adde etiam quod in iis, quæ mere pendent a benefica voluntate. Superioris, gratia concessa, non potest dici enormiter læsiua, quia sicut Papa voluit hanc potestatem reseruandi casus concedere Episcopis, ita potest absque vlla illorum iniuria, aliquibus concedere priuilegiũ, vt a dictis casibus absoluantur.

Ad vltimum: Respondetur, tale priuilegium concessum sodalitatibus, non esse contrarium iuri communi, sed interpretatiuum, seu dispensatiuum iuris communis, ob piam, & honestam causam, & ideo cum non tollat omnino ius reseruandi casus, sed in parte, & aliquando, non dicitur esse contra ius, sed præter ius, & pietatis causa concessum, ac propterea latissime interpratandum, vt no. Inno. cap. olim, de verb. sign. & Pan. in c. cum dicat de eccle. ędif.

Aduertendum hic tamen diligẽter est, quod Regulares vigore sui Maris magni poterant olim absoluere quoscunque pœnitentes ad se vbilibet venientes a casibus Episcopis reseruatis non solum ab homine, & consuetudine, vt habetur in clem. Dudum de sepul. sed etiam a iure, vt patet ex concessione Eugenij IIII. & refert Armi. verbo: Absolutio, §. 27.

Nunc tamen id non posse declarauit Sacramenta Congregatio Illustrissimorum Cardinalium supra Concilium Tridentinum in hęc verba. Regulares per priuilegium quod mare magnum vocatur facultatem non habent absoluendi pœnitentes in casibus Episcopis reseruatis: id quod refertur in Concilio Tertio Mediolanensi de pænitentię sacramẽto, pag. 35. Affirmatque proinde Illustrissimus ac Reuerẽdissimus dominus meus, Dominus Cardinalis Palæottus Archiepiscopus primus Bononiensis, in casibus quos sibi in sua dœcesi reseruat, fuisse hoc ipsum a S. Domino Greg. xiij. fæli. Record. sic definitum, & ideo nisi dicta priuilegia, & alia similia sint per successores Summos Pontifices confirmata plene & absolutè standum erit Greg. xiij. decretę.

In Congregatione habita feria 3. die 27. Septembris propositi, & examinati fuerunt tres subsequentes casus.

CASVS I.

Petrus cum potentem habeat inimicum, qui sępissimè machinatus est illi mortem, nec potest eius manus effugere, nisi a patria, & a suis viuat quasi exul: vnde res suæ a duobus iam annis detrimentum patiuntur, & post omnem operam adhibitam in reconciliando homine, nec pace vnquam assequuta in animo nunc habet ad se suaq; tuenda, iam quod authoritate publica id nequit, priuata saltem, prædictum inimicum interficere, & hanc suam mentem confessori exponit.

Quæritur quid Confessor debeat illi cõsulere, & vtrum a suo proposito non dicens absolutis debeat.

Tota

TOta dubitationis ratio in casu præsenti est in hoc posita. Tum quod charitatis ordo postulat, vt quilibet consulat magis vitę suæ quam alienę, nullusque peccat se suaque vitæ proximi in necessitate extrema non constituti anteferendo, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 7.

Tum quia ius naturæ concedit cuilibet, vim vi repellere, vt habetur in c. olim Primo. de restit. spol. & l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. & l. 1. ff. de vi. & vi arma. & ff. de iust. & iur. l. vt vim, dicitur, iure hoc euenit, quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur, & l. Iniuriarum, ff. de iniur. Iuris exequutio, non habet iniuriam. Quare cum quisque habeat ius se defendendi, nemini tunc iniuriam facit. Et in c. 2. de homicidio, & c. si vero, de sen. excommunicationis, vim vi repellere leges, omniaque iura permittunt. vnde & Cicero in oratione pro Milone ait, Hæc lex, non facta; sed innata est, non eam suscepimus, sed natura arripuimus.

Confirmatur, quia recta ratio dictat, vt cum vnus patitur iniuriam ab alio, si alter illorum debet necessario perire, pereat ille, qui infert, quia semper ratio patientis iniuriam, est potior, quam inferentis cum ergo in præsenti casu Petrus iniuriam patiatur a potente inimico, nec alia ratione possit se defendere; quam illum occidendo: videtur quod id sibi sit licitũ.

Adde actionẽ iudicari bonam, vel malam, ex primo & per se obiecto, non autẽ ex secundario & accidentali: & cum Petrus intendat ex actu necis inferendæ inimico, primo & per se conseruationem propriæ vitæ quod est obiectum bonum: intendat autem exitium alienæ vitæ, non nisi per accidens, & secundario, quatenus id ad defensionem sui est necessarium: non videtur quod possit dici illud homicidii propositum esse culpabile.

Præterea, electio medii quo iudicatur necessarium ad aliquem finem, sequitur ex volitione finis, veluti ex præmissis sequitur conclusio: adeo quod sicut cognitis præmissis scitur conclusio, ita volito fine, eligitur medium ad illum finem necessarium, sed Petrus vult licite conseruationem sui, & rerum suarum, & ad hunc finem assequendum iudicat necessarium medium esse mortem inimici. igitur videtur, quod licitè possit illam eligere, & velle.

Tandem si quis reclusus in aliquo Oppidulo, vel domo, videat inimicum expectantem ipsum exire ad hoc vt eum interficiat, poterit antequam ab inimico actu aggrediatur, illum interficere, non alia ratione nisi quia hoc solum tunc est medium ad periculum mortis propriæ euadendum necessarium, sicut etiam mulier accumbens cum viro suo, & inueniens sub puluinari gladium paratum, quo dormiens velit quamprimum fuerit a somno excitatus, illam occidere; potest ipsa arepto clam gladio interficere prius virum si alia omnino desit sibi via, qua mortem euadat. ergo a simili in casu nostro, videtur quod cum nulla alia occurrat Petro via ad se liberandum a potente inimico, quam illum authoritate priuata occidendo, posse id quidem licite facere.

Oppositum tamen est omnino dicendum, & quod Cõfessor debet Petrum inducere, vt desistat a proposito interficiendi potentem illum inimicum, quod si nolit, nequaquam erit absoluendus.

Probat, Tum quia recta ratio negat inimicum posse occidi nisi in actu veræ aggressionis violenter facta: adeo quod necessitas adsit tuendæ propriæ vitæ, cui aliter non possit occurri, vt declarat D. Tho. 2. 2. quæst. 64 artic. 7. & iuris periti omnes in cap. significasti el. 2. extra de homicidio, & cap. si vero. el. 1. ext. de sent. excomm. Iam autem in casu præsenti, non est actualis inimici aggressio, sed potentiali, Nec adest vis, quæ constituat extremæ necessitatis periculum.

Nam Petrus fugiendo, & se absoluendo, potest euadere, vt hucusq; euasi: quare vere illud erit homicidium, ac proinde peccatum mortale.

Tum quia habere animum, & intentionem occidendi, est occidere per se, quod

non licet nisi propter bonum commune, & personæ publicæ, vt declarat D. Tho. vbi supra; adeo quod nunquam priuatæ personæ licet intẽdere in mortem malefactoris vt finem vel mediũ; quia sic vellet illã formaliter, quod semper est peccatum, sed solum vt effectum sequutum ex sua defensione, vt probat Caiet. ibidem.

Tum quia inimicum aggredi præueniendo ipsum, vel ad vindicandam præteritam iniuriam, vel ad cauendam futuram neutiquam licet; Non enim tunc vis repellitur, sed infertur, nec me defendo, sed offendo: quod nulla lege permittitur, & de hac præuẽtione loquitur D. P. Aug. lib. 1. de libero arbitr. c. 5. cũ ait. Qui occidunt, ne ipsi occidantur, quomodo impolluti esse queant non video. Et subdit. Quomodo apud diuinam prouidentiam a peccato liberi sunt pro his rebus quas contemni oportet, humana cede polluti sunt. Et in epist. ad Publicolam ait Consilium de occidendis hominibus, ne ipsi occidantur, non placet. quibus in locis aperte constat. D. P. Augustinum loqui de eo, qui ex intentione occidit inuasorem, priuata authoritate.

Confirmatur quia iure naturæ, vim vi repellere solum licet in actuali, & præsentando conflictu, vt colligunt communiter Doct ex c. si vero extra, de sent. excomm. §. si incontinenti vim repellat, & iõ qui vim repellit secundum cõcessionẽ iuris naturæ, nullo vtitur genere insidiarum, nec armorum præparatione, qui autem præuenit inimicum quantumuis paratum extra actualem conflictum, solet vti insidijs, & præparatione, ac machinatione varia, & maxime in casu nostro, in quo Petrus potentem illum inimicum non nisi fraudulenter & insidiose interficere poterit.

Tum quia illius potentis inimici amicus, potest diuturnitate temporis, vel subita accedente infirmitate, vel alijs multis viis mutati, & periculum illud vitæ quod nunc Petrus patitur, quamuis sit immensum, potest aliquando cessare: nõ igitur licet hoc vltimo & extremo remedio mortis alienæ vti ad anticipandam talem cessationem. Addo quod inimici occisio solum est licita, cum defensione moderata, quam dici solet inculpata tutela, ca. significasti, & c. olim, de rest. spo. & ideo cum Petrus possit commode fugere, aut alia via euadere quam occidendo, reus homicidij in cõsciẽtia fit. Tandẽ vbi intercedit aliquod temporis interuallum inter aggressionem, & defensionem, non est licita aggredientis, & inuadentis occisio. Vt habetur, in c. significasti de homicidio; vbi glosa notat, quod iniuriam illatam personæ, ex interuallo repellere non licet, quia sic esset vindicta: sed necessum est, vt fiat in continenti, & in ipsomet negotio, & actu aggressionis, & defensionis ff. ad l. aquiliam, si ex plagis. §. Tabernarius: quare cum hæc inimici occisio, quã Petrus intendit perpetrare, non fit in continenti, nec in actu, quo ab inimico aggredi: constat aperte esse culpam mortalem, & vere homicidium, ac proinde nõ posse in tali proposito permanens, absolui. Hæc est sententia D. Tho. 2. 2. q. 64. artic. 7. & Caiet. ibi. Soti lib. 5. de ius. & iur. q. 1. ar. 8. Nauar. in Man. c. 15 n. 2.

Pro soluendis illis argumentis, quę contrariæ parti fauere videbantur, Aduertendũ est in primis, quod sicut in omni actu possunt reperiri duo effectus, vnus intentus ab agente, alter pręter intẽtionem agentis, vt dum quis fodiens terram ad ædificandam domum inuenit thesaurum: ille actus, qui est ædificare, dicitur per se intentus & ab ædificatione sumit speciẽ, & rationẽ: ille aũt qui est intentio Thesauri, dicitur præter intentione, nec dat speciẽ, ita in actu, quo quis se defendit ab inuadente, & aggressore, pcipuus, & intẽtus effectus est, cõseruatio vitę propriæ, a quo ille actus sumit spẽm, & denominationẽ, ac proinde bonitatẽ: occisio aut inuasori, est effectus præter intentionem, quia illam nõ intendit defensor, sed est effectus: qui consequitur actum defensiuum. Notandũ deinde, quod quamuis defensio sui suarumq. rerũ, sit licita, & honesta, liberũque sit vim vi repellere: potest tamẽ actio

vitati,

vitari, vel ex circonstantia prauę intentionis, vt cum fit ob odium, vel vindictam, vel ex nimio excessu, & defectu, vt qui sine vrgenti, & ineuitabili necessitate occideret inuasorem, aut vteretur maiori violentia, quam requiritur ad tuendum.

Considerandum præterea est, quod vt inuadentis occisio licita sit, & absque peccato fiat, quatuor præcipue requiruntur. Primum est vt inuasio, seu aggreili sit vera aggressio, & per vim facta, quia ius naturale solum concedit vim vi repellere, vnde si iudex per iniquum processum, vel falsi Testes per calumniam conentur innocentem priuare vita, non erit licitum illos occidere: quia horum iniquitas non est vera aggressio, nec propria vis, sed est calumnia quam nō licet per vim repellere, sed ordine iuris: Perturbaretur. n. tota Respublica, si quemlibet inique opprimētem, licitum esset occidere. Secundum, quod requiritur, est vt occisio inuasoris fiat in ipso actu aggressione, ac defensionis, non autem postea interueniente temporis aliquo interuallo, aut postquam iā cessauit aggressio, vt dicitur in c. significasti de homicidio. Et hinc est quod si aggressor deficiens virib. vel aliam ob cām, desistant ab inuadendo, aut fugit, aut dicat se nolle amplius rixari, non potest tūc aggressor illum occidere: tum quia cessauit iam violentia: Tum quia talis occisio non est iam necessaria ad propriam defensionem, essetq; magis præteritæ violentiæ seu iniurie vindicta, & punitio, quam defensio. Idem dicito de illo, qui percussus ab aggressore, cessante actu aggressionis, ob id, quod aliqui homines intermedii se se opposuerunt, vel alia causa, vult nihilominus eundem aggressorem repercutere: hoc enim esse vindicta, non defensio. Quartum quod exigitur est, vt defensio sit moderata, hoc est in nullo excedat id quod necessarium solum est ad euitandum damnum, adeo vt fiat animo dumtaxat conseruandi se, & sua, & necessitate tali, vt aliter se tueri non valeat, & id tantū fiat, quod ad vim repellendam est præcise necessarium & hoc dici solet cum moderamine inculpatæ tutelę. Ex his facile argumenta omnia diluuntur, vt quę solum concludunt, & veritatem habent in casu præsentaneæ aggressionis, & veræ defensionis. tunc. n. fatemur licitum esse cuilibet, vim vi repellere, & se defendendo, alium occidere: secus autē in casu nostro, in quo non datur actualis, & præsentanea aggressio, nec proinde vera defensio, sed potius vindicta, aut velle se ab opprimente iniuste liberum reddere quod licitum non est, illum occidendo vt supra est explicatum. Ad vltimum de recluso, & obsesso, qui nulla alia via potest euadere, quam interficiendo inimicum. Respondemus quod si miser ille homo in tali angustia & articulo sit positus, vt mortaliter sit impossibile mortem euitare, quin inimicum occidat, licitam esse occisionem, vt quæ est potius defensio, quam præuentio; cum enim violentia illa sit iam actu parata, & non sit in fieri impedibili, sed quasi in facto esse, debet iudicari illa inimici occisio, presentis mali defensio, & iniuriæ propulsatio Eodem modo respondetur ad casum de muliere inueniente gladium sub puluinari paratum a marito ad eam occidendam, Nam si mulier hæc nulla alia via, & ratione potest mortem euadere nisi maritum occidat: licite occidit; quia id non est præuenire inimicū, sed se tueri ac defendere, vt Sotus vbi supra asserit. Obseruandum hic vltimo a confessorib. erit, quod quamuis licitum sit, in casu veræ aggressionis, & realis ac veræ defensionis, vim vi repellere, ac se defendendo, inimicum occidere; hoc tamen veritatem habent, quando tam aggressus quam aggressor sunt eiusdē ordinis, ita vt vnus non sit magis necessarius bono communi quam alius. Nam si aggressus, est persona publica, vel necessaria bono communi, & Aggressor, nequaquā: tenetur tunc Aggressus omnino se defendere, & aggressorem occidere si aliter se tueri nequit, quia & si liberum cuilibet sit renunciare siti suo nec se defendere ex iusta causa, & siue honesto, non tamen potest renuntiare necessitati boni communis, & iuri q̃ in

in ipsum habet Respublica. ita e conuerso si Aggressus sit persona priuata, & Aggressor non modo sit persona publica; sed etiam necessaria bono communi, concurrentibus his duabus conditionibus, non potest Aggressus occidere Aggressorem, sed debet mortem iniuste, & per vim illatam patienter pati, non ratione inimici occidentis; sed ratione boni communis, pro quo omni iure tam naturali quam diuino, & humano tenetur exponere vitã: sed si Aggressor sit solum persona publica, non tamẽ necessaria bono communi: ita quod absq; illa bonum commune cõseruabitur, tunc licet Aggressus sit persona priuata; poterit ad defensionem sui illum licitè interficere. ratio est, quia non debet Aggressus cedere iuri suo, quod a natura habet tuendi se & sua, nisi pro bono communi, adeo quod solum in hoc casu tenetur quis vitam propriam exponere morti, quoties ad bonum publicum tuendum id est omnino necessarium. Ita Sotus vbi supra.

CASVS II.

SAcrista, seu depositarius, cui res Ecclesiæ sunt creditæ, & consignatæ videns latronem illas inuadentem, & surripientem, cum nec clamando, nec alio vllo modo posset furem impedire clauibus, quas in manu habebat eum ita attrociter percussit, vt vulnere accepto inde ad paucos dies moreretur. Et quia interim quod iste vulneratus ægrotabat, non destitit sacrista à celebrando, & quod inuasorem ob res, quas tenebatur ex officio custodire. & defendere, percusserat; nũc tamẽ illo vita functo fit sibi scrupulus tum de homicidio, tum de irregularitate.

Queritur à confessore quid illi debeat consulere.

DVo præsenti casu petuntur, vnum est ad tuendas diuitias, & alia tẽporalia, liceat pręcipue Clerico, latronẽ occidere. Aliud an sic occidẽs, si tenebatur ex officio res illas defendere, ĩcurrerit in irregularitatẽ. Quod ad primũ attinet, nõ defuerũt aliqui, qui ꝓ diuitijs, honorib. aliisq; reb. tẽporalibus propria authoritate latronem occidere illicitum, & culpam mortalẽ esse existimarunt id quod probãt. Primo, quia D.P. August. li. 1. de libero arbit. c. 5. asserit aperte pro his rebus quas contẽnere oportet (hoc est temporalibus,) non esse occidendum inuasorem: Et super Exodum ait. Et in c. si perfodiens. de homicidio refertur, licere occidere latronem nocturnum, quia non est exploratum veniat ne ad occidendum an vero ad furandum: diurnum vero minime, quia discerni potest quod ad furandũ non autem ad occidendum veniat: ex quibus verbis aperte videtur colligi, quod & si liceat interficere inuasorem pro defendenda propria vita, non tamen pro tuendis alijs bonis. Confirmatur quia Exodi 22. dicitur: qui occiderit furem nocturnum non erit reus homicidij, si vero occiderit orto iam sole imputabitur et ad homicidiũ. Secundo quia cum latro sit nũc in summa necessitate spirituali animæ eo quod si occidatur in illo peccato furti in æternum damnabitur: lex charitatis obligat pro reparando illo spirituali damno bona temporalia despicere: spiritualis enim proximi vita, anteponenda est rebus omnibus caducis: eo maximè cum ille vel ex infirmitate, vel ex passione peccet: vt communiter peccant latrones. Tertio, quia non videtur seruari moderamen inculpatę tutelæ, vt pro bonis temporibus nostris noceamus proximo in vita, & anima. Non enim æquatur in hoc casu vna necessitas alteri, quod exigit moderamen inculpatæ tutelæ. Tandem est textus expressus in cap. suscepimus de homicidio: vbi duo religiosi ligarunt, & detinuerunt quosdam latrones ingressos de nocte, vt affligerent, ac vestimentis denudarent dictos religiosos, qui bus legatis, & detentis, cum vnus ex illis religiosis iret ad renunciandum factum Abbati manente altero ad custodiam, cæperunt latrones eniti vt se dissoluerent:

rentes, timensq. iste frater ne occiderentur ab illis, eosdem occidit. dubitatũ fuit an dictus religiosus peccaret, & mors ista esset illi imputanda. Respondet Papa Alexander Tertius Abbati quoniam expediebat potius post tunicã relinquere palliũ; & rerum sustinere iacturam, quã pro conseruandis vilibus rebus & transitoriis, tã acriter in alios exardescere, abstineat iste humiliter ab altaris ministerio, & vterq; peccatum suum studeat ad arbitrium tuũ expiare.

Vbi glo. §. ligauerunt, notat clericũ sua defendendo non debere armis resistere, nec aliquem propter res interficere, arg. 23. quæst. 8. c. 1. & c. conuenior, & arg. 23. q. 2. c. si quis vult.

Habent hanc opinionem Gers. tract. de Euchar. Augu. de Anchona, opuscu. de authoritate Ecclesiæ, q. 52. artic. 3. Richard. de S. Victore opusc. 1. de charitate. Almain. in c. materia Abulensis in cap. 5. Matthæi. q. 11. Pan. in c. suscepimus, extra de homicidio.

Nos tamen in contrariam sententiam, vt magis communem, & veriorem sequẽdam esse arbitramur, licere cuilibet absq; peccato pro defensione suorum bonorũ temporalium, & illorum, quorum est sibi cura cõmissa, modo sint alicuius momenti, latronem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ. Hæc est expressa sẽtẽtia D. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 7. in resp. ad 2. Caiet. ibid. Syluestri, verbo: excommunicatio. 6. q. 4. casu. 9. & homicidium, 1. q. 4. in fi. Supplementum: verbo homicidiũ, 1. q. 7. Soti lib. 5. de iust. & iu. q. 1. art. 8. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 8. §. 1.

Probatur, tum quia cum bona temporalia sint tam laico, quam clerico, media necessaria, & ordinata ad vitam tuẽdam, si licet absq; peccato pro vita propria tuenda vim vi repellere, licebit etiã bona temporalia via latrone inuasa, vi defendere: quibus enim viis licitum est intendere in finem, erit licitum etiam intendere in media. Tum, quia & si ordine charitatis, teneamur diligere plus vitam proximi, quã nostra bona in casu necessitatis, non tamen extra illum: iam autem latro nolens desistere a furandis bonis meis, non patitur necessitatem extremam, sed peccat ex malitia, & iniquitate sua.

Tum quia nõ differunt latro inuadens domi in ea bona, & inuadens eadem in itinere, sed hunc possum licite occidere quãdo alia via tueri in itinere bona mea non valeo: dicente Cicerone pro Milone. Hæc lex non est scripta, sed naturalis, vt latrones, & insidiatores viarum in defensionem bonorũ occidere possumus, possum igitur licite inuadentem bona mea domi occidere.

Tum quia plus tenetur quis prouidentiam habere eorum, quorum cura sibi imminet, & tradita est simpliciter, & absolute, quam eorum quorum curam non habet nisi secũdum quid, & in certo casu: Iam autem cura vitæ proximi, est nobis solum commissa in casu necessitatis: in quo solum tenentur ad signa exteriora dilectionis in particulari, vt ait D. Th. 2. 2. q. 35. art. 8. cura autem rerum nostrarum est nobis commissa simpliciter, & absolutè; vt quę sunt adminicula vitæ proprię conseruandę, & virtutum acquirendarũ. Nec latro est in extrema necessitate, quia se ipsum ab ea liberare potest, si a futuro desistat, et bona rapta derelinquat: imo ipse se ponit volũtarie i tali casu, inferendo vim reb. proximi, quæ non nisi occidendo, euadere vim illam potest.

Confirmatur, quia, & si teneamur plus diligere vitã proximi q̃ res alias oẽs exteriores secundum affectum, & in generali, non tñ secundum effectũ, & actũ tutelæ, ac in particulari, nisi adsit casus necessitatis, quia sicut stat me plus diligere salutẽ animæ proximi, quam salutem meam corporalem & tamen de salute animę proximi in particulari nunquam cogitare, nec signum aliquod speciale amoris huic aut illi ostendere de salute vero corporis mei sæpe sępius cogitare, & in particulari illam diligere, ob iniustam mihi singulariter corporis mei curam, non autem proximi animæ: Ita eadem ratione quamuis plus diligam vitam pro-

ximi, quam res meas, non tamen teneor in particulari prouidere magis vitæ proximi, quam reb. meis: quia harum est mihi dilectio, & cura in particula iniuncta: At vitę proximi, non nisi in communi, & secundum effectum.

Tum quia latro, cum rapiat bona mea per vim, infert bellum particulare iniustum, & iniquum: in bello autem, & si particulari iniusto, licitum est hostem pcutere, & occidere, secundum omnes.

Tandem hęc veritas videtur tam iure ciuili quam canonico expressa. Nam l. furem, ff. ad l. corneliam de sicar. dicitur furem nocturnum si quis occidet, impune feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit, idest sine suo damno. Et ff. ad lege, Aquiliam, lib. 4 idem differitur. Et in iure canonico ca. interfecisti, de homicidio, habetur, si sine odii meditatione te tuaque liberando, huiusmodi membra diaboli interfecisti, si ieiunare volueris, bonum est tibi, hoc est, si volueris, bonū erit, sed non teneris.

Nec obstant diuersæ partis argumenta. Nam ad primum dicimus, illum loqui de fure, qui quamprimum videt sibi resisti, aufugit, & relinquit res furto ablatas, non autem loquitur de latrone, qui illata vi rapit, & rapta nititur secum deferre, nec illa vlla ratione vult dimittere, de quo nos in pręsenti agimus.

Ad c. Perfodiens, de homicidio Respōdetur, quod non negatur ibi absolute non posse occidi furem pro rebus defendendis, sed solum dicitur, non licere illū occidere, quando priuata aliter authoritate saluari res possunt, qui apprehensus erubescit, & fugit; ita Sylu. vbi supra.

Ad confirmationē ex Exodo dicimus, illud præceptum fuisse iudiciale, & ideo in foro exteriori, & iudiciali intelligun-tur, in quo non facile discernitur, an defensor intenderit occidere pro saluandis rebus, vel potius aliter saluare: non autem loquimur in foro conscientię, in quo rei veritas inspicitur, & intentio sola iudicatur. Vltra quod lex illa loquitur absolute, non autem in casu necessitatis, in quo nulla alia est via ad saluandas res nisi occisio.

Ad secundum, negamus latronem esse tunc in extrema necessitate saluandę animę, cum in illa voluntarie, & ex malitia sua sit positus, faciliterq; se liberare valeat desistendo ab inuasione rerum alienarum. Nec enim ei qui diceret, velle interficere se ipsum, nisi illi donem centū scuta, teneor donare, cum ille casus non sit necessitatis, sed malitiæ.

Ad tertium dicimus, seruari moderamen inculpatæ tutelæ quoties omnibus viis excogitatis, & nulla alia inuenta ad defendendum mea, nisi mors latronis, ipsum occido: non quidem vt velim, & eligā occisionem eius, vt medium ad tuenda mea, sed solum vt effectum subsequutum, & potius ab eo volitum, quam a me.

Ad vltimum desumptum ex c. suscepimus, de homicidio, Respondemus, Religiosos illos excessisse moderamen inculpatæ tutelæ, cum potuerint alia via defendere se, & sua, quam latrones interficiendo, & pręcipue ille Religiosus, qui mansit custos, qui facile poterat illis dimissis, & fores aperiendo, res ablatas recuperare, imo potuit effugere, quam primum vidit illos velle vincula confringere, neque enim Monacho infamia est fugere. potest etiam dici, quod ibi non fuit saltem quoad occisionem, defensio, sed præuento, quia ille Monachus videns illos velle frāgere vincula eos interfecit, adeo quod pręueniendo damnum imaginatum occidit. Nam bona oblata, iam erant restituta.

Ad id autem quod glosa ait, clericum non debere sua bona armis defendere, nec quempiam pro illis interficere: Respondemus, id esse verum, quoad irregularitatem, sed non quoad peccatum: etenim licet clericus tuendo bona sua cum occisione latronis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, non peccet, efficitur tamen irregularis; quia hæc censura, cum sit positiui iuris, comprehēdit etiam eos, qui absque peccato occidunt, vt iudices, notarios, consultores, & alios qui ex officio iustitię cooperantur aliorum neci.

Ad

Ad dubium secundum, An ille qui ex officio tenebatur bona illa defendere, nec aliter potuit tueri, quam inuasorem occidendo licet tunc non peccet, in irregularitatem tamen incidit, controuersum est inter doctores.

Couarr. in Clem. si furiosus, p. 3 §. vnico, num. 4. arbitratur, hunc non esse irregularem, quod idem habet Fortunius, in l. vt vim, ff. de iust. & iu. col. 9.

Tum quia extra de homicidio c. 2. habetur clericum occidentem inuasorem, vt defendat vitam, & res, non esse deponendum, cum ergo irregularitas sit quædam quasi depositio, hoc est ad ordines suscipiendos, & exequendos inhabilitas, non videntur per tale homicidium incurri.

Tum quia in hoc casu, non incurritur irregularitas, ob aliquam culpam, cum ad sic defendẽdas res teneatur pręcepto. Nec incurritur ex defectu mansuetudinis Christi. Nã sic occidens, non occidit ex defectu virtutis, sed obligatione pręcepti ad quod tenetur, se suaque tueri, & ideo in nullo contrariatur mansuetudini: vna enim virtus non aduersatur alteri.

Tum quia sic per irregularitatis censuram, quæ est iuris positiui, impediretur homo ab obseruantia pręcepti diuini, & naturalis, de defendendis rebus curæ suæ traditis, quod videtur absurdissimum.

Alii doctores arbitrantur hunc sacristam, aut depositarium si secularis, vel religiosus fuerit, non dum ad sacros ordines promotus, incurrere irregularitatẽ, si pro defensione talium rerum, inuasorem rerum occidat, non autem illam incurrere si ad ordines sacros iam sit promotus, adeo quod incurrit sic occidens irregularitatem, & non incurrit: incurrit quidem quatenus irregularitas est inhabilitas ad ordines suscipiendos, non incurrit quatenus est inhabilitas ad eosdem exequendos.

Fundamentum huius opinionis est: Tum quia irregularitas, illi qui nõ dum est ad sacros ordines promotus, non est pæna, sed inhabilitas quædam significationis, qua impeditur, vt non possit ad sacros ordines promoueri, id quod contingere potest absque omni culpa, vt de iudicibus, & notariis in causa sanguinis patet: sed in promoto iam ad sacros ordines, irregularitas est pęna, & priuatio exequutionis ordinum: pæna autem non videtur posse dari absque omni culpa.

Tum quia laici qui nullum habent perpetuum votum, nec præceptum, quo sint totaliter addicti diuinis reb. non repræsentant adhuc Christi mansuetudinem, & ideo quocunque casu, præter quam ob defensionem propriæ vitæ, iurè optimo incurrunt irregularitatem, vt qui in statu sunt, in quo libere possunt iudicium sanguinis exercere. At clerici in sacris cõstituti cum iam sint Deo consecrati, & muneribus ecclesiasticis dedicati, nec possunt vlterius iudicium sanguinis exercere, satis superque ratione sui status repræsentant mansuetudinem Christi, & ideo non possunt incurrere in irregularitatem, quatenus ipsa imponitur ob defectum mansuetudinis, sed quatenus ponitur ob peccatũ homicidii: quare in casu nostro, cum homicidium nullo modo sit ab isto sacrista volitum, & proinde non sit peccatum, non dicetur ob illud irregularis. Hanc opinionem putat Frater Michael Salon in 2. 2. D. Th. q. 64. ar. 7. controuersi. 2. concl. 1 satis probabilem.

Nos tamen communem sequentes opinionem, hunc defendentem res temporarias, hoc est diuitias, honorem, & alia pręter vitam propriam, siue illas defendat quia proprias, siue quia ex officio id sibi incumbit, occidentem inuasorem, esse irregularem omnino arbitramur, quę est D Tho & suæ scholæ comm. opin. 2. 2. q. 40. ar. 1. Caie. ibi. & Sylu. verbo, belium. Nau. in Man. c. 27. nu. 7. & nu. 2. 3.

Probatur. Tum quia in pænis, standũ est iuri positiuo. Iam autem in iure imponitur irregularitas, contra omnes voluntarias occisiones etiam iustas, excepta ea sola, quæ fit in defensionem propriæ vitę, vt patet in clem. vnica, de homicidio,

dio,& d.45.c.Episcopum, & d.51.c. Aliquantos,& c.5.& 2.extra de homic.& ita communiter asserunt tam Theologi, quam iurisperiti.

Tum quia irregularitas,quę contrahitur ex homicidio, non contrahitur ex eo, quod tale homicidium sit culpa,sed ex eo quod sit volitum, aut in se, aut in causa, aut in effectu, & quod sufficit velle homicidium ad incurrendam irregularitatem c.presbyterum,& c.continebatur, de homicidio,& patet de iudice,& aliis officialibus, ergo quāuis occisio sit sine culpa, vt in casu nostro,imo quamuis sit ex officio, & præcepto, vt in iudice,incurritur irregularitas,quia voluntarium,& in iure non exceptum.

Tum quia D. Thom. communiter receptus,2.2.q.40.art.2. asserit clericum illum esse irregularem, qui occidit aliquē etiam pro defendenda sua patria, quando clericus ille vitam aliter tueri poterat: ergo multo magis erit irregularis, si occidat pro defendendis rebus alienis.

Tum,quia occidens,seu deformans alium,ob vitam alterius etiam patris, aut matris, etiam in bello iusto, etiam in casu, in quo nisi ipse id faceret, ciuitas ab inimicis obsessa caperetur, quamuis talis defensio sit iusta, imo ad eam teneatur, est irregularis: quia solus ille qui deformat necessitate ineuitabili suæ personæ ab irregularitate excusetur, vt patet in cle.j.de homici.cum glo.ibi communiter recepta,& probat Caie.2.2 q 40.ar.2. ergo multo magis erit irregularis laicus, siue clericus, qui deformat ob defensionē suorum bonorum,aut proximi. Nauar.c. 27.nu.213.

Nec obstant ea quæ in contrarium sūt adducta, etenim prima opinio a veritate est prorsus aliena,cum ea sequatur illum, qui defendendi honoris,aut bonorum tēporalium causa, in casu licito proximum interficit,non fore irregularem, contra quod canonum scientia, & praxis ab omnibus recepta decernit,& habetur expresse in d. clem. 1. de homicid.

Vnde ad primum arg.sumptum ex ca. 2 de homicidio,Respōdent primo aliquí verba illa,se suaque intelligenda esse copulatiue: ita vt si defendat se, & bona quæ secum habebat: quia vtrunq; inuadebatur a fure,tunc non incurrere irregularitatem: secus vero si occidat in defensionem bonorum,sed non sui. Respondemus secundo suspensionem esse pænam rigidiorem,& strictiorem,quam sit irregularitas,hæc.n.incurritur sine culpa,& pro opere etiam licito, illa autem præsupponit semper culpam, & opus illicitum, & ideo irregularitas non est proprie censura c.quærenti.de verb.sign. nec est priuatio,quæ priuet officio,sed est solum inhabilitas ad ordinem obtinendum, seu exercendum. At suspensio,est priuatio,& impedimentum,& proprie cēsura, vt ait Panor.in c. At si.de iudicum ergo,in d.c. 2. de homic. clericus ille non peccauerit occidendo inuasorem,non incurrit in suspensionem,vt ibi dicitur, sed bene in irregularitatem,quod ibi non negatur. Et quāmuis tex.ibi dicat, illum presbyterū esse ad pniam admonendum, vnde videtur quod fuerit in culpa? Respondemus illud adiungi forsan propter bonum exēplum,& ad ædificationē populi,vel propter aliquam præsumptam in foro exteriori culpam,vt not.Sot.l.b.5.de iust. iu. q.1 ar.8 in Resp.ad 1. arg.

Qua eadem solutione euertitur argumentum, quod aliqui desumunt ex doctrina Innocentii in c.si vero,de sent.excō.quod nō incurrit excōicationem, qui clericum propter defensionem necessariam proximi percutit: cum non solū hoc semper liceat,sed etiam aliqn̄ ad id teneamur.c.dilecto,de sent.excom.li.6. Rn̄demus quod quia excommunicatio non incurritur nisi propter peccatum mortalē, ideo vbi hoc non est, nec etiam illa: sed irregularitas contrahitur etiam sine peccato, & ideo ex defensione iusta proximi, si percutitur clericus, non fit percutiens excōicatus: at si deformatur, erit irregularis. Nau.in Man.c.27.nu.213. Ad secundum dicitur, quo in hoc casu occisionis inuasoris ob iustam defensionem bono-

rum,

eft, incurritur irregularitas, nō ob culpā, sed ob defectum significationis: quia in tali occisione quamuis iusta, deficit a repræsentatione leuitatis Christi, qui nec vllū iudicauit ad sanguinem, nec occidit, aut in iudicio, aut extra iudicium. Nec inconuenit qđ per actū virtutis reddatur quis inhabilis ab exequutione officii, & ministerii ecclesiastici, quia in irregularitate, cum non sit proprie censura, non attenditur an sit actus virtutis, vel vitii, sed an deficiat a repræsentatione debita, & ideo semper per occisionem incurritur irregularitas, nisi sit contrarium in iure expressum. Ad tertium dicitur, Iure illo positiuo imponente irregularitatem, nō impediri hominem ab obseruantia iuris naturalis aut diuini de defendendis rebus suæ curæ traditis: sicut nec iudex impeditur a precepto iustitię, quo tenetur aïaduertere in malefactores: quia irregularitas nō est proprie censura, vel pœna pro culpa īposita, sed est solū inhabilitas quædam ex defectu significationis. Non etiam officiunt secundæ opinionis fundamenta; nam præterquam quod illa nullo iure stabilitur, nullam etiam adducit rationem, quare Clericus incurrat irregularitatem, & non laicus. Nam licet clericus habeat votum implicitum, non exercendi officiū sanguinis, & eo ipso quo illum effudit deformando, siue iuste, siue iniuste, deficiat a repræsentationis lenitatis Christi, & ideo reddatur inhabilis ad exercendum, seu ministrandum in suo ordine, Hæc tamen inhabilitas, cum non sit proprie pœna, non consurgit ex culpa, sed ex defectu repręsentationis Christi, eadem ratione, qua etiam laicus non promotus, oportet non promoueri ad ordines, quia effugit sanguinem, & ita in iure videmus iudicem, tam secularem, quā laicum cooperantem etiam in sententiā iustam sanguinis, effici irregularem, c. aliquantos, 51. dist. & c. clericis, & c. sententiam, ne cler. vel monach.

Ex quo patet responsio ad primū eiusdem opinionis argumentum: Negamus enim in promoto, irregularitatem esse pęnam, aut priuationem, imò est inhabilitas ad execendum, seu ministrandum in ordine, sicut in laico est inhabilitas ad suscipiendum ordinem: non enim irregularitas dicitur æquiuoce respectu laici, & clerici, sed vniuoce, & semper, & ex natura sua est inhabilitas ad ordines, aut suscipiendos aut exercendos.

Ad secundum etiam negamus clericū non posse incurrere irregularitatem, vt ipsa imponitur ob defectum mansuetudinis, immo tam in clerico, quam in laico iuste occidente incurritur irregularitas ob defectum lenitatis, & mansuetudinis: quia eo ipso quod est homicidium voluntarium, fit sanguinis effusio, repugnās lenitati Christi. Nec illa distinctio de irregularitate vt pœna, & inhabilitas, est admittenda, vt quæ nec fundatur in iure canonico, nec in vera Theologia: concedūt enim omnes, posse, clericum magni honoris, & nobilitatis, occidere inuasorem sui honoris absque peccato, & tamen fit irregularis, quod non fieret si irregularitas in clerico esset semper pœna.

Ex his igitur omnibus colliget aperte confessor, præsentis casus decisionem: quod si sacrista, & depositarius siue quispiam alius qui ex officio tenebatur res aliquas tueri, & defendere, nō potuit alia via, & modo eas ab inuasore liberare, quam illum occidendo, non peccasse mortaliter; cum defensio hæc sit de iure naturę, & ideo communis tam laicis quam clericis; incurrisse tamen irregularitatē, ob defectum lenitatis, ratione homicidij voliti, & intenti saltem in effectu.

Dubitabit forsan adhuc confessor, an si latro bona non actu inuadebat, sed cum illis fugiebat: posset nihilominus dominus vel custos illorum bonorum, occidere latronem fugam arripientem cum eis.

Respondemus quod si nec clamando nec insequendo, nec alia est via recuperandi dicta bona cum quibus latro fugam arripit, quam eundem percutiendo, & occidendo, non peccabit lethaliter sic occidens. Ratio est, quia defensio non solum

solum durat quādo latro actu, & per vim rap t, sed etiam quando secum bona rapta defert: toto siquidem illo tempore, est in flagrāti delicto, et vim rebus infert, quatenus fugiendo, per vim prohibet, ne recuperet dominus rem suam. Si tamen ille latro cessauit a fuga, & in aliquo loco tuto se recipit cum bonis tuis, nequaquā est licitum iā illum occidere, sed alijs vijs, & medijs oportet, vti ad recuperanda illa bona. Ratio est quia iam tunc non est inuasore, sed iniquus detentor, nec infert vim in flagranti, sed cum mora, & spatio: & ideo cum cesset aggressionis actus, non dicitur defensio vera & propria, sed vindicta. Sotus l.b.5.de iust & iur.q.1.art.8. Richard.in 3.sen.dist.37.

Quod si quis dicat pro honore recuperando nō esse licitum inuasorem qui me iniuria affecit, & fugit, insequi, & occidere: ac proinde non licere latronem fugiētem cum bonis meis insequi, & interficere, cum tamen honor pluris valeat quam alia bona fortunę, c suam, & ibi glo. verbo modestiæ, de pænis, & in extra. Ad conditorem §.rursus, verbo honor, de verbo. signifi vnde iniuria facta personę maior est quam si bonis fortunæ fiat l.inseruorum.ff.de pæn.

Respondēt aliqui, quod & si pro defensione proprij honoris possit inuasor occidi, adeo vt aggressus ab inimico si non potest fugere absque maximo suo dedecore, non tenetur ad fugam arripiendam. Et si non potest vitare alapā, aut vulnus, quā alius nititur illi impingere, nisi eundem occidendo, non peccat: cum id faciat pro defensione honoris, & vt vim honori illatam repellat, vt probat Pan. in ca. olim 1. de rest. spol. & Bal. in repet.l.1.C. vnde vi. Quando tamen iam est vulneratus, & iniuria affectus, & aggressor ipsum reliquit, & fugit, non potest hunc fugientem insequi, & occidere: Tum quia latro fugiens, portat secum tua bona, quæ tu vis ab illo eripere, & sic illa fuga cum detentione tuorum bonorum, habet rationem violentæ aggressionis, quatenus per illā nititur prohibere ne dominus rei hanc recuperet: sed iniurians cum fugit, non defert secum tuū honorem, quia fugiendo desistit ab aggressione, & nullam infert vim. Tum quia fuga latronis, non restituit tibi bona ablata, & propterea qđ ipse fugit, non diceris habuisse tua: at vulnerans, & iniurians si fugit, ipsamet sua fuga, est ablati honoris restauratio: quatenus ab omnibus iudicabitur vilis, & abiectus, ita fugam arripiens, & cum velocitate terga dans: Tum deniq. quia insequēdo latronem fugientem eumq; occidēdo, possum recuperare bona mea, quę defert: sed insequendo vulnerantem seu iniuriātem dum fugit, & eum sic occidendo aut vulnerando, non recupero damnum mihi illatum, non enim cessat in me vulnus acceptum, nec dedecus quod ex eo nascitur. Ita Sotus, vbi supra, & Michael Salō.

Nos tamen dicimus, quod quando affectus iniuria, vulnere, aut alapa, aut alia simili quocunque modo illata magnam sui honoris, et famæ iacturam incurreret, si fugientem non persequeretur, neq; ablatum honorem resarciret, nequaquam peccare insequendo, & percutiendo tantum quantum ad ablati sui honoris defensionem, iudicio prudentū est necessariū. Tum quia non minus tenemur defendere honorem, quam diuitias, vt omnes cōcedunt, & ideo sicut latro fugiens quia defert diuitias, potest occidi, ita vulnerans, & iniuriās: qn hūc fugientē nō insequendo, honor proprius deperditur. Tū quia licet insequendo illum, qui vulnus, aut alapam mihi impingit, nō iam defendam ipsum vulnus, seu alapā, cū hæ illatæ sint, & pręteritum non possit euitari: defenditur tamen honor, qui adhuc est in aggredi, & in violentia præsenti, quatenus si fugientem nō sequor magnam honoris iacturam patior. & hæc est opinio Nauar. in man.c.15.nu.4. Illa autem Soti, & aliorum veritatem solum habet, quando vulneratus, & iniuria affectus, aut nullam, aut paruam honoris iacturam facit, si fugientem non persequatur.

Vnde etiam colliges, quod cū diximus non esse peccatum latronem inuadētem bona,

bona, aut cum illis fugientem propria authoritate cum moderamine inculpatæ tutelę occidere, id intelligi debere, quando bona inuasa sunt alicuius notabilis, & magni pretii. Nã si essent vilis ęstimationis, nõ liceret, cum nulla æquitatis ratio patiatur, vt pro re vilis æstimationis, proximus occidatur, vt notat Sotus li. 5. de iust. & iure q. 1. ar. 8.

Dubium forsan erit adhuc confessori. An si dominus siue custos bonorum, cognoscit inuasorem & speret posse, iuridice postea recuperare sua: possit nihilominus in flagranti, illa defendere, occidendo.

Respondent Iuris periti nonnulli, negatiue, eo quod tunc solum occisio est licita, quando nulla alia prorsus occurrit via recuperandi, & defendendi bona inuasa. Nam l. sed, & si ff. ad legem Aquil. dicitur, quod si quis cũ furem apprehendere possit, maluit occidere, iniuriam fecisse videtur. Et c. inter fecisti, parte secũda de homicidio statuitur quod qui iuridice, vel alia via potest sua recuperare. nõ potest interficere.

Nos tamen Respondemus, quod si hęc spes est certa, certitudine mortali, quod absque dubio recuperabit iuridice sua bona, tunc occidendo latronẽ, peccabit mortaliter. Tum quia iam tunc non est inculpata tutela. Tum quia in tali casu cessat extrema defensionis necessitas; cum alia via defendi possint bona inuaa, quã morte inuasoris; sed si spes sit ĩcerta, et dubia, tunc non peccat occidendo: Ratio est. Tũ quia in dubiis licitum est quilibet vti iure suo. Tum quia in his potior est ratio patientis iniuriam, quam inferentis.

Inquiret tandem Confessor, An ab hac irregularitate quam iste sacrista, vel depositarius defendendo res suæ curę traditas incurrerit occidendo furem, possit absolui, & dispensari, & a quo.

Respondeo in primis hanc irregularitatem esse dispensabilem, posseque super ea dispensare summum Pænitentiarium & omnes habentes ad id authoritatem à summo Pontifice; quia hæc nõ est ex sui natura indispensabilis, nec continetur in illa, quę dicitur homicidii voluntarii, de qua loquitur Cõc. Trid sess. 24. c. 6. Nã p homicidium volũtarium ibi intelligitur homicidiũ illicitũ intentum, seu uolitũ in se, saltem æquipolléter, vt laté probat Nau. in man. c. 27. nu. 240 Iam autem in casu præsenti ille qui inuasorem occidit pro defensione rerum, non commisit illicitum homicidium, nec illud uoluit, & intẽdit in se, sed solum in effectu, & quasi per accidens, quatenus nihil aliud uoluit, aut intendit quam tueri sua, & sue qui noluit desistere ab inuasione, se ipsũ interimit.

CASVS III.

Dominicus pecunijs indigens cum sibi nolint mutuo dari a mercatore, petit ab illo, vendi sibi credito de mercedib. scuta mille quas easdem reuendit statim eidem mercatori, pretio minori, iusto tamen, quam illas emerat: Nunc mercator ad confessionem accedens fit ei de vsura scrupulus.

Quæritur, An cogendus sit restituere aliquid Dominico.

Sotus de iustitia, & iure lib. 6. q. 1. art. 2. in ea est sentẽtia vt putet cõtractũ itum vsuræ labe esse infectum, cogendumque proinde esse mercatorem ad restitutionem, ob multiplicem iniustitiam; quæ hic continetur.

Primo quia, & si mercator putet, & dicat se vendere illas merces pretio iusto, id tamen verum non est. Nam cum emptorum caritas diminuat, & extenuet rerum pretia, & mercator si sic illi homini mutuo petenti non distraheret merces, non ita cito haberet emptores quibus simili pretio illas posset vendere, fatendũ profecto videtur, quod eas res es quæ minus valerent si a paucis numerata pecunia emerentur, vendit pluris, quia a multis sub illo mutui colore emuntur.

Secundo quia ille mutuo petentes, nollet

let re vera emere, sed fingit emere, vt redimat vexationem suam, & mercator obligat ipsum ad sic emendum adeo quod lucratur mercator ex mutuo pretio, saltem hoc, quod citius vendit res suas, quæ obligato videtur reddere contractum vsurarium.

Tertio quod huiusmodi mercator carius sic vendit credito, quam faceret numerata pecunia, & cum illud plus recipiatur solum ratione tempori expectati, vsuram videtur sapere.

Quarto cum ille Dominicus accipit tales merces non indigens illis, sed vt eas vili pretio vendat, & mercator optimè sciat animum Dominici non esse emere, sed sub illo colore suę necessitati subueniret: non est quod possit ex parte mercatoris esse vera, & realis venditio, vbi de est vera, & realis emptio.

Ego tamen, & si contractum istum fugiendum esse semper consulerem, nihilominus tamen perpenso rigoris iure & cõsiderata illius natura, non puto eum vsurarium; Nec mercatorem ad restitutionẽ faciendam obligarem. si iusto pretio quãuis rigoroso vendit, & iusto quamuis infimo emit.

Probatur primo, quod iste contractus sit fugiendus: Tum quia dat causam sufficientem scandalizandi eos, qui illum sciunt, vt qui ex re emptione minori pretio facta; quam fuit venditio, facile conicient Dominici animum non fuisse emere, sed illo modo pecunias mutuas habere: mentemque mercatoris non fuisse etiam vendere, sed illo colore pretium rigorosum lucrari, quod alias non esset facile lucraturus.

Tum quia mercator exposuit se periculo probabili infamiæ, & notæ vsurarii, quatenus emendo de nouo minori pretio quę ab ipso sunt vendita maiori; iniquæ vsurę reus iudicabitur. arg. cap. Non sunt audiendi. 11. q. 3.

Quod autem considerata pacti natura, contractus non sit vsurarius, ostenditur. Tum quia vendere rem maiori pretio iusto; quam fuit empta, non est iniustitia, immo in hoc consistit licitum negotiantis lucrum, quod merces a negotiãte humili pretio emitur, & rigido venditur, vtroq. tamen iusto. D. Tho. 2. 2. q. 76.

Tum quia Mercator ex eo, quod vendit merces Dominico nõ est peioris, seu deterioris conditionis, quam sint alii mercatores: adeo, vt quod aliis est licitũ, fiat ei illicitum: Iam autem si alii emerẽt a Dominico dictas merces infimo illo pretio, quamuis sciant fuisse eidem venditas maiori, & rigidiori pretio, non iniustum committunt, vt satis patet.

Tum etiam quia hic non est mutuum verum, aut palliatum: Nam, & si Dominicus egeat pecuniis, & non mercibus; non tamen tenetur Mercator illi subuenire mutuando: sed sat est quod subueniat vendendo: charitatis enim lex, & si obliget ad subleuandam necessitatem proximi, non tamen astringit, vt subleuetur tali modo, hoc est donando, aut mutuando, aut vendendo, sed modus subueniendi pendet a libera voluntate eius qui succurrit; vt latè vltra alios probat Naua. in man. c. 17. num. 91. & in Apologia lib. de Reditibus ecclesiasticis. q. 2. Monit. 4.

Tum quia secundaria intentio mercatoris, est lucrari pretiũ illud rigorosum, principalis vero subuenire indigẽtiæ Dominici per illas merces venditas. Iam autem minus principalis, & secundaria intentio lucrandi, non constituit aliquem contractum vsurarium. (quicquid velit Sotus de iust. & iur. lib. 6. q. 1.) Nam inseruire ecclesiæ, & prælato cum spe minus principali, & secundaria obtinendi aliqđ beneficium res est licita & non Simoniaca ca. si officia. 59. dist. & c. quid prodest. 61. dist. Immo etiam inseruire Deo eumque amare intentione minus principali habẽdi aliud pręter ipsum, vt sanitatem, diuitias, & alia similia, nõ est peccatum. Vt ait D. Tho. 2. 2. q 27. ar. 1. & definitur in Conc. Trid. sess. 6. c. 31. vbi anathematizatur is qui asseruit peccare illum, qui intuitu premij Deo seruit. Hæc nostra opinio est Syluestri, verbo: vsura 2. q. 4. Angeli

geli eo. §. 60. Nauar. in man. cap. 17. nu. 24. & cap. 23. num. 78.

Pro solutione argumentorum, quæ pro Soto fuerunt adducta, est imprimis aduertendum, vsuram esse lucrum pecunia æstimabile suapte natura, principaliter vi mutui ueri, aut palliati quæsitum, vel speratum cuius definitionis explicationem diffuse adducit Nauar. in comment. de vsuris, n. 4. & in ma. c. 17. n. 206. quamuis enim vsura in solo contractu mutui reperiatur, quia tamen contractus mutui est duplex, vnus verus, alter palliatus, idcirco dupliciter vsura dici solet, vna appellatur vera, quæ in vero, & aperto mutuo committitur, Alia velata, & palliata, quæ in palliato versatur. Est autem palliatum mutuum illud, quod secundum suam formam exteriorem, & manifesta verba contrahentium est alius contractus quam mutui; secundum formam latentem, & interiorem mentem contrahentium saltem præsumptam, est mutuum quale est omnis ille contractus quamuis non sit mutui, in quo aliquis emit minori iusto pretio infimo ob anticipatam solutionem, vel vendit maiore iusto rigido propter dilatam solutionem, vt habetur in c. In ciuitate. de vsuris. & cap. Ad audientiam de empt. & ca. illo vos, de pignoribus.

Aduertendum deinde, pretium iustū rei esse duplex, aliud legale, aliud commune, seu consuetudinarium. legale est illud quod a principe, seu Gubernatore ciuitatis est impositum, consideratis industria, impensa, & labore, qui in mercibus deportandis de vno ad alium locum suscipitur & periculo quod transferens merces subiit, nec non sollicitudine, & impēsa illas conseruandi, vt ait Gabriel in 4. senten. distinctio 15. q. 10. & iurisperiti in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect. Cōmune vero pretium, siue consuetudinariū est illud, quo communiter æstimatur res tunc in præsenti valore, attenta illius intrinseca bonitate, & vendentis vtilitate, loco, tempore, & copia vel defectu rerum illius generis & emptorum ac venditorum earum, & modo vendendi illam. Et quamuis pretium lege, & statuto Principis seu Gubernatoris positum, sit omnino indiuisibile, et inalterabile quoad summum, ita vt supra id, quod lege taxatur, res vendi nequeat, infra tamen possit, illud tamen pretium quod commune, seu consuetudinarium appellamus, latitudinem magnam habet, varietatique est subiectum, iuxta loci, temporis, communisque modi vendendi diuersitatem.

Aduertendum Tertio, in iusti pretii latitudine, triplicem reperiri gradum; Vnum quoad extremum inferius, & appellatur pretium pium: Aliud quoad extremum superius, & dicitur pretium rigorosum: Tertium quasi interiacens, & vocatur medium, seu moderatum. Exempli gratia; si commune pretium vnius libri, sunt decem iulii extremum rigorosum erit vndecim, infimum pium erunt nouē, decem erunt moderatum.

Vnde fit vt pretium alicuius rei iustū, non sit solum illud, quo communiter in aliqua regione ea res venditur, sed etiam illud quod in hoc loco, tempore, & isto vendendi modo, communiter haberi potest.

Et ideo si quis ex proposito, & consulto cum indigeat aliqua re, expectet ad illam emendam tempus, locum, & occasionem, in qua res vilius vendi debeat. Vt multi expectantes diem vltimum, quo nundinæ finem habent, quando iā deest copia emptorum, & mercatores vt discedant, vendunt merces minori pretio quā antea vendebant, non peccat: vt ait Caie. 2. 2. quæst. 77. artic. 1. & in summa verbo emere.

His sic positis ad primum Soti argumentum respondetur, quod ille mercator, & si illo modo vendat pretio rigoroso, Iusto tamen, non peccat, quamuis numerata forte pecunia vendi lisset alteri pretio infimo aut medio, & quamuis si per talem industriam nō distraheret merces, non ita forte cito illas vendidisset: quia tamen ea in re nullus est in iustum patiens, cum nō excedantur limites iusti

pretii

pretii in vendendo, & emendo, ideo nec est iniustum faciens.

Ad secundum negamus, quod non sit ibi vera emptio, & venditione: mercator obligat Dominicum ad emendum; sed id totum relinquit ipsius arbitrio, solummodo offert illi licitum modum liberandi se necessitate, & inopia quam patitur, cui si velit succurrere emendo merces, præsentat vendendas iusto rigoroso pretio, nec aliud mercator facit.

Ad tertium dicitur, quod carius vendere vltra rigorosum pretium, est iniustitia, & si fiat ob dilatam solutionem, erit vsura. At in casu nostro: Mercator vẽdit intra rigorosum pretium, non extra: vendere autem rigoroso pretio iusto, quòd numerata pecunia aliquando, & alicui nunc, & hoc tempore vendidissem minori, nulla est vsura, quia nihil vltra sortem accipitur.

Ad quartum Negamus, animum Domini non esse emere: Imo cum intendat suæ necessitati prouidere, & mercator nõ teneatur illi succurrere per mutuum, sed sat sit quod succurrat per venditionem, propterea intendit voluntate principali, & absoluta emere, quamuis secundaria, & conditionali vellet potius mutuo accipere. Sic enim charitas obligat ad subueniendũ proximo, vt modus subueniendi, scilicet donatione mutuo, venditione aut accomodato, pendeat a libera voluntate subuenientis, vt cum Adriano in 4. quæstione 33. probat latissime Nau. in Man. cap. 18. num. 61. & in Apolog. de redditibus ecclesi. q. 2. Monit. 4.

Sabb. Die 29. Octobris propositi fuerunt infrascripti tres casus conscientię examinandi.

GAspar diuitijs adeo abundans, vt ex ijs quæ ad sui status amplitudinem tuendam superfluunt, singulis annis magnam nũmorum copiam coadunare soleat, Vix tamen vllam pauperibus elargitur eleemosynam: eo quia neminẽ in ciuitate nouit extreme egere, elargiturus libenter, si nouisset. Nam illis qui ostiatim mendicant, satis superque putat, fructum panis tribuere. Interpellatus nunc a confessore, an quæ superfluunt suo statui, in pauperes distribuat. Respondet prædicta.

Quæritur, An quæ superabundant coadunans, nec omnia pauperibus, largiens peccet mortaliter. Et quid cum huiusmodi diuitibus, acturus sit confessor.

PEtit casus præsens difficultatem communem, & inter Doctores controuersam, nec satis explicatam: An dare eleemosynam de superfluo, sit in præcepto obligante ad culpam mortalem, ita vt ex eo solum, quod redditus superfluunt, astringatur quis diuino præcepto illa superflua in pauperes, & opera pia distribuere.

Non defuerunt aliqui q. arbitrarentur solam bonorum superfluitatem, nõ obligare ad eleemosynas faciendas, sed requiri vlterius, extremam necessitatẽ ex parte inopis, ita vt duo simul concurrere oporteat, ad hoc vt mortaliter delinquatur, non elargiendo eleemosynam, s. superfluitas in debente illam facere, & extrema necessitas in eo cui debet fieri: quorum alterum si desit, non est iam in præcepto, sed solum de consilio. Huius opinionis fuit Pan. in c. si vero. de iu. iur. Et S. Ant. 2. par. c. 14 de inhumanitate, & Rosela. verbo eleemosyna.

Fundamenta, quibus hæc sententia nititur, hæc sunt pręcipua. Tum quod pręceptum dandi eleemosynam, prouenit a misericordia, seu charitate, ideo cum sit præceptum affirmatiuum, non videtur ex sui natura obligare nisi adsit extrema necessitas ex parte proximi, cui est miseria subleuanda.

Tum quia si habens superflua teneretur ad dandam eleemosynam quotiescũque habet superflua, sequeretur peccare continue mortifere cessando ad horam a danda elemosyna, cum totum illud tempus

pus

pus fit superfluitatis. Tum quia sequeretur nō posse quempiam ex superfluis secundum præsentem statum, emendo nouos redditus, ascendere ad statum altiorem, veluti ex priuato ciue, ad Pręsulem, & dominum alicuius castelli. Nam si teneretur id, quod sibi de suo pręsenti statu superabundat, elargiri totū, & distribuere in pauperes, nequaquam posset in pręiudicium pauperum, & contra diuinum præceptū mutare & augere statum, cuius contrarium fieri quotidie videmus, nec propterea tales homines damnamus.

Tum quia eleemosyna fit alteri. Nam misericordia intrinsecè est compassio miserię alienæ, inclinans ad illam leuandā, & sic ex ea parte, qua est compassio, respicit bonum proprium: ne nimis, aut minus quam oportet compatiatur: ex ea vero parte, qua inclinat ad leuandam miseriam fratris, respicit bonum alterius, & ideo oportet vtriusq. miserentis, ac miseri condōnes coniunctim adunare: ita vt adsit in vno superfluitas, in altero necessitas, veluti iustitia, ex eo, quia est ad alterum, versatur semper inter duos, vt 3. Ethic. ait Arist.

Addunt tandem multa D. Tho. loca in variis suis scriptis, in quibus videtur asserere, non peccare semper illum mortaliter, qui superflua non distribuit in pauperes, nisi adsit etiam in his extrema necessitas.

Contraria tamen sententia est omnino verior, ea nempe, quod etiam si non sit necessitas, si sola detur superfluitas, obligari diuitem sub peccato mortali ad diuidenda superflua in opera pia adeo q duo disiunctim obligant ad dandam eleemosynam, vel si adsit superfluitas, vel si occurrat extrema necessitas, ita sentit expresse D.Th. 2.2.q.32.art.5 & ibid. Caie. ac multo diffusius Tomo 2. de præcepto eleemosynę. Maior in 4 sent.d.15.q.ibid. Palu. Nau. in Man.c.24.nu.5. & in Apolog. de Reditib. eccle.q.1. Monit.7. Syluester verbo eleemosyna q.1.

Rationes quibus hæc veritas ostenditur, hę sunt pręcipue. Tum quia eleemosyna, tunc est de necessitate præcepti, & charitatis, quando recta ratio ad eam faciendam necessitas, sed necessitantia secū dum rectam rationem ad eleemosynæ actum sunt duo, quorum vnum est ex parte dātis, quod est superfluitas bonorum, non solum naturæ, sed personæ, contrariatur enim dilectioni proximi ex parte dantis, superfluum personæ indigentibus negare: cum exigat charitatis ordo, vt decentiam status proximi, superfluitatibus nostris præponamus: igitur sicut necessitas extrema obligat per se ad sui subuentionem, ita superfluitas ad sui distributionem.

Confirmatur, quia vt natura abhorret frustratorium, ita recta ratio superfluū: quare cum ea quæ a Deo sunt, ordinata fiat, necessum est dicere, id quod vni superfluit, ad alterius sustentationem esse a Deo ordinatum ac propterea contra naturalem rerum ordinem agit, qui superflua retinet, & in op bus non elargitur.

Tum quia licet charitas ex se, & secundum affectum, extremo per superabundātiam careat, illud tamen habet secundum exteriores operationes, vt docet D. Tho. 2.2.q.26.art.6.

Ad excessum autem in casu proposito attinet, plus de corporalibus bonis quam oporteat, attribuere tam sibi, quam alijs: sicut defectus in charitate est, minus corporalibus bonis vti quam oporteat ad sui, & suorum sustentationem, & ideo cum superflua habens, nec indigentibus dispensans, plus sibi quā oporteat de his bonis assumat, negari non potest ipsum peccare, in charitatis extremum per superabundantiam, veluti ille, qui in superfluis, & voluptuosis conuiuiis plus sibi quam decet assumit.

Tum, quia cū iure naturę omnia sint communia, & ius gentium res diuiserit, & proprias fecerit quoad ptātem procurandi, dispensandi, & vendendi, vt declarat D.Th. 2.2 q.66.ar.1. Et ius gentium nihil inordinatum statuere possit, cum a natura vt recta ratione vtitur, procedat, idcirco impossibile est, vt ea quæ vni super-

per-

perfluunt quoad naturam, & personam, sint illius quoad vsum, cum vsus superfluorum inordinatus sit quamuis sint eius quoad procurationem, & dispensationem. Quare si superflua non sunt quoad vsum illius, qui illa habet oportet, vt sint aliorum, hoc est pauperum, qui illis egent, peccareq; in ius naturę, qui ea contra debitum vsum conseruat.

Tum quia id quod vni est maxime vtile, & necessarium; & alteri parum aut nullo vtile, seu necessarium, non conferre illi cui est vtile, impietas videtur charitati christianæ omnino contraria: tam autem superfluum non est necessarium habenti, & est vtile egenti, & per hanc communicationem inter homines amicitia coalescit, quam dissoluit, quantum in se est, qui superflua denegat egeno.

Confirmatur hæc sententia authoritate D. Ambrosij exponentis illud diuitis Epulonis Lucæ. 12. congregabo omnia quę nata sunt mihi, vbi inquit panis est famelici quem tu tenes, nudi tunica quã in conclaui conseruas, discalceati calceus qui penes te marcescit, indigentis argentum, quod tu possides inhumanum, tantorum ergo bona inuadis, quantis dare vaseres. Et alibi: Proprium nemo dicat quod est cõe, quod plusquam sufficeret sumptui etiam violenter obtentum est, et infra. Quis enim tam iniustus, tam auarus, quam qui tam multorum alimenta non suum vsum, sed abundantiam, & delicias facit: Neque enim minus est criminis, habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare. referuntur hæc in decretis ca. sicut hi. distinctione 47.

Item D. Greg. hom. 9 in Euangelia inquit, habens intellectum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, a misericordia non torpeat, habens loquendi vsum apud diuitem pro pauperibus intercedat.

Pro maiori autem huius veritatis elucidatione est aduertendum, quod superfluum reperitur duplex. Aliud naturæ. Aliud personæ: superfluum naturæ, dicitur quando in bonis, & facultatibus, quas quis possidet, habet plura quam illi opus sit ad suamque familiam alendam. superfluum status dicitur, quando habet in bonis, & facultatibus plura, quam ipsi opus sint, pro ratione status decentis sui, et suorum, habita ratione casuum non quidem omnium possibiliter contingentium, sed eorum qui probabiliter, & moraliter timeri ac spectari in futurum debent. Vnde ad decentiam status pertinent necessaria pro sustentanda vita, personę qualitate, & filiorum, pro mancipiis, famulis, hospitalibus conuiuijs, muneribus honestis, & magnificentiis moderatis Syluester verbo eleemosyna, q. 1. §. 3. Rose nu. 53. Cai. in d. tract. de eleemosyna.

Ex quibus colliges necessaria statui nõ cõsistere in indiuisibili, sed in quodã medio. Nam cum status sustentari possit; & decenter, & decentissime, quæ ad decentissimam sustentationem status fuerint necessaria, non erunt dicenda superflua, sed necessaria etiam statui; veluti si a decentissima ista sustentatione aliqua auferantur, modo possit esse decens, dicemus quoque habere illum necessaria statui, ac proinde non debent confessores esse faciles in iudicando, quando quis habeat superflua suo statui: cum etiam ille qui ad aliquod dominium emendum, & statum humilem in digniorem mutandum, ad quem idoneus est, si pecunias congerat, et thesaurizet nõ dicitur habere superfluũ: quia, & si plus habeat quam præsenti statui conueniat, non tamen plus quam status probabiliter futurus, & suæ personæ meritis competens exigat. Aduertendum pręterea, quod cum triplex dari possit, ex parte inopis necessitas: vna extrema, quæ est illa quando is, qui eget ad talem articulum est redactus, vt si sibi non subueniatur, periclitabitur ipse, vel familia ipsius, infirmabiturque ac morietur. Alia dicitur necessitas grauis: si est qñ & ei nõ succurratur, cadet a suo statu honorifico, patieturque grauem bonorum suorum iacturam, vel propter debita ad quæ soluenda damnabitur, patietur longum car-

cerem,

cerem, cum graui familiæ suæ detrimento. Tertia appellatur necessitas communis, quando vir plebeius, & infimæ sortis, qui domi suæ laborãs se alebat: in talẽ statũ est lapsus, vt si illi non subueniatur, cogetur mendicare. licet igitur Doctores omnes conueniant in casu necessitatis extremę, teneri quemlibet ad subueniendũ illi etiam de necessariis proprio statui detrahendo. de grauibus tamen, & communibus est controuersia.

Nos vt verius putamus, in grauibus necessitatibus teneri, quemlibet ad subueniendum inopi de his quæ superfluunt sibi, quoad decentem statum, quamuis sint necessaria nec superfluant, quoad decentissimum: Iuxta illud 1. 3. qui viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit illi viscera sua, quo charitas Dei est in illo? Iam autem proximus in graui necessitate constitutus, habet reuera necesse, & ille qui habet superflua decenti statui habet reuera substantiam huius mundi, & ideo si non succurrat contra charitatem agens, mortaliter deliquit.

At vero in communibus necessitatibus tenetur is solum ad subueniendum, qui habet superfluum vltra necessaria, non modo decenti, sed etiam decentissimo statui, id quod probant nostra superius adducta argumenta: Nam tunc ipsa sola superfluitas habet annexam hanc obligationem vt in vsum pauperum distribuatur. Nec obstant quæ in contrariũ ab aliis adducebantur. Et ad primum dicimus quod licet illud pręceptum dandi eleemosynam sit affirmatiuum, nec obliget pro semper, obligat tamen in duplici casu, nempe vel cum adest superfluitas naturæ & statui ex parte dantis, vel necessitas naturę ex parte patientis: sed sicut ex parte indigentis charitas non obligat, nisi sit extrema, aut grauis, ita nec ex parte abundantis, & superfluum habentis obligat ius naturę nisi excedat necessaria decentissimo statui. Vel dicito, quod qñ bona superfluunt, tunc communiter, & vt plurimum est indigentia ex parte alterius; saltem indigentia communis: quæ sufficit; & ideo quamuis exequutio pręcepti eleemosynæ requirat duo simul, nempe superfluitatẽ ex parte miserentis, & indigentiam ex parte miseri, ipsa tamen obligatio præcepti per se loquendo, ex hoc solo nascitur quod aliquis superfluum naturæ, & status habeat, & ideo, quamuis non occurreret, nec esset aliquis indigẽs, satis esset ad obseruandum præceptum, deponere illa superflua pro futuris pauperibus quando essent. Ita Caiet. Ad secun. Respon. quod cum hoc præceptum sit de virtutis actu, qui requirit circumstãtias nõ solum temporis, sed alias multas, adeo vt deficiente aliqua ex ipsis, actus ille possit licite committi, quia continget forsan quod aliquis habeat superfluum, & nullus sibi pro nunc occurrat indigẽs, & sic licet tẽpus adsit, personã tamen inops deest, idcirco non peccat tũc habens superfluũ si continuo non largiatur; quia in tali casu satis est, quod secundum rectã rationem det, vel ordinet eleemosynam quando, vbi, quibus, &c. oportet.

Ad tertium Responsio ex dictis patet, quod ille, qui licite potest mutare statũ, & hoc probabilitate morali spectatus nõ reputatur illi pro superfluo secundũ præsentem statum, quicquid huic expectationi satisfaciendæ opportunum censetur.

Ad quartum dicitur aliud esse exequutionem eleemosynæ, aliud obligationem præcepti de eadem. Ad exequutionẽ requiritur alterius miseria, & secundũ hãc, misericordia dr ad alterum, sed ad obligationẽ pręcepti, sufficit superfluitas ex parte habẽtis: nec vnquã ferè deesse huic poterit occasio distribuendi eã quæ suo statui superfluunt in opera pia præsentia, aut futura, nomine .n. pauperum, omnẽ opus pium comprehenditur. Quod si quis inquirat, qua ratione excusentur diuites, qui nec recipiunt hospites, nec redimunt captiuos, quos vtrosq; tamen certum est graui necessitate premi? Nec tamen de statu diminuunt, vt illis succurrant?

Respondemus quo ad hospites, excusari eo quia vbique ferè existunt hospitalia ad illos recipiendos instituta: Nam

vbi defuerint, vel non sufficiunt, tenētur non quidem illos quęrere, sed venientes ad se recipere si grauiter indigeant.

Quo ad captiuos dicimus eodem modo quod non obligantur ad illos quærēdos, sed satis est quando postulant iuuare.

Hucusq; casus fuit decisus, quantum spectat ad diuites laicos: remanet adhuc decidendus quo ad clericos, de quib. grauior est dubitatio, an superflua retinēdo, & non dando illa pauperibus, non modo lethaliter contra charitatem, vt laici peccent, sed etiam specialiter contra iustitiā, adeo vt superflua aliter, quam in opera pia expendendo, restitutioni fiant obnoxii.

Partem negantem quod scilicet clerici superflua in pauperes non distribuentes, sed vel illa thesaurizātes, vel in profanos vsus dispergentes, mortalem culpam incurrant, & legem charitatis, & misericordię ad quam inter alios pręcipue tenentur, transgrediantur, nō tamen restitutioni fiunt subiecti nec contra iustitiā agūt: defendit, & probat inter alios Adriā. Card. in 4. de resti. q. 12. Zabar. in clement. Quia contingit de religios. domibus nu. 10. et in Cle. Gratiæ de rescri. n. 12. Et in c. fi. de peculio cler. Nec nō Couar. in cap. Olim, de testa. Et Sot. de iustit. & iur. lib. 10 q. 4. art. 3. quorum fundamenta, quia inferius sunt adducenda, & refellenda, non est quod frustra hic repetantur.

Nos tamen affirmatiuam partem, vt magis communem, & veriorem, sacrisq; Canonib. imo diuinis literis. & ecclesiasticis traditionibus omnino conformem. sequendam esse tam theorice, quam practice asserimus; Clericos nempe ad superflua pauperibus elargienda obligari, non solum misericordię, sed iustitiæ legibus, ita vt si aliter illa diffundant, & consumant ad restituendum esse astringendos in conscientia.

Probatur primo, Tum quia bona omnia ecclesiastica tam immobilia quā mobilia, ecclesiæ vsibus deputata, sunt quo ad verum dominium solius Christi, non eo solum titulo, quia Deus est, & ea creauit, sed specialiter, quia Christo sunt a fidelibus dicata, donata, seu quæsita: adeo quod solus Christus potest de illis pro libito disponere, vt quæ sunt illius patrimonium, & quorum est absolutus, & verus Dominus id quod apertissimè definitur in cap. si Romanorū 19. dist. Et c. hæc est fides. 24. quęst. 1. vbi illa esse patrimonium Christi asseritur. Et c. Cum secundum. de præbend. & c. cū ex eo, de elect. lib. 6. & cap. Qui Christi, 12. quæst. 2. Et latè tradit Innocētius in c. Cum super, de caus. possess. & Panormitanus, c. cum esses. de testam. Et Decius in c. Constitutus. de Rescriptis. Immò hoc adeo expresse definit Concilium Tridentinum sess. 25. c. 1. de reformat. illis verbis. Ne res ecclesiasticas quæ Dei sunt consanguineis donent, vt iam non sit licitum hac de veritate dubitare. Vnde si quę iura dicunt bona Ecclesi. esse Prælatorū aut beneficiariorū, intelligenda sunt quo ad gubernationē, & administrationem, veluti quæ habent, illa esse pauperū, intelligūtur quoad eorum sustentationem. Cum igitur horum bonorum Dominus sit Iesus Christus, & velit vt ex redditibus illorū alantur pauperes, quorum ipse adeo specialem curā semper habuit, vt Apostolis dixerit, pauperes semper habebitis vobiscum, me aūt non semper habebitis. & Lucæ 2. omnib. iniunxerit, quod superest date pauperib. & cum voluerit dum in terris mortalis, & inops viuebat, vt quod supereret, se suisque Apostolis sustentatis daretur pauperibus; credendum multo magis est nunc immortalis, & diues in Cælis hoc idē velle, vt quod superest suæ eccclesiæ ministris sustentatis, tribuatur pauperibus, & ideo qui in alios vsus quam pauperū hęc superflua expendit, vtitur re aliena. eamque insumit contra voluntatem domini: ac proinde furtum committere, & ad restitutionem teneri est manifestum. cap. Pœnali, & cap. si quid inuenisti. 14. q. 5. c. si res cap. caus. q. 6.

Tum secundo, quia beneficiarii accipiunt bona ecclesiastica, cū onere, vt quod superest post honestam suam sustentationem,

-tionem, in opera pia insumere debeant: Nam ab initio statim, ac bona fuerunt donata ecclesiæ post ascensionem domini, hoc annexum onus habuisse, & in pauperum vsum impensa fuisse constat Actorum capit. 1. & 2. idque Beatus Clemens Papa discipulus Sancti Petri asserit in lib. 2. capit. 29. de const. Apost. vbi dicit decimas, & primitias secundum mandatum Dei dari, vt recte dispensentur orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis egentibus. Et Diuus P. Augustinus in capit. Decimæ 16. quæst. 1. inquit, quod decimæ sunt tributa animarum egentium, & res a Domino pauperibus delegata Et D. Hieronymus ibidem affirmat, quicquid habent clerici esse pauperum: Et sexta Synodus in ca Apostolica 12. q. 2. definit, redditus ecclesiasticos esse ad vtilitatem ministrorum, & ob escam pauperum, & peregrinorum substentationem, & Concilium Antiochẽse in cap. Episcopus 12. q 1. statuit aperte, Episcopum posse de sui patrimonii redditibus ad libitum disponere, sed non de ecclesiasticis, & Symachus Papa in cap. Indigne 12. quæst. 1. maledicit illi, qui hos fructus male impedit eo, quia pauperum substantiam nefarie dispergit. Vnde D. Thom. 2. 2 q 86. art. 2. asserit oblationes quę a populo, Deo exhibẽtur, ad sacerdotes pertinere, non solum vt eas in suos vsus conuertant, verum etiam vt fideliter eas dispensent partim in his, quæ pertinent ad diuinum cultum: partim in alijs, quæ pertinent ad proprium cultum, partim in vsus pauperum, qui sunt quantum fieri potest de rebus ecclesiæ sustentandę. Hęc ille. Et quæst. 87. art. 3. in Resp. ad 1. ait, in noua lege decimas dari clericis non solum propter sui sustentationem, sed etiam vt ex eis subueniatur pauperibus. Hoc ipsum affirmat. q. 185. art. 3. cum igitur ille qui accipit aliquid cum onere dandi illud, vel aliquam eius partem alteri, si onus istud nõ adimpleat, ad restitutionem teneatur: vt habetur in l. 2. & 3. C. de donat. quæ sub mod. Et in cap. Verum, de cond. appo. & probat Bartholus communiter in hoc receptus in l. quibus diebus, §. Termillius, ff. de cond. & dem. hinc aperte sequitur dictos clericos id quod residuum est detracta illorũ honesta sustentatione si totũm pauperibus non elargiantur, non modo contra charitatem agere, sed in conscientia ad restituendum obligari.

Tum tertio quia eleemosynarius cui Rex certos annuos aureos donat ea lege, & conditione, vt se honeste alat, & quod superfluerit, in pauperes distribuas, obligatus est ad restituendum ea quæ in alios vsus laicos, & profanos expendit arg. totius tituli, ff. de condic. caus. dat. Iã autem beneficiarios esse institutos ab ecclesia eleemosynarios hac lege, & conditione, vt ex beneficii redditibus se honesto alant, & quod superabundauerit, in opera pia diuidatur, patet aperte ex D. Greg. in cap. quia tua fraternitas. 12. quæst. 1. vbi ait omne quod superest necessitatibus in causis piis, ac religiosis erogandum est domino Magistro dicente, omne quod superest, date eleemosynã. Et ex D. Ambr. in cap. gloria episcopi 12. q. 2. & Diuus Hieronymus in c. gloria, episcopi eo casu, & quæst. & c. Reuertimini. 16. q 1. Et D. P. Augustino c. Decimę, eo. casu, & quæst. vbi hos ecclesiasticos redditus appellat gentium tributa, & quod illos dare nolens, tot animas occidit, quot egestate moriuntur, esseque rem a Deo pauperibus delegatam. Et ob hanc rationem D. Paulus 1. ad Corin. 4. dixit. Sic nos existimet homo tanquam ministros, ac dispensatores ministeriorũ Dei, & infra: Hic iã quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur, & 2. ad Cor. 10. potestatem dedit nobis Deus in ædificationem, non autem in destructionem.

Confirmatur quia ipsimet aduersariæ opinionis Doctores affirmant, intentionem, & voluntatem Christi fuisse, & esse; vt de bonis suis superflua dentur pauperibus, vel in alia pia opera impendantur, ita Sotus de Iust. & iur. l. 10. quæst. 4. ar 4. & hinc ipse colligit clericos magis teneri ad eleemosynas, quam laicos: & in abusu redditũum ecclesiasticorum magis mul-

to peccare: quam in abusu exterarum rerum.

Si igitur clerici obligantur strictius ad impendenda superflua in pios vsus quam obligentur laici: nō potest hoc maius vinculum esse de lege sola charitatis, cum hæc quo obliget omnes fideles, immo tam ratione superflui, quã occurrentis miseri, possit sæpè plus obligare ditissimum laicum qui multis abundat, quam Clericum qui paucioribus, & ideo fatendum necessario est aliqua lege iustitiæ ad illud astringi clericos ad quod non astringantur laici.

Tum quarto quia verisimile est mentē eorum, qui bona sua Ecclesiæ donarunt, aut donant, eam saltem tacitam, & interpretatiuam fuisse, vt quod sustentatis honeste ministris, & solutis oneribus superfluerit, pauperibus tribuatur, & sic inter ecclesiam, & fideles hunc cōtractum quasi tacitum esse semper initum, qui in foro conscientiæ æquipollet expresso. l. Labeo l. Ita quia. ff. de pact. Et hinc est ꝙ omnia bona ecclesiastica tam noua quam antiqua sunt, & appellantur patrimoniū Iesu Christi, c. cum ex eo de elect. li. 6. dicunt etiam sacra quartę speciei; vt declarat D. Tho. 2. 2. q. 94. ar 4. & qui rapit eorum aliquid sacrilegus est ca. prædia. 12. q. 2. omnia denique eisdem fruuntur priuilegiis c. quanquam, de censib. lib. 6 & ita habēt annexum hoc, onus quod olim Apostolorum tempore habuerunt alia ecclesiastita; vt in pauperes diuidātur, cōiicitur q. hæc mens illorum, qui ecclesiæ ea cōtulerunt, quia sciunt vel scire debent, ecclesiasticos non esse adeo absolutos eorum dominos, vt suarum rerum sunt seculares, & quia ex eo quod non intendunt illa bona eximere ab oneribus aliorum beneficiorum; vt recitandi horas, residēdi, & aliis similibus, non etiam intendunt liberare a modo, & conditione annexa de alendis pauperibus. argumen. capit. quia cognouimus 12. quæst. secunda, & capit. Ecclesijs. de consecratio. distin. prima, cum ergo qui modū, & onus iniūctum rei sibi ab alio traditæ non implet, legem naturalem Iustitię commutatiuæ præuaricatur, quæ iubet pacta seruari: Non potest beneficiarius a restitutione excusari si superflua in alios, quam pios vsus consumet lege prima, ff. de pact. & c. primo, de probatio.

Tum quinto quia cum nullo iure diuino, aut humano, bona laica habeant onus annexum vt in solos ministros, & pios vsus expendantur, & hoc onus specialiter habeant bona ecclesiastica, vt in prophanos vsus distribui nequeant: vt quorū verus dominus, vt supra diximus, est Christus cui principaliter a fidelibus donata fuerunt lege traditionibus, C. de pact. §. per traditionem. institutio. de rer. diuis. adeo vt nec Papa possit de illis ad libitum disponere, vt dicitur in ca. Non liceat Papę. 12. quæstio. secunda, & probat ibi Archidiaconus communiter receptus, & Turrecremata in cap. videntes, 12. quæstione prima.

Et Caiet. 22. quęst. 43. artic. octauo. sequitur inde manifeste, plus multo peccare clericum, expendendo ecclesiasticos redditus in vsum profanum, quam exponendo male redditus laicos, & ideo non solum charitati, sed iustitię contrauenire, quod plus iuris in illis redditibus habeant pauperes, quam in secularium bonis.

Tum sexto, quia sacri canones negant facultatem testandi clericis de redditibus fructum beneficiorum capitulo, primo, & capitu. ad hęc, & capit. Relatum, de testamentis adeo vt nec etiam Papa possit testari de redditibus sui Pontificatus, vt post multos alios probat Frācus in Rubr. de testamen. colum. 33. & est textus expressus in clement. Ne Romani. §. eo prouiso. de electio. & ibi glo. hæc autem facultas non negatur de bonis laycalibus: id quod euidens argumentum est, non esse Clericos ęque dominos redditũum ecclesiasticorum ac sunt profanorum. vnde, & doctorum est communis sententia, nullam consuetudinem esse nec valere, vt beneficiarii testentur pro libito

to

to de redditibus, ac de patrimonialibus, vt latè probat Panor. in cap. officiis. de testamen. & Rochus Curtius, in capit. fin. de consuetud. & Philippus Francus in Rubrica de testament. Et Caiet. 2.2.q 85. art.7.& quæstio.45.art.octauo,& q. 185. ar.7. Et est doctrina. S. Clementis lib.2.& 8. de const.

Tum septimo, quia multa Concilia, ac multi Summi Pontifices appellant beneficiarios, procuratores, & dispensatores, non solum eorum bonorum super quib. beneficia sunt fundata, sed etiã redditũũ, & fructuum qui ex illis veniunt, ca. Episcopus, & c. Res. 12 quæst. 2. ca. Episc. 14. quęst. 5.

Iam autem procurator, & dispensator dispẽsans, res in alios vsus, quam sit mentio principalis domini, nõ solum peccat, sed ad restitutionem tenetur illis in quos illas res erat iussa dispensari. Argum. l. 1. ff. de offic. procur. Cæsar. c. fin. de præben. duo enim pręcepta transgreditur, qui q̃ debet, non soluit ei cui debet, quia, idem est, ac alienum recipere, & retinere. ca. sepe, de Restit. spoliat. S. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. vlt.

Tum octauo: quia si beneficiarii non astringerentur lege Iustitiæ ad eleemosynam, sequeretur prodige effundendo redditus suos, non peccare mortaliter, sicut Layci effundendo prodige suos, non nisi venialiter delinquunt: cuius tamen contrarium asserit D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. & quolib. 6. ar. 12. & 22. q. 119. art. 3 vbi sic ait. Prodigus peccat in alterum consumẽdo bona ex quibus aliis deberet prouidere, quod præcipuè apparet in Clericis, qui sunt dispensatores bonorum ecclesiasticorum, quæ sunt pauperum, quos defraudat prodige extendendo.

Tum nono, quia Conc. Trid. sess. 25. c. Primo, de Reformatione: expresse statuit, clericos non esse reditũum ecclesiasticorũ dominos, sed ĩ opera pia distributores, seu dispẽsatores in hæc verba. Oĩno vero Epĩs ĩterdicitur ne ex redditibus ecclesię, consanguineos, familiares ve suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas quæ Dei sunt, consanguineis donẽt, sed si pauperes sint, his vt pauperibus distribuant. Et paulo infra. Quæ vero de episcopis dicta sunt eadẽ non solum in quibuscunq. bñficia ecclesiastica tã secularia q̃ regularia obtinentib. pro gradus sui conditione obseruari, sed etiam ad S. R. E. Cardinales pertinere, decreuit. Huius autem prohibitionis a Concilio factæ, nulla alia assignari potest vera & firma ratio, nisi quod lege iustitiæ, est ecclesiæ redditibus hoc iniunctum onus, elargiẽdi superflua pauperibus, quod non est iniunctum redditibus Laycorum, & ideo ecclesiasticos non dantes illa egentibus, non modo peccare mortaliter, sed ad restituendum obligari.

Nec euacuatur argumentum ex eo, q̃d licet Concilium Tridentinum vetet beneficiario donare, & expendere prohibito, non tamen præcipit, vt restituat, quod sic insumpsit, immo ex eo, quod vnum affirmet, videtur aliud negare. c. qualis 25. dist. l. cum prætor ff. de Iudic.

Non inquam euacuatur, Tum quia id supposuit tantũ euidenter ex dictis deducendum. Vetando enim beneficiarijs ne parentibus, & familiaribus donare possint, nisi paupertatis intuitu, nec ad prohibendo Laycis, declarauit apertè, illos vltra leges charitatis, & misericordiæ quib. etiam Laycis astringuntur, esse legem aliquam Iustitiæ arctantem specialiter solos beneficiarios, & qui de vno dicit, etiam dicit de alio simili, & necessario sequẽte, vt tradunt Doctores in ca. qualis 25. dist. & c. præterea. de offic. deleg. l. Illud. ff. de acq. hered.

Non etiam effugitur argumenti vis, dicendo Concilium Trid. ibi loqui de reb. ipsis ecclesiarum, & nõ de redditibus earum. Nam hæc fuga est verbis Concilii omnino contraria: Tum quia ibi agitur de rebus quas possunt beneficiarii dare cognatis, & familiaribus, intuitu paupertatis, si verè sint pauperes: Iam res immobiles, & stabiles ecclesię, ex quibus percipiuntur illi fructus, & redditus, non

possunt dari à beneficiario pauperibus, solo paupertatis intuitu, sed requiruntur aliæ iustæ causæ, & solemnitates debitæ, vt possint alienari. ca. sine exceptione. 12. quæst. 2.

Tũ quia in Concilio Lateranensi, sess. 9. sub Leone X. statuitur hoc ipsũ de redditibus ecclesiasticis; eo quia bona omnia ecclesiastica sũt ecclesię data, sub hoc modo, & onere expresso, aut tacito, vt ea quę supersunt post honestammi nistrorũ sustentationem, pauperibus elargiantur.

Hæc sententia quã nos sequimur, peccare non solum mortaliter, sed ad restituendum teneri beneficiarios, qui id qđ eis superest de necessarijs ad vitam, & decentiam status non distribuunt in pauperes, sed in alios conuertunt vsus, aut prodige in sumunt, vel auare seruant: est communiter a Doctoribus recepta. Ita D. Thom. 2. 2. q. 43. art. 8. q. 87. art. 1. ad primum, & ar. 3. ad primum, & ar. 4. ad quartum, & q. 185. ar. 3. sub finem, & 119. art. 3. ad primum, & quoli. 6. art. 10. Alexãder de Hales. 3. p. q. 36. memb. 5. Richard. in 4. sent. d. 15. ar. 3. quęst. 1. ad primum. Palud. in eodem 4. d. 24. q. 3. art. 3. Gabriel ibi. dist. 15. q 8. Maior ibi dist. 24. q. 17. Henrycus. de Gendano quodlib. 8. q. 25. Priedonius lib. 2. de libertate christiana, cap. 4. Ioannes Gierson. in alphabeto 40. Ita F. Ludolphus de vita Christi, par. 1. c. 68. Dionysius Cartus. in li. cõtra pluralitatem beneficiorum ar. 7. Petrus a Sot. in l. de instit. sacer. pa. 2. de vita sacerd. lect. 3. tit. de boni ecclesiasticis, vbi contrariam opinionem damnat, vt errorem grauissimum contra bonos mores, & iustitiam, immo contra scripturam. Frater Michael Medina lib. 7. de recta in deum fide, vbi contrariam vocat opinionem sacrilegam, & talem quæ euangelicum opituládi pauperibus ministerium excludit S. Antoninus in 3. p. tit. 15. c. 1. §. 19. & in 2. p. tit. 2. cap. 2. §. 6. Syluester verbo Clericus 4. q. 19. summa Pisana verb. Clericus. 4. § 4 Ex iurisperitis vero ita sentit Archidiaconus in c. statutum §. Assessorẽ, de rescript. lib. 6. Dom. in c. Præsenti de offic. ord. eo. lib. Ioan. Andr. & Ancharanus, & Francus, & Ioan. de Ligna. in clem. Gratiæ, de Rescrip. Panor. in c. cum esset, de testam. nu. 21. Anton. in c. fi. de pecul. cler. num. 17. Felynus in c. postulasti. de Rescriptis. nu. 6. & in c. Quarta. de præscript nu. 33. Decius in c. Episcopi de prębẽ. Antonius Burgẽ. in c. 1. de emp. Nau. Tract. de redditibus eccles. q. 1. monit. 20. & q. 2. monitio. 7. Guliel. de monte Langd. in clem. quia contingit. de Relig. domibus, & Aluarus Pelag. de planctu ecclesiæ, c. 28.

Nec obstat Argumentum Adriani vbi supra, quod obligatio, quę obligat soli Deo, non habet onus restituendi licet obligatus delinquat lethaliter nõ soluẽdo.

Respondemus, id esse omnino falsum, immo multæ obligationes soli Deo factę, ad restitutionem arctant, vt si quis voueat, aut iuret daturũ aliquid Deo, vel qđ piã recipiat eo onere, vt det illud Deo, ad restituendũ tenetur si Deo non donet. ca. sũt qui opes, & c. sacrilegium. 17. q. 4. & c. Debitores, de iureiur.

Non etiam officit, quod qui recipit cẽtũ aureos cum onere expendendi & consumandi eos in honorem, & gloriam Regis, seu Ciuitatis, non remanere videtur obligatus ad restituendum, si eos in id nõ expenderit.

Respondemus, immo obligatum esse ad restituendum, Aut Regi, aut Ciuitati, a quibus illos aureos accipit cum tali onere. Arg l. 1. & l. legatam. ff. de admi. rerũ ad ciui. pertin. & l. legatum ciuitatis ff. de vsu, & vsufruct. lega.

Non item obstat argumentum Soti, vbi supra, quod post diuisionem fructuũ, & redditũ de qua in c. vobis, & c. Quatuor, & c. de redditibus 12. q. 1. consignati est. Vna portio Episcopo, alia clericis, alia fabricæ, & alia pauperibus ad competentem eorundem sustentationem: vnde sicut pauperes sunt vere domini portionis suæ, & si profanos vsus expẽdunt, non tenentur ad restitutionem, ita nec clerici suorum beneficiorum fructus male expendentes restitutioni erunt obnoxii.

Quod

Quod confirmat. Tumquia ficut consulibus & decurionibus statuta sunt a Regibus certa stipendia, de quib. ad libitum dispensare possunt, ita beneficiariis instituta est a Christo, & Apostolicæ Ecclesiæ traditione debitum stipendium pro honesta sustentatione, adeo vt sicut quando res Ecclesiæ erant communes, & dabatur illis certa portio ex collectis omnibus redditibus erát vere domini illius portionis, & si quid superabũdabat de illis datis ad sustẽtationem, poterant ad libitum veluti ac de patrimonialibus disponere, ita nũc facta rerum diuisione possint.

Respondetur, quod cum illa bonorũ ecclesiasticorum diuisio, facta solum fuerit ad tollẽdas rixas, quę inter Episcopos, Clericos, fabricatores, & eleemosinarios cõtingebant, eo quod episcopi dictorum communium bonorum administratores, plus iusto sibi attribuebant, vt innuit S. Clemens li. 2. c. 28. & 29. idcirco facta est illorum bonorũ partitio, & cuilibet data sua competens portio, per quam non fuit mutata, nec potuit mutari natura illorũ bonorũ q̃n sint Christi, nec tolli onus intrinsece annexum, vt non expendantur in alios vsus quam propriæ sustentationis, & pauperum. Vnde sicut quando aliquod prædium commune multis, habet obligationem soluendi aliquam pensionem de fructibus eius, si in illos multos sit diuisũ, quilibet est dominus suę portionis, cum onere tamen annexo soluendi partem talis pẽsionis. Nec diuisio potuit hoc onus, quod erat impositũ prędio, euertere, aut mutare. Ita quando bona ecclesiastica erant communia, habebant annexum hoc onus, vt ministris honestè sustentatis, q̃d reliquum esset in opera pia consumaretur, (vt omnes Doctores fatentur) quare post diuisionem idem onus adhuc iniunctum habent. Et ideo falsum est, quod portiones fabricæ, & pauperũ, sint omnino liberæ. Tum quia tales illi redditus, hospitalibus, & fabricę applicati, nequeũt in vsus profanos expendi: Tũ quia si portiones Episcopi, & beneficiariorum perirent, siue adeo nimis extenuarentur, q̃d non sufficerent ad eos alendos, posset iure ex portionibus pauperum, & fabricæ desumi supplementum arg. cap. ad audientiam, de eccle. ædific. veluti è cõtrario Innoc. III. decreuit, vt fabricæ in necessitatem adductę, posset episcopus cum maiori par cap. etiam minore repugnante, e portione capitulari applicare necessaria in cap. si. de his quæ fiunt a maio. par. ca. quæ determinatio Pontificis non videtur iusta si canonici essent ita plene & absolute domini portionis, quæ eis ex dictis fructibus contingit, vt sunt de patrimonialibus cum de his cog. ab Episcopo non possint ad subueniendum fabricę necessitati.

Nec valet illud, quod adiicitur de consulibus, & decurionibus. Nam horum stipendia, non dantur cum annexo onere distribuendi aliis, sicut dantur beneficiarijs sua stipendia, cum hoc onere, quod habẽt ecclesiastica omnia bona annexum, vt superfluum diuidatur in pauperes.

Non item refragatur quod c. 1. de cle. non resid. dicitur beneficiarios qui non intersunt, non effici dominos distributionum quotidianarum. significans a contrario sensu, fieri dominos illarum, qui eis intersunt. Iam autem dominum alicuius rei posse ad libitum de ea disponere, absq. vllo restitutionis vinculo, colligitur ex l. si quis vi, §. differentia, ff. de acq. poss.

Respon. illud beneficiarios esse dominos suorum redditLuum intelligendum esse de domino, & obligato ad erogandum superflua pauperibus, non autem de domino absoluto, & prorsus liberos sunt enim veluti æconomi, & dispensatores illorum redditũum, ad erogandũm, quod superesset, pauperibus.

Non etiam contradicit si dicatur, beneficiatum, qui non habet patrimonialia, quibus sua debita soluat, debere, imo cogi posse ad soluendum creditorib. de redditibus suis, vt patet c. peruenit. de fideiuss. id quod tamen non liceret, si huiusmodi redditus essent pauperum, cum nemo per res, quæ non sunt suę, possit satisfacere soluendo alteri. arg. c. forte, & deniq.

14.q.5. Respõ. quod beneficiatus, qñ non habet aliunde quibus soluat, cõnumeratur inter pauperes, & ideo potest ex redditibus sui beneficii capere, tanquam pauper, id quod sufficit ad debita soluenda. Neq; ob hoc ipsius beneficiarii creditores præferuntur pauperibus, sed beneficiarius, se ipsum, vt pauperem præfert aliis pauperibus, quatenus a iure est sibi concessa facultas distribuendi, & applicãdi superflua illis pauperibus, quos ipse elegerit, & eligendo inter alios pauperes primo se ipsum, seruat ordinem charitatis. c. si non licet. 23.q.5.

Neque item repugnat, quod in extrauag. suscepti in ti. ne sede vacan. approbatur cõsuetudo, vt beneficiarius percipiat post mortẽ redditus beneficii primi, aut secundi anni, ex quo videtur approbari consuetudo, quod beneficiarii testari possint de fructibus primi, aut secundi anni post mortem suam perceptis, vt tenet Ioan. Andr. communiter receptus in c. Nemo plus iuris de reg. iu. lib. 6.

Respondemus ex illa extrauaganti, tale non colligi, & dato quod colligeretur. Intelligendum id esset de consuetudine testandi in pios vsus, & non in profanos, vt Zanzelinus in gl. eiusdem extrauagantis habet quæ est Ioan. 22. & citatur in ti. de elect. Quo fit vt hæredes beneficiariis defuncti, si accipiunt dictos fructus alio titulo, qui quia vere pauperes, aut vt debita defuncti ex illis soluant, vel in recõpensationem bonorum patrimonialium, qui defunctus in vtilitatem ecclesię conuertit, non solum peccant mortaliter, sed restitutionis onere præmuntur. Vnde etiam colliges, quod nunquam beneficiarius quamuis Cardinalis, habens facultatem testandi, potest disponere, vel legare in alios quam in pios vsus, alia ille damnatur, & hæredes si diuites sunt, non debent absolui nisi restituãt. Tum quia impendere redditus ecclesiasticos in vsus omnino profanos, est contra legem naturæ, & ideo ad dispensandum in hoc tanta requiritur causa quanta ad dispensandum in aliis legibus naturæ, alias dispensatio, est in foro conscient. nulla cap. Non est, de voto, & c. Quando, de iur.

Tum quia cum prædicta facultas sit priuilegium, & operari possit effectum testandi ad vsus pios, non debet contra ius commune alium modis exorbitantem operari, scilicet testandi ad profanos. arg. c. porrò de priuileg. & c. 1. de rescript. vbi diffuse Deci. col.). Tum quia cum impendere ecclesiasticos redditus, in laycales vsus, sit peccatum, & in pios vsus, si charitatis, & iustitiæ opus, dicendum est facultatem illam datam a Papa cõcedere potius nõ delictum, quam delictum, c. 2. de reg. iu. l. si procurator, ff. de condit. inde. l. Merito, ff. pro socio.

Nec obst. dicere, quod quamuis decimæ, oblationes, & cætera bona, seu redditus ecclesiastici, sint iure diuino, & naturali impendenda operibus piis, per consuetudinẽ tamen, & leges ecclesiasticas determinari potest, quæ quantitas horũ reddituum debeat illis operibus applicari, vt quæ ad honestam sustentationem beneficiatiis, cui determinationi standũ in conscientia erit, adeo quod vltra id, ꝙ est applicatum huic, vel illi pio operi, nõ erit iam illicitum applicare, quod superest aliis quibusuis operibus etiam profanis. Respon. quod illę solæ determinationes legum diuinarum, & naturalium valent, per quos non euertuntur, & tolluntur illæ, sed potius adiuuantur, & determinantur, vt legem naturalem de puniẽdo crimine, quæ lex humana iuberet crimen esse præmio, & honore afficiendum, non declararet, sed destrueret. Et legem diuinam de cõfitendo Sacerdoti, quæ lex humana præciperet confiteri Angelo, nõ declarans, sed euertens diceretur: Ita lex, vel consuetudo humana, quę præciperet bona ecclesiastica impendi posse in vsus profanos, & alios ab his in quos lex naturalis, & diuina de impendendis eis in opera pia mandat, esset non adiuuans, & determinans, sed omnino destruens, & euertens: bene tamen posset determinare, vt distribuerentur, & impenderentur in vsus pios, in hos, aut in illos, pios tamen.

Quan-

Quandoquidem nullus Monarca, nec etiam Papa, potest sine iusta causa mutare voluntates disponentium, & legantium res in vsum piũ, vt conuertantur in vsum profanum, nec potest dare facultatem alicui, vt rebus in vnum vsum dicatis, vtatur in alium contrarium vsum, vt habetur in Clem. Quia contingit. de Relig. domibus, & c. 1. de probat. l. legatum. ff. de admi. rer. ad Ciuita. pert. l. testamenta C. de testa.

Ex quo deinde colliges, quod & si consuetudo testandi ad opera pia de redditibus ecclesiasticis, esset prescriptibilis, & præscripta fortè sit in Hispaniæ partibus, consuetudo tamen testandi ad prophana pro libito, cum sit iuri naturali, & diuino contraria, nequaquam præscribi potest: immo experientia ipsa satis compertum habemus, eas familias, quæ ecclesiasticis redditibus accreuerunt, cito & grauiter corruisse, & fœminas quæ ex talibus redditibus splendidè dotatæ fuerunt, vt vltra conditionem suam viris altioris ordinis nuberent, despici tandem, ac odio haberi, & pœnas pro clericorum dotantium peccatis luere. Vide Fratr. Ioan. Bormiardũ in summa prædicantium litera P. xiij. an. 41. Nauar. tract. de redditibus eccles. q. 3. Monit. 17.

Dubitabit tamen confessor, vnde debeat beneficiarius male impensa restituere, cum nihil habet nisi ecclesiasticos redditus, qui semper sunt debiti operibus piis, & ex eo, quod est alteri debitum, nõ possit fieri restitutio.

Respondemus, quod si beneficiarius habet bona patrimonialia, vel quasi patrimonialia, debet ex illis tantum restituere pauperibus, quantũ ex ecclesiasticis redditibus impendit in vsus profanos, & illicitos; quod si patrimonialibus caret, tunc restiuat de eo quod acquirere potest parcius viuendo, aut de illo quod merebitur vltra suam competentem sustentationẽ, inseruiendo multo plus beneficio, quam si alias obligatus: Vel de eo, quod per industriam suam, donationes, ac vltimas voluntates obtinere potuerit: siue de illo, quod recuperare valet ab his quibus male, & iniustè dedit arg. c. si qui presbyterorum. de rebus eccles. non alienan. & docet Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 7. Quod si denique quis petat, quantum ex beneficii redditibus possit beneficiarius accipere pro honesta, & conuenienti sustentatione, ita vt omne quod reliquum fuerit, pauperibus erogare teneatur. Respondemus, id prudentis viri, & timentis Deum iudicio esse æstimandum, pensata qualitate personæ, alimentorum penuria, circumspecta etiam virtute animi, litteratura gradu doctorali, & meritis erga sedem Apostolicã, vel aliam ecclesiam particularem, seu Rẽpublicam Christianam, attenta item complexione delicata beneficiarii, hospitalitate fieri solita, moribus hominum illius regionis quoad esum, potum, vestitum, habitationem, & medicina, ita vt non solum possit viuere honestè, sed etiam decẽter, vt ait gl. c. 1. de statu Reg. lib. 6. verb. penuria, & diffuse declarat Nauar. Miscellaneo 6. de oratione. Multa, enim quę per iustitiam debentur, nec quantitas præcise scitur, posse & debere arbitrari, & determinari iudicio viri prudentis, docet D. Th. 2. 2. q. 185. ar. 7. & quolib. 6. ar. 12.

CASVS II.

Dominicus Parochus certo nouit Antonium falsa quandam suspicione suasum omne consilium inire de vxore interficienda cui homicidio cum facili admonitione potuerit obuiare id tamen non præstitit, eo quia natura piger, & de rebus alienis parum sollicitus; perpetrato nunc vxoricidio sit sibi ab aliquibus scrupulus quod illi non occurrerit, cum facile posset; & solus id nouisset.

Quæritur an in irregularitatem inciderit & à quo absolui valeat.

IN casu presenti, sunt qui putent, hunc Parochum in irregularitatẽ incidisse. Tum quia ratione sui officii tenebatur con-

consulere animæ tam mulieris, quę forsan erat tunc in malo statu; quam mariti, qui vxorem iniuste occidendo, peccabat mortaliter. Et in eo quia ei constabat de iniusta occisione, cui ex Parochiali munere tenebatur obstare, & illam non impediuit, effectusq; est sequutus, videtur in irregularitatem incurrisse. arg. cap. sicut (i ,num de homicidio § illi etiam, vbi dicitur, qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, eum occidit, & infra. Nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori non desinit obuiare.

Tum quia, & si omissio operum charitatis, obligantis etiam ad mortale, non inducat pænam irregularitatis, omissio tamen operum iustitiæ, illam inducit, quādo ex tali omissione sequuta est deformatio. per tex. in c. Tua de homic. & cap. fin. eo. titu. lib. 6. & tradit cum communi Nauar. in man. c. 27. nu. 221. Iam autem Parochus tenebatur non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia, illud homicidiū impedire, vt cui subditorum cura est specialiter commissa.

Tum quia tunc aliquis dicitur velle aliquem effectum, & consentire in illum, quando vel illum directè intendit, vel quando eum potuerit, & debuerit prohibere, non prohibuit cap. qui alios. de hæreticis, & cap. Facientis, dist. 86 vbi dicitur, facientis culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare: scriptum quippè est non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes iudicantur. Cum ergo in casu proposito, desierit prohibere homicidium, quod prohibere facile potuit, & debuit, quia illi soli notum, & quia ex officio cura subditorum illi inest, videtur quod illud saltem indirecte voluerit, ac proinde sit irregularis.

Tandem in c. Quantæ, de sent. excommu. qui videt clericum percuti, & non impedit cum possit, in excommunicationem incurrit, quia eos delinquentibus fauere interpretamur, qui cum possint manifesto facinori desinūt obuiare: ergo a simili, irregularitatem incurret clericus, qui subditum suum permittit occidi, cum ambo sint pœnæ ecclesiasticæ, & respectus ille, qui est subditi ad prælatum quoad defensionem, est etiam prælati ad subditum. Adeo quod cum huiusmodi omissio, sit in ordinem ad alterum, ac proinde contra iustitiam, videtur, quod ex homicidio sequuto, contrahat, omittens impedire, semper irregularitatem. In hac opinione fuit Ioannes, quem Bernardus in d cap. Quantæ refert. & Syluester homicidium. 3. q. 5. §. Quintum Prælati. Et Glossa in c. significasti el 1. de homicidio, vbi ad hanc irregularitatem, quæ ex homicidio prouenit incurrendum, sufficere arbitratur, culpā quamuis leuissimā commissionis, seu omissionis: Et Caiet. 2. 2. q. 64. art. 4. putat sufficere negligentiā, quæ sit peccatum veniale, quę videtur esse opinio D. Tho. eodem loco, & par. 2. q. 73. art. 8. quam sequuntur multi alii ea ratione, quia peccans venialiter in non remouendo causam à qua homicidium sequutum est, videtur illud aliquo modo voluisse; Nam aliter nullo modo interueniret peccatum, nec etiam veniale, cum veniale peccatum sit voluntariū. idem Caie. verbo restitutio. in illi particula. Non manifestans

Contra tamen sentētia, quod iste Parochus non incurrerit in irregularitatem, est nobis probabilior, & verior, quam habeat Host. in summa de homicidio, §. Quia pæna Archidiaconus in ca. omnes, 17. q. 4. Tiraq. in tract. de pęn. remit. causa 44. Marian. Soc. in Repet. c. Ad audientiam, q. 7. Summa confes. lib. 2. art. 1. q. 32. Sot. lib. 5. de iust. & iu. q. 1 art 9. Couarr. in Clem. si furiosus, par. 2 §. 4. nu. 10. Alphonsus a Castro lib. 2. de lege pænali, c. 14. Nauar. in Manua. cap. 24. num. 16. & cap. 27. nu. 231. & c. Non inferenda, 23. q. 3. Et Tabien. verbo irregularitas. 2. § 23. Casum similem contigisse Ferrariæ, & sic decisum affirmat.

Adducor ergo in hanc sentētiam, quia ad incurrendam hanc irregularitatem ob homicidium ex sola omissione, necessum

ſum eſt, quod illa omiſſio in primis ſit mortalis, deinde, quod contrarietur legi iuſtitiæ, hoc eſt vt non ſolum iure naturali, & diuino teneatur quis alium defendere, ſed etiam iure legali canonico, aut ciuili, vt ex communi ſent. probat Deci. in l. culpa caret, ff. de reg. iur.

Et quod omiſſio, quæ ſit culpa mortalis requiratur patet. Tũ ex text in c. Quęſitum, de pænitentiis, & remiſſionibus vbi habetur, Clericos Græcos non fieri irregulares ſi aliquando illorum incuria, & negligentia infantes eorum, in cuius mortui reperiantur: niſi talis negligentia fuerit ſtudioſa, & affectata, quæ certe eſt peccatum mortale.

Tum quia irregularitas, quæ in homicidio etiam caſualiter, & indirectè volito incurritur, eſt impoſita non ratione dumtaxat ſignificationis, ſed ob pænam illius delicti, iam autem cum pęna debeat proportionari culpæ, iniuſtũ videtur, quod tam grauis pæna, vt eſt irregularitas, quæ omnium ordinum vſu priuat, imponatur pro culpa veniali, neque .n. ſolent leges, actus imperfectos, & leues, tam acriter punire c. Non afferamus, 34. q. 1.

Tum quia irregularitas, nata ex delicto, non incurritur abſque contemptu, vnde a iuriſperitis appellatur pæna contemptus Pan. in c paſtora. de appel. §. verum num. 15. Domin. in ca. ſolet de ſent. excom. lib. 6. Fely. in c. Rodulphus. de reſcri. num. 43. Naua. in comm. c. ſi quando de reſcript. Reſcrip. Remedio 2. nu. 7.

Ex quibus patet, quod ſi Parochi negligentia in non impediẽdo homicidio fuerit venialis, ex quadam ſolum naturali incuria, & pigritia orta, vel ex inconſideratione facti, quod non putabat ita celeriter euenturũ, & non ex contemptu legis diuinæ, aut humanæ, non contraxit irregularitatem.

Quod ſi demus talem negligentiam eſſe mortalem, vt qui mulieri innocenti in extremo vitæ diſcrimine conſtitutæ, cum facile poſſit vltro ſubuenire omiſit, nec ab homicidio liberauit, cum ſcriptura dicat Pſ. eripite pauperem, & egenum, de manu peccatoris liberate, & Prouerbiorum c. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & ad Roman. 1. digni ſunt morte, nõ ſolum, qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, vbi gloſſ. ait, conſentire, eſt tacere, cum poſſit redarguere iniquitatem non adhuc fieret irregularis, cum pręter negligentiam mortalem, requiratur, vt ſit contraria legi iuſtitiæ, vt inde pæna hæc irregularitatis contrahatur.

Tum quia irregularitas ex delicto proueniens, non incurritur, niſi tale delictũ ſit directè, vel indirectè volitum. iam autem actio alterius, ad quam ego efficienter non concurro, nunquam fit mihi indirecte voluntaria, niſi ego potuerim, & debuerim illam impedire, vt ait D. Tho. 1. 2 q. 6 art. 3.

Tum quia non obſtans, vel tacens, vel non manifeſtans cum poſſit, ſi ad id non tenetur ex officio, peccat ſolum contra charitatem: hæc enim proximi damnis, & malis obuia nos præcipit: ſed ex tranſgreſſione charitatis non imponitur pœna exterior, & præcipuè adeo grauis, vt eſt irregularitas: vnde communiter Theologi aſſerunt, non teneri ad reſtitutionem, nõ obſtantem, vel tacentem, vel non manifeſtantem, niſi quando tenebantur ex officio damnum proximi impedire: quia tunc ſolum agunt contra iuſtitiam.

Tum quia ad irregularitatem contrahendam ex homicidio, requiritur actus, qui ſit illius cauſa ita, vt ſit actus poſitiuus formaliter, vel æquiualenter, omiſſio autem illa ſola æquiualet facto, quando non fit id quod debuit fieri, vt notat gloſ. in l. Si mora, ff ſolut. matrimonio vbi appellatur factum omiſſio traditionis dotis debitæ mulieri, & Bart. Alexand. & alii Iuriſperiti, cum gl. in l. 2. ff. de verb. obli. aſſerunt diuiſionem illam Iuriſconſulti, qua diuidit ſtipulationem de faciendo, & dando, comprehendere etiam ſtipulationem de non faciendo, & non dando, quia hic interuenit contractus iuſtitię legalis.

Tum quia in ca. Si quis viduam. d. 50. vbi

vbi enumerantur omnes casus, propter quos ex homicidio incurritur irregularitas, nulla fit de non impediente mentio, sed solum habetur, quod si homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione conscius fuerit; & ad clericum venerit, deiiciatur, imò gloss. ibi notat, quod velle homicidium antea quā fiat, & post factum ratum habere, non inducit irregularitatem.

Tum quia Medicus, qui non vult curare infirmum, qui ob id è vita discessit, & diues non pascens extremè agentem, & fame mortuum: & si mortaliter peccent, nō tamen sunt irregulares, eo quod mors illa non sequitur ex opere illicito lege specialis iustitiæ, sed solius charitatis: omissio autem operum charitatis, sicut non obligat ad restitutionem damni subsequentis: ita nec ad irregularitatem, quāuis talis omisso fuerit voluntaria, & cum desiderio mortis eius cui subuenire omittitur: vt docet inter alios S. Anto. 3. par. titul. 28. cap. 2. Nauar. in man. ca. 17. num. 231.

Tum quia omittens impedire, & si pręsumatur consentire; non tamen semper præsumitur auxiliari, saltē auxilio quod delicti participem illum directè efficiat; quod requiritur ad hanc irregularitatem contrahendam.

Nam duæ præsumptiones speciales, non debent circa idem concurrere, pręcipue ad augendum delictum. l. Cod. de dot. promiss. Et notat Card. in c. Quia circa de consang. Hoc autem fieret in casu pręsenti, si non solum consensus, sed auxilium, ex illa omissione præsumeretur.

Tum quia in ca. Petrus, de homicidio voluntario, dicitur expressè, quod non impediens homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo sequuto, nisi quando vltra quod non prohibuit, dedit expressam causam, vel occasionem vt tale homicidium fieret vbi gl. notat, requirit causam, vel occasionem propinquam. arg. c. de cætero, & c. Ad audientiam de homicidio.

Et confirmatur, per text. in cap. Quia præsulatus. 1. quęst. 4. quo loco declaratur Clericus non esse irregularis, quamuis parentes eius comprehenderint, & oculos eruerint cuidam presbytero vsurpanti illius ecclesiam, eo quod absque sua voluntate, & sine eius consilio hoc sit peractum.

Tum quia veluti, vt incurratur excommunicato, cap. si quis suadente. 17. q. 4. non sufficit consentire etiam malitiosè, si eius nomine percussio non fiat, nec aliquo modo annuat: Ita in casu nostro, irregularitas non incurritur. quāuis presbyter curatus, homicidium non impediuerit, cum nullum prorsus ad id consilium, aut auxilium dederit, ac propterea qui solum non defendit, non delinquit iure ciuili, nec punitur in foro exteriori, & tamen si præsumeretur auxiliari, puniretur, c. 1. de offic. deleg.

Ex quibus omnibus colligitur Parochum in casu nostro, ex sola omissione admonitionis faciendæ vxori illi, ad euitandum homicidium, non incidisse in irregularitatem, quia, & si Parochus ex officio, & de iustitia teneatur defendere subditos suos, & curam illorum gerere, ad hoc tamen non videtur obligari alia ratione, quam per administrationem sacramentorum, arg. c. Dudum de cle. & cap. cum infirmitas de pœn. & remis. declarat Caiet. 2. 2. q. 164. ar. 8.

Et ideo si sciat aliquem furem velle furari, non peccat contra legem iustitię, nec restitutioni est obnoxius, si id non impediat, vel prohibeat, cum ex officio illi non incumbat cura boni temporalis publici, aut priuati, sed cura animarum: Nec est minister ad iustitiæ vindictam, sed ad spiritualis salutis acquisitionem, agereque debeat pro reducendis ouibus ad cęlum, quorum est pastor, idque prædicando ac sacramentando, non autem accusando, aut denuntiando.

Nec obstant in contrarium adducta. Ad Primum enim quo dicebat Parochū teneri ex officio consulere animæ tam mulieris, quam viri, qui sub illius cura viuant.

Respon-

Respondetur, teneri consulere illorum animę per doctrinam, quando laborant ignorantia eorũ quę necessaria sunt ad salutem, & per administrationem sacramentorum, quando illa petunt, & tunc solum peccant in officio, & tenetur de damno: quando vel omittunt docere necessaria ad salutem, vel denegant sacramenta petenti: omissio autem ex negligentia in aliis, est peccatum contra charitatem proximi, quia non tenentur ex debito officij, & iustitiæ impedire omnia vitia, & omnia damna: sed solum illa quę ex ignorantia in rebus ad salutem necessarijs, & ex defectu administrationis sacramentorum petentibus obuenirent: Etc. Sicut dignum de Homicidio, non loquitur quoad restitutionem & censuram, nisi de eo tantum, qui ex iustitia tenetur obuiare, & definit.

Ad secundum dicimus, parochum non teneri ex officio ad impedienda omnia mala suorum subditorum, sed illa solum, quæ prouenıunt aut ab errore, aut carentia sacramentorum, tenetur enim ex officio tantum docere, & sacramenta ministrare, & exemplo pascere, vt habetur in Conc. Trid. sess. 3. c. 1.

Ad Tertium Respondetur similiter, quod assumptum est verum de eo, qui potuit, & debuit debito iustitiæ prohibere, non autem de eo, qui potuit debito charitatis, vt est in casu præsenti.

Ad quartum desumptum ex c. Quantæ, de sententia excommunicationis. Respondetur, primo quod ille textus non loquitur de irregularitate, sed de excommunicatione; quia peccarunt grauiter contra charitatem non impedientes percussionem illam, publice factam clerico: excommunicatio autem non tantum fertur pro peccatis contra iustitiam, sed etiam pro mortali contra charitatem, & magis fundatur in præsumptione quoad forum exterius, quam in vera dispositione, & vero consensu cooperatiuo, qui requiritur ad eam incurrendam in foro exteriori, vt ait Nau. in man. c. 27. nu. 232.

Respondetur secundo, ibi agitur in casu, in quo delictum erat notorium, adeo quod quatuor concurrebant, scilicet potestas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiusdem, et notorietas delicti, hoc est manifeste constabat illud esse delictum, & manifeste erat commissum, hic enim quatuor concurrentibus, non solum præsumitur consensus, sed etiam auxilium. At in casu nostro, non concurrebat notorietas delicti, & ideo casus decisus in dicto cap. Quantæ, non potest ad nostrum deduci. Nau. in Man. c. 24. numero 20.

Nec officit id quod additur, hanc scilicet omissionem esse in ordine ad alterũ; ac proinde contra iustitiam.

Respondetur, duplicem esse iustitiam, vnam generalem, quæ versatur in referẽdo omnes actus virtutum in commune bonum. Aliam specialem, quæ versatur circa res, & actus exteriores, & in reddẽdo debitum secundum æqualitatem, & huius iustitiæ transgressio, non illius, obligat ad restitutionem. Nec satis est vt aliqua omissio sit ad alterum, ad hoc vt quis restituere teneatur, sed necessum vitra est vt consistat in non reddendo debitum legale secundum æqualitatem: Nam misericordia, pietas, liberalitas, modestia, regie, & cæteræ aliæ virtutes, quæ iustitiæ sunt annexæ, & eius quasi partes potentiales vocantur, quamuis versantur in alijs quę sunt ad alterum, differunt tamen a iustitia speciali.

Tum quod hæc principaliter, & immediate occupatus circa res, & actiones exteriores ad reponẽdam, & constituendam in eis æqualitatem illius, quod formaliter, vel virtualiter datur, & accipitur: Alię vero virtutes occupantur principaliter, & immediatè circa actus interiores in mouendo, vel moderando passiones animi, licet minus principaliter & cõsequenter moueant etiam ad actus exteriores, vt ait D. Th. 2. 2. q. 1 12. ar. 1. ad 4.

Tum etiam quia iustitia specialis, versatur in reddendo debitum legale, secundum æqualitatem: sed aliæ virtutes consistunt, vel in reddendo debitum morale

tan-

tantum: vt liberalitas ac modestia, vel in reddendo debitum legale, sed non secundum æqualitatem, vt Religio qua reddimus Deo debitum, & pietas, qua exhibemus parentibus patriæ, & sanguine iunctis nec nō virtute, & dignitate præeminentibus, debitum cultum, & obseruantiam, ut ait S. Tho. 2. 2 q. 80. art. 1. Et tamen nulla virtus præter iustitiam specialem, obligat ad restitutionem, vt docet Alexander de Hales, communiter receptus par. 2. q. 87. & Adrianus in 4. de Rest. q. 1. coll. 9. §. de currentibus cum fure. Sotus de iust. & iur. lib. 5. q. 3. ar 4. Nauar. in Tract. de redditibus eccle. q. 2. mon. 3.

Ex his ergo omnibus concludendum est in casu præsenti, non contraxisse Parochum irregularitatē, & a peccato omissæ admonitionis absolui posse per quemcūque confessorem.

CASVS III.

Martha, de Mariti amore suspecta, secretò in adulterio illum deprehendit ob quam causam sunt multi menses a quibus debitum coniugale reddere marito obnixo petenti, renuit. Nunc veniens ad confessionem rem omnem aperit: nec vult a proposito diuelli, nisi maritus iureiurando polliceatur, in simile peccatum iterum non lapsurum.

Queritur An perseuerans in dicto proposito nō reddendi debitum, possit absolui.

NOn defuerunt, qui dicerent, vxorem hanc peccare, Nec absolui posse, denegando debitum marito petenti his adducti rationibus.

Tum quia mulier non potest, nec debet virum corrigere facto, sed verbo; cum illa non sit viri caput, sed è contra vir caput mulieris, vt ait Apostolus 1. ad Corinth. cap. 7.

Tum quod Christus Matthæi. 19. non cōcessit facultatem diuortii nisi viro, propter adulterium vxoris: Nec olim in lege veteri erat licitum vxori discedere a viro: quia maius nocumentum infert adulterium ab vxore perpetratum, quam a viro: vt quod in vxore, prorsus tollit prolis certitudinem, ob quam id quod concessum est viro, ne alienos filios nutriat adulteram dimittere, non videtur concessum vxori. vt adultero viro debitum coniugale neget, quæ negatio est quasi quoddam diuortium thori.

Tum quia vir, petendo debitum, videtur veniam, de iniuria postulare: petenti autem veniam, ea deneganda non est.

Tum quia non reddendo debitum petenti, & nihilominus cum illo cohabitando, dat causam marito reincedendi in idē adulterium.

Tum demum, quia nullus potest authoritate propria, vindictam de iniuria sibi facta summere dicēte D. Paulo ad Ro. 12 Non vos defendentes, idest vindicantes, si ergo vxor, absque peccato posset denegare coniugale debitum marito adultero; ipsa profecto vindex esse suæ iniuriæ.

In hac sententiā videtur inclinare Paludanus in 4. senten. dist. 36. & Caie. sup. Matth. c. 19.

Hęc sententia, quatenus ponit vxorem in causa diuortii quoad thorum, siue in non reddendo debitum adultero marito, non esse viro parem, est plusquam falsa, fuitque Parisiis tanquam hęretica damnata, & contra eam est textus Innocentii cap Christiana. 32. qu. 5. vbi dicitur, quod Christiana religio, adulterium in vtroque sexu, pari ratione condemnat. Et c. Apostolus ea. causa q. 7. ex P. Augustino lib. de bono coniugali, sic refertur, potest enim fieri vt vxor discedat ea causa qua dominus permisit: at si fœminæ licet virum suum dimittere propter fornicationis causam; quare Apostolus quando dixit, præcipio non ego, sed dominus, vxorem a viro suo non discedere, non addit excepta causa fornicationis, quod dominus permittit, nisi quod similem formam vult intelligi. Id ipsum etiam expresse habetur, ea causa, & q. ex D. Ambrosio in c. vxor a viro.

Pro-

Probatur etiam ratione; Nam si æquale est ius in debito coniugali viri,& vxoris,& D. Paulus asserit, vxorem non habere potestatem corporis sui, sed virum: nec virum sui, sed vxorem; sequitur pari etiã iure teneri virum seruare vxori fidem, vt vxor viro. Quare si propter fractionem fidei, potest vir ab vxoris thoro diuertere,& debitum negare, vt ait Dominus in Euangelio, poterit similiter vxor, ab adultero marito diuertere, illique coniugale debitum non præstare, cum æqualis obligatio fidei seruandę, in vtroque existat.

Nec obstat quod ius ciuile facultatem det viro, vt adulteram vxorem ad vltimum supplicium petere,& agere valeat, vxori autem contra maritum adulterum hoc non concedit.

Respondemus, ius ciuile non tam æqualitatis mutuæ fidei inter coniuges rationem habere, quam honestatis,& subiectionis debitæ vxori, ac incertitudinis populum: Nam adultera vxor, falsos hæredes supponens, Rempublicam perturbat; cui perturbationi vt occurreret, ius dedit marito illã accusandi, in foro tamẽ conscientiæ in quo fractę fidei æqualitas expenditur, vxori idem ius denegandi debitum, ac marito conceditur.

Et quamuis maritus sit caput vxoris in gubernatione familiæ, qui est finis secundarius matrimonii, sunt tamen ambo æquales in fide coniugali seruanda, qui est finis primarius,& ideo sicut naturali, ac diuino iure potest vir negare debitum vxori adulteræ, ita e contra vxor viro adultero, quatenus ratio ipsa dictat vt frãgenti fidem fides frangatur eidem. Nec hoc est punire maritum, sed est vti iure sibi concesso. cap. Peruenit, extra, de iureiuran.

Christus autem Matthæi 19. de iure solum viri egit, non quod idem vxori non competat, sed quia cum Iudæis loquebatur, apud quos quæstio orta erat, an in lege euangelica liceret vxorem dimittere iisdem pluribus de causis quibus in lege mosayca,& ita Christus Dominus respõdens quæsito, inquit, non nisi fornicationis causa esse licitum viro, dimittere vxorem. Sed cum huiusce fidei seruandæ obligatio, sit tam in vxore, quam in viro par, ob quam vir diuortium facere potest, tanquam manifestum reliquit, vxori quoque idem ius patrocinari.

Quod si in lege veteri, non permittebatur repudium in alio quam in viro, hoc erat ad euitandum vxoricidium ne Iudæi vxores facile interficerent, quod periculum in fæminis non erat.

Et licet adulter petendo debitum coniugale ab innocente, videatur de iniuria veniam postulare, nõ tenetur tamen innocens iuri suo cedere,& illud reddere: quia reconciliatio fieri debet, saluo iure,& interesse debito parti, cum hoc spectet ad iustitiam, illa ad charitatem,& quamuis debeat dimittere iniuriam, potest tamen,& debet corrigere culpam, vt ait D. Bonau. 4. sen. dist. 35. q. 2. Consilium tamen optimum est, vt persuadeatur a confessore innocens,& maximè vxor, ad debitum reddendum marito. Tum quia per hoc nullus iudicabit vxorem consentire in adulterio mariti, cum satis constet fæminas Zelotypia vti. Tum quia nulla proinde maculatur infamia, cum nihil de vxoris honore detrahat mariti adulterium. Tum quia nullo se obiicit periculo incertitudinis filiorum, cum ipsa vxor sit quæ certissimos edit partus.

Quamuis igitur certum sit, coniuges esse in causa diuortii æquales, controuersum tamen adhuc est, an ius hoc valeat in adulterio secreto.

Raymundus in sua summa, verb. Matrimonium existimat, non posse coniugem innocentem denegare adultero debitum, nisi quando adulterium est publicum.

Tum quia vterque coniugum habet duplex ius in altero, nempe actiuum petendi,& passiuum vt sibi reddatur,& ideo quamus primum amiserit adulterando, non tamen secundum, quando adulterium est secretum.

Tum quia crimen quamdiu latet, non aufert possessorem suo iure,& ideo cum maritus

maritus sit in possessione petendi debitum, non perdit hoc ius per secretum adulterium.

Tum quia diuortium fieri nequit priuata authoritate, sed sola publica Ecclesiæ vt habetur in ca. Porro, de diuortiis. Iam autem denegatio perpetua debiti cõiugalis, est diuortium a thoro quod matrimonio magis aduersatur, quam diuortium à domo. Hæc opinio est a veritate aliena. Et ideo ad præsentem casum dicimus, quod & si in libera voluntate, & potestate vxoris, sit reddere debitum marito adultero, siue adulterium sit publicum, siue secretum, si tamen illud neget, nec reddere velit, non peccat, debetque a confessore absolui, quantumuis in tali animo denegandi debitum adultero perseueret.

Primum ex eo patet: Tum quia potest quilibet renunciare iuri, & fauori suo, vt late probat Panor. in c. si de terra, de priuilegijs.

Tum quia culpa non debet nocere innocenti, noceret autem plurimum si ob adulterium a marito commissum perderet vxor innocens libertatem, vel petendi vel reddendi.

Tum quia maritus, quamuis adulter, non peccat petendo ab vxore, coniugale debitum, vt rem licitam, quamuis peccet petendo vt rem debitam. Nam adulterium, tollit quidem ius exigendi seu cogendi innocentem, ut reddat debitum, sed non ius rogandi, vt si velit reddat, eo quod vinculum matrimonii persistit etiam post adulterium: Nec Christus Dominus Matthæi 15. & Luc. 16. prohibuit facultatem innocenti ad reddendum, & si prohibuerit potestatem adultero petendi, vt rem prorsus debitam.

Secundum videlicet quod possit non reddere absque peccato, debeatque a confessore absolui, probatur.

Tum quia vxor, deprehendens maritum in adulterio, certa iam est, fidem sibi in coniugio datam fuisse a marito fracta & ius naturę concedit, vt frangenti fidẽ, fides non seruetur. l. cum proponas. C. de pactis, & cap. peruenit. de iureiur.

Tum quia, & si Christus dominus nõ iusserit, permisit tamen vt innocens, à thoro adulteri possit se diuellere ac separare, vt patet Mathæi c. 5. eo quod adulterium cum bonis matrimonij repugnet, quæ sunt fides proles, & sacramenti significatio, nempe vnius cum vna.

Tum quia innocens reddendo, fit bigamus, ac proinde irregularis; perditq. stal tim ius petendi apud iudicem diuortiũ; quatenus per redditionem, reconciliatur, & condonat delictum. & ideo cum non teneatur innocens hæc perpeti incõmoda, potuerit iuste negare debitum adultero.

Tum demum quia, & si diuortium a domo fieri nequeat absque iudicis authoritate eo quod coniugem quem publicè sibi copulauit, è domo expellere, sit publicum supplicium, & hoc nõ nisi iudex publicus inferre valet, diuortium tamen à thoro, cum solum dicat abstinentiam occultam, & priuatam ab vsu coniugali, potest ob delictum occultum priuata authoritate fieri; cum hoc non sit punire subditum, sed corripere æqualem. Immo si maritus in tali secreto adulterio deprehensus ageret apud iudicem, quod vxor non vult illi debitum coniugale reddere, & sic quia hęc non potest adulterium probare, cogeretur per censuras debitum soluere marito, posset innocens vxor in foro conscientiæ non parere dictæ sententię; absoluendaque a confessore esset quamuis debitum reddere nollet, & ratio est, quia illa sententia, etsi in foro exteriori sit legitima, tamen cum fundetur in falsa præsumptione, nempe quod maritus non sit adulter, non ligat in foro animæ, in quo veritati statur, vt declarat Sotus in 4. distin. 3. 6. q. 1. art. 3. §. Alia est ambiguitas.

Fatemur tamen persuadendum esse coniugi innocenti, & præcipuè vxori, vt marito quamuis adultero, debitum non deneget: Tum quia sic vir facilius emendabitur, & ab adulterio recedet: Tũ quia illa debiti negatio, tantum abest, vt cedat

in

in remedium viro, vt potius occasionem præbeat maioris præcipitii: eo quod nutritur ita odium erga vxorem, & crudeliores in dies fiunt in ipsas mariti. Quod si huic persuasioni nō acquiescat vxor, cogi a confessore nequit per subtractionem absolutionis, nisi forte id faceret ex odio, seu vindicta, quæ diuersa est circunstantia ab illa qua vult vti iure suo, hoc enim semper licet. S. Ant. 3. p. tit. 1. c. 2. §. 8. Cai. Tom. 1. opusc. tract. 31. Resp. 4. D. Bonauentura d. 35. Summa Hostiensis titu. de diuortii Syluest. verb. debitum coniugale Armilla eo §. 4. Quod si quis inquirat, An sola suspitio de adulterio sufficiat ad hoc, vt innocens coniux debitum negare possit.

Respondemus, suspitionem non sufficere, sed requiri scientiam, hoc est talem certitudinē, qualis si in iudicio constaret, & probari posset, diuortium iudicaretur. Vt puta si adulter in cubili cum adultera est deprehensus, vel in loco suspecto visi amplexari.

Nec obstat illud Diui Hieronymi super Matthæum cap. 19. relatum in cap. Dixit Dominus 32. q. 1. quod vbicunque fornicatio est, vel fornicationis suspitio, libere vxor dimittitur. Dicimus .n. hoc non ita intelligi, quasi sola suspitio sufficiat (vt ibidem notat glossa) ad diuortiū a thoro seu domo faciendum: sed quod sufficiat ad īquirēda legitima testimonia, quibus veritas adulterii probetur: vel intelligitur de suspicione vehementissima, quæ legitimo testimonio æquipolleat, vt notat Sot. in 4. d. 36. art. 3. Si rursus petatur vtrū Adulter secretus, interim quod alter coniux nihil de adulterio nouit, debitum petere ab innocente absque peccato possit; & ratio dubii inde oritur, quia statim ac fidem fregit, videtur perdidisse ius petendi debitū. Respondemus, quod potest, modo petere precando, sed cogendo: quia nemo tenetur extra sacramentalem confessionem esse sui ipsius accusator, vel suum prodere crimen, & ideo non debet Adulter se priuare iure petendi debitum, sed a Iudice vel à coniuge innocente priuandus erit: quo fit vt qui diu non priuatur, & crimen latet, possessionē habeat eiusdem iuris, vt ait Sotus in 4. d. 36. q. 1. art 3. §. vtrum vero vxor.

Adde quod pænæ illæ, quarum exequutio ita constituta est in potestate iudicis vel partis, vt quamuis iudex vel pars nouerit aliquem incidisse in illas, ex illa sola scientia reus non punitur, sed requiritur vlterius actio exequutiua; non incurruntur ipso facto, exempli gratia, si quis filius naturalis, seu adoptiuus, patrem suum secreto offendat, non statim perdit hæreditatem paternam, sed est priuandus, quia Patre etiam sciente illam offensam, potest si velit non priuare filium hæreditate, idem est in aliis conuentionibus, & pœnis, quæ non sunt censuræ ecclesiasticæ: hæ enim quia comitantur factum, nec pendent a voluntate Iudicis vel partis exequentis, ideo incurrūtur ipso facto. Cum ergo innocens, sciens etiam alterum coniugem adulterum, possit illi reddere debitum, sequitur non esse adulterum, secretum ipso facto priuatum, sed priuandum, vt egregiè declarat Caietan. Tomo 1. opusculorum tract. 31. Resp 4.

Ex quo colliget confessor, quod si forte vxor reperto marito in adulterium ante vel post, ipsa quoque adulterata est ita tamen secrete, vt talis adulterii nec maritus sit conscius ne ipsum probari possit, adhuc potest absque peccato si velit non reddere debitum marito. Et ratio est, quia cum mariti adulterium sit vxori notum, potest ipsa, authoritate a iure diuino sibi concessa, priuare maritum debito petendi: At vero cum Adulterium vxoris sit omnino secretum, non priuatur ipso facto coniugali iure, sed est solum priuanda, & ideo cum ad hanc pœnam debiti reddendi, vel petendi requiritur exequutio, & hac nullus teneatur in se ipsum exercere, & agere, idcirco ipsa vxor, tuta consciētia quousq; non priuatur, potest tam non exigere, quam non reddere si vult. Et quamuis Magister meus Nauarrus videatur contrariū innuere in suo man. c. 22 n.

23.§ septimo; vbi ait, adulterantem ipso iure perdere ius exigendi debitum:hoc tñ intelligendum est, qñ adulterium vel est publicum, vel notum certitudinaliter innocēti, sicut,n. tūc absolutus est innocēs a vinculo reddendi debitum, ita adulter est priuatus ptāte exigendi, vt debitū q. uis possit petere vt licitum. Non aūt intelligitur de adulterio ita occulto, vt innocencē lateat: Nam per hoc nō priuatur ipso facto iure petendi,& exigēdi, sicut nec ipsa vxor ignorans oīno tale adulterium, potest in conscientia denegare debitum, quia non est absoluta statim à iure reddendi, vt satis declarat Caietanus, vbi supra, quem id Nauarrus eo loco citat,& se sequi asserit. quare si adulterium omnino latens, non absoluit innocentem à iure reddendi in conscientia, vt omnes concedunt, non etiam priuabit ipso facto à iure,& potestate petendi, quia quilibet potest tuta conscientia petere, quod alter tenetur in conscientia illi reddere, vt sibi debitum. Adde quod si adulter, statim ac adulterium commisit: Ad confessorem accedat,& ante quam in domum reuertatur confiteatur sacramentaliter,& absoluatur, potest tunc absque vllo peccato debitum ab innocente exigere; quia per pęnitentiam,& absolutionem occulti adulterij, reponitur apud Deum in eodem statu, ac si adulterium non commisisset vt omnes fatentur igitur cum pœnitentia,& absolutio adulteri non possit facere coniugem innocentem, de absoluto à reddendo debito, ligatū ad reddendum, quia pænitentia solum operatur circa pæniten tiam, nō circa alterum,& pęnitentia non tollit actionem, 33. q 2. c. Admonere,& multo minus exceptionem, sequitur apertissimè quod in adulterio occulto sicut tenetur innocens reddere debitum post pænitentiam adulteri, ita etiam tenebatur secundum rem ante talem pniam, ac proinde non esse adulterum statim in conscientia priuatum iure exigendi, id quod ab vxore debitum est sibi reddi. Sed priuandum esse, aut à iudice quando est publicum, aut ab vxore, quando de eo est certa.

Nec valet si dicatur, quod notitia siue scientia de Adulterio, non absoluit innocentem à debito, sed factum ipsum ex notitia sua, quandoquidem Christus Matth. 1. excepit à præcepto non dimittendi vxorem, fornicationis cām,& fornicationis cognitionē. Respondemus, quod fornicatio dat quidem ius innocenti, quo se ipsum possit absoluere in foro cōsciētiæ: sed tamen, vt se absoluat in actu, requiritur notitia facti: sicut machinatio filii in patrem, dat ius patri, vt possit exhæredare filium; exhæredatio tamen in actu, requirit notitiam actualem dictæ machinationis. Non ēt valet si quis arguat, quod quēadmodum qui re vera æs contraxit alienum, quamuis creditor id probare nesciat, vel id ignoret, debitor nihilominus est: ita, qui fidem matrimonij fregit adulterando, quamuis coniux innocens id nesciat, petere debitum non poterit. Respōdemus, similitudinem esse oīno disparē. Nā cōtrahens ęs alienū, tenetur restituere,& est debitor, non ob pænā delicti, sed quia est inuitus possessor,& semper talis fuit, fundatur.n. illud debitum in præcepto negatiuo, q. est, non furtum facere, obligāte pro semp,& ad semper. At vero diuortium a thoro, seu reddere debitum cōiugale, nec illud exigere, est pæna consequens adulterium,& tale diuortium nō obligat pro sp & ad semper, sed qñ innocens vult,& pro vt vult,& ideo illa solutio debiti æris alieni, cū sit pcepta,& non sit pænalis, sed sit ipsamet culpa, nō requirit aliū exequutorem: secus de redditione debiti coniugalis, hoc.n. non petere, imponitur fornicanti vt pœna, quia die contracti matrimonii semper fuit in iusta possessione petendi,& sibi reddendi. Innocenti aūt conceditur licentia vt non reddat, sed non præcipitur, quod non reddat, sed id relinquitur in suo arbitrio; quare talis pæna, cum requirat exequutorē, requirit ēt in exequutore cognitionem delicti, ob quam illa imponitur,& ideo per adulterium quod prorsus latet, non perditur ius exigendi debitum. Nihilominus tamen scito à innocente alterius cō-

iugis

iugis adulterio, si vult reddere debitum, vel hoc ab adultero petit, fit statim reconciliato, & fidei fractæ condonatio, ita vt nequeat postea innocẽs, debitum denegare, nisi adulter de nouo in adulterium relabatur: reconciliato.n. reducit contractum in suum pristinum vigorem, ac si nulla esset illucusq. fornicatio cõmissa, vt dicitur in c. si quis, & c. quod aũt. 23. q. 1.

Reliquum iam est, vt rationes, quibus Raymundi opinio corroborari videbatur, dissoluamus. Et ad primam respondemus, quod cum coniux per adulterium priuari possit iure quod habet ad exigendum debitum, in pœnam sui adulterii, & diuina lege hæc potestas priuandi data sit parti innocenti: inde est quod innocens quomodocunque constet ei de edulterio, potest vti hac potestate, & proinde denegare debitum adultero, quã uis non publico; & illa denegatio est quasi priuatio iuris petenti: vnde quamuis innocenti deficiat ius probandi, non tamen deficit ius negandi, & sicut per adulterium scitum perditur ius exigendi, ita innocens soluitur à vinculo redendi: sunt siquidem ista quasi correlatiua. Ad secundam dicimus, quod crimen adulterii non priuat ipso facto adulterum iure exigendi, sed est priuandus vel à iudice, vel à parte, & ideo quamdiu est omnino latẽs, non amittit adulter possessionem in qua est exigendi, sed quam primum constat parti potest ab innocente priuari, & de facto priuatur iure petendi, quando non vult reddere: illa enim non redditio, est quasi sententia priuatiua possessionis, & iuris, in quo erat adulter. Ad tertium Respondemus, duplex esse diuortium, vnum publicum, quod est demissio, seu expulsio à domo seu cohabitatione; aliud secretum, quod est demissio quo ad thorum hoc est, ab amplexibus abstinere debitum que petendi denegare. Primũ illud diuortium, nequit fieri authoritate priuata; sed requiritur iudicis ecclesiastici sententia, quia publicum supplicium nemo nisi publicus iudex inferre valet. At illud secundum diuortium, cum dicat solum occultam abstinentiam, & priuatam ab vsu coniugali, potest authoritate propria fieri, dante diuina lege Matthęi quinto ad id authoritatem, vt late probat inter alios D. Bonauentu. in 4. d. 35. quęst. 3. Gabriel ibi. q. 1. conc. 1. Sotus ibi. q. 1. ar. 3 conc 1.

Concludimus igitur Martham posse tuta conscientia denegare, si vult debitum marito in adulterio deprehenso; suadẽdã tamen ut non neget; cui suasioni, & consilio si nõ aquiescat, sed perseueret in dicto proposito negãdi; posse & debere absolui.

Feria 4. die 13. Nouembris propositi fuerunt infrascripti tres Casus conscientiæ.

CASVS I.

Marchus quibusdam imposuit seruitoribus suis, vt Iohannem interficerent, & statim fugerent, data illis pecuniarũ sũma; isti non modo homicidiũ commiserunt, votũm ẽt centum scuta, quæ in bursa Ioannis inuenerunt furati sunt, cuius furti nunc conscius Marcus, & quod eo inuito sit perpetratum, cum homicidiarijs agens, nec illos ad debitam restitutionem inducere valens, ad Confessorem pro consilio petendo accedit.

Quæritur, An in conscientia astringi Marcus dẽat, ad cẽtũ illa scuta restituẽda.

IN casu præsenti facile quis existimare forsan posset teneri Marcum ad restitutionem horum scutorum. Tum quia oĩs malefactor tenetur ad resarciendum interesse dãni, ẽt extrinseci, l. qui tabulis, & iis cui. §. fin. ff. de furt. Et glos. recept. in l. 1. verb. casibus, & verb. consequenter. C. de sen. quæ pro eo ꝙ int. prof. Tum quia in c. in tua causa de iniuria, & damno dato hr̃, si tua culpa damnum datum est, iure te super his satisfacere oportet, Cum ergo hoc furti damnum causatum sit ex culpa homicidii iussi a Marco, videtur astringi debere ad illud satisfaciendũ. Argumento, quod qui damni causam vel

occasionem dat, damnum dedisse videtur. 23. q. 5. ca. De occidentis. Et c. cum homo. 26. q. 6. Tum quia mandans tenetur ad omnia in quibus mandatarii excedunt fines mandati, vt c. fi. de homicidio lib. 6. vbi dicitur quod mandans verberari, licet prohibuerit mutilari, vel occidi, tenetur tamen si mutilatur vel occidatur, & efficitur irregularis quatenus illud præcogitare debuisset. His tamen non obstantibus, respondendum est, quod si Marcus, neque ea intentione homicidium præcipit, vt tales pecuniæ furto acciperentur, neque de eis furandis quidpiam cogitauit, ad eas restituendas nequaquam obligatus in conscientia.

Tum quia damnum, quod nullo modo est volitum, non est restituendum: iam autem illud furtum non fuit a Marco volitum in se, & directè, vt satis patet. Nec etiam fuit volitum in causa, eo quod homicidium illud non est ex se directum, & ordinatum in tale furtum, nec habent hæc duo delicta, inter se necessariam connexionem, ita vt vnum sequatur aut dependeat ex natura sua ab alio, velut effectus e causa: a diuersis autem non fit illatio. leg. Papinianus, ff. de minor. & ca. Ad audientiam. de decimis.

Tum quia, vt quis teneatur ad restitutionem damni requiritur necessario, vt concurrat ad actum, quo infertur damnum, & aliquid re vera efficiat pertinens ad illum actum quo proximo nocetur; Ita vt non solum sit causa sine qua non sequeretur effectus, sed sit causa positiua, vera, & efficax, vt latè probat Sotus lib. 4. de iust. & iur. quæstio. 7. conclu. 4. & Michael Salon in 2. 2. quæst. 92. artic. 7. controuersia prima, vbi asserit regulam esse ab omnibus Theologis receptam, quod causa sine qua non, non est vere, & propria alicuius actionis & effectus causa, maximè in mortalibus. Sed ea, quæ concurrit, & efficit aliquid.

Cum igitur in hoc furto concurrat Marcus tanquam causa sine qua non, & non vt causa per se, & efficax, sequitur non esse obnoxium restitutioni.

Tum quia si isti seruitores, vltra illarum homicidium, detraxissent postea de honore, & fama occisi, vel illius filiam deflorassent: non teneretur Marcus ad recompensanda alia damna, quam homicidii, non autem infamiæ damna aut deflorationis: cum nec ista fuerint ab eo iussa, nec volita nec præcogitata, & sint prorsus diuersa, & separata ab homicidio, ergo à simili in casu nostro Marcus nec tenetur de furto. Arg. leg. qui iniuriæ causa. ff. fur. vbi habetur quod qui iniuriæ causa ianuam effregit, quamuis inde per alios res amotæ sint, non tenetur furti, eo quia maleficia, voluntas, & propositum delinquentis distinguunt, capit. cum voluntate. de sent. excom.

Tandem qui ex odio interficeret aliquem, & postea sciret illum habere multa debita, non tenetur ad ea persoluenda creditoribus: quia & si nocuerit eis indirecte, non tamen cum iniuria, eo quod non fuit sua intentio ad tale nocumentum directa, nec aliquo iure, aut iustitia arctabatur hic euitare debita illorum, vt late probat Michael Salon in 2. 2. q 62. artic. 2. octaua controuersia fol. 189. Ergo multo minus tenebitur Marcus ad restituendū furtum per homicidas illo inuito commissum. Ita tenet Caiet. 2. 2. q 62. art. 7. Medina C. de resti q. 7. Sotus li. 4. de iust. q. 7. ar. 3. & Michael Salon. in 2. 2. q. 62. ar. 2 octaua controuersia.

Nec obstant ea quæ initio sunt in contrarium adducta, Procedūt enim, de causante verè, & efficaciter damnum, non autem de causa sine qua non.

Cum enim in iubente, & cooperante respectu alicuius damni reperiatur duo: Alterum quod se habet tanquam affirmatio, videlicet realiter, & verè concurrere seu efficere: Alterum se habet veluti negatio; nempè sine ipso non sequi effectum, ratio causæ non est sumenda ab hac negatione, ita vt illud dicatur causa, qua non concurrente, effectus non consequeretur, sed suscipienda est ratio causæ ab illa affirmatione, quę est concurrere, seu efficere: Adeo quod causam dam-

ni

ni dans, & vniuersaliter socius, & complex, tunc solum tenetur damnum restituere, quando in actione damnificante aliquid efficit, quod per se attineat ad talem actionem, secus est in casu præsente, in quo Marcus præcipiens homicidium; non concurrit efficaciter ad furtum, per accidens, & præter suam intentionem se quutum. Quare primũ, & secundum argumentum valet in malefactore cuius culpabili actione, fuit verè & efficaciter causatum damnum. Tertio autem argumentum concludit in casu, quo quis potuit & debuit illud nocumentum præcogitare, secus autem est in casu quo non potuit prçuideri, quia de raro contigerit.

CASVS II.

FRanciscus audiens publicari bullam, qua datur confessoribus authoritas absoluendi in foro conscientiæ seruata consueta Ecclesia forma, & alij de iure seruandis, illos qui extra statum ecclesiasticum deferentes frumentum in excõicationem sedi Apostolicæ reseruatã inciderunt, hoc crimen antea cũ non cõmiserit, nunc prætextu bullæ, & sub spe obtinendę statim absolutionis, non modo frumentum sed multa etiam alia prohibita extra statum ecclesiasticum uendenda detulit.

Quæritur: vtrũ vigore dictæ Bullæ absolui debeat, & sub qua ecclesiæ forma.

DVo casu p̃sens requirit. Vnũ est, an peccans spe bullæ, & sub confidentia absolutionis ac indigentiæ consequendæ, possit vigore dictę bullę absolui, & indulgentiam consequi. Alterũ est quo pacto sit absoluendus excõicatus, aut suspensus, qñ in facultate dicit̃ ut absolui debeat sub forma Ecclesię, & seruatis de iure seruandis. Quod ad primum spectat multa sunt quæ neganti parti fauent, quod s. absolui nec possit nec indulgentię sit particeps. Hec autem sunt potissima. Tum quod priuilegio ac concessione indignus redditur, qui illo abutitur frustraq; legis auxiliũ implorat, qui in legẽ committit. l. auxilium, in fi ff. de minor. 25. arg. dilecti de rescriptis, & tradit Innocent. c. vlt. de immunit. Tum quia intentio Pontificis in promulgandis bullis non est præbere incitationem peccandi, sed remedium iã factis peccatis adhibere. ar. ca. sane. de pęnit. d. 3. ibi. Nemini dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata. Tum quia nemo debet ex proprio dolo commodum reportare. c. Ex tenore, de rescrip. Et peccatum voluntarie in contemptum commissum, dicitur irremissibile c. inter hæc, in fin. de pænit. d. 3. Tamen quia delinquens intra ecclesiã, idcirco nõ gaudet immunitate illius, quoniã spe venię delinquit, vt notat glossa in d. c. fi. de immu. ecc. in verb. sperantes, vbi sic habet. Nemo debet spe veniæ peccare.

De cler. excom. minist. cap. illud, & de consecrat. d. 4. c. quando quis.

Tum deniq. quia verba bullæ respiciũt ad tempus prçteritum, & non ad futurũ, conceduntq. facultatem, vt absolui possint illi, qui innodati sunt censuris, non autẽ qui in futurũ innodabuntur. Actus autẽ agentium non debent operari vltra eorũ intentionem. l. non omnes. ff. si cer. pet.

Contrarium tamen est vt verius tenendum, qđ iste spe bullę, & sub confidentia obtinendę absolutionis deliquẽs potest nihilominus absolui, & indulgentiã concessam assequi: quæ est opinio F. Martini Ledesmi. 2. 2. q. 29. art. 1. Nauar. in commentario de Iubileo, & indulg. 34. nu. 6.

Adducor in hanc sententiam, primo quia hæc facultas absoluendi, recipit tempus confessionis, adeo quod tunc habet vim, & reducitur ad actum, quando pænitens confitetur, & ideo si tunc non ponat obicem, & agat ea, quæ in bulla præcipiuntur, potest & debet absolui.

Secundo quia circunstantia temporis, non est necessario confitenda, vt habet communis opinio D. Thom. in 3. sen. dist. 37. ar. 7. quęst. 2. Et ideo nullus confessor tenetur interrogatus pænitentem quo

tempore peccaui? an post habitam authoritatem absoluendi, & publicatam bullã? an vero antea? secus sequeretur, quod pęnitẽtiarius habens facultatẽ, vt possit quoscunq. ad se venientes absoluere a casibus Episcopo reseruatis, non possit absoluere nisi eos, qui in dictos casus inciderunt ante habitam authoritatem, quod esse falsũ vsus ipse satis comprobat. Tertio, quia beneficiũ principis, in nullius redũdãs præiudicium, & cum magno gaudio ad spiritualem omniũ lætitiã cõcessam, ita latè, & alacriter est interpretandũ, vt tenor indictionis habet, l. beneficiũ, ff. de cõst. pri. Et cũ sit cõcessio gñralis, & de plenitudine potestatis, debet extẽdi quantũ verba eius secundũ suam propriã significationẽ se extendunt l. cum lege, iuxta gl. ff. de testa. Et ideo cum vniuersaliter cõcedatur in dicta bulla, licentia absoluendi oẽs, & quoscunq. ab excõicationibus reseruatis, includit tam excõicatos post eam, quam ante eam: eo quod dispositio, & gratia generalis, includit, & extenditur ad omnes species etiam si aliqua maior ratio includendi inueniatur in vna, quam in alia, l. 1. §. quod autem, ff. de aliusi. & cap. si Romanorum. 19. dist.

Quarto, si quis ex fragilitate, & negligentia, vel casu alio, quàm sub spe bullæ peccaret, & in censuram aliquam incideret, posset nihilominus vigore dictæ bullæ absolui, cum in ea contrarium non exprimatur, & ita vtilitati consuetudo seruat. igitur absolui etiam poterit, qui peccat sub tali spe, quia peccare sub spe venię, seu indulgentię obtinendæ, non est circũstantia mutans spẽm, vt satis patet, imo potius diminuit, quam aggrauet, cum sit de fine bono, arg. c. Non est putanda, 1. q. 1. & probat late, Caie. 2. 2 q. 121. art. 2.

Quinto, quia peccare sub spe impunitatis, & sub confidentia quod nec punietur à tali iudice, nec subibit talem pœnã, non excludit delinquentem a participatione legis, nec a dispositione principis gratiã, & priuilegium concedentis. Tum quia clerici committentes grauia delicta sub confidentia, & spe certa, quod non puniẽtur a iudice laico, & quod gaudebũt priuilegio clericali, & gratia concessa, in c. si quis suadente, 17. q. 4. & c. si diligenti, de for. comp. possunt vti, & quotidie vtũtur suis exemptionibus & priuilegiis, nulla rõne habita, an deliquerint ante illorũ concessionem, vel postea: Tum quod religio omnes si quando in aliquam censurã incurrunt, et si in illam incurrant spe habendæ absolutionis a suis Prælatis secundum pontificia priuilegia eisdem concessa, absolui nihilominus solent, nullo habitu respectu ad dictam confidentiam, vt notissimum est omnibus. Tũ quod quam plurimi ex fidelibus committunt multa peccata, sub spe veniæ obtinendæ per confessionem, & hoc non obstante, confitentur, & absoluuntur. Nec talis confidentia reddit eos incapaces absolutionis, si verè pœniteant, & contrarium asserere esset hæreticum.

Nec obstant quæ initio in fauorem negantis partis sunt adducta. Non quidem Primum, quia illud procedit in foro exteriori, non autem in foro pænitentiali, in quo attenditur solum dolor, & contritio, quæ est in confesso, tempore confessionis a se factę, & absolutionis a confessore pręstandæ, pro quo tempore facultas absoluendi conceditur, vnde vere tunc potest vti gratia concessa, quia vere est ad illam dispositus, per contritionẽ de antea actis omnibus peccatis. Ad secundum Respondetur, quod prestare materiã, seu occasionẽ delinquendi, non sufficit vt lex, et dispositio illam prebẽs nõ valeat, aut restringẽdi debeat plus quã verba eius sonant. multi. n. ex diuina misericordia, & benignitate qua pollicetur per Ezechielem c. 18. in quacunque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius amplius non recordabor, magnam delinquendi ansam arripiũt, & nihilominus nullus est peccator, tam graue scelus committens, qui si de illo vere doleat, remissionem apud Deum non obtineat: concedimus igitur intentionem Summi Pontificis non esse, occasionem delinquendi prębere, si qui tamẽ illa ex bulla accipiunt, nõ ppea eos a gra-

tia

tia in bulla concessa excludit, nisi id expresse declaret, peccare.n. sub fiducia, & spe obtinendæ veniæ, & si malum sit, non tamen excludit sic peccantem à lege diuina, vel humana concedente veniã peccati: alias nemo, qui peccaret sub spe veniæ consequendę à Deo, posset illam consequi; quod est hæreticum. Ad tertium dicitur, illud non procedere in foro conscięntiæ quando quis desistens a dolo, pęnitet de dolo commisso, & si enim fraus, & dolus nulli suffragentur, pnia tamẽ de fraude, & dolo prodest maxime: Nec peccatum in contemptum, vt sub confidenti perpetratum, dicitur irremissibile ex se, sed ratione perseuerantiæ, & impęnitentiæ: Iam autem in casu nostro Franciscus non incidit in excommunicationem animo perseuerãdi, sed potius animo cõfitendi, & absolutionem obtinendi.

Ad quartum negatur, quod ea sola ratione delinquens intra Ecclesiam, non gaudeat immunitate, quia spe illius delinquit: nam vt ibi notat Panor. illa ratio potius adducitur vel impulsiua, quam vt finalis, quia nec delinquens intra ecclesiam per improuisam rixam sine vlla spe, ac memoria immunitatis, debet gaudere illa. Ad quintum dicitur, quod verba bullæ, respiciunt omne tempus antecedens actum absolutionis, ita vt quicunque incidit in excommunicationem vsque ad vltimum illud tempus in quo est absoluendus, potest vigore bullæ absolui. Et quamuis dici soleat, quod lex qua parte veniam tribuit, vel condonat delictum, restringitur ad pręterita. l. cum lex ff. de leg. hec nihilominus fallit in indulgentiis, quia in istis Papa non condonat pœnam debitam peccatis, immo soluit illam partim de bonis peccantis nempe contritione, confessione, & operis iniuncti exhibitione, partim de bonis Christi, & sanctorum in thesauro ecclesiæ repositis.

Hęc tamen nostra sententia intelligenda est, quando in bulla concedente indulgentiam seu facultatem absoluendi, non dicitur expresse, vt spe illarum peccantes nequeant ad talia peccata vti ea. Ad illud aũt, quod secũdo loco quæritur de forma qua cõfessor vti debet in absoluendo hos excõicatos, Resp. in primis hãc absolutionẽ pstari nõ posse extra cõfessionẽ. Tum quia hæc bulla, & communiter aliæ, concedunt facultatem eligendi confessorem, qui absoluere possit ab omnibus, &c. Et ita ex vi verborum colligitur aperte, requiri vt confessio concurrat cum absolutione, argu. l. in delictis, §. si detracta. ff. de noxal. Tum quia hæc facultas absoluendi a censuris, videtur tribui vt quoddam antecedens, & præludium necessariũ ad absolutionem peccatorum, quam constat non posse dari confesso.

Pręterea in absoluendo ab excõicatione vel alia censura, quatuor de iure sunt seruanda. Primum, vt tali excõicato detur iurã, quod parebit mandatis Ecclesiæ c. 1. c. ex tenore. c. de cętero. de sent. excommunicat. Secundum, si est excõicatus pro culpa, & offensa notoria, obligandus est vt prius satisfaciat, c. ex par. 1. de verb. signif. quod si pro contumacia notoria, prius soluat impensas. c. venerabilius. §. Porro, de sent. excommunicat. lib. 6. sed si offensa, aut contumacia pro qua est excõicatus, dubia fuerit, sufficiet idoneam cautionẽ dari. Si vero nec satisfacere possit, nec cautionẽ dare realem, tunc saltẽ præstare debet iuratoriã. Tertium quod seruari debet, illud est, vt absolutio fiat cum aliquo psalmo pniali & finito Gloria Patri, dicatur Kyrieeleison, Chisteeleison, Kyrieeleison, Pater noster, &c. deinde vers. saluũ fac seruũ tuum domine. Resp. Deus meus sperãtẽ in te. vers. Nihil proficiat inimicus in eo. Resp. & filius iniquitatis non apponat nocere ei: Vers. Esto ei Domine auxilium de sancto. Resp. Et de Syon tuere eũ. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spũ tuo. Oremus. Deus cui propitium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hũc famulum tuũ N. quẽ excõicationis cathena cõstringit, miseratio tuę pietatis absoluat, & ego authoritate oĩpotentis Dei, & beato-

rũ. Apostolorum Petri, & Pauli, & Eccle. Sanctæ eius & mihi in bulla præsenti cõmissa, absoluo te ab excõicatione in quã incurristi, pp hanc, & illã cãm, & restituo te cõioni, & participationi Ecclesiæ, & oĩum fidelium, & Ecclesiasticis Sacramentis, in noĩe Patris & Filii, & Spiritus Sãcti. Amen. Ita habetur in c. A nobis. de sen excomm. De verberibus, & nudandis scapulis, nihil in iure dicit, & ideo parum refert si non seruetur. Tandem quarto loco id seruandum est, vt huic a iure excommunicato iniungatur speciatim, ne contra illũ canonem, vnquam deinceps veniat, v. gr. percutienti Clericum, vt nunquam percutiat: Incendiario, vt nunquã incendat, transportanti frumentum extra statum ecclesiasticum, vt nunquam transportet, & sic de reliquis 23. q. 8. c. pessimam. Aliquando etiam requiritur cautio quod talia non faciet, vt dicitur extra de sent. excom. c. grauem. Hæc tñ iuris forma absoluendi excõicatum, quamuis regulariter seruanda sis, nihilominus si prætermittatur, non propterea inualida erit absolutio, quia cũ hæc absolutio non sit sacralis, sed iudiciaria, quibuscunq; verbis fiat, dummodo adsit absoluentis intentio, efficaciam habet, vt cum cæteris theologis docet Rich. in 4. sen d. 18. q. 5. ar. 10. & habet glo. in c. cum desideres. de sent. excom. Adeo quod ẽt si in Bulla Papæ cõmittatur ptãs absoluendi secundum formam iuris, peccabit quidẽ confessor illã non seruans, nihilominus tñ absolutio erit valida, q̃uis talis forma non seruetur: quia non est intentio Papæ, inducere nouam absolutionis formã ꝑ illa verba, sed solum admonere confessorem, cui absoluendi potestas committitur, id quod ad suum officium secundum iuris dispositionem spectat, vt in simili notat Innocentius, in c. fi. de præsum. & gl. clem. 1. de offic. delegat. & Nau. in Man. c. 27. nu 37. & in Com. c. qui vult de pæn. d. 6. n. 36.

CASVS III.

ANtonius in casum Episcopo reseruatum incidit, & quia plenariam indulgentiam concessam ijs qui confessi, & communicati processionem ad territoriũ Pontificis Clementis VIII. authoritate benedicendum comitantur assequi desiderat, & ab excommunicatione ob societatem cum bannitis habitam, alijsque censuris iuxta tenorem S. D. N. Clem. VIII. absolui vult.

Dubitatur; An data a Pontifice facultate illa absoluendi a quacunque excommunicatione et omnibus casibus exceptis solum ijs quæ continentur in bulla cænæ Domini, intelligatur etiam data, absoluẽdi a casibus Episcopo reseruatis.

REspondemus affirmatiue posse Antoniũ vigore dictæ bullæ absolui a casu reseruato Episcopo. Tũ quia Papa, facultatem absoluendi, quã ĩ vniuersali Ecclesia Dei habet, quoad oĩa crimina cum possit committere, vt qui est ordinarius oĩum ordinariorum, vt tradunt iurisperiti in rubric. de officio delega. & hanc quoad oẽs casus exceptis contentis in bulla cænæ Domini concedat in hac bulla siue iubileo, confessoribus approbatis ab ordinario, non est dubitandum, quod sicut ipse põt a casibus episcopo reseruatis absoluere, ita id ipsum põt ille confessor, cui hoc committit, virtute bullæ. Tum quia dicta bulla concedit generaliter posse absolui ab omnibus reseruatis sedi Apostolicæ, exceptis contentis in bulla cænæ Dñi; Et in fine addit: non obstãtibus quibuscũq;. Quãdo autẽ Papa concedit oẽs suos casus quod est maius, concedit ẽt casus Episcopales; quod est minus: Reg. cui cõcedit, de Regulis iuris ĩ 6. idq. colligitur ex glosa in c. Nuper. §. nõ renuit, & c. cũ illorũ, de sen. excom. Nã cum maior potestas requiratur ad absoluendũ ab iis, quę Papæ seruantur a iure, q̃ ab aliis, quæ episcopis reseruantur, quæ reseruatio ab homine: si illam concedit Papa, & committit confessor gñraliter committit ẽt consequẽter & istam, vt ait Sotus lib. 7. de iust. & iu. q 4. ar. 4. Et Couar. in c. Alma, §. 7. nu. 8. Tum

tertio

tertio, quia illa verba, exceptis contentis in bulla cęnæ Dñi, declarant manifestè intentionem Summi Pontificis esse, dare facultate absoluendi quo ad cęteros oẽs casus, alias veluti excipit contentos ĩ bulla cęnæ, exciperet reseruatos episcopo. exceptio. n. firmat regulam. Tum quarto, quia mediũ sumit necessitatem a fine, & qui non potest impedire aliquem, non ẽt poterit impedire media oĩno necessaria ad illũ assequendũ: cum ergo Sũmus Pontif. in hac bulla cõcedat facultatem absoluendi ab omnib. casib. in ordine ad plenariã indulg. comparandam; ideo sicut Eps̃ non potest impedire subditũ ab assequutione indulgentiæ huius concessæ: ita nec põt impedire absolutionẽ ab omnib. casib. ꝙ est medium necessarium ad eandẽ indulgen. obtinendam: frustraretur. n. aut saltem truncaretur intentus a Sũmo Pontefi. finis, si Epi prohibere possent, ne indulgent. hanc plenariam lucraturi, absoluerẽtur a suis casib. cum tñ gratiam superioris nequeat arctare inferior, ca. Inferior d. 21. Tum deniq; quia per hoc non tollitur ius quod Epi habent reseruandi casus, sed in illo dispensatur a Papa ad salutem animarum, iusta superueniente cã, ad tempus tñ, ꝙ non solum fieri posse est certissimum, c. Ex multa. de voto, & c. Quanto, de iureiur. Sed etiam consuetudine generali totius Ecclesiæ est receptũ, vt qñ Papa pro indulgentia plenar. assequenda dat facultatem confessorib. vt absoluant a quibuscunque casibus exceptis nonnullis: absoluant ẽt confessores a reseruatis Epo. Ita Nau. in Manu. c. 27. tit. de casib. reseruatis. Bartholomeus Medi, in sua Summa, lib. 1. cap. 10. §. 3.

In Congregatione habita fer. 6. Die 18. Decemb. propositi fuerunt tres subsequentes casus.

CASVS I.

PRælatus è ciuitate discedens, concessit cuidam confessori facultatem, vt à casibus illi reseruatis absolueret quoscunque suos subditos, ea tamen sub conditione, vt iterum de peccato reseruato in quę incidissent confiterentur cum eadem prælato quando reuerteretur, & præsens esset. Nunc vero Antonio sub illa conditione absoluto, graue sit, prelatum adire vt qui videat non teneri id ipsum scelus iam confessum, & sacramentaliter absolutum, iterum confiteri.

Quæritur, An huiusmodi conditio sit illicita, & si Antonius nolit vlterius superiorem adire, possit de illa inobedientia à quocunque absolui.

TRia in præsenti casu quæruntur. Primum est. An hæc conditio apposita a pręlato, & sub illa dans licentiam, & authoritatem Confessori absoluendi subditos a reseruatis, sit illicita, & iniqua, peccetq; illam apponendo. Secundum est, An absolutio a confessore dari possit sub tali conditione, vel potius danda sit absolute. Tertium est, vtrum subditus confessus non adimplens illam conditionẽ, reincidat in eundem reseruatum casum.

Et quoad primum spectat, dubitandi ratio ex duplici præcipuè capite oritur, quorum vnum est, quod si Prælatus vult vt talis pænitens obligetur ad iterum confitendum illum casum, non videtur, id posse facere. Tum quia hęc obligatio, est nimis grauis, & difficilis & ideo non admittenda, cum ecclesia non obliget ad nimis difficile. arg. c. tua. de iureiur. Et c. Alligant. 26. q. 7. Tũ quia nulla lege vel authoritate humana, põt ille qui confessus est legitimè sua peccata, cogi ad iterum eadem confitenda, vt late probat cum communi D. Th. quolib. 1. ar. 12. Tum quia videtur hoc fauere hæresi Ioannis Poliaci quatenus dicebat confessos fratribus, teneri postea eadẽ ipsa peccata proprio Parocho confiteri, contra quam hęresim inuehitur Papa Ioãnes 22 c. vas electionis. Tum quia hoc aduersatur diffinitioni ecclesiæ, in c. Inter cũctas. § ceterum. extra de priuilegiis, vbi decernitur eorundem pctõrũ cõfessionẽ, non esse de necessitate iterãdã. Tũ deniq. q a si pęnitẽs a cõfessore absol-

absoluitur ab illo peccato reseruato: Iā igitur apud Deū tale peccatū nō habet: obtenta.n. vi clauium gratia, expellitur oīno culpa, quare non est quod egeat rursus pænitens de peccato illo absolui.

Alterum qđ difficultatem inducit, est, quia si Prælatus vult vt pęnitens illū casū reseruatum, quāuis absolutum sibi denuo manifestet, non vt absoluatur, cū iā fuerit sacramentaliter absolutus, sed vt impleat præceptū a confessore impositum de illo saltem secrete manifestādo, nequaquam videtur hoc esse licitum. Tum quia nullus potest in foro pænitentiæ compelli ad detegendum peccata sua occulta, nisi propter absolutionis sacralis beneficiū, neq; .n. ipse Deus obligat quępiā ad reuelanda scelera sua confessori, nisi in ordine ad absolutionem de illis obtinendam, nullaq; hominis vis aut potestas, ius habet ad cōpellendū, vt pęnitus occulta alio mō quā in cōfessione sacrali ad absolutionem habendā propalētur, vt oēs doctores asserūt.

Tum quia nullus pōt obligare aliū, ad se ipsū ifamādū: Iā aūt peccata occulta alio mō quā in cōfessione manifestata sunt materia infamiæ. Et tandem quia ille casus reseruatus vel debet post ab solutionē manifestari prælato, ad iterum absoluendū, & hoc nō, quia supponimus iam penitentē fuisse ab eo sacraliter, & plenè absolutū, & iō non esse iam materiam absolutionis necessariam, sed liberā, vel ad pænitentiam ac satisfactionem de illo sibi imponendam, & hoc ēt non quia hæc ēt est sufficienter cōfessoris prudentiæ, & arbitrio imposita, tanquam pars integralis sacramēti, vel ad pœnā alīq exterius subeūdā, & hoc quoq; non quia nullus obligari pōt ad reuelandum delictum suum occultum, vt pœnā mulctetur, immo Prælatus ꝙ nosse vul peccatum secretum alicuius, vt i foro exteriori illud puniat, mortalem culpam incurrit, quia intendit lædere famam proximi argument. cap. super his, & capit. qualiter, & quando el. 2. de accu sat. & probat inter alios Sotus li. de rōne tegendi secreti membro 2. quæst. 6.

Nos tamen dicendū arbitramur Prælatum licite posse sub tali conditione, vt iterum pęnitus se illi pręsentet, facultatem absoluendi concedere, quāuis consultius, & salubrius esset simpliciter, & absolute absq; tali conditione illam elargiri.

Hoc aūt esse verum ostendo. Primum quia sicut voto pōt quis licitè se arctare, et obligare ad peccata semel rite confessa. iterum cōfitenda, vel prelato, aut amico, seu cōfessori tali manifestāda, vt oēs cōcedūt; quia nō est hæc materia aliena voto. Ita si hoc ipsū ei præcipiat, & iniūgat loco pænitentiæ, id velle, & acceptare pōt. Nā vt vouere est opus consilii, sic reddere, est de p̄ cepto c. Magna de voto ita, iniunctā in confessione pniam acceptare, liberum est illi qui vult absolui, sed postquam eam acceptat, adimplere tenetur, non iō solū quia acceptat, sed potius quia a Confessore tanquā a iudice, qui a Deo habet potestatem ligandi, & soluēdi, est iniūncta, & ad eam implendam obligauit, vt late probat Nauar. in cōm. c. contrariū, de pæni. d. 1. nu. 17. Cum igitur in casu proposito impositum sit a confessore pro salutari pænitentia, habenti casum reseruatum, vt illū postea quā fuerit absolutus, manifestet prelato: tum ad pænitentē magis confundendum, & humiliandum, tum ad ipsum melius corrigendum, & emendandū, negari non pōt posse prælatum sub tali conditione, facultatem absoluendi licite concedere. Tum quia prælatus pōt licitè authoritatem suā confessori elargiri sub ea cōditione, vt occurrente tali, aut tali peccato, talem aut tantam pniam imponat: ergo pōt etiā authoritatem dare sub hoc onere, & limitatione, vt pęnitens denuo se illi præsentet. Tum quia Ecclesia concedit authoritatem suam cuilibet confessori vt in articulo mortis quibuscunq; reseruatis absoluere valeat, sub ea cōditione, vt si absolutus a tali mortis periculo euaserit, se quamprimum Summo Pontifici præsentet, alias in excommunicationem reincidat, cap. a nobis, & ca. Eos, de sen. excom.

Tum quia Regularibus concessa est a Pontificibus licentia vt nouitii s habentes

tes animum profitendi absoluere possint ab omnibus peccatis,& censuris quantũcunq; reseruatis,& id illorum votis dispẽsare, quam in facultatem sub conditione dari, ita vt si a Religione ante professionẽ discesserint amplius non reuersuri, reincidant in easdem censuras,& vota, declarauit Papa Paul. III. Anno 1546. in quadã bulla cõcessã patribus Societatis Iesu.

Tum deniq; quia talis conditio habet finem bonum, vt s. pænitens magis de peccato graui commisso erubescat; erubescentia autem partem hẽt remissionis, c. quem pæn. d. 5. Et deinde vt Prælatus, cognito tali scelere, quatenus aliis nociuum esse põt, vltra medicinam per confessionem applicatam, remedium etiam salutare adhibeat, vtque difficilior sic reddatur pænitenti in illud reincidentia.

Nec ea quæ dubitationi fauebant, huic nostræ opinioni officiunt. Nam ad primũ concedimus, legẽ humana non posse hominem legitime confessum, & absolutũ, obligari ad eadem peccata iterum confitenda, potest tamen ad id obligari voluntate propria, vt voto, aut pænitentia a confessore imposita, & ab eodem acceptata, vt est in casu nostro, & declarat Nau. in cõ. c. placuit, de pæn d. 15. nu. 115.

Ad secundum Respondetur, quod hæc obligatio præsẽtandi iterum se Prælato, si set grauis, & difficilis, si in ea non interueniret consensus pœnitentis, sed quia eo volente, & acceptante fit, non potest dici grauis nec iniuriosa, quia volenti non fit iniuria. Ad tertium dicitur, quod Io. Paliacus dicebat confessos fratribus debere iterum confiteri Parochis, ob inualiditatem prioris cõfessionis, quasi non esset legitima confessio, & hanc hæresim damnat Io. 22. ext. c. Vas electionis, de hæreticis: Nos vero asserimus illam confessionẽ fuisse validam: nec pœnitentem teneri ad se præsentandum Prælato alia obligatione, quam quia id sibi impositum fuit a confessore, & ab ipso acceptum.

Ad quartum Respondetur, quod c. inter cunctos, de priuileg. decernit peccata legitime semel confessa, & absoluta, non esse iam amplius materiam necessariam confessionis, sed non negat posse esse materiam ex voluntate pœnitentis, si illa velit iterum confiteri.

Ad quintum dicimus, quod, & si a confessore absoluatur ab omnibus peccatis, tenetur tamen adhuc se Prælato præsentare, & casum illi reseruatum manifestare, non vt de nouo absoluatur a tali culpa, quæ iam per præcedens sacramentum remissa est, sed vt de grauitate delicti magis erubescat, vt remedium salubrius ad similia in futurum præcauenda à Prælato adhibeatur, & præcipuè quando peccatum est nociuum aliis.

Nec ob hoc pænitens grauari dicitur, quia Prælatus eodem met confessionis sigillo arctatur quo confessor, vt declarat Sotus in 4. sent. d. 18. q. 2. art. 5. Nauar. de pœn. cap. placuit. dist. 6. num. 116.

Ex his igitur manifestum relinquitur, licere Prælato, committere authoritatem confessori, vt absoluat de tali aut tali casu, sub ea conditione, vt iterum illam sibi confiteantur.

Reliqua est secundi dubii explicatio, vtrum absolutio sit a confessore exhibenda sub tali conditione vel simpliciter.

Ad quod Respondemus, absolutionẽ dandam esse simpliciter, & nequaquam sub conditione, immo ea quæ fieret sub conditione de futuro, vt absoluo te si hoc feceris, nec esse sacramentalis, nec aliquo modo valida, sacrilegiumque maximum sic absoluens committeret.

Tum quia sacramentum, sortitur suum effectum ex institutione Christi, tunc qñ confertur, & ideo quando à confessore proferuntur verba, quibus absolui, tunc illa operantur remissionem culpæ, & infusionem gratiæ, quapropter nequit confessor sacramẽtum conferre, & effectum eius vsque ad tempus, quo conditio impleatur suspendere. Arg. cap. Ad hæc quoniam, de Appellat.

Tum quia conditio de futuro, suspendit actum vsq. ad aduentum eius, ac per consequens tempore quo aduenit conditio, iã forma absolutionis non est, igitur

non

non poterit operari remissionem culpæ: argumentum ca. Preterea, el secundo de Appell. & ca. si pro te. de rescrip lib. 6.

Tum quia verba illa: ego te absoluo, significant id quod efficiunt: quare sicut significant de præsenti, ita absolutionem, & remissionem peccatorum efficiunt de præsenti: Vnde si talis effectus posset sub conditione suspendi: verba illa, ego te absoluo, significarent falsum, cum reuera cōfessor eo casu non absoluat, quando ea profert Caietan. in Summa, verb. confessio 5 nume. 9. Nauar. in Manua. cap. 26. num. 12. Conditio nihilominus de præterito, vel etiam de præsenti, quãuis apponi non debeat, si tamen adiiciatur in absolutione, illam non inualidat, sed verum sacrm efficit. Et ratio est quia conditio de præterito, seu de præsenti, non suspendit actum, & ideo non habet proprie rõnem conditionis. l. cum ad præsens, ff. si cer. pet. & notatur a Pan. in ca. 2. de baptis. quare qui absolueret dicendo, si fecisti talem rē ego te absoluo: vel si promittis restituere, ego te absoluo perperam faceret sic conditionaliter absoluendo, nihilominus tamen quia altera cōditio est de præterito, altera de præsenti, nec effectum sacri trahit vltra tēpus præsens, nõ irritant absolutionem, arg. c. 2. de baptis. vbi dicitur eū de quo dubitatur an iure, vel facto sit baptizatus, posse sub ea conditione, si non est baptizatus, iterum baptizari. Armil. & Nau. vbi sup.

In casu igitur præsenti, debet confessor hanc conditionem pænitenti manifestare ante absolutionem, & si pænitens, eam non acceptat, non pōt tunc illum absoluere, cum careat iurisdictione, quæ sibi data est conditionaliter, & ita non pōt agere vltra limites in conditione præfixos, vt est tex. cum glo. in c. fi. cui de electio. in 6. & docet Panor. in c. fi. de restitutio. spoliat. qñ. n. ad aliquem actum præscribitur, & datur certa forma, paria sūt agere contra, citra, & præter formã. Qđ si cōfessor prius absoluit pęnitētē, & postea declarauit cōditionem præsentandi se, & reconfitendi illud peccatum Pręlato, & pęnitens non vult dictæ conditioni assentiri, adeo est data absolutio valida, vt q̃uis pænitēs nō præsentet denuo Prælato, non sit propterea reuocata aut facta inualida, & si forte pęnitens peccet confessori non Parendo, quia cum eo tpe, quo data est absolutio, pænitens sit ritè confessus, & nullum impedimentum habeat ad gratiam obtinendam, efficit tunc absolutio suū effectum, qui non impeditur id, quod in furtū subsequitur. Nec nostræ determinationi repugnat, si quis dicat, absolutionem ab excommunicatione sub conditione, de futuro: vt, absoluo te ab excommunicatione si restitueris, quamuis sic non debeat dari, esse tamen validam: adeo vt adimpleta conditione non indigeat excommunicatus iterum absolui, vt probat latè Nau. in c. qui vult, de pænit. d. 6. nu. 64. igitur a simili posset dici, qđ absolutio a casu reseruato sub conditione de futuro facta, erit valida quantūcunq; sic non debeat dari.

Respondemus, qđ, & si verum sit absolutionē, ab excommunicatione posse sub conditione de futuro dari ob rõnes quas Nau. vbi supra adducit: (quamuis S. Antoninus. 3. p. ti. 24. c. 77. §. 1. & alus grauissimi doctores contrarium arbitrentur) nihilominus tñ absolutio a peccatis sm oēs inualida ꝓrsus est, si sub conditione de futuro exhibeatur, & ratio est, quia excommunicationis absolutio cū nō sit sacralis, sed potius quiddam dependens a iurisdictione: non habet præscriptam formã, sed quibuscūq; verbis fiat, est valida cū verba nō habeant efficaciã ex se vllam, sed solū ex intentione absoluentis, quæ quidē intentio quomodocunq; manifestetur excommunicato, libera remanet in consciētia ab excōmunicationis vinculo: At vero absolutio a peccatis confessis, cum sit sacralis, habeatq; determinatã a Christo formam, quæ, nec alterari nec mutari potest: & ideo verba illa habeant efficaciam remittendi peccata ex virtute Christi instituentis sacrum, non pōt huiusmodi effectus absolutionis, & remissionis culpæ non produci, quando illa debitè proferūtur, nec per conditionem futuram valet su-

suspēdi, immo talis conditio veritatis formæ, quæ est: ego te absoluo: repugnat ex diametro vt satis manifeste cum aliis probat Caietanus in summa, verbo Absolutio ex parte formę.

Tertium erat dubium: an acceptata, & nō adimpleta conditione, reincidat pænitens in eundem casum reseruatum.

Respondetur, quod nō reincidit, sed peccat mortaliter non adimplendo id qđ sibi fuit impositum, & ab ipso acceptatum, qđ peccatum, & si non sit reseruatum, quousq. tamen in eo perseuerat, est impęnitens, & absolui non potest.

Primum probatur. Tum quia peccatum semel per sacramentum pniæ deletum, redire nullo modo potest iuxta illud Num. cap. 1. Non punit Deus bis in idipsum. Et Ezech. 12. In quacunq. hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius amplius non recordabor. Et Paul. ad Rom. 11. sine pnīa sunt dona Dei, pęniteret āt Deum remisisse pctm̄, si illud rediret post absolutionē.

Tum quia Deus non remittit peccata sub hac cōdōne in futurum, si pnīa adimpleatur, vel si pęnitens nō relabatur, alias absolutio esset imperfecta, nec efficeret id quod de præsenti significat, & sic per hoc sacrm̄ non fieret reconciliatio cum Deo: quod dicere esset hęresis, vt est in Concil. Trid. sess. 14. c. 3. Tum quia ex eo quod hō post confessionem furatur, non ideo incidit in homicidium, vel adulterium a se ante commissum, & confessum: cum sint peccata specie diuersa, & ideo iudicium factū de priorib. non reuocatur per delictū subsequēs, vt inquit D. Th. in 4. d. 19. q. 3. ar. 1.

Confirmatur, quia aliud est teneri ad se p̄sentandū Pręlato, & aliud reincidere in pctm̄ confessum, vt satis patet. vñ q̄uis rōne promissionis factæ confessori, & conditionis a pęnitente acceptæ de se præsentādo, & reconfitendo id ipsum peccatū Pręlato, tenetur ad hoc faciendum, non tñ reincidit homicidium, vel incestus, qui erat casus forte reseruatus, a quo fuit absolutus: opus .n. Dei quale est remittere peccata pęnitenti, per opus hominis quod est sequens peccatum, irritari nequit. Palud. in 4. d. 22. q. 2. Scotus, & Durandus ibidē q. 1. & late Sotus ibi. d. 16. q. 1. ar. 1.

Nec obstat si quis dicat, absolutum in articulo mortis ab excommunicatione, si cessante tali periculo non se præsentat reincidere in pristinam excommunicationem, idemque esse de eo, qui ob aliquod aliud impedimentum absoluitur, vt est text. in c. eos, de sen. excom lib. 6.

Respondetur primo, quod non reincidit in eandem numero excommunicationem, a qua fuit absolutus: sed propter inobedientiam, & contemptum excommunicatur ipso iure, simili excommunicatione, ac erat prior, & eatenus dicitur reincidere. Immo si cum parte concordauerit, vel alias satisfecerit tantum quantum debet corā Deo, non oportet vt se iudici præsentet, quia non reincidit, vt colligitur ex eodem ca. Eos, & tradit Sotus in 4. sen. d. 18. q 4. art 4. in respon. ad secundū, & Nauar. in Man. c. 26. nu. 26.

Respondetur secundo, quicquid sit de excōicatione, non intelligi hanc reincidentiā in casibus reseruatis non habentibus annexam talem censuram. Tū quia ille textus cum sit pænalis, non extenditur ad ea, quæ sunt diuersi generis c. Ad audientiam, de decimis. Aliud est enim casus reseruatus Epo: Aliud excōicatio reseruata. Tum quia absolutio a casu reseruato, nullā admittit de futuro conditionem cum sit sacramentalis, absolutio aūt ab excōicatione, potest illā admittere, vt ex Nauarro vbi supra diximus. Tū demū quia illa Papæ Bonifacii 8. text. in dicto cap. Eos complectitur solum duos casus: vnus est quando quis fuit absolutus ab excommunicatione propter imminens mortis periculum. Alius est quando quis fuit absolutus à dicta censura vel à Papa vel eius legato cum onere vt se præsentet ordinario suo vel alteri, exceptis his duobus casibus non datur à iure reincidentia, vt bene animaduertit Couarr. in capit. Alma §. 11. nu. 6. vnde absolutus vigore alicuius Bullæ, seu Iubilæi cū proposito adimplēdi id quod ibi dicitur, non est

est absoluendus cũ reincidentia, quia & si postea non adimpleat, non reincidit, cũ talis casus non sit comprehensus in d. ca. Eos vt satis patet, & pęnę non sint extendendæ, extra 6. lib. de reg. iur.

Non etiam officit, quod qui ex contẽptu omittit pęnitentiam a confessore impositam, videtur teneri ad reiterandam confessionem, ac proinde reincidere.

Respondetur, quod si peccet lethaliter omittendo ex contemptu aut negligentia notabili dictam pænitentiam, non tamen tenetur confessionem reiterare, sed sufficit obliuionem, aut negligentiam, aut cõtemptum confiteri: Nã vt supra diximus, confessus legitime peccata sua, nequaquã cogi potest ad eadem iterum confitenda, qui cum tale onus reconfitendi, nullo iure imponatur, non est asserendum c. legatur. 24. q. 2. & cap. 2. de transl. præla. & c. consuluit. 2. q. 5. ita habet D. Th. in 4. sen. d. 17. q 3. art. 3. Caie. verb. confessio iterãda. Nauar. in comment. c contrarium, de pæni. d. 5. nu. 20. Et in Manuali. c. 9. n. 18.

Secundũ vero nempe quod licet nõ reincidat non possit nihilominus absolui quousq. pręlato se pręsentet, inde manifeste colligitur. Tum quia acceptando dictam conditionem, obligauit se ad illam adimplendam: vnde quousq; persistit in proposito non adimplendi, est impenitẽs, ac per consequens inhabilis ad absolutionem arg. glo. ca. dictum. 81. dist. Fel. in. c. Irrefragabili. de offic. ord.

Tum quia illa pænitentia, vt iterum se debeat Prælato præsentare, cum sit a superiori Prælato iniuncta, non potest per alium confessorem inferiorem commutari, qui ab eo peccato reseruato, ob quod illa imposita fuit, non poterat absoluere: Syluester verb. confessio. q. 22. Rosel. eo. §. 11. Monal. in sum. de pænit. §. An possit imponi a non proprio sacerdote. Nau. in man. cap. 26. num. 22.

CASVS II.

Martha Ioãnis amore capta, & ab eodem grauida, timens a Parentibus occidi, fugam insimul arripiunt, sed amicorum postea suasu pax componitur, sub pacto, vt matrimonium contrahant: reuersiq. in patriam pro celebrandis nuptijs: Ioannis ad confessionem accedit, Parochoq. declarat se ũ matre ipsius Marthę, hac conscia, rem prius habuisse, qua etiam de re suspitio non parua inter consanguineos semper fuerat. Admonitus ergo a Parocho de affinitatis impedimento suasusq. ab eodem lõginquas adire partes, ille renuit, vt quod erit nõ modo Marthæ, & ipsius matris, sed aliorum multorum homicidiorum causa, & confessionis reuelatio maxime periclitabitur.

Quæritur, An matrimonium sit a Parocho celebrandum, ipsique sponsi absoluẽdi, & communicandi. Et conuiuere insimul absque peccato valeant, vt mors, & sigilli fractio euitetur.

Casus præsens tres continet difficultates; Vna est: An pro conseruando cõfessionis secreto, absolui debeant. Alia, an saltem communio sacra sit illis dãda, & matrimonium celebrandum. Vltima, si ficte contrahant animo cohabitandi vt frater, & soror, pro euitãdis tot verisimilibus homicidijs, in peccatum incurrant.

Primam difficultatem in hunc modũ dissoluam esse arbitror, vt pro tuendo confessionis secreto, nequaquã debeat sacramentalis absolutio dari; cum grauius sacrilegium sit impenitentem absoluere, quam sigillum frangere.

Tũ quia præceptum confessionis, multo maius est arctiusq; ligat, quam præceptum sigilli; Nam, & si vtrunq; sit diuinũ, sigilli tamen obseruantia, est propter necessitatem cõfessionis, hæc enim est necessaria peccatori ad salutẽ, confessio aũt quamuis publicæ fiat, dũmodo cæteri pænitentis actus concurrant, valida est. Iam autẽ finis præstantior est ijs quæ sunt ad finem, & propter quod vnum quodq; tale, & illud magis, vt habetur in Primo Posteriorum. Tum quia hi cum sint impeni-

pęnitentes, & accedant animo persistẽdi in peccato, nõ habẽt ius vllum ad absolutionem petendam; ac proinde iuste confessor illã denegare potest, quod enim ab aliquo iniuste petitur, iuste illi denegat immo si hos confessor quacunq; rõne absoluat, fit sacrilegii particeps. Iam autem nullum malum est faciendum, vt inde eueniant bona q. 2. cap. is autem, &c. Ne quis, & c. faciat.

De secũda difficultate, sunt qui putent, nec communionem esse istis impęnitentibus licet secretis dandam, quamuis illam publice petant, nec matrimonium inter illos celebrandum, quãquam proinde suspitio de impedimento cõfesso oriri certa possit. Rationes quibus in hanc sententiam inclinant, hę videtur præcipuæ.

Prima; quia isti, etsi confessi sint impedimentum, nolunt tñ a contrahendo matrimonio desistere: Iam autem illa peccata, quæ aliquis confitetur vt perpetranda seu animo committendi, potius quã omittendi, nõ obligatur Parochus in omni casu ad ea celanda, id, quod directe, & totaliter opponitur confessioni, vt est impænitentia, seu peccatum impænitenter cõfessum, non debeat fauorib. confessionis gaudere, sigillum autem in fauorem confessionis est inductum.

Tum quia peccata impœnitentis Deus non celat, sed in die irę reuelabit illa ad vindictam, & ideo nec cõfessor, cuius secretũ, est simile secreto Dei, tenebitur illa celare. Tũ quia vel hæc sacramenta sunt his publice a Parocho illa petentib. administranda, nec iniuria afficiantur denegãdo eis, quod sibi est iure debitum, & hoc non: quia cum peccent dicta sacramenta impęnitentes petendo, iniq; et iniuste illa postulãt, ac ideo nulla ipsis infertur iniuria, si a Parocho denegentur. Vel ne infamiæ notã incurrant, & qui hoc sciuerint, scandalum sumant, & hoc etiam nõ: quia nullus propter id, quod ex culpa sua euenit, censetur ab alio infamari; sed potius a se ipso, & ideo scãdalum quod inde apud alios oritur, referendũ est in ipsos sponsos, qui cum sciant se esse inhabiles ad dicta sacramenta, audent nihilominus ea petere, & non est attribuendũ Parocho, qui denegat iniuste postulatum, veluti si quis corã alijs exigeret a me vestem meã, affirmando esse suam: ego non eum infamo, si dare renuo: Immo ipse suæ famæ maculam inuenit, iniqua, & iniusta petitione. Tum quia magis est obuiandum nocumento spirituali, quam corporali, & tamen si ego solus secreto scirem aliquem velle gladium suum, quod in manibus meis est ad se ipsum interficiendum, graue peccatum cõmitterem, si illud darem, quamuis petat id, quod est suum: Quare et peccat Parochus, ministrando illa sacramenta, quæ certo nouit in damnũ aĩæ futura. Hanc opinionem quod peccata perpetranda non cadant sub sigillo cõfessionis, fuit Pan in c. oĩs vtriusq; sexus, & Alex. 4. par. q. 78. memb. 2 ar. 2. atq; Raym. & Innoc. vt citat Syl. verb. Confes. 1. §. 5. Hæc opinio est pluſquam falsa, nec vllo modo sequenda: Tum quia peccatum prӕteritum, quamuis fuerit absque proposito illud relinquendi cõfessum, cadit sub confessionis sigillo, quatenus defertur ad confessorem sub vna parte contritionis, s. dolore de eo perpetrato, & si non sub alia, quæ est propositum cauendi, & ita fuit a pænitente in confessione reuelatum, cum ordine ad absolutionem, & per cõsequẽs vt confessor sit illius iudex, quamuis absolutio fuerit denegata: quia non offertur vt aptum absolui. igitur a simili erit idem de peccato futuro. Tum quia baptismus, quamuis ficte susceptus, est vere sacramẽtum & ita confessio informis, est sacramẽtalis, et si ob defectum firmi propositi, nõ consequatur absolutionem. Tum quia in c. quod quidam, de pænit. & remis. præcipitur illius confessionem non esse respuẽdam, qui dixerit, se non posse abstinere.

Tum quia si quis ad confessionem accederet, cum proposito occidendi Tyrannum, vel meretricandi, putans hęc non esse peccata, & sic confiteretur, ac persuasus a confessore nolit ab his desistere, proindeque non absolueretur; sigillum nihilominus de his esset tenendum, cum sit con-

matis habeant ius ad petendū a Parocho oīa sacra, non pōt absq. iniuria denegare Parochus illis administrationem Eucharistię, vel sacramenti matrimonii, nisi adsit causa manifesta huiusce denegationis, quod enim quis publicè tanquam sibi debitum postulat, non debet illi negari absq. causa cognita, & manifesta. Iam autem Parochus, impedimentū quod nouit per per confessionem, non potest extra confessionem propalare.

Accedit, quod nullus debet absq. ordine, & processu iudiciali spoliari suo iure, spoliarentur autem hi petentes sacramēta, si per id, quod in confessione sacramentali dixerunt, posset Parochus ea denegare, esset enim hoc exprobare potius illis peccatum confessum & ita confessionem reddere odiosam, quam secundum ordinem iuris agere.

Tum quia in eo iudicio oportet causā esse cognitam, in quo ius petitur, & dicitur, sed isti petunt in foro exteriori a Parocho ius, quod in tali foro habent ad sacramenta, & in hoc foro nullo impedimētum est cognitum, non ergo potest Parochus his occultus peccatoribus sacramenta non administrare.

Confirmatur authoritate diui Patris Augustini, super illud primę ad Corinth. c. quinto, si is qui frater nominatur apud vos, & refert ca. Multi, secunda quæstio. prima, vbi sic inquit. Nos à communione quempiam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, vel seculari nominatum, atque conuictum. Vnde Christus perfido Iudæ dum nefandam proditionē occulte machinabatur, buccellam in vltima cęna inter reliquos Apostolos præbuit. Tandem cum id quod Parocho dicitur in confessione sacramētali, dicatur vt ministro Christi, & vt vice Dei, nō pōt ille per ea, quæ sic nouit, agere extra iudicialiter, & vt particularis homo. Th. in 4. sent. distin. 82. articu. nono, Adrianus in quæstionibus de Eucharistia Dur & alii feré omnes Theologi, in quarto, distinct. nona, q. 5. Neque efficit textus in dicto c. Ad aures, de tempo. ord. quatenus concedit, posse Pręlatum per id quod in confessione nouit, negare licentiam subdito, ad ordines suscipiendos.

Respondemus, id ideo esse; quia religiosis, cum non habeat ius suscipiendi ordines absq; Prælati licentia, potest Pręlatus ob secretam causam illum a tali licentia excludere vt quæ a mera, & libera Pręlati voluntate pendet: Ad dicti sponsi, cū habeāt ius ad sacramentum Eucharistiæ, & matrimonii a Parocho ministrandum, vt cui hoc ex officio incumbit idcirco cognita in confessione, nō potest talia sacramenta denegare petentibus illa publicè. Sotus in 4 sent. d. 12. q. 1. art. 6.

Ad omne autem peccatum in casu proposito effugiendum, crediderim posse Parochum, seu confessorē his sponsis cōsulere, quando præfata scandala euitari aliter non possint, vt de communi scientia, & consensu contrahant, non quidem intentione verum matrimonium ineundi de præsenti, sed conditionaliter, si Papa dispensauerit, animo interim cohabitandi quo ad domum, sed non quo ad thorum, tanquam frater & soror.

Probatur, tum quia celebratio contractus matrimonialis, quæ alias inter istos facta, esset nulla, & culpa mortalis isto modo redditur licita, non n. iis est prohibitum contrahere sponsalia de futuro, & cohabitare insimul in eadem domo, expectantes à Papa dispensationem.

Tum quia in c. Consultationi, de frigidis, & malef. statutur à Papa Cælestino iii. posse duos matrimonio coniunctos viuere insimul in eadem domo, vt frater, & soror, quāuis nō valuerit eorū matrimonium, ob coeundi impotentiam.

Tum quia nō defuerunt multi graues Theologi, cum falso assererent, occultó peccatori accedendi ad sacram communionem tempore pascatis, dari à Parocho posse, ad tuendum, & tegendum eius honorem, ipso præsertim consentiente, hostiam non consecratam, cuius opinionis fuit Altisiodorēsis, D. Bonauentura, et Adrianus, vt refert Sotus in 4. dist. 12. q. 1.

CASVS III.

Dominicus, Beneficium pingue Ecclesiasticum habens, Canonicas horas semper recitat, raro tamen cum debita attentione, et deuotione: nõ modo quia actibus exterioribus induendi, ac lauandi corpus, lectum conficiendi, vestes excutiendi, domumque totam præparandi ac componendi ex proposito tunc occupatur, sed etiam quia si hæc quandoque nõ faciat, mentem tamen ad exteriora negotia interius diuagari aduertenter permitti: adeo quod ab vno anno quo officium diuinum recitare est obligatus, vix semel attentè, & deuotè, & illud dixerit, & hæc omnia in confessione nunc explicat.

Quæritur, An peccatum mortale commiserit, & ad restitutionem fructuum sit non minus cogendus, quam si nullatenus diuinum officium dixerit.

Non defuerunt qui assererent hunc beneficiatum neque culpam lethalem absque attentione, & deuotione recitando perpetrasse, neque vlli restitutioni esse obnoxium.

Hoc probant. Tum quia adimpletio præcepti, non exigit communiter, vt per eam perueniat implens in finem, in quẽ percipiens eam intendit inducere: cum aliud sit id quod præcipitur, aliud finis in quem præcipitur, vt docet vterque Tho. prima secundæ quæst. 100. ar. 9. & secunda secundæ. quæst. quadragesimaquarta, ar. 4. ad primum. Iam autem id quod prçcipitur clerico, seu beneficiato, est recitare horas canonicas, attentio autẽ & deuotio, habent se sicut modus precepti, & tanquam finis proximus, ob quẽ fit recitatio.

Tum quia in c. dolentes, extra de celeb. mi. vbi dicitur distinctè. præcipimus, in virtute Sanctæ obedientiæ, vt diuinum officium, nocturnum pariter, & diurnũ, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter, & deuotè, &c. Colligitur apertè rem præceptam esse solum, vt dicatur totum diuinum officium, cęteras vero conditiones, esse de consilio, & hoc est quod statim declarat textus, in illis verbis quantum Deus dederit, & c. quasi dicat attentionem, & deuotionẽ in præcepto non ponimus, sed gratię Dei secundum quod ipse dare voluerit, duximus relinquendũ.

Tum quia Deuotio secundum D. Thomam secunda secundæ quæstio. octuagesimasecunda, artic. primo, est voluntas prõpta submittendi se Deo, quę promptitudo addita voluntati actuali, nihil aliud esse videtur, quam intẽtio, & feruor eius. iam autem ad cætera omnia alia præcepta ad implenda sufficit sola voluntas agendi id quod iubetur, quamuis non sit feruens; vnde ieiunans voluntariè, satisfacit præcepto ieiunandi, & si cum feruore non ieiunet: neque Christus aliud præcepit Matthęi decimonono, quam, Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata, nulla facta mẽtione deuotionis seu feruoris.

Tum quia hoc prçceptum recitandi horas canonicas, est de iure humano positiuo, & iõ non se extẽdit nisi ad ea, quæ sub iudicio humano cadere possunt, qualia sunt quæ per actus exteriores exercentur, non autem quę in sola mente consistunt, solus .n. Deus intuetur cor, homines autẽ ea, quæ patent, vt dicitur 1. Regum capitu. 16 tradit D. Thom. 12. q. 100. ar. 9 iam vero attentio, & deuotio, sunt interiores mentis actus, & ideo qui euagatur interius, quamuis scienter, nõ transgreditur per hoc mandatum ecclesiasticum de dicendo officio Diuino.

Confirmatur ex gl. in c. Graui. de cele. mis. super ver. fructũ labiorum. vbi dicit Archidiaconus, quod satis est labiis seruire in diuinis horis, licet cor diuertat ad alia.

Huius opinionis est Hostiensis in dicto c. Dolentes. Et Sanctus Antoninus tertia par. tit. 13. ca. 4. § 7 Angelus verb. hora. §. 28. Syluester in aurea rosa casu nono, & verb. hora quæst. 11.

Quod vero etiam casu quo absque attentione recitando peccaret, non teneatur ad restitutionem fructuum, ostendunt.

Tum quia Concilium Lateranense innouatum,& declaratum per extrauagantem Pii V. statuit, vt quicunque habens beneficium ecclesiasticum cum cura,aut sine cura, si post sex menses quam illud obtinuerit, diuinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit,beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officii,& temporis suos non faciat, sed eos tanquam iniustè perceptor, in fabricam ipsorum beneficiorum,vel pauperum eleemosynas,erogare teneatur,cum ergo hæc lex solum loquatur de non recitantibus, & nihil determinet de male dicentibus, videtur ad hos non debere extendi, cum sit pœnalis, & consequenter non amplianda extra proprium casum c. pœna.de pœnit.d.1.l. si de interpretatione.ff.de pœnis.

Tum quia cum non videatur tantum peccare male recitans,quantum nullatenus recitans,cum iste faciat totaliter contra legem, ille vero adimpleat saltem actum legis, quamuis non qualificatum. ideo non sunt pari pœna mulctandi, nec eadem canonis dispositio,debet ex æquo illos comprehendere.

Tum quia presbyter cui datur eleemosyna pro dicenda missa, si illam dicat in peccato mortali,non tenetur eleemosynā restituere,teneretur tamen si illam nullo modo diceret. Quare a simili videtur, quod cum beneficium detur propter officium, qui hoc recitat, quamuis ob defectum attentionis, & deuotionis peccet, non erit obnoxius restitutioni.

Contrariam tamen opinionem, vt magis communem,& veriorem amplectendam esse putamus eum scilicet qui absq. attentione, & deuotione recitat canonicas horas,in culpam lethalem incurrisse, & ad fructuum restitutionem teneri, eo prorsus modo ac si easdem horas nullatenus diceret. Huius sententiæ est D. Tho. 2.2.q.83.ar.13. Caietanus ibidem. Paludanus in 4 sent. d.15.q.5.Gabriel in canone missæ lect 62. Maior.in quarta dist. 11.q.7. Adrianus quolibet.octauo, Gerson.3.p. Alphab.71.F.ver. orationem Caietanus in summa verb. Horarum. §. 3. Nauarrus in tractatu de oratione, & horis canonicis c.13.nu.22 & c.20.nu. 51. Sotus de iust.& iur.lib.10.q.5.ar.5.conclusione sexta, quamuis ibi ad finem dictæ concl. 4. quoad restitutionem videatur a nobis dissentire.

Priorem igitur huius veræ decisionis partem,his rationibus ostendo.

Prima,quia orare,est actus virtutis,nō cuiuscunque,sed Religionis, & ideo necesse omnino est, vt fiat, quando & vbi, ac quomodo oportet hæ enim circunstantiæ,in virtutis actu requiruntur,iam autem nullus modus est virtutis orationis magis intimus,quam attentio. Nam tres orationis effectus,scilicet mereri, impetrare, satisfacere, requirunt necessario propositum attendendi,& vocandi Deo.

Confirmatur,quia actus virtuosus fieri nequit absq. deliberatione,& sine aliquo intento,alias non esset humanus, sed brutalis,& ideo oratio proficisci debet ex intentione eam dicendi.

Secunda,quia Concilium generale in c.Dolentes,de celeb. missę, expresse pręcipi attentionem,cum ait districte præcipimus in virtute obedientiæ,vt diuinum officium nocturnum pariter,& diurnum quatenus eis uempe clerici Deus dederit,studiose celebrent,pariter,& deuote. Iam autem verba illa, distinctè præcipimus in virtute obedientiæ,indicant operte hoc pręceptum obligare transgressorē ad culpam mortalem, & quod illud non solum feratur super actum ipsum, quod ad substantiam integre dicendi diuinum officium, sed etiam super modum attente deuoteq; orandi, colligitur manifeste ex eo quod non erat dubitatio tunc in illo Concilio de ipsa recitatione integra diuini officii, cum iam in ecclesia hoc longa consuetudine fuerit receptum:sed cōtrouersia versabatur in modo recitandi, qui quasi in præceps ibat ob clericorum negli-

negligentiam, & deuotionem, & huic malo voluit Concilium illo decreto prouidere, & ne quis arbitraretur voluisse Concilium obligare ad summa, & viribus nostris fere imparem attentionem subiunxit, quantum Deus eis dederit hoc est sufficere illam attentionem, & deuotionem, quam morali adhibita diligentia placuerit Deo nobis conferre.

Tertia, quia ille qui non attendendo in id quod dicit, alloquitur Principem, aut Magnatem, irreuerentiam, & offensam illi grauem facit; ergo multo magis qui alloquitur ipsum Deum, qui est Rex regum, & Dominus dominantium, si non attendat in id quod dicit, eum offendit iuxta illud Hieremiæ c. 55. Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter.

Quarta, quia oratio infecta malitia, aut defectu debitæ bonitatis est mala, nihilque prodest, alias si prodessent, tunc vnum, idem opus, essent bonum, & malum diuersis respectibus, quod esse impossibile docet D. Thomas secundo sent. d. 40. q. 1. art. quarto, facit Caput, Cum renunciatur, 37. q. prima. Iam autem illa oratio, quę caret attentione, & deuotione, est deficiens a debita bonitate, vt satis probat Adrianas in quolibeto primo, adducens illud Malachię primo, si offeras cæcum animal ad immolandum, nonne malum est? offer illud Duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, quasi dicat, quod veluti offerens hędum cæcum magnati erat, ita offerens Deo orationem carentem attentione, & deuotione.

Quinta, quia hoc sacra scriptura videtur aperte significare, & omnes Sancti affirmant. Nam Ioannes c. 4. dicitur, Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Iam autem qui sine attentione, & deuotione orat, non dicetur orare in spiritu, secundū illud exprobratum Iudæis Matthęi. 15. Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum longe est a me. Item. 6 cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora. Et Paulus ad Ephesios Primo. Cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino, quę verba explicans D. Hieronimus inquit, Audiant hi, quibus in ecclesia est psallendi officium Deo, non voce, sed corde cantandum.

Præterea Prima ad Corinthios c. 14. si orem lingua, mens mea sine fructu est, vbi D. P. Augustinus ait, quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor. refertur in Clementina 1. de reliq. & vener. sanct.

Tandem, D. Bernardus sermone 13. super cantica inquit immolantes hostias laudis, iungamus verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exultationi grauitatem, grauitati libertatem, & humilitati libertatem.

Posteriorem nostrę responsionis partem, quod scilicet beneficiatus absq. attentione, & deuotione recitans, teneantur ad restituendos fructus eo prorsus modo, ac si nullatenus recitaret, ostendo his argumentis.

Primo, quia iste sic recitans, cum non agat, quod ecclesia præcipit, vt superius est probatum, vt transgreditur præceptū ecclesiæ de recitando diuino officio, ac si non recitaret, ac proinde idem est iudicandum de illo ac de non recitante, quia par ratio, parius parit. cap. Dudum. 2. de elect. l. Illud. ff. ad l. Aquil.

Secundo, quia non dicitur recitasse ille, qui sic recitat, vt ab onere recitandi, per talem recitationem se non liberat. argum. capitu. dolentes. de celeb. Missar. Iam autem qui absque attentione, & deuotione recitat, non satisfacit præcepto de recitando; ac proinde tenetur intra eūdem diem iterum recitare arg. c. Ea te. de iureiur. & probat late Adrianus quolibeto 8.

Tertio, quia constitutio quęcunque pænalis, extenditur tunc de vno casu ad alium quando in illo subest eadem ratio, & includitur, ac continetur sub significatione saltem larga verborum constitutionis pænalis, vt late probat Antonius, in c. fin. de consuet. & Dominicus ac Perusinus in c. 1. de temp. ordi. lib. 6. Cum ergo ille qui sic male recitat, includatur sub signifi-

significatione saltem lata, huius verbi nō recitare, vt in quo subest eadem ratio, tū peccati, tum obligationis repetendi quæ in non recitante, fatendum est necessario includi in lege pœnali disponente de non recitante. Confirmatur, quia male recitans, magis peccat, quam nullatenus recitans; eo quod ille qui male recitat, delinquit commissione, & omissione: commissione quidem; quoniam facit actum malę recitationis, omissione autem, quia habetur ac si non recitasset. Non recitans vero delinquit solum omissione omittendo scilicet actum recitationis, & ideo si pœna restitutionis imponitur ob causam nō recitandi, multo magis comprehenderet male recitantem; cum enim illa pœna sit iuris cōis, & imposita ob vtilitatem publicam, ideo potest, & debet extendi a non recitante, ad male recitantem, secundum doctrinā Bartoli in l. quemadmodum. C. de Agricol. & cens. lib. 12. Vltimo, quia quando aliquis actus requiritur cum aliqua qualitate, non sufficit quod fiat sine illa, vt multis exemplis ostendunt iuris periti, in c. licet causam, de probat. Cum ergo ius canonicum in c. Dolentes, de celeb. miss. requirat orationem comitari attentione, & deuotione; sequitur non sufficere horas canonicas dicere, absq; tali qualitate, & per consequens sic dictas, haberi ac nullatenus dictas: cui. n. præcipitur facere aliquid cum certa qualitate, nō satisfacit præcepto absque illa gl. in c. Notificasti. 33. q. 3. Pro maiori huius responsionis euidentia, est aduertendum triplicem esse orationis attentionem; Prima est illa, qua considerantur verba sola ne in eis proferēdis erret: Secunda, qua attēdit ad significationem, & sensum verbo, & hæc est præstantior prima. Tertia est, qua attenditur tum ad id quod petitur, tum ad ipsum orationis finem, qui est Deus, & hęc est melior cæteris. Et sicut ad hoc, vt quis satisfaciat præcepto recitandi diuinum officium, satis est habere a principio propositum actuale vel virtuale attendendi vna trium prędictarum attentionum orationi vsque ad finem, licet postea in prosequendo, & continuando per humanam fragilitatem aut Dæmonis suggestionem, & infestationem, vel ex malo habitu in alias res inclinante, desinat illi vel alicui eius parti etiam notabili vllo modo attendere: Ita qui horas canonicas recitat, absque proposito actuali attendendi aliquam horum trium attentionum, mortaliter peccat, & præcepto quo ecclesia iubet recitare, non satisfacit, vt supra collegimus ex D. Thom. cum communi. 2. 2. quæstio. 81. art. 6.

21 Dicitur autem propositū actuale, quoties quis expresse proponit, & vult attendere, ac re vera attendit vna illarum triū attentionum. Propositum virtuale dicitur, quoties facit aliquid, ad quod necessario sequitur velle attendere, vt cum quis petit aut capit Breuiarium cum proposito expresso satisfaciendi suæ obligationi, aut recitandi, aut dicendi horas canonicas secundum quod præcipit ecclesia, aut saltem tali animo deliberato capit Breuiarium vt si interrogaretur quare ipsum capiat? vere responderet, se id facere ad recitandum vel satisfaciendum suæ obligationi, aut debito vt docet Maior. in quarto sent. distinct. duodecima, quęst. septima, & latissime Nauarrus cap. inter verba, vndecima, quæstio. tertia, & tractatu de horis canonicis capitu. sexto num, decimoquinto, & capit. decimotertio, num. decimoseptimo.

Hoc autem propositum attendendi actuale, vel virtuale quamuis requiratur, & sufficiat a principio orationis, id tamē sic intelligendum est, vt postea non interueniat aliud propositum actualiter, vel virtualiter, illi contrarium. Actuale siue expressum propositum nō attendendi habet is, qui verè proponit non attendere, aliqua dictarum trium attentionum, & hoc rarò aut nunquam contingit.

Virtuale seu tacitum propositum attendendi habet is, qui toto cogitatu se occupat in rebus ab oratione extraneis, & aduertit se de his cogitare, ac per huiusmodi cogitatum alienari prorsus ab omni attentione orationis, & omnia hęc

sciens,

sciens, & considerans non procurare animum suum ab iis reuocare. Aut qui animo deliberato se occupat in actionibus exterioribus, quæ repugnant omni attentioni orandi attenta saltem habilitate, & solicitudine illius qui ita se occupando orat: illa vero actu corporalis repugnat omni attentioni, & impedit præceptum recitandi, quæ non est compatibilis cum aliqua dictarum attentionum, cõsiderato ingenio, & habilitate eius hoīs, qui recitat, vt bene declarat Dur. in 4. d. 15 q. 12.

Vnde colliges cum Caietano. 2. 2. q. 83. artic. 13. non peccare saltem mortifere recitantes canonicas, dum se induunt, calceant, manus vel faciem lauant, pennas ad scribendum aptant, domum vertunt, & aliud simile quid faciunt, quod attentionibus pręfatis oīb. non contrarietur.

Nam de Monachis Aegyptiis, quod occupati exercitiis exterioribus orabant, & recitabant, testatur Ioannes Cassianus lib. 2. cap. 14. canon. noctur. orat. Et in Missali Romano perscribuntur sacerdotibus pręces dicendæ cum sacris vestibus se induũt, & exuunt, vt etiam in Pontificali Episcopi, vide Ioannem Maiorem, in 4. sen. dist. 12. quæst. 7. Nauar. de Horis canonicis, cap. 13. num. 49. Durandum in 4. dist. 16. q. 12.

Per hoc tamen non negamus, tale posse esse alicuius hominis ingenium, tam debilem etiam iudicii vim, tam accelerati quoque huiusmodi exteriores actus, & tam vehementer hominem occupantes, vt vix cum illis possit aliqua attentio ad diuinum officium deberi: in quo casu peccaretur mortaliter, nec ita recitando satisfacere, & quia in hoc regula certa assignari nequit, ideo prudenti confessoris iudicio id erit regulandum, & definiendum, cuius muneris est perpendere, tam naturam operis exterioris, quam modum, & habilitatem agentis: vt colligitur ex Sancto Anto. 2. par. tit. 9. cap. 3. §. 3. ver. tertia negligentia.

Aduertat deinde confessor, quod & si recitans diuinum officium in peccato mortali, & in excommunicatione, immo qui recitat mala, & pessima intentione etiam simoniaca, satisfaciat obligationi de dicendo horas, qui tamen recita absque attentione, & deuotione nequaquã satisfacit. Ratio huius discriminis est, quia præceptum de recitandis horis, non obligat ad recitandum, eas meritoriè aut virtuose, sed bene obligat ad recipiendum attente, & deuote, is autem cui præcipitur agere quippiam cum aliqua qualitate, non satisfaciat, præcepto, agendo sine illa, vt inquit glosa solemnis, & communiter recepta in cap. Notificasti 33. q. 3. & capit. licet causa, ide probat. & ibidem latè Felinus ac Decius.

Notandum est tandem, quod, & si in omni oratione tam obligatoria, quam voluntaria, requiratur attentio, attamen voluntaria, & quæ ad deuotionem solum fit, defectus attentionis est peccatum veniale, & ideo non tenetur sub nouo peccato eandem recitare, sed in obligatoria, est peccatum mortale, nec per illam satisfacit suæ obligationi, sed necesse est vt iterum eam repetat. Et ratio diuersitatis huius in hoc consistit.

Tum quia voluntarie, & ex sola deuotione orans, sicut non obligatur ex præcepto ad orandum, ita nec obligatur ad qualitatem tali præcepto iniunctam, quæ est studiose, & attente orare: quia non entis non sunt qualitates. l. si seruum. §. 1. ff. de Actio. empt. Et c. cum Paulus. I. q. 1. Quãuis iam quod orat, teneatur bene orare, ex illo generali præcepto, quo faciens aliquem actum obligatur ad illum benè, & debite faciendum, alias male facit. At vero qui orat ex obligatione, hoc est oratione diuini officij sibi pręcepta; quia eodẽ præcepto, quo ad recitandum diuinum officium arctatur, illi etiam iungitur attentio ad tale diuinum officium, propterea transgreditur pręceptum, nec satisfacit dictæ obligationi, recitando illud absque attentione, vt colligitur ex clementina prima de celebrat. Missæ, & in extrauag. prima, de vit. & honesta. cleric.

Tum quia illud generale pręceptum, quo faciens aliquid, obligatur ad faciendum

dum

Variæ Responsiones

CASVVM CONSCIENTIÆ

In Confessione sæpè occurrentium.

TERTIA PARS.

Auctore Reuer. Doct. P. F.

LVDOVICO DE BEIA PALESTRELLO, Ord. Eremit. S. Augustini.

PRIMVS CASVS.



Atthiæ grauia peccata confitenti, imposita est à confessore satisfactoria pænitentia, non quidem qualitati, & quantitati criminum proportionata, & æqua, sed admodum leuis, & voluntati ipsius accommodata, & ideo acceptauit illam, nõ tamen adimpleuit ob solam accidiã; nunc verò propè Epiphaniæ festum, in quo solet communicare, ad confessorem alium accedens, & de illa accidia se accusans, petit instanter veterem pænitentiam in nouam commutari, non aliam ob causam, quàm quòd libentius, & deuotius hanc, quàm illam, credit se adimpleturum.

Quæritur, an primus confessor iniungẽdo pænitentiam, non æquiualentem grauitati peccatorum sed prout Matthias elegit, & voluit, lethaliter deliquerit, et num à secundo confessore commutari possit ob illam leuem causam.

PRo resolutione prioris dubijs aduertendum in primis est, non agi hic, nisi de pænitentia, quæ dicitur satisfactoria per quam pæna debita pro peccatis, quatenus sunt Dei offẽsæ, soluitur ab homine, aut in hac vita per opera voluntariè suscepta, scilicet ieiunia, orationes, & eleemosynas, siue per indulgentias; aut in purgatorio, per tolerantiam pœnæ à Deo, inflictæ, vt declarant Theologi in 4. lib sent. d. 16. & facit c. Satisfactio. de poenit. dist. 3 & c. Animæ 13. q. 2.

Aduertendum deinde illam esse pœnitentiam iustam, quæ exequat, & non superat pœnam, peccatis confessis in purgatorio luendam: quanta autem pęna pro quolibet peccato mortali, soluatur in purgatorio, solus Deus nouit, cui ipsi est manifesta sceleris cuiusque grauitas, & contritionis vis, & pars ea poenę, quàm absolutio sacramentalis tollit, nec non meritum operis vel sacramentalis, vel alterius cuiusuis, per quod iuxta magnitudinem, & feruorem gratiæ, ac deuotionis, ex opere saltem operantis satisfacimus.

Aduertendum tertiò, non esse verum id, quod vulgo dici solet, pro quacumque culpa mortali, iniungendam esse pęnam septem annorum. Tum quia in iure nulla lex reperitur, quæ id statuat. vnde in cap. Mensuram. de pœnit. dist. 1. inquit D. Hieronymus, mensuram temporis in agenda pænitentia non esse à canonibus pro vnoquoque crimine præfixã. Tum quia canones quadraginta septem pęnitentiales, quos collegit Hostiensis in summa. de pœnit. remiss. § quæ pæna. Et quos ab omnibus sacerdotibus addiscendos esse, habetur in c. Quæ ipsis. 38. dist. loquuntur solùm de pęna imponenda pro peccatis in foro exteriori, non autem in foro confessionis, vt latè probat Alexandrinus in cap. Præsbyter. 82. dist. & Antonin. in ca. 1. de pœnit. & remiss. Nauarrus in cap. Mensuram. de pęnit. dist. 1. nu. 4. & cap. Falsas. de pænit. dist. 5. nu. 18. Tum quia inepte satis imponetur à confessore pęnitentia septem annorum pro quolibet peccato illi, qui mille confiteretur: quia non sufficeret totum tempus vitæ, ad eam persoluendam. Et huic sententiæ videtur fauere D. Thomas in 4. dist. 20 q. 1. art. 2. ad 2. vbi expresè ait, non esse vniuersaliter verum, quòd pro quolibet peccato septennis pęnitentia exigatur.

Notandum est quartò, quantitatem, & qualitatem pœnitentiæ semper relictam fuisse, & nunc quoque relinqui prudentis confessoris arbitrio, vt dicitur in cap. Deus qui. de pęnit. & remiss. & c. Tempor. 26. q. 7. ac si quod nõ sic est intelligendum, quasi quòd per illam iniũctam pænitentiam, & adimpletam, quæcunque illa etiam minima fuerit, statim liber reddatur pœnitens ab omni pœna purgatorijs; hoc enim falsum esse ostendunt multis rationibus Theologi in 4. sent. dist. 20. Nec etiam, quod in mera voluntate confessoris positũ sit ad quãcunque pœnitentiam arctare pœnitentiam, etiam inuitum, cùm sufficiat pęnitenti habere propositum satisfaciendi Deo, hic per bona opera, seu indulgentias, aut in purgatorio; vt latè ostendit Scotus in 4. distin. 17. & Gabr. dist. 16. q. 2. sed intelligitur, quòd cùm quantitas pænitentiæ nulla lege reperiatur taxata, relictum est hoc negotium prudentiæ confessoris, qui tanquam index animæ, seu peccatorum in foro pœnitentiali cõsideret, & faciat id, quod tam quoad viuentem, quàm quoad mortuum videbitur conuenientius, perpensaque grauitate peccati, & pœnitentis contritione, ac personæ qualitate, quantitatem pęnitentiæ imponendæ libret, & æquam, ac iustam conetur imponere, vt declarãt Doctores in cap. Mensuram, de pœnit. dist. 1. His suppositis, ad primam dubitationem respondemus. Primò confessorem, qui pro libito pœnitentiam imponit, nulla prorsus habita ratione ad grauitatem peccati, imo tam confitenti multa peccata, quàm confitenti vnum, eandem fere semper pænitentiam imponere solet, culpam grauem incurrere. Quæ videtur opinio Abulensis super 18. Matthæi quæst. 49. & Adriani in 4. de clauibus, q. 2. & Maioris in 4. dist. 20.

Probatur, tum quia hanc pœnitentiã omnino inæqualem peccatis confessis, appellat falsam Gregorius VII. in cap. Falsas. de pœniten. dist. 5. non quòd ea, etsi paruissima, non prosit ad tollendam proportionatam partem pœnæ, sed quia per eam fallit confessor quantum in se est pænitentem, dando ei occasionem credendi se per illam plenè satisfacere; & à pænis purgatorij liberari.

Tum quia confessor cum Vicedei sit iudex, ad iniuriam Deo illatam vindicãdam, videretur abuti officio, & parum facere diuinam offensam, si nulla ad hanc habita ratione, leuissimas imponeret pęnitentias: non enim mediocriter deliquit præfatus, qui debita cęlestis regis, & Domini sua præsumptione resoluit, & culpas impunè dimittit. cap. Si is. qui prælatus, 23. q. 4.

Tum quia non est verè Dei amicus, qui peccata contra Deum commissa multò minus æstimat, & leuius admodum

dum

dum punit, quàm quæ in seipsum fiunt.

Tum quia Christus Dominus antequam Apostolis potestatem tribueret ligandi, & soluendi, Ioannis, 20. præmisit, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c. vt intelligerent illa potestate absoluendi à culpis, & ligandi ad pęnitentias, non proprio arbitratu, se secundum iudicium Spiritu sancto regulatũ, eis esse vtendum, ita quòd, sicut clauis scientiæ est confessori data, vt non propria voluntate, sed secundum rationem perpendat peccata, & circumstantias, à quibus pęnitentem debet absoluere, ita etiam clauis eadem est data, vt pœnas, secundum grauitatem peccatorum, & pænitentis qualitates imponat, & ideo qui secus facit, claue abutitur.

Tum etiam, quia per has leuissimas, omnino improportionatas pænitentias datur occasio pænitenti; vt peccata grauissima, leuiora putet, & in eadem facilè relabatur; vt enim pro qualitate culparum, & pænitentium facultate, conuenientes satisfactiones, magnopere a peccato reuocant, cautioresque, & vigilantiores in futurum pænitentes efficiunt. cap Dierum. extr. de pænis. Ita facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi. cap. Vt clericorum, de vita, & honestate clericorum. 24 quęst. 4. cap. Est iniuncta.

Tum denique, quia Concilium Coloniense de satisfactione. §. Ex prędictis. & ita multò apertius Concilium Triden. sess. 14. & c. 8 hanc nostram opinionem confirmat his verbis: Debent ergo Sacerdotes Domini, quantùm spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pænitentium facultate, salutares & conuenientes satisfactiones iniungere, ne, si fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pænitentibus agant, leuissima quædam opera, pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.

Nec obstat, si quis dicat, Christum Dominum, quem sacerdotes immitari tenentur, illis, quibus peccata dimisit, nullam aliam pænitentiam iniũxisse, quàm ne amplius vellent peccare.

Respondemus, Christum habuisse potestatem excellentiæ, per quam poterat peccata plenissimè condonare, tam quoad culpam, quàm quoad pęnam; sed confessoris potestas: est legibus sacramenti arctata, vt nequeat pro suo libito, pænitentis debita relaxare, aut pęnam minimam pro grauissimis, vel maximam, pro minimis peccatis iniungere.

Non etiam obstat dicere, quòd, si pęnitentię essent imponendæ secundum grauitatem peccati, opporteret eas esse tunc nimis rigidas, &, quę a paucis acceptarẽtur, vel acceptæ, exequutioni mandarentur. Respondemus, quod pænitentia non est iudicanda, & imponenda solùm penes grauitatem peccati, sed etiam iuxta qualitatem personæ, & alias circunstantias loci, temporis, contritionis, & status pænitentis. Cum enim hę pœnitentiæ non dentur tantùm in peccatorum vindictam seu purgationem, sed etiam loco medicinę, ideo non est habenda solius culpæ ratio, sed attendenda etiam est corporis debilitas, vel spiritualium virium remissio, eo modo, quo medici medicaminum rigorem temperant secundum ægrotantis imbecillitatem. Vnde pauperi, vel multa familia grauato, non sunt largæ imponendæ eleemosynæ, nec laboranti, aut ægroto, ieiunia iniungi debent; nec homini delicato, austeritates magnæ; nec vxori, filio, aut seruituti alicui addicto, ea sunt imponenda, quę vel debita obsequia impediunt, vel in periculum honoris, aut alicuius notabilis damni, animæ, seu corporis vergunt, vt inter alios declarat sanctus Antoninus par. 3. tit 17. c. 10. §. 10.

Ex quibus facilè colligi potest, quàm grauiter errent illi confessores, qui indiscretas pęnitentias imponunt, nec vllam personarum, sed solius grauitatis peccati rationem habent; vt qui peregrinationes mulieribus imponunt, quarum honestas domi magis, quàm foris conseruatur; vel qui ieiunia panis, & aquæ me-

lancholico: aut multas orationes illis q. ad longas preces est arctatus; aut innuptę, sub cura parentum degenti, vt ecclesias aliquas sæpius visitet: aut infirmo, vt honestas recreationes euidenter: aut iuueni debilissimo, vt sępius ieiunet: aut publico lectori, seu alijs negotijs occupatissimo, vt psalterium singulo quoque die recitet: vel homini scrupuloso, & laico, vt singulo quoque die confiteatur; istæ enim, & aliæ similes poenitentiæ non sunt imponendæ, nec à pænitentibus acceptandę, vt ait Richar. in 4. dist. 18. art. 5. Sotus in 4. distin. 20. q. 2. ar. 2. Nau. i c. 1. §. ponat. de pęn. d. 5. n. 8.

Colligitur etiam pęnitentem non teneri ad acceptandum Religionis ingressum, si pro pænitentia sibi à confessore imponatur, quia ingredi religionem est actus omnino voluntarius, & qui præcipi non pót, c. Integritas. 31. q. 1. vnde deceptus maximè fuit Card. in c. 1. de pęn. dist. 5. cum ait. Sacerdotem posse alicui confesso imponere loco pęnitentię quid grauius, quàm sit Religio, s. carcerẽ perpetuum, in quo solo pane, & aqua viuat; hoc enim esse falsum, ostendit vbi supra Nauar. num. 14.

Infertur pręterea, non posse, nec debere confessarium obligare pænitentẽ, vt etiam pro peccato quantùmuis publico pœnitẽtiam publicam subeat, quia hoc esset obligare ipsum ad reuelandã confessionem, quod nullo modo est licitũ; quamuis enim peccatum sit publicum, quod tamen sit confessum, & absolutũ, est fori secreti sacramentalis, & ideo secreta, ac sacramentali pęnitentia est plectendum, non autem publica, & iudiciali, quę non tam respicit amicitiam contractam inter offendentem, & offensum, & voluntariam recompensationem, in qua consistit sacramentalis satisfactio, quàm puræ iustitię rigorem, vt docet D. Antonin. p. 3. tit. 14. c. 17. §. 6. & Monald. in titulo de pœnitentia publica, & priuata, & Nauar. in cap. 1. §. ponat. de pænit. dist. 5. nu. 16. & cap. Qui vult. de pęnit. dist. 6. num. 44.

Colligitur tandem; confessorem debere pænitenti iniungere, vt quidquid boni fecerit, & mali sustinuerit, sit illi in remissionem peccatorum: quæ verba iã communi vsu ecclesiæ adijci solent in ipsa absolutionis forma: per quæ verba, etsi ad nullum speciale opus obligetur pænitens, ac ideo non sit ibi iniunctio pęnitentię pura, est tamen conditionalis, quatenus potestate clauis applicat sacerdos satisfactioni peccatorum id omne bonum, quod poenitens agere voluerit, per quam applicationem sacramentalem habent illa bona sic generatim iniuncta, vt sint magis satisfactoria. Nam ex tribus gradibus bonorum quibus Deo satisfacimus, etsi primus, & pręcipuus ille sit, quando illa bona, quæ agimus, sunt speciatim, & in particulari iniuncta à confessore, hæc enim opera sũt maximè satisfactoria: secundus tamen gradus, qui est eorum operum, quę confessor iniungit generatim, & sub conditione si quid boni feceris, vel mali sustinueris, sunt etiam multùm satisfactoria, virtute clauis, & magis, quàm sint illa, quæ propria voluntate ex deuotione facimus: hæc enim sunt in tertio bonorum gradu, quia nullo modo sunt sacramentalia, & ideo, cæteris paribus, minus habent de satisfactione, arg. cap. Quem poenitet dist. 1. vt declarat Caiet. in opusculis, to. 1. tract. 6. q. 1. de satisfactione. Nau. in c. Qui vult. de poen. d. 6. nu. 38. & in sequente casu explicabitur latius.

Hinc fortè possunt excusari à peccato confessores imponendo paruas poenitentias, quia omnes hac clausula iam vtuntur; quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem culpę, & cetera, homines autem vt plurimum in hoc mundo bona multa faciunt, & mala plurima sustinent, quæ sic applicata, tũc habent satisfactionis sacramẽtalis. Quo fit, vt fructuosa maximè sint hæc verba, quicquid boni feceris &c. & declaranda poenitenti, vt sciat leuẽ poenitentiam sibi ideo imponi, quia omnia bona opera totius suę vitæ in satisfa-

tisfa-

tisfactionem pœnę peccatis suis debitæ iniunguntur, & acceptantur. Et secundum hoc intelligendus est tex. in c. Deus qui. de pœn & remiss.

AN confessor possit pœnitentiam ab alio confessore iniunctam mutare?

Secundum dubium, quod in præsente casu includebatur, id erat: Utrum confessor possit commutare vel minuere pęnitentiam; ab alio cõfessore impositam.

Sunt qui putent, confessorem priore superiorem, posse mutare pęnitentiam ab inferiore confessore impositam, nempe Papam iniunctam ab Episcopo: & Episcopum impositam à Parocho, seu alio simplice confessore, dummodo tamen ille superior confessionem eiusdem peccati sacramentaliter de nouo audiat. Sed æquales confessores nequaquam hoc posse, nisi claue errante, hoc est, quando talis iniuncta pęnitentia, circumstantijs pensatis, errorem contineret. Nam tunc posset confessor secundus, audita de nouo peccatorum pręteritorum confessione, pęnitentiam nõ quidem mutare, sed declarare illam nõ fuisse obligatoriam. Ita Victoria, de clauibus. nu. 13. & Sotus in 4. sent. dist. 20. q. 2. art. 3. in calce q.

Primam opinionis huius partem suadent ea ratione, quia superior habet ex præeminente potestate sua corrigere nõ solum in foro exteriore, sed etiam interiore, inferioris iudicis sententiam; quãuis enim confessor quilibet, authoritatẽ a Christo habeat obligandi ad pœnitentiam, quia tamen obligare ad hanc vel illam, est pręceptum humanum, seu lex positiua, & Episcopus potest dispensare in omni pręcepto per hominem inferiorẽ posito, ideo potest etiam dispensare in pęnitentia ab inferiore confessore iniũcta.

Secundam partem ostendunt. Tum quia par in parem non habet imperium. c. Placuit. de pœnit. dist. 6. vbi prohibetur, ne vllus sacerdos commissum alteri pœnitentem, ad pęnitentiam suscipiat, nisi de illius consensu, vel pro ignorantia illius prioris, quo in textu, etsi de pęnitentia publica sit specialis sermo, eadẽ tamen ratio, de priuata, & sacramentali censetur.

Tum quia nullus iudex, alterius sententiam legitimè datam, irritare aut reuocare potest nisi sit superior. Nam sentẽtia contra res prius definitiuè iudicatas, non tenet. 2. q. 6. c. Ei, qui appellat. §. diffinitiua. vers. Item si sentẽtia lata fuerit. &c. glos. in c. Inter monasterium, & de sentent. & re iud. & Cod. quando prouo. non est necesse l. prima.

Confirmatur in authoritate glos. in c. Quod super his, de voto verb. potens tamen. vbi asserit, quod de iure communi, quãdo nõ subest legitima causa immutãdi pœnitentiam, non põt eã alius immutare, nisi qui iniũxit, vel quilibet maior.

Hæc tamen opinio nobis non placet, vt qui arbitremur, non modo superiorem, sed etiam æqualem confessorẽ posse pęnitentiam ab alio iniunctam commutare, & iusta de causa minuere, etiam nõ audita illius peccati cõfessione, pro quo fuit imposita; modò tamen imposita fuerit ob ea peccata, a quibus ille qui eam mutat absoluere potuisset, & hãc etiam tũc poterit cùm necessitas vrget, vel suadet vtilitas; nam his casibus pium est interpretari quod superiorem licentiam cõmutandi vel relaxandi cõcesserat. Hãc opinionem tuetur Nau. in suo manuali c. 26. n. 22. vbi multos alios doctor. citat.

Rationes autem, quibus in hanc opinionem adducor, hæ sunt pręcipuę; tum quòd pænitens, vel quia non fecit pænitentiam, vel quia videtur sibi difficilis, vel ob aliam causam, non habens animũ eam adimplendi, accusat tunc se alteri confessori de hoc peccato, qui de tali pænitentia, vt nouæ confessionis materia, constituitur iudex à pænitente, ac proinde potest super illam ferre sententiã, mutando, vel relaxando, prout magis sibi ęquum, & iustum videbitur. Nam in omni causa in iudicio confessionis sacramẽtalis pręsentata, potest confessor qui est legitimus iudex soluere, & ligare.

Confirmatur, quia secundus cōfessor non mutat aut minuit pęnitentiā ab alio iniunctam directè, & per se; hoc est, vt formaliter impositam ab alio; quia extra confessionis actum hoc non potest facere: sed commutat, & dispensat, illam ratione peccati commissi in non adimplendo; ita quòd directè, & per se iudicat de culpa, quæ est nolle satisfacere pęnitentiæ impositæ, & acceptatæ secundario autem, & per accidens, ex coniunctione peccati huius, sibi de nouo confessi iudicat de imposita præterita pœnitentia, & tanquam iudex illius habet authoritatem commutandi, & dispēsandi; qui enim habet potestatem iudicandi aliquod crimen, potest insimul cognoscere, & iudicare de necessario annexis. Nā accessorium naturam sequitur principalis de reg. iu. c. Access.

Tum quia, etsi in foro exteriori, vt finis imponatur litibus, & paci Reipublicæ consulatur, & vbi ad condemnationē delicti agitur, non soleat iudicari bis id ipsum; nec sententia minui, mutari, aut innouari per eundem, aut alium parem, seu inferiorem iudicē possit. arg. c. in litteris. de offic. deleg. ff. de arbit. l. qualem. In foro tamen interiore, qui totus est ad salutem animę, & cuius materia sunt voluntarij actus pęnitentis, sicut possunt peccata aliàs confessa, & rite absoluta, iterum reconfiteri, alteri confessori, & ab hoc absolui, quia sunt materia voluntaria sacramenti; ita etiam pęnitentia ob illa præterita peccata imposita, subijci de nouo potest iudicio alterius confessoris, cùm hoc repetitum eiusdem causæ iudicium, & diuersa sententia fiat solùm ad animæ salutem, absq; omni iudiciali strepitu: nec fit inuito reo, sed eodem volente, & petente.

Corroboratur hæc opinio, per glos. in c. Tempo. 26. q. 7. verb. tuo iudicio. vbi apertè inquit, quòd cùm pœnitentię omnes sint arbitrariæ, potest Episcopus diminuere pœnitentiam, quam indixit Papa. Sicut procurator ex causa potest mādare contrarium illius, quod mandauit dominus. vt ff. mandati, si hominem: iā autem confessores sunt quasi procuratores in causa salutis animæ illorum, qui eis confitentur.

Quòd verò non teneatur huiusmodi pœnitens, cui imposita pœnitentia mutatur seu, minuitur, confiteri de nouo ea peccata, ob quæ illa pœnitentia fuit imposita. Probatur ex eo, quia nulla lege cogi quis potest, ad confitendum iterum illa peccata, de quibus est semel integrè confessus, & legitimè absolutus, vt ait, D. Tho. quolib. 1. art. 12. & Caiet. in summa Verbo confessio iteranda. Nauar in c. Contrarium de pęnit. d. 5. nu. 20.

Aduertendum est tamen, quod sicut in voto, ac iuramento datur commutatio, quæ est rei vnius in alteram æqualem: & datur relaxatio, seu dispensatio, qua obligatio vel minuitur, vel tollitur penitus; & maior causa ad dispensandā, seu minuendam obligationem requiritur, quàm ad eandem commutandam. Ita vt confessor mutet pœnitentiam in aliam prorsus æqualem, vel maiorem, quæ suauius, & libentius à pœnitente impleatur, satis erit, quòd pœnitens id desideret, ac petat, tanquam in hanc nouam, magis deuotione propensus, & ad eam adimplendam animosior, sed ad pœnitentiam minuendam, aut omninò tollendam exigitur aliqua alia causa, quæ iudicio saltem confessoris adeò iusta videatur, vt ipsum rationabiliter moueat, ad sic faciendum. Et quia confessor authoritatem in foro conscientiæ habet ordinariam, & non ex priuilegio, tanquam solus delegatus, ideò in actu confessionis commutare, & dispensare insimul, quoad pęnitentias potest, arg. c. 1. de rescript & c. Priuilegia. dist. 3.

Notandum est deinde inter confessorem superiorem, & inferiorem, hoc esse discrimen, quòd superior, vt Episcopus, potest pœnitentiam ad inferiore impositam minuere, & commutare extrà confessionem. Tum quia, etsi authoritas imponendi pœnitentias sit diuina, ipsa tamen obligatio ad hanc, & illam pœnitē-

tiam

ia meſt lex poſitiua, vt votum, & alia, quæ quoad fieri, pendent ex voluntate hominis Iam autem Papa vel Epiſcopus poteſt diſpenſare in omni præcepto per inferiorem poſito. Tum quia lex inferioris non comprehendit, nec arctat iuriſdictionem ſuperioris,& præceptum pœnitentiæ impoſitæ eſt lex inferioris confeſſoris. Tum quia etſi actus ordinis,& character in ſacerdote, & Epiſcopo ſit æqualis,& tam valida ſit abſolutio ſacramentalis collata ab Epiſcopo,quàm à quocumque alio confeſſore,ipſum tamen ſatisfactionis exequendæ præceptum eſt actus iuriſdictionis ſubordinatus,ſeu ſubalternatus iuriſdictioni Epiſcopi.

Confeſſor tamen Papa,& Epiſcopo inferior non poteſt extrà confeſſionem minuere vel mutare pęnitentiam. Tũ quia par in parem non habet imperium. Tum maximè quia ſententia data iuſta non poteſt reuocari a non judice. Confeſsor autem non eſt iudex,niſi in actu confeſſionis, & ideò ſolùm in confeſſione poterit pœnitentias commutare, vel relaxare, non quod oporteat audire cõfeſſionẽ præteritorũ peccatorũ,ob quæ illa pœnitentia data fuit,ſed aliorum, quæ poſtea ſunt commiſsa. Tum quia eſt iudex competens ad cognoſcendum,& ſententiandum quicquid ſibi in confeſſione dicitur. Tum quia peccata rite ſemel abſoluta, cum apud Deum ita ſint quoad culpam,ac ſi non eſsent, nullus poteſt obligari ad ea de nouo confitenda. Et non adimplere pœnitentiam,quod eſt peccatum ſubſequens,non reddit irritam abſolutionem præteritam; à nullo enim futuro euentu depẽdet effectus Sacramenti, ſed in inſtanti vltimo,quo fit, plenã cauſat peccatorum remiſſionem. Et ideò ſatis eſt nouum illud delictum pœnitentiæ neglectæ confiteri, ut circa illud ferat confeſſor ſententiam, vt latiùs ſupra diximus: niſi fortè pęnitens vellet illam pœnitentiam, quam non fecit, & cuius non recordatur, efficere de nouo ſacramentalem,& quod virtute clauium, & ex opere operato ſibi prodeſſet, quia tũc vel oporteret adire eundem confeſſorẽ, qui ſaltem ſtatus ſui præteriti memoriã haberet: vel reiteranda eſſet confeſſio illius ad minus peccati, pro quo ei talis fuit iniuncta pœnitentia: Nam ſecundus iſte confeſſor non poterit rectum iudicium proferre de oblita pœnitentia, & eam in aliam commutare niſi peccata nouerit l. de qua reb. ff ad iud. & c. Quia quorundam extrà. de verb. ſignificatione Diuus Tho. in 4 diſtin. 3. 17. q. art. 3. quæſt. 5.

Ex his facilè dilui poſsunt, quæ ab alijs adducebantur ad probandum, non poſſe impoſitam ab vno confeſsore pœnitentiam ab alio pari,ſeu inferiore commutari. Nam ea concludunt ſolùm de pœnitentia publica, & quæ in foro exteriore eſt impoſita.

Ad primùm ergo dicimus, quòd, etſi par in parem non habeat imperium ad iudicandum per ſe,& directè ea, quæ ab alio iam ſunt iudicata, per accidens tamen, & ratione noui delicti, cui priora ſunt connexa,poteſt ſecundus,accedente maximè pœnitentis conſenſu, & ad vtilitatem animæ eius, iudicium ferre circa ſententiam prioris iudicis, quoad pœnam impoſitam commutando vel diminuendo illam: non autem quoad aliud. Nam ſecundus confeſsor, non fert ſentẽtiam circà priora delicta abſoluta, & iudicata à priore confeſſore; ſed ſolùm circà delictum nouum à pœnitente commiſſum circa pęnitentiam impoſitam, & acceptam, ſed non adimpletam: & hanc penſata voluntate, & conditione pęnitentis, & alijs ſibi benè viſis cauſis aut permutat, aut minuit.

Nec verum eſt eandem militare rationem in pęnitentia publica, & in priuata. Imò ratio eſt diuerſiſſima. Nam in publica pœnitentia attenditur exemplum aliorum,& peccatoris correctio, & ideò non pertinet ad forum conſcientiæ purum, & ſolum, ſed ad forum, quod appellant mixtum. at in pœnitentia priuata,& ſacramentali, quæ ſolius fori eſt cõſcientiæ, non alius attenditur, quam pu-

nire peccatum, & pro eo Deo satisfacere; vt notat Nauarrus in c. falsas de pœn. dist. 5. nu. 16.

Ad secundum respondemus, illud verum esse in foro exteriori, in quo agitur magis de puniendo seu corrigendo peccatore, quàm de puniendo peccato: secus autem est in foro conscientiæ, & sacramentali, in quo per contritionem correcto, & per gratiam sacramentalem cū Deo reconciliato, imponitur pœnitentia ad puniendum solùm peccatum, & ad satisfaciendum Deo pro eo; & ideò, quia totum hoc iudicium etiam sæpius repetitum est ad salutem delinquentis, & nō ad pœnam eius, potest quilibet confessor non quidem absolutionem sacramentalem prioris confessoris irritare, aut immutare, cùm illa plenum sortita fuerit effectum, in illomet instanti, quo fuit data; sed pœnitentiā pro satisfactione peccatorum iniunctam, & ab absoluto adimplendam, poterit ob iustam causam confessor mutare.

Ad confirmationem Respondemus, glossam in dict. ca. Quod super his de voto agere de pœnitentia publica, in qua diuersam esse rationem à sacramentali, iā supra ostendimus.

Ex his omnibus colliget confessor, solam accidiam, & negligentiam in pœnitentia adimplenda, non sufficere ad eam commutandam, & multò minus ad illā relaxandam, & minuendam, quia pigritia, & dolus nullum debent releuare, ff. pro socio. verum § tempus. & ff. de reg. iur. non fraudentur in fine de collusione deteg. c. Audiuimus. Desiderium autem seu deuotio adimplendi nouam pœnitētiam potius quàm antiquam, potest esse causa illam in alteram æqualem permutandi à confessore, sed non relaxandi siue minuendi, quia dispensatio requirit maiorem causæ iustitiam.

CASVS SECVNDVS.

AVgustinus per multos annos apud Turcas in captiuitate degens, adueniente quadragesima confiteri erat solitus cuidam captiuo sacerdoti iuueni, nec aliàs vnquam ad confessiones approbato. Nunc vero in libertatem redactus, ea solum peccato Parocho in Paschate confitetur, quæ post illam vltimā confessionem perpetrauit, impositamq; à Parocho sacramentalem pœnitentiam, non plene, & integrè intelligens ob auditus defectum, eam tamen partem cuius recordabatur, adimpleuit, non quidem, statim sed postquam in concubinatum incidit, in quo cùm perseueraret, & opera in peccato mortali facta, non esse valida, audiret, desiſtit etiam ab hac perficienda quæ omnia in nuoua confessione alteri facta ad præsens recenset.

Quæritur, tam quoad confessiones in captiuitate factas, quàm quoad pœnitentiam, partim non auditam partim in peccato mortali actam, nec tamen adhuc integrè adimpletam, quid sit Augustino iniungendum.

PRimum, quod in casu isto petitur, id est, An captiui apud Turcas possint, veniente quadragesimali tempore, cuiuis simplici sacerdoti confiteri.

Respondetur, quòd, si nullus ibi adest sacerdos ab Episcopo suæ Diœcesis approbatus: nec spes est vlla probabilis, quamdiu in captiuitate detinentur aliquem habiturum proprium confessorē: possūt tunc simplici cuilibet sacerdoti cōfiteri.

Tū quia hæc captiuitas apud Turcas æquiparatur morti; vnde sicut constituti in mortis articulo possunt absolui à quocūque sacerdote c. A nobis 2. de sent. Excommunic. & definitur in Conc. Trid. sess 14 c. 2. Ita etiā poterit qui in tali captiuitate est positus. Nam per mortis articulum non solùm intelligitur dum qui est in tali infirmitate, qua in extremis laborat, se etiam, quando est in aliquo statu, & periculo, in quo mori probabiliter timetur; qualis est per multos annos detineri

tineri in vinculis apud infideles, tradit Innocentius, & Hostiensis. in c. Nuper de sent. excõm. & refert Rosela, verb. Absolutio 1 nu. 13 1. Sylu. verb. Absolutio 1. nu. 8. in verbo Si quis timet hostem, vel crudelitatem potentis. Nau in Manual. c. 26. nu. 31.

Tum quia iste in statu illo captiuis, cùm habeat apud Turcas contractũ quasi domicilium, & ibi careat proprio Parocho, poterit quilibet sacerdos authoritate Christi illum soluere, & ligare; quia sicut à principio quilibet sacerdos poterat quemlibet sibi violentem subijci ab soluere; ita nunc etiam est quantum ad eum qui nulli subijcitur.

Tum quia ille pro tempore, quo est sub iugo, & ditione Turcarum, non potest dici, quòd sit sine remedio salutis; vnde, cùm Sacramentum pænitentiæ sit necessarium remedium ad salutem habenti peccata mortalia actualia vt quo ex attrito etiam fit peccator contritus, & ad hoc sacramentum sibi ministrandum careat prorsus ministro seu sacerdote proprio, & ordinario: potest eligere extraordinarium, & illum qui a iure constitutus est necessitatis minister, qualis est quilibet sacerdos arg. c. Is qui de sepult. lib. 6.

Tum quia, sicut qui probabiliter credit, se per totum annum non habiturum opportunitatem confitendi tenetur sub pæna peccatis mortalis, oblata cõfessoris idonei, & approbati opportunitate, quã primũ confiteri, vt cum cõmuni asserit Nau. in Manu. c. 2. n. 10. Ita cùm ille, qui sub captiuitate Turcarũ degit probabiliter credat, seu credere possit, & debeat in tempore mortis, quæ sub illa tyrannide aduenire ei facilè potest, nullum habiturum sacerdotem cui confiteri possit, tenetur, oblata sibi in eo statu cuiusuis sacerdotis occasione, eidem confiteri: vbicumque enim periculum timetur, dilatio siue mora vitanda est 28. d c. de Syracusan.

Tandem matrem Ecclesiam, cùm sit pijssima mater, credendum est velle filij suis Christianis sub captiuitate Turcarum constitutis, in ijs quę ad salutem animarum spectant, non parcam, sed liberalem esse: & ita cùm sacerdos ex charactere sacerdotali habeat claues, & potestatem ligandi, ac soluendi, seu iurisdictionem in habitu: & hanc in actu seu quoad exercitium Papa restrinxerit, & coarctauerit per substractionem subditorum seu materiæ subijciendo pænitentes Episcopis, & Parochis, idque non tã ad vtilitatem ipsorum Episcoporum, & Parochorum, quàm pænitentium; vt melius saluti illorum consuleretur: ideo illi, quibus nullus omnino ad Episcopos, & Parochos est aditus, præsummi iure potest, volu isse matrem Ecclesiam, vt ab alienis seu simplicibus sacerdotibus absolui possent, ne, dum pro fide Christi in corpore afflicti sint, deessent eorum animabus solatia, & peccatorum remedia.

Adde quod si scholares, & peregrini quando etiam absque licentia à proprio sacerdote petita, & obtenta discedunt, possunt tempore quadragesimali, & Paschatis, si longè distent à propria Parochia summere sacramenta in aliena Parochia, quia hæc in defectu propter necessitatem, succedit loco Parochialis quoad sacramentorum administrationem, vt habet gl. in Clem. 1. verb. Parochialis de priuileg. Quanto potius illi qui sunt captiui apud Turcas, & lõgissime à proprijs sacerdotibus distant, poterunt cum quouis alieno eisdem temporibus confiteri, & communicare. Nam propter locorum maximam distantiam permittuntur quæ aliàs sunt prohibita l. hæres absens. ff de iud. In casu autem nostro hæc distantia operatur, vt qui non habet super aliquem iurisdictionem, in foro conscientiæ illam habeat c. cũ longè 63. dist. c Si quis incognitus 17 q. 2. l 1. Codic. Si per vim, vel alio modo c Tum ex litteris de in integrum restit & ibi gl. Confirmatur hoc ipsum ex c. Nihil de elect. & c. 1. Ne sede vacant. lib. 6.

Secundum, quod quærebatur, illud est, An non intelligens ob defectũ auditus pęnitentiam, & ideò eam non plenè, &

& integrè adimplens, deliquerit mortifere.

Ad quod adhibita distinctione respōdemus. Nam vel iste fecit debitam diligentiam, vt intelligeret impositam a confessore pœnitentiam: & tamen non potuit assequi, ob suam nimiam surditatē; & tunc adimplendo solùm eam partem, quam intelligere, & audire potuit, non peccauit. Tum quia id, quod est omnino inuoluntarium, nulli imputatur ad culpam: Tum quòd ad impossibile nemo tenetur. ff. quæ sent. siue ap. rescind l. Paulus. ff. de reg. iur. impossibilium.

Quòd si ob verecundiam, aut malitiā non intellexit iniunctam pęnitentiam, vt qui aliquantulum, licet surdus, poterat facilè admonere confessorem, vt altiori voce loqueretur, & expresßiùs pœnitentiam declararet, quousq; totam intelligeret, & tamen noluit id facere; tūc non solùm peccauit mortaliter, sed tenetur confessionem reiterare. Et quòd peccauerit lethaliter ex eo patet, quia, etsi pęnitentiam nullus teneatur acceptare, cùm in potestate sua sit discedere absque absolutione, attamen acceptam tenetur adimplere, non ea ratione sola, quòd illam acceptauit, sed potius quia à confessore fuit ad eam faciendam ligatus, tanquam à iudice, qui in foro pœnitentiali habet insimul potestatem obligandi, & absoluendi, vt dicitur in Concil. Trid. sess. 14. c. 8. & can. 15. Nauar. in c. contrarium de pęnit. dist. 5. num. 17.

Quòd verò confessionē teneatur reiterare, probatur ex eo, quia in ea confesßione, in qua pęnitentia ante absolutionem fuit sibi iniuncta, nolens eam intelligere ex negligentia notabili seu contemptu, peccauit mortaliter, & de illo peccato tunc commisso non se accusauit, & ita non fecit confesßionem integram, cum autem integritas sit de substantia confesßionis, & quę est dimidiata, sit nulla, ideò debet de necessitate reiterari.

Ob eam autem cuius recordatur, sed non adhuc impleuit, idq; siue ex notabili negligentia, siue ex contemptu fecerit, non tenetur confesßionem reiterare, sed satis est peccatum ex non adimpleta pœnitentia incursum confiteri cum intentione adimplendi illam, vel aliam, quam loco huius confessor imposuerit, vt sentit D. Th. quolib. 1. art. 12. & Caietanus verb. Confessio iteranda; quia legitimè confessus, & sacramentaliter absolutus à peccatis iam verè tales culpas nō habet, quæ per infusionem gratiæ sunt omninò ab anima expulsæ, & ideo non potest obligari ad easdem recōfitendas, vt in præcedenti casu diximus.

Tertium dubium in hoc casu inclusum, in eo versatur, An pęnitentia à confessore imposita, & extra charitatem in peccato mortali adimpleta, sit sufficiens, & satisfactoria, ita vt non teneatur quis eam reiterare.

Respondemus præcepto seu obligationi imposit a à confessore satisfieri per pęnitentiam, quamuis ea impleatur in peccato: ita quod obligatur ad eam reiterandam sub pœna noui peccati. Tum quia confessor imponens certa ieiunia, siue certas orationes in pœnitentiam non obligat, nisi ad substantiam illius operis, nō ad modum, seu finem operis, hoc est, vt fiant in gratia, imò nec ad hoc obligare potest, vt colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 44. art. 1. & 1. 2. q. 92. art. 1. nullus enim homo obligare hominem potest, nisi ad id, quod in eius consistit arbitrio, & potestate. Præcepta enim humana seu naturalia non excedunt modum naturæ. Iā autem gratia est donum supernaturale à sola Dei voluntate immediatè, & totaliter pendens.

Tum quia decem Decalogi præcepta possunt adimpleri ab illo, qui est in peccato mortali, quoad substātiam actus, & præcepti, & quoad effectum euitandi nouum peccatum, quod incurreret, si non adimpleret illa, vt docet D. Th. 1. 2. q. 100. art. 10.

Tum quia, etsi intentio legislatoris inclusa in ipsa lege, quæ substantia, & anima legis dici solet, obseruari debeat, l. Non dubium Cod. de leg. & constitut. vt,

vt, si lex statuat, ne quis diues ingrediatur collegium, & vir ditissimus, vt illud possit ingredi, donationem omnium suorum bonorum facit alicui consanguineo, iste agit in fraudem legis, eamq; violat. Illa tamen legislatoris intentio, quæ est inclusa in animo legislatoris, & est finis, ad quem actus legis dirigitur, non cadit sub lege, nec ad sui obseruantiam obligat, cum sit quasi quid extrinsecum, & alienum ab opere præcepto. Et sic quàmuis confessoris intentio sit penitentiam imponere, vt per eam penitens satisfaciat Deo, ac proinde vt non soluatur in peccato mortali, illa tamen intentio non est inclusa in præcepto confessoris, sed in eius mente, & voluntate, ac per consequens non obligat.

Tum quia audiens Missam siue ieiunans in peccato mortali, satisfacit præcepto Ecclesiæ. Nam, etsi apud Deum non mereatur, actum tamen ab Ecclesia præceptum adimplet. Ita à simili obligationem à confessore iniunctam persoluit, qui penitentiam sibi ab eo datam in peccato complet. gl. in c. Quod quidem de pænit. & remis.

Et confirmatur, quia Ecclesia non cõsueuit imponere iterum pænitentibus orationes, & ieiunia, quæ ipsi semel in peccato quamuis mortali persoluerunt. Nec confessores solet ijs, qui beneficia obtinent, aut sacris ordinibus sunt initiati, interrogare, An diuinas preces seu horas canonicas in peccato lethali recitauerint, sed solum, an eas dixerint.

Cùm igitur tam præcepta humana, quàm etiam nonnulla diuina impleantur, saltem quo ad substantiam actus per hominem existentem in peccato mortali, sequitur, penitentiam sacramentalem à confessore iniunctam, esto fiat in culpa mortali, & extrà statum gratiæ, liberare à ligamine sacerdotis, qui illam imposuit, adeò vt nec dici possit inobediens confessori, nec eandem penitentiam teneatur de necessitate salutis reiterare. Ita D. Tho. ab omnibus Theologis receptus in 4. sent. dist. 15.

Hinc colligitur, allucinatos fuisse Panorm. c Quod quidem. de penit. & remiss. & Archidiaconum, de pænit. dist. 3. c. vlt. & alios nonnullos iurisperitos asserentes esse iterum repetendam penitẽtiam, cùm satisfaciens fuerit ad gratiam restitutus. Nam, si intelligunt esse repetendam, vt satisfiat obligationi confessoris, falsum asserunt, vt probauimus: si autem intelligant, vt satisfiat Deo quoad penam debitam peccatis soluendam in purgatorio, vera est eorum sententia, vt statim declarabimus.

Supposito igitur vt verissimo per penitentiam in peccato mortali solutam satisfieri ligamini, quo confessor penitentiã arctauerat: inquirendum adhuc restat, vtrum satisfiat etiam Deo pro pena peccatis debita. Nam etsi hominis scelerati, qui à diuina gratia est alienus, opera nequaquam sint Deo accepta, vt qui odio habet peccatorem, & omnes eius actiones quoad promerendam cælestem gloriam, nihilominus tamen quia sacramẽtalis penitentia, quando in confessione est data, & accepta, homo erat in Dei gratia, à qua postea per commissum nouum scelus cadens, & in hoc misero peccati mortiferi statu penitentiam soluens, quã uis illa ratione operantis non sit accepta Deo, attamen vt sacramentalis dubitari potest, an amiserit propriam vim satisfactiuam, & recompensatiuam penæ peccatis debitæ.

Nos communem Doctorum opinionem insequentes existimamus, penitentiam in mortali peccato executam, nullius omnino esse valoris apud Deum, vt per eam remittatur aliquid penæ debitæ peccatis soluendæ in purgatorio.

Tum quia satisfactio pertinet ad remissionem offensæ Dei, nam reatus penæ est annexus culpæ, & ideò solutio penæ attinet ad perfectam remissionem culpæ, & ad reconciliandam integrê Dei amicitiam, quòd non fit sine gratia.

Tum quia nulla fit per opera nostra remissio culpæ aut penæ, nisi in virtute passionis Christi: hæc autem non applicatur

catur existenti in peccato; quia membro mortuo, quamuis per fidem Christo capiti vnito, non communicantur capitis vitalis influentiæ.

Tum quia remittere Deum homini eas pęnas, quas iusto iudicio luere tenebatur, est illi benefacere respectu gratiæ, & gloriæ; nam eò citius erit homini aditus ad gloriam, quò minus in purgatorio erit illi de pęna soluendum. Iam autem peccatori Deus non benè vult respectu gratiæ, & gloriæ, sed solùm quoad temporalia.

Tum quia inter nos, & Deum nulla est ratio iustitiæ, nisi ex eius acceptatione procędat, iam autem peccatoris opera nequaquam sunt accepta Deo, & ideò non potest per illa quidpiam Deo soluere. Tandem hæc veritas confirmatur authoritate D. Pauli 1. ad Corinth cap. 13. vbi sic inquit, si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: sed, si ad remittendas peccatorum pænas, pænitentia sacramentalis in peccato mortali persoluta haberet vim, & efficaciā, falsum esset id quod dicit Paulus, nihil prodesse.

Accedit illud Ecclesiastici 43. dona iniqua non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum. Tandem hoc videtur expressè sentire Concil. Trident. sess. 14. c. 8. vbi definit, satisfactiones nostras vim suam omnem à Christo habere, à quo offeruntur patri, & per illum acceptantur à patre. Hæc est opinio D. Tho. in 4. sent. dist. 15. q. 1. artic. 3. Durand. in 4. dist. ea. q. 2. D. Bonauenturæ dist. 23. q. 1. Adriani in materia de satisfactione, § Ex his dico probabiliter. Palud. in 4. dist. 15. q. 1. art 4. Sylu. verb Satisfactio, q. 2. Caiet. in Summa verb. Satisfactio, q. 2.

Nec obstat, quòd Scotus in 4. sent. dist. 15. cum aliquibus alijs, quos sequitur Nauarrus in c. Qui vult. de pænit. dist. 6. nu. 46. contrarium teneant existimantes eum, qui in peccato mortali pęnitentiam à confessore datam persoluit, satisfacere pro pęna debita in purgatorio luenda pro culpis remissis; quorũ fundamenta hæc sunt præcipua.

Tum quòd illa alia communis, & nostra opinio videtur dura, & offerens peccatoribus causam nihil boni operandi, hæc autem exaltat maximè diuinam misericordiam, & homines ad pænitentias complendas alacriores reddit.

Tum quia inter homines potest debitor creditori satisfacere, etiamsi non sit illi amicus.

Tum quia frustra Daniel cap. 4. Regi Nabuchodonosor diceret peccata tua eleemosynis redime, vt quem sciebat multis sceleribus esse inquinatum.

Tum quia, cùm nullus sciat, an odio vel amore dignus sit, nemo vnquam posset in hac vita certus esse quod pro suis peccatis Deo satisfecerit, & ita oporteret sæpe ac sæpius pænitentias satisfactorias repetere.

Tum etiam, quia ita sequeretur hominem pro peccato confęsso, & à Deo remisso, puniendum in inferno æterna pęna, eo quod illa quam soluit in peccato nihil ei profuit.

Confirmant deniq; hęc, authoritate D. Hieron. vt habetur in c. Si quando, de pænit. dist. 3. quo loco sic dicitur, si quando videris inter multa opera facere peccatorem aliqua quæ iusta sunt, nõ est tam iniustus Deus vt propter mala multa, obliuiscatur paucorum bonorũ.

Ex his ergò omnibus colligunt præfati Doctores, hominem existentem in peccato mortali, si ita à diuina gratia exclusus, pęnitentiam pro suis peccatis agat, satisfacere, non quidem de condigno, cùm operis dignitas à gratia dependeat; sed de congruo, quatenus congruum est, vt Deus hæc satisfactoria opera acceptet in recompensationem pęnæ debitæ peccatis iam confessis, & remissis.

Nos tamen rationes istas iudicamus non esse tanti ponderis, vt à communi sententia recedere cogamur: ideo ad singulas respondendum duximus. Et quidē ad primam negamus, quod opinio D. Thó.

Thom. sit dura, aut retrahat peccatores à bono operando: imò est vtilis ad excitandos eosdem peccatores, vt resipiscant & diuinam gratiam comparent, nè tantorum suorum operum dispendium incurrant; diuina autem misericordia ita est exaltanda, vt tamen de sua iustitia nihil detrahatur, est enim misericors, & iustus Dominus.

Ad secundam respondetur, quòd inter homines potest esse ratio iustitiæ dati, & accepti, seclusa amicitia inter creditorem, & debitorem, non sic autem est inter peccatorem, & Deum; cùm tota iustitiæ nostrę vis, & efficacia à diuina gratia pendeat. quin etiam satisfactio quæ fit ad amicitiam, neque etiam inter homines exhiberi potest pro vna offensa, neq; pro alijs.

Ad tertiam respondetur, quòd Nabuchodonosori pręcipiebatur vt à peccatis resipisceret primò, & deindè satisfaceret pro pœna illis debita.

Ad quartam fatemur tàm incertos nos esse de gratia infusa, quam de satisfactione à Deo accepta, sed non proinde necesse est pænitentiam sępius repetere, nisi fortè quando aliquis sciens se esse illaqueatum lethali peccato illam egerit, tunc enim, etsi satisfactum sit obligationi à sacerdote impositę, non tamen diuinę iustitiæ, quam si quis vult effugere in alia vita, necesse est vt in hac pœnas subeat existens in gratia, quas esset in purgatorio subiturus.

Ad quintam concedimus, pęnam temporalem, remissa culpa, posse conuerti per accidens, id est ratione peccati subsequentis in supplicium ęternum, idque contingit ratione status inferni, in quo homo semper est inimicus Dei, aliàs in inferno daretur aliqua redemptio, & aliqua consolatio per diminutionē pęnæ, quod omnino repugnat illi statui.

Non etiam obstat authoritas D. Hieronymi relata in dicto c. Si quando; fatemur siquidem Deum misericordem bona peccatoris opera præmio afficere, nulumque esse opus bonum, quod à diuina munificentia non sit remuneratum, non quidem remuneratione spirituali qualis est pęnæ remissio, sed per largitionē bonorum temporalium: vel dici potest cū Magistro in 4. sent. dist. 19. D. Hieronymum loqui de operibus bonis factis in gratia, quæ per peccatum mortale subsequens mortificantur, ea enim, recedente peccato, iterum viuificantur.

Dubitauit vltimo loco quispiam, an pęnitentia sacramentalis in peccato mortali facta, reuiuiscat saltē postea recuperata gratia; ita quòd valorem, quem perdidit apud Deū, ratione sceleris mortiferi in quo est facta, restauret postea adueniēte gratia, vt nō sit necesse ꝓ satisfactionē pęnā purgatorij aliud ęquiualens agere.

In hac difficultate etsi inter Theologos, ac etiam eos qui D. Tho. ex professo sequuntur, dissidentes sint sententię, nos eā veram esse putamus, quæ asserit pænitentias sacramentales in peccato factas, adueniente postea gratia reuiuiscere, & effectum suum sortiri, quoad remissionē pęnæ debitæ peccatis.

Et quidē de illis, quæ effectū aliquem relinquunt, vt eleemosyna, quæ relinquit attenuatā substantiā, & ieiunium, quod relinquit maceratū corpus, tenent quāplurimi ex Thomistis, quòd licet in peccato fiant, per charitatē tamen subsequentē suscipiunt suū valorem, quia virtualiter seu in effectu manent, quā opinionem habent Paludanus in 4. dist. 15. q. 1. conclu. 4. Capreolus, ead. dist. Syluester, verb. Satisfactio, §. 7.

Quòd verò omnis sacramentalis cuiuscunque sit generis in peccato persoluta, per gratiā aduenientem reuiuiscat, nō quoad meritū glorię, sed quoad remissionē, & solutionem pęnæ peccatis debitæ, pro quibus impositæ fuerunt, est opinio Magistri sent. in 4 dist. 19. c 4. quām vt communem, & veram defendit Nauarrus in suo Manuali, c. 3. n. 8. & in c. Qui vult. de pænit. dist. 6. nu. 48.

Tum quia satisfactio sacramentalis est pars sacramenti, & quid sacramentalem, habetque vim ex clauibus, vt omnes Theo-

Theologi asserunt, & ideo quando contingit esse informis, & fieri in peccato, obtinebit postea cessante fictione, & adueniente charitate suum effectum. Nam hoc regulariter conuenit operi sacramentali, vt quia est opus Dei, sortiatur effectum suum recedente fictione: vt de baptismo est textus expressus in c. Tunc valere, de consecr. dist. 4 & non solùm de alijs sacramentis imprimentibus characterem, sed etiam de sacramento pœnitentię, id apertè asserit D. Tho. in 4. dist. 17. q. 3 ar 4 & dist. 18 q. 3.

Tum quia pœnitentia quando fuit à confessore iniuncta, & à pœnitente suscepta, erat opus viuum, & postea adueniente peccato mortali in sui exequutione fuit mortificata, & ideò per charitatē subsequentem reuiuiscit: illa enim pœnitentia etiam in lethali crimine facta, quamuis sit humanum opus, habet tamen quid diuinum prout sacramentalis, & virtute clauium imposita, quod diuinum ab ea est inseparabile, & ideo ratione huius diuini reuiuiscit, & sortitur suum effectum per aduentum nouæ gratiæ.

Tum quia confessio conformis, recedente fictione suum sortitur effectum; vt cum D. Tho. tenet Capreolus, & Palud. in 4. dist. 17. q. 2. ar. 4. ea solum ratione quia est sacramentum, & ex vi operis operati habet effectum, qui effectus, sublato impedimento fictionis, statim sequitur: vt graue, sublato impedimento, tendit ex natura deorsum. Cùm igitur satisfactio sit pars integralis huius sacramenti, & clauium virtute habeat ex sui natura robur, & efficaciam ad remittendas peccatorum pęnas ideo recedente fictione peccati mortalis, quo impedita fuit à suo effectu, hunc obtinebit. Magis enim vel minus esse sacramentale, dummodo sacramentale sit, parum facit ad hoc, vt effectum sortiatur recedente fictione, arg. leg. fin. ff. de fundo inst.

Tum quia veluti sacerdos quantumcumq; sit in peccato, per oblationem sacrificij, satisfacit pro populo eo, quòd non offert nomine proprio, sed tanquam minister ecclesiæ, ita pari ferè ratione cū per claues ecclesię iniuncta sit pœnitentia, & sic pœnitens eam exequatur, non arbitrio suo, sed vt iussus ab ecclesia, & aliquo modo, vt minister eius, hinc est, quod satisfactio ista impedita à suo effectu ob mortalis peccati obicem, hoc sublato, illum assequetur. Subscribunt huic sententię, Medina codice de satisfactione, Angelus, verbo Satisfactio n. 14. Canus in relect. de pænit. & aliqua ex parte Caiet tom. 1. opusc. opusculo sexto. q. 1. & in summa, verb. Satisfactio §. Quantum verò ad charitatem. Et Bartholomæus Medina, in sua Summa lib. 2. c. 6.

Nec obstant argumenta Soti in 4. dist. 19. q. 1. ar. 5. qui cum Adriano, quem refert, & sequitur Ledesma in 2. 4. q. 13. ar. 3 dub 4. D. Bonauent in 4. dist. 15 q 4. Couarr. in c. Alma q. 1. §. 4. nu 4 Et cum alijs opinatur, satisfactionem sacramentalem in peccato mortali peractam, nequaquam per aduentum gratiæ reuiuiscere, quoad suum effectum.

Prima enim sua ratio qua dicit, illam pænitentiam sic in mortali factam, esse opus mortuus, & ideo non posse reuiuiscere, Concludit quidem non reuiuiscere, quoad meritum gloriæ, sed non probat illam non reuiuiscere quoad remissionem pœnæ temporalis, id quod habet ex vi, & natura sacramenti, cuius pars est.

Ad secundam rationem qua dicit satisfactionem neque esse sacramentum, nec partem essentialem sacramenti, sed solum integralem, sine qua potest esse sacramentum, quod in absolutione cōsummatur, vt homo potest esse absque digito.

Respondemus, in primis satisfactionem esse partem materialem sacramenti & omnino necessariam, quia peccata confessa, contritionem includunt, & propositum satisfaciendi, super quæ fertur absolutio; & ideò hi omnes tres actus sunt materia ad pænitentiam sacramentalem partialiter concurrens cum forma, vt definitur in Conc. Trident. sess. 6. can.

can.14. Et hinc est quòd satisfactio, non solum confert gratiam prout est in proposito, sed etiam auget eam in exercitatione, quatenus vi clauium iniuncta à confessario, peculiarem quendam modum habet ex opere operato augēdi gratiam, tanquam pars sacramenti; vt idem Sotus fatetur in 4. dist. 17. q. 1. art. 2. in resp. ad arg. tertium §. At forsan quis.

Ad tertiam, qua dicitur satisfactionē non operari ad modum sacramenti ex opere operato, sed ex opere operātis. Negamus hoc vt omnino falsum, loquendo de satisfactione sacramentali: hæc enim vt in proposito concurrens tanquam materialis pars sacramenti, confert ex opere operatò gratiam, & hanc in exercitatione auget ex vi clauium per quam iniungitur: & ideò huiusmodi satisfactio, vt pars sacramenti, & vt imposita à confessore, habet esse remissiuam pœnæ temporalis soluendæ pro peccatis confessis.

Quòd si quis adhuc vrget, non entis non esse actionem, & sacramentum confessionis iam transijsse, nec esse aut in se, aut in aliquo suo effectu, postea quando fictio cessat: demus enim aliquem confessum, & communicatum fuisse in paschate; &, antequam pœnitentiam sibi iniunctam persoluat, incidisse in peccatum in quo postea pœnitentiæ satisfacit, nec à peccato recedit nisi inde ad annū; quomodo poterit tūc per recessum à peccato, habere vim satisfactiuā apud Deū illa pœnitentia extra statū gratię soluta?

Respondemus, quòd cum illa pænitentia fuerit imposita per claues sacerdotales, & ab his sortita sit virtutem remittendi pęnas apud Deum, & tunc quādo fuit imposita, & accepta erat pęnitens in gratia, & sic talis pænitentia erat opus viuum, ideo quamuis in actu exequutionis per peccatum mortale fuerit mortificata, quia tamen etiam, vt exequuta, habebat coniunctam hanc obligationē clauium, à qua obligatione vt se liberaret pænitens eam soluit, ideo per aduentum nouæ gratiæ reuiuiscit, quod non contingeret, si esset pænitentia voluntaria, & non sacramentalis.

CASVS TERTIVS.

Hieronymo, post datam peccatorū absolutionem, imponit confeßor quorundam ieiuniorum pęnitentiam, quam ille non vult acceptare, nec ad aliquam se obligare, sed pro suo arbitratu satisfacere: (confeßor tamen præcipit, vt impositam acceptet, & exequatur, qui renuit & discedit. At postea confessus alteri, dicit multa quidem pro pæna præteritorum peccatorum satisfacienda egisse, nihil tamen de iniunctis à confeßore, quia ad id numquam voluit se obligare.

Quæritur, Primò an benè egerit confeßor, tum pęnitentiam imponendo post absolutionem: tum ad eam inuitum Hieronymum obligando. Et deinde, si voluntaria pænitentia aquè satisfaciat, ac sacramentalis.

MVlta petit casus præsens, quę, etsi explicatu non sint difficilia, cognitu tamen videntur dignissima. Illud est primum, An satisfactoriam pænitentiam imponere debeat confessor ante, vel post absolutionem.

Ad quod breuiter respōdemus ad substantiam sacramenti nihil omnino referre quòd pænitentia ante, vel post absolutionem imponatur, dummodo in pęnitente adsit quędam animi præparatio ad satisfaciendum pro peccatis suis in hac vita seu in purgatorio.

Tum quia ea quæ in continenti fiūt, inesse videntur. leg. lecta. vers. cicebam. ff. de reb. cred. & cap. Pręterea, de testib. cogen.

Tum quia hæc, cùm sit pars integralis sacramenti pænitentiæ, tam integratur hoc sacramentum per eam impositā antea, quàm post vt inquit Gerson. in tract. de excommun. part. 2. Nauar. in Man. cap. 26. num. 10. & in c. Qui vult. de pænit. dist. 6. num. 35.

An tamen melius sit imponere illam ante absolutionem, vel postea?

CRedid erim esse multo melius, quòd imponatur ante absolutionem. Tũ quia id faciendum asserit Glossa. c. fin. in clem. Ludum. §. Statuimus, verb. Andire. de sepult. idque se fecisse semper dum confessiones audiebat, testatur Nauarr in c Qui vult. de pænit. dist. 6. nu. 145. Tum quia ad parendum confessoris mandatis, dispositus videtur magis pænitens antequam absoluatur, quàm post datam absolutionem, quia ab hac non potest denuo confessor retrocedere, & postquam iam est exhibita, & sortita suum effectum, non est in potestate confessoris nolle absolutionem fuisse validam: & tamen antequam absoluat, si pænitẽs non vult obedire, & pænitentiam acceptare, potest eum non absoluere: & sic pænitens ob timorem absolutionis denegandæ, præbet se obedientem iustis omnibus mandatis a confessore.

Tum quia actus pœnitentis, hoc est confessio, contritio, & satisfactio, cum sint materia proxima huius sacramenti pænitentiæ, oportet, vt præcedant ipsam absolutionem, quæ est sacramenti forma, semper enim materia antecedit formam: hic autem satisfactionis actus, ex parte pœnitentis tunc est completus, & perfectus, cum data sibi à confessore pænitentia, eam voluntariè acceptat, quàmuis enim ad essentiam sacramenti satis sit, vt concurrat satisfactionis actus in proposito, attamen negandum non est perfectiorem eum actum esse satisfactionis, qui versatur circa determinatum obiectum à confessore datum, quàm circa obiectum incertum, & adhuc dandum.

Et confirmatur ex vsu communi fori exterioris, in quo iudices antequam sententiam concludant, pænas sceleribus meritas imponunt: & eum, qui ęre alieno grauatur, priusquam à vinculis liberent, ad soluendum obligant, data saltem rata cautione. Ita confessor, cùm sit iudex à Deo constitutus in foro interiori seu pænitentiali, in quo peccator se illi præsentat æternæ pœnę debitor, & peccatorum vinculis irretitus, oportet, antequam ab his absoluat, vt pænam temporalem, in quam illa æterna commutatur, illi imponat, & ad eam soluendam eundem obliget.

Accedit quòd, cùm pænitentię hoc sacramentum perficiatur absolutione, tanquàm vltima forma, oportet quod satisfactio hunc extremum actum antecedat, ad hoc, vt ex vi sacramenti gratiam conferat, & ideo si imponitur, & acceptatur ante absolutionem, habet virtutẽ, & efficaciam condonandi pænas à potestate clauium, à qua imponitur, & remittendi culpas, ac causandi gratiam, tanquam pars integraliter concurrens ad sacramentum.

Secunda est dubitatio, an Confessor possit inuitum pœnitentem ad pænitentiam suscipiendam obligare.

In hac difficultate duo, vt certa, & omnino indubitata sunt præsupponenda, primum est, confessorem habere iure diuino claues, tum cognoscendi causas in foro pænitentiali, & absoluendi; tum ligandi, hoc est imponendi iustam pęnitentiam pro peccatis, id quod definitur in Concilio Florentino, quando agit de sacràmento pęnitentię, vbi dicit confessorem pęnitentiam arbitrari debere, & in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 9. §. Ad abolendum, vbi pręcipit confessoribus, ne absque pęnitentia blasphemos absoluant: & in Concil. Trid. sess. 14. c. 8. & canon. 15. vbi declarat hereticum esse illum, qui dixerit non esse datam sacerdotibus potestatem ligandi sicut soluendi.

Secundum indubitatum etiam est, satisfactionem restitutoriam, seu pænitentiam medicinalem, quę est a peccatis cessatio, vt alieni restitutio, odij mortiferi dispositio, dimissio concubinę seu famulæ, cui periculose conuiuitur, euitatio illius officij seu conuersationis illarum personarum, quę dant proximam delinquendi

quendi occasionem, & alia similia, quæ vel peccata sunt, vel peccatorum certæ, & propinquæ occasiones, necessario imponenda a confessore esse, & ad hanc pænitentiam obligari posse, & debere poenitentem, quia hoc non est propriè satisfacere, sed est non peccare, siue à peccato abstinere, quòd includitur in contritione, & ad hoc tenetur poenitens etiam sine confessoris impositione, & iussu.

Quæstio ergo præsens non est de hac satisfactione, sed de ea, quę est tertia pars sacramenti, quæq; est passio voluntaria poenæ à confessore impositæ ad placandum Deum pro peccatis confessis, vt declaratur in Concil. Trid. sess. 14. c. 8 & 9.

Et de hac in præsenti inquirimus; An ad eam acceptandam possit confessor pęnitentem obligare ita, vt ille poenitens, qui iustam pænitentiam a confessore nō vult acceptare, in peccatum incurrat.

Et quidem ex parte confessoris fatentur omnes Doctores, ipsum teneri sub pęna peccati ad imponendam eam, quam putat iustam poenitentiam. Tum quia vice Christi est iudex ad vindicandam iniuriam Deo illatam. Tum quia aliàs daret sacramentum imperfectum, sine tertia eius parte, quæ est satisfactio. Adeò quòd etiam in extremis laboranti debet confessor, cùm eum sacramentaliter absoluit, imponere pænitentiam aliquā quàmuis leuem, admonendo eundem de satisfactione digna, & iusta, quam in articulo illo mortis poterit committere alicui, vt pro ipso acceptet, & exequatur, & ita satisfaciet, dummodo acceptās adimpleat in gratia. Quàmuis enim in puniendo crimine in foro exteriore, oportet illum puniri, qui peccatum commisit; in satisfactione tamen apud Deū potest vnus alterius poenam ferrè: quia, dū poena pro delicto infligitur, pensatur eius qui punitur iniquitas; in satisfactione verò, dum quis voluntariè pęnam assumit, satisfacientis charitas cōsideratur, quæ non minus potest apud Deū, quàm apud homines. Videmus autem, quòd vnus homo ex ámore debitum pro alio soluere pōt D. Th. in 4. dist. 20. ar. 2. q. 3. & li. 4. cōtra gentes c. 55. Syluest. & Armil. verb. Satisfactio n. 3. Nauar. c. 26. nu. 33.

Ex parte ergo poenitētis, an teneatur sub pęna noui peccati acceptare eam pænitentiam, quæ illi a confessore imponitur, Affirmatiuam partem amplectuntur nonnulli, his persuasi argumentis.

Tum, quòd cōfessor in illo foro est superior, & præfectus habens iurisdictionē actualem in poenitentem tanquam in verè subditum. Iam autem qui Principi nō obedit, morte morietur Deuter. c. 17.

Tum quia in c. Omnis. de pęnit. & remiss. dicitur iniunctam sibi poenitentiā proprijs viribus studeat adimplere: cùm ergo sub eisdem verbis ponatur præceptū animæ confessionis, & poenitentiæ adimpletio: sequitur ex æquo vtrumque esset obligatorium, & in c. 1. §. ponat, de pęnit. dist. 5. habetur, quòd pænitens debet se omnino ponere ī potestate cōfessoris, & acceptare quicquid sibi imponitur

Tum quia iudici parendum omnino est in sententia data, teneturq; Reus subire pęnam a iudice impositam, nisi ab eo ad superiorē iustè appelletur c. Vt debitus honor. de appellat. Iam autem confessorem esse in pęnitentiali foro iudicē, tam ad dandam sententiam absolutoriā in peccatis, quàm ad condemnandum, & ligandum ad pęnam, est definitum de fide in Concilio Trident. sess. 14. c. 8.

Hāc opinionē habet Sotus in 4. sent. d. 20 q. 2. ar. 1. Et S. Antoninus 3. par. tit. 14. c 19. Maior. in 4 sent d. 17. q. 2. Almainus d. 18. Rupensis art. 5. contra Lutherū can. de poen. 5. p. in fine Palud. d. 22. q. 2. Petrus à Soto de instit. sacerdotis, tit. de satisf. lect. 2. Et hanc cōem sanctorū sententiam affirmat Victoria, in sua sum. tit. de satisfactione nu. 211.

Cōtrariā tamen opinionē arbitramur esse probabiliorē, & vsu magis receptā, quòd cōfessor nequit īuitū obligare ad pęnitētiā: Nec ille pęnitēs, qui iustā pęnitētiam à cōfessore datā, nō vult acceptare, peccat ob id lethaliter cōtra aliquod diuinū, aut humanū præceptū. Hanc opin.

defendit Scotus, & eius sequaces in 4. sen ten dist. 17. & 19 Gabriel. dist. 16. q. 2. Medina Codic. de Confessione fol. 75. Syluest. verb. Confessio 1. §. 25. & 26. Ar milla verb. Confessio §. 29. Caietanus in Opuscul. de satisfactione q. 2. & in summa verb. Sãtisfactio, & 1. 2. q. 77. ar. 4. Na uar. in suo Manual. c. 26. nu. 20. Et in c. ontrarium de pœnit. dist. 5. nu. 18. Pa normit. in c. Significauit de pænit. & re miss. Hostiensis in summa de pęnit. §. Et an sit. vers. quid de operibus.

Adducor in hanc opinionem: Tum quia rarò aut nunquã contigisse audiui mus denegasse confessorem aliquem do ctum & pium, absolutionem sacramen talem alicui eo solum, quia noluit acce ptare penitentiam pro peccatis præteri tis iniunctam, modò habuerit veram cõ tritionem cum proposito satisfaciendi Deo, vel in hac vita per bona opera à se eligenda, vel per indulgentias: aut in a lia vita per pœnas purgatorij.

Tum quia obligatio peccati mortalis non est asserenda absq; lege diuina, seu humana, id expressè dicente, arg. c. Consuluisti. 2. q. 4. & c. 2. de translat. Prælat. Iam autem nullum esse præceptum diui num, aut Ecclesiasticũ sub mortali obli gans ad satisfaciendum in hac vita pro peccatis remissis, tenent cõmuniter Do ctores Adrian in 4 de satisfactione. Ioã. Medina. C. de pœnit. tract. de satisfactio ne. Ledesma 2. q. 20. art. 3. & quam plu res alij.

Et confirmatur, quia si pœnitens obli garetur sub poena peccati mortalis ad sa tisfaciendum in hac vita ita, vt non so lùm peccaret mechando, sed etiam pecca ret, non faciendo pœnitentiam quo tali mechia; sequeretur, quòd in omni pecca to bis peccaretur.

Et prætereà determinasset Ecclesia tẽ pus, vel semel in anno, vel semel in bien nio, impletionis talis præcepti, seu obli gationis, vt fecit in alijs affirmatiuis præ ceptis, vt de confessione, de communio ne, & de sanctificatione festi.

Non deessent etiam aliqui pij, & do cti viri, qui de tali peccato, quòd non sa tisfecerint pro suis peccatis, se se in con fessionibus accusarent: attamen cum nec ab illis fiat, nec confessores de tali satisfa ctionis præcepto pęnitentes interrogare soleat, vr, quod pęnitẽtia nõ possit iniũgi

Tùm quia, si confessor posset inuitũ ar ctare ad pænitentiã, non posset vlla ra tione pænitens illã non acceptare, & ita imprudenter ẽt imposita esset exequen da; vnde si à confessore iniungeretur ho mini melãchonico, vel desperationis ten tationib. vexato id, quod vel melancho niã, vel desperatione posset augere tene retur omnino obedire, quod vr absurdũ.

Tum quia, poenitẽtiæ iniunctio non est tam necessaria in sacramento confes sionis, vt non possit iusta de causa præter mitti, vt, si constaret poenitentem satisfe cisse integre: tunc enim nulla sat sfactio esset de necessitate ei iniungenda, quia cum in Dei iudicio, non sit amplius obli gatus ad satisfaciendũ pro confessis pec catis non debet a cõfessore, qui loco Dei, tanquàm eius minister iudiciũ exercet, obligari, ad satisfaciendũ pro illis pecca tis. Vel ẽt si pænitens esset omninò impo nens ad pænitentiã exequẽdam, vt, si re pentino percussus vulnere, in extremis laborãs & quasi agonizans, vno, vel alte ro peccato confesso, vocẽ, & sensus amit teret absoluendus sacramentaliter esset, nulla imposita pænitentia, sed relinquẽ dus Dei iudicio, & suffragijs Ecclesiæ a diuuandus. Vel tertiò, si nullam vellet, hic viuẽs, pænitentiam acceptare à cõfes sore impositã, ne eã fortè ita sgrediendo, nouũ peccatũ faceret, sed vellet potiùs ad suũ libitũ per opera a se electa, & sibi benè visa satisfacere, uel saltẽ in purgato rio, vt declarat Caietanus in sua summa verb. Satisfactio.

Tum quia, si pænitens inuitus posset obligari ad acceptandam, & faciendam pænitentiam: sequeretur, quòd satisfa ctio tertia pars sacramenti pænitentiæ) esset vindicatio passiuę, per quam Reus etiam inuitus à Iudice punitur, & ita nõ esset de se virtutis actus, vt quæ non fie-

ret ex electione patiẽtis, ſed Iudicis, quæ omnia eſſe falſa, probat D. Thom. in 4. diſt. 15. q. 1. art. 1. & 4. par. q 85.

Tum quia, pœnitia iniuncta, ſi nõ eſt æqualis confeſſis peccatis, non liberat à tota pęna in purgatorio ſoluẽda vt Theologi fatentur, & ideò non videtur æquũ poſſe pænitentem etiam inuitum cogi, ad acceptandã partem ſatisfactionis implendã in hac vita, & partẽ implendã in purgatorio, ſi velit totã in purgatorio implere.

Tum quia, ſi pœnitens non acceptando pænitentiam iuſtã, peccaret mortaliter, ſequeretur, quòd ille, qui peracta cõfeſſione, antequàm abſoluatur, dũ a confeſsore pænitentia imponitur, recalcitraret de ea, acceptanda, ageretque cũ confeſsore de ipſa mitiganda, animo interim tantam nullo modo acceptandam, & ſic ad ſui inſtantiam mitigaretur, & abſolueretur; talis abſolutio eſſet inualida, & dicta confeſſio nulla ob defectũ integritatis eo, quod peccatum illud recuſationis, ſeu nõ acceptationis iuſtæ pænitentiæ, non fuit confeſſus. Hoc aũt dicere videtur abſurdum, maximeq; pænitentibus inijcerentur ſcrupuli de valore cõfeſſionũ, in quibus graues pænitentias aliquãdo acceptare recuſarunt, & eas moderari fecerunt.

Tum quia abſolutio ſacramentalis eſt vera, & ſortitur ſuũ effectum, quoties datur verè contrito, & integrè confeſſo: hęc aũt duo inſimul eſſe poſſunt in eo, qui non accep tat iuſtam pænitentiam, ſed habet propoſitũ ſatisfaciẽdi per opera à ſe facta in hac vita liberè, & volũtariè, vel per ignẽ in purgatorio. Nã à Theologis ponitur ſatisfactio, pars ſolùm integralis, ſed non eſſentialis ſacramenti pænitẽtiæ, quia ſine illa Sacramentũ hoc eſſe poteſt etſi imperfectũ, ſed mancus, vt enim manus eſt pars integralis corporis humani, quod eſt materia, & pars eſſentialis hominis; ita ſatisfactio eſt pars actuũ pænitẽtis, qui actus ſunt vt materia, & pars eſſẽtialis ſacramẽti D. Th. 3. p q. 90. ar. 2.

Tandem hoc præceptum de pænitentia acceptanda, vel obligat ſemel tantum in anno, vel toties quoties à confeſſore imponitur. Hoc ſecundum non videtur dicendũ, quia abſolutionem ſacramentalem, peracta peccatorũ confeſſione põt pænitens acceptare; & quãuis confeſſor illã velit dare ſi pænitẽs recuſet, & dicat ſe eã nolle, non peccat mortaliter; ergo multo minus peccabit, ſi nõ acceptat pænitẽtiam: quamuis n. audita a pęnitente integra, & vera cõfeſſione peccatorum, teneatur confeſſor illum abſoluere, non tñ tenetur poenitens ſub mortali peccato acceptare ſemper illã abſolutionẽ, & ita ſimiliter quãuis teneatur cõfeſſor pęnitentiam iniungere, non tamẽ tenetur pœnitens ſub nouo peccato eam toties quoties confitetur acceptare, aliàs ſatisfactio plùs obligaret, quàm abſolutio confeſſor maiorem authoritatem haberet ad ligandũ ad pænam, quàm ad abſoluendũ a culpa, quod eſt falſum. Nõ ẽt poteſt dici, quòd obliget ſemel tantùm in anno; ac ſi pro illa vice habeat confeſſor authoritatẽ ligandi ad pœnitentiam, & nõ pro alijs; hoc enim eſt gratis dictum, & nulla rationem fundatum.

Hinc colligo, quòd etſi optimũ, & ſalubre conſiliũ ſit acceptare iuſtã pænitẽtiã à confeſſore impoſitã, nullus tamẽ ad id ſub pæna peccati mortalis tenetur, quia ſat eſt ad valorẽ confeſſionis, vt pęnitens animũ, & propoſitũ habeat ſatisfãciẽdi, vel in hac vita per aliquas pæniten tias, ẽt non ſacramẽtales, vel ſaltẽ in purgatorio, cũ quo propoſito iuſtè, & debitè põt a confeſſore abſolui; Non tamen negamus poſſe confeſſorẽ ẽt illi, qui noluerit debitam, & iuſtã acceptare pęnitentiã abſolutionẽ denegare, ſicut iuſtè põt ſimiliter pænitens aliũ adire confeſſorẽ, qui ei minorẽ pęnitentiã imponat; ſed ſi pœnitens acceptat pænitentiã, tunc mortiferè peccat, illam non adimplendo, non ſolũ quia acceptare eſt conſilij, & reddere obligationis; ſed etiã, quia a cõfeſſore ad id ligatur, tanquam à verò, & ordinario Iudice qui nõ minorem habet abſoluendi à culpis, quàm ad pœnam ligandi poteſta-

testatem, ut definit Concil. Trid. ses. 14. c. 14. peccat aũt tunc lethaliter, quãdo per contemptum, aut negligentiam notabilẽ non adimplet, sed si per obliuionem, vel leuem negligentiã erit tantùm veniale. Ita Nau. in c. Cõtrariũ de pęn. d. 1. n. 18.

Ex his facilè est partis aduersæ fundamenta auertere: ad primum fatemur cõfessorem esse pœnitenti superiorem, & præfectum, & ita tenetur obedire illi simpliciter, & absolutè quoad ea, quæ respiciunt displicentiam culpæ, ut est offensa Deo, non aũt quoad satisfactionem pœnę, quia cum hæc consistat in recompensatione iustitiæ, non quidẽ purè, & ab initio, vt est interiori foro, in quo ẽt non volenti abscinditur membrũ, sed iustitiæ, reconciliatiuæ, & amicabilis, quæ spontè, & voluntariè fit; ideò sic confessor potestatem habet ad illam obligandi, vt tamen requirat acceptationem ex parte pęnitentis: adeò quod vtrumq. debet concurrere, scilicet clauis præcipiens, & pœnitens acceptans.

Et si quæratur vnde est, quòd confessor habet simpliciter potestatem ad obligandũ ad ea, quæ respiciunt displicentiam culpæ, vt est offensa Dei, sed obligãdi ad ea, quę respiciũnt satisfactionem pœnæ habet potestatem, interueniente acceptatione pœnitentis, & non aliter?

Respondeamus, ideò esse, quia talis displicentia, cùm sit detestatio, & cessatio a peccatis obligat ipsum poenitentẽ etiam secluso præcepto confessoris: & impossibile est, fieri cum Deo offensæ reconciliationẽ absque tali displicentia; sed in poenæ satisfactione, quia diuina clementia ob nostram fragilitatẽ dedit nobis optionem satisfaciendi, vel hic per propria opera, vel in purgatorio per ignẽ, vel per poenitentias sacramentales ad arbitriũ confessoris impositas, vel etiã per indulgentias, hoc est Christi, & sanctorum merita authoritate Ecclesiæ nobis applicata, idcircò satisfacimus subeũdo per quęcumque harum elegerimus arg. glo. in l. quicunque. C. de ser. fug. Bar in l. 1. c. expilatores. ff. de effract. Pan. in c. inter cęt.

Ad secundum rñdetur, q̃ in c. illo oĩs, de pęnit. & remiss. non ponitur sub præcepto acceptatio iniũctæ pœnitentiæ, sed exequutio, seu adimpletio acceptatæ; ita ẽt §. ponat se. in c. 1 de pœn. d. 1. intelligitur consultiuè non pręceptiuè: vel quoad ea tantum, quæ respiciunt cessationem à peccatis, non aũt quoad subeundã pęnã.

Ad tertium dicimus, quòd in pęnis, q̃ sunt in vindicatiuę iustitię purè, & quas siue velit, siue nolit cogitur Reus pati, obediendum necessariò est snię Iudicis, secus aũt est in pęnis, q̃ sunt vindicatiuę, et reconciliatiuę iustitię simul quib. satisfaciendo amicum nobis reddimus offensũ: quales sunt pniæ sacramentales; hę. n. nõ nisi volentem, & acceptantem obligant: & quia cùm confessor sit Iudex, ad vtilitatem animę pęnitentis. ideò pœnitentia, q̃ confessor iniungit, id q̃ proficuum, & salutare est animępęnitẽtis respicit, & trãsit, quasi in consilium, ut non nisi post eius acceptationem, vim præcepti habeat arg. c. Tempora. iuncta gl. 26 q. 7. Nau. in c. 1. §. ponat de poenit. d. 5. nu. 11.

Hinc colligitur, non posse peccatorẽ ẽt publicum cogi, ad acceptandam pœnitentiam publicam; teneri tamen ad bonũ exemplum de se dandũ, & talem cõuersationem exteriùs exhibendam, vt, qui antea malo, & publico illius exemplo scandalum sumpserunt, contraria eius bona conuersatione præsumere saltẽ possint eum omninò esse emendatum, vt ait S. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 17. §. 6.

Tertio est dubitatio; vtrum poenitentia ex propria voluntate, & deuotione facta sint tãti valoris, & æquè satisfactoria, vt est Sacralis, q̃ à confessore imponitur.

Rñdetur sacralem satisfactionem esse multò maioris valoris, & efficacię, eò qđ à cõfessore imponitur, q̃ est illa, q̃ spõte à pęnitẽte suscipitur, & non est sacralis; q̃ a illa valet non solum sm̃ se, sed ẽt virtute clauium, à quibus sicut habet q̃ conferat gratiam, prout est in proposito, & eã augeat, prout est in executione: ita pariter habet quòd plurimum de peccatorũ pœna luat, & recõpenset. Satisfactio aũt nõ sa-

sacramentalis valet tantum secundùm se, quoniã à clauibus non emanat. Vnde plus prodest, & magis de pœna à Deo cõdonatur ob vnius diei ieiunium à confessore præceptum, quam dictum fortè quatuor ieiuniũ, propria voluntate ab ipso pęnitente assumptum Caie. 3.p q.90.art. 2. Nau. in c. contrarium de pęn. d. 5. n. 23.

Vnde colliguntur duo, quorum primũ est pęnitentes errare magnopere volentes, paruas pęnitentias sibi à confessore imponi, cùm tamen hæ ex virtute sacramenti clauium sint efficacissimę ad satisfaciendum, & pęnæ peccatis debitæ faciliùs per illas soluentur, quàm per quascũque alias ex propria deuotione factas.

Secundum est, confessores non consulere nec satis benè prouidere vtilitati pęnitentium, quos vident paratos ad suscipienda quæcumq; illis imponantur, dando eis pęnitentias leues; quò enim grauior imponitur pęnitentia sacramẽtalis, & per plura opera virtute clauium imposita, prorogatur, eò magis apta est ad augendam gratiam, & efficacior ad expiandas peccatorum pœnas. Caiet. vbi supra.

CASVS TERTIVS.

Bernardus ob clerici percussionem excommunicatione irretitus, ad confessorem accedit, & ante cætera peccata de illo se accusat, absoluiturq; ab omnibus peccatis, & quoad excommunicationem iniungitur ei, vt ad superiorem recurrat; inde ad aliquot dies obtenta à superiore licentia, vt possit a confessore quocumq; approbato absolui, ad nouũ confessorem accedit, & prædicta omnia enarrat.

Quæritur, An confessor benè fecerit illius excommunicati confessionem audiens, & num absolutio à peccatis data fuerit valida, debeatq; reiterari cõfessio.

QVod ad primum attinet: nõ desunt, qui putẽt confessorem in principio confessionis antequàm peccata à pęnitente narrẽtur, debere eundem interrogare, an sciat aliquo excõicationis, suspẽsionis aut interdicti vinculo se esse irretitum, a quo si videat non posse, pnitẽm absoluere teneri eum statim dimittere, nec posse, aut dere illius confessionem audire, seu continuare. Primò quia notabilem iniuriam facit pęnitenti, quem confessor scit non posse absoluere, & tamen vult eius peccata scire, quæ nequaquam pænitens ipse diceret, nisi se absoluendum putaret.

Secundò, quia excommunicatus etiã minori excommunicatione à participatione sacramentorum exclusus est c. Si celebrat. de cler. excom. ministr.

Tertiò, quia confessor fallit pænitentem, dum ei permittit peccata dicere, quorum non potest esse iudex.

Non tamen existimamus, confessorem nequaquam debere dimittere statim pęnitentem, vbi audit eum esse excõicatum vel alia censura, à quà non possit absolue re, illaqueatum, sed teneri ad manifestandum ei tale ligamen, & ad exhortandum vt integrè confiteatur, & quòd confessione peracta, ei dicet, quid sit agendum.

Tùm quia, si pęnitens ita repentè à cõfessore dimittatur, scandalum erit, & infamiæ occasio, vt de tali poenitente iudicent sinistrè ij, qui cum ita non confessũ dimitti vident: ideò, vt hoc scandalũ, & infamia præscindatur, satis honori eius consulitur audiendo totam confessionẽ.

Tùm quia, etsi huiusmodi pœnitens non possit absolui, inducetur tamen à confessore, scitis peccatis, ad contritionem maiorem de illis habendam, ad occasiones recidentiæ præcauendas, ad restitutiones, si quæ erunt, faciẽdas, & ad alia multa pęnitenti salutaria, & ideò ex talibus peccatis auditis, nullum fit illi nocumentum.

Tum quia pęnitens, cùm sciat se esse excõicatum, & velit confiteri, nõ põt dici, quòd hæc peccatorũ auditio sit illi iniuriosa, cũ sciẽti, & violẽti nõ fiat iniuria.

Tãdẽ, etsi pœnitens excõicatus, manifestãdo peccata sua confessori nequeat durante illo ligamine absolui: põt tamẽ eodẽ per superiorẽ sublato: & ideo dum

dicit peccata sua inferiori, non frustatoriè ea dicit, nec decipitur, quia iste inferior confessor illa audit, vt re vera absoluat, deficiente, & sublato impedimento: & vt de modo tollendi impedimentum remedium opportunum pœnitenti offerat, cui si acquiescat, & obtemperet, ac ligamen, quod impediebat sublatum sit, absoluere tunc poterit.

Tandem excommunicatus, etsi ab vsu tàm actiuo quàm passiuo sacramentorum sit exclusus, & ipse in sacramentis communicando cum alijs scienter, semper peccet: quoties tamen pro consilio petendo ad salutem animæ suę, & cum intentione liberandi se ab excommunicatione id facit, nequaquam peccat; cùm ergo in casu isto sic accidat, quòd pœnitens confitetur in remedium animæ suę, & vt consulenti obtemperet de ligamine tollendo: ideo non est a confitendis peccatis arcendus, arg. ca Intelleximus, de iudic. & notat gloß. cap. Cum desideras, de sent. excom.

Et per hæc dissolui facilè possunt, quæ pro aduersa parte fuerunt initio obiecta. Nam ad primum dicimus, quòd confessor debet declarare pœnitenti, maximè si est ignorans, quòd non habet authoritatem absoluendi eum à tali censura: nihilominus tamen, quòd finita tota confessione, docebit ipsum quid sit acturus: & prouidebit meliùs saluti animæ suæ: tunc si pœnitens scito impedimento, vult continuare confessionem, nulla fit illi iniuria: Tum quia volenti, & consentienti non infertur iniuria: Tum quia ea, quæ redundant in vtilitatem animæ poenitentis, non possunt dici iniuriosa.

Ad secundum respondemus, quòd, etsi excommunicatus non possit absolui sacramentaliter, quamdiu manet in ligamine excommunicationis: possunt tamen eius peccata in confessione audiri. Tum ad maiorem contritionem de illis habendam. Tum vt de eis præcauendis admoneatur efficaciùs. Tum vt obtenta per confessorem autoritate absoluendi ab excommunicatione, postea absque noua eorundem peccatorum confessione, seu repetitione, ab illis absoluatur.

Ad tertium dicimus, quod confessor non fallit pœnitentem, immò eius spiritualem vtilitatem magnopere procurat: dum permittit vt omnia peccata dicat, de quibus etsi pro tunc quatenus illud ligamen durat, absoluere nequeat: absoluet tamen eodem authoritate superioris sublato.

Quod attinet ad secundam dubitationē, an absolutio a peccatis data excommunicato sit valida?

IN hac difficultate videbitur forsan alicui primo aspectu, quòd non sit valida. Tum quia excommunicatio facit hominem sacramentalis absolutionis incapacem, cùm priuet ipsum vsu tàm actiuo, quàm passiuo sacramentorum, c. Si celebrat, de cler. excom minist.

Tum quia excommunicatus non potest absoluere, eò quòd priuatus est iurisdictione ad sententiam validam ferendam, cap. Ad probandum, de re iudic. & cap. Veritatis, de dolo, & contum. ergo neque excommunicatus poterit validè absolui: cùm non minoris impedimenti sit excommunicatio ad vsum passiuum sacramentorum, quàm ad actiuum.

Confirmatur, quia excommunicatio maior plus elongat à participatione sacramentorum, quàm à iure beneficiorū, quia ab illa directè, & immediatè excludit, & hoc est de eius essentia, ita quòd contradictio est, aliquem esse excommunicatum, & participare sacramentis: esset enim sic intùs, & extrà: sed a iure beneficiorum ita elongat, quòd ea stante, non est quis capax iuris beneficiorum, vnde, si beneficium excommunicato conferatur, nullum penitus ius acquirit, etiamsi excommunicationem ignoret, vt in c. Apostolicæ, de cler. excom. minist. in glos. & in cap. Si celebrat, eod. tit. ergo multò minus erit excommunicatus capax participationis sacramentorum.

Adde, quòd videtur cōtradictio, quod excom-

excommunicatus non sit capax sacramẽti pœnitentiæ, & sit capax absolutionis, quę est forma eiusdẽ sacramenti. Et ideo in c si celebrat, de clerico excom. dicitur, quòd, si clericus minori excõmunicatione irretitus, sacramenta cõferat, virtutis non carent effectu, cùm non videatur à collatione, sed à perceptione sacramẽtorum remotus, ergo apertè infertur, quòd si attentet recipere, receptio erit nulla.

Tandem Ecclesia potuit excõicatos maiori excõicatione ita à sacramentis arcere, vt, si attentarent excepto mortis articulo suscipere, esset irrita, & inualida susceptio: veluti potuit matrimoniũ inter consanguineos, & affines irritum reddere: cùm ergo nulla maior in Ecclesia Dei sit pœna, quàm excõicatio, sequitur illam sacramentorum susceptionem irritari: alioquin ea non esset maxima pęna ecclesiastica, vt eam vocat P. August & refertur can. corripiantur, 24. q 3.

Huius opinionis est Paludanus in 4. senten. dist. 17. q. 6. conc. 3. Syluester, verbo Confessio, 1. q. 5. & cõfessor 3. q. 8. Armilla verb. Absolutio, num. 5. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. & videtur esse cõis.

Alij ex diametro arbitrantur, impensã excõicato absolutionem non tantùm esse validam, sed etiam licitam: ita vt qui confessor nequit pœnitentem absoluere ab excommunicatione, possit & debeat eũ absoluere à peccatis, & deinde pro habenda absolutione ab excommunicatione ad superiorem dimittere. Hæc est sententia Angeli verbo Confessio 5. §. 10. & Vueruan. Rodo. Monal. tit. de sent. excom. § 28. idem sentit Supplementum, verbo Confessio, 1. § 4.

Fundamenta huius sententię hęc sunt præcipua. Primum, quia ille, qui ex animo cupit ab excommunicatione absolui, nec est in mora, quod ad ipsum attinet in petenda absolutione, & dolet etiã perfectè de peccatis, iam apud Deum est absolutus, & diuinæ gratiæ restitutus: & ideo quòad forum conscientiæ, quod est forum Dei, capax est omnium sacramentorum, arg. cap. Ponderet. 50. dist. & cap. Magna, de pœnit. dist. 1.

Secundum quia is, qui ligatus est pluribus excommunicationibus, potest ab vna absolui, & non ab alia, cap. cum pro causa de sent. excom. & c ex parte, de offic ord. ergo à pari absolui quis poterit à peccatis, & non ab excommunicatione; non enim repugnat, quod reconciliatio fiat per partes, vt videmus in casibus reseruatis; potest enim cõfessor quòad hos remittere pœnitentem, vt absoluatur à superiore; & interim absoluere ab alijs non reseruatis.

Tertium: quia hæreticus quantum sit excommunicatus, & relapsus, si tamen resipiscat, & pœniteat, non denegantur illi sacramenta, etsi in iudicio exteriori non concedatur pœnæ remissio, & habetur c. Super eo, de hęret. lib. 6.

Nos inter has duas opiniones, mediã sententiam tenendã esse putamus; quod scilicet illicitum omnino sit, & grauissimum sacrilegium, poenitentem excommunicatum quamuis excommunicatione maiore, siue minore absoluere scienter a peccatis, & non ab excommunicatione: sed si id fiat; validum esse sacramentum, nec confessionẽ debere iterari.

Duo hæc nostra responsio continet, primum illud est, sacrilegium grauissimum perpetrare, qui excommunicatione ligatum, priùs à peccatis, quàm ab excõmunicatione absoluit: quod quidem manifestè probatur. Tum quia ministrat sacramentum illi, qui ab eius participatione est remotus; quod sacrilegium esse testatur D. Tho. 2. 2. q. 99 art. 3. Constat autem, quòd omni excommunicationi, tàm maiori, quàm commune est excludere à passiua sacramentorum participatione, c. Si celebrat, de cler. excom. minist.

Tum quia absolutio, cum sit iurisdictionis actus non exercetur, nisi in subditum. Iam autem Ecclesia per excõmunicationem arcet hominem tanquã suis mandatis inobedientem, & rebellem, ab huiusmodi subiectione: adeò quòd actualis iurisdictio, cùm sit confessoribus concessa ab Ecclesia, non vult in eũ, qui eidem

dem Ecclesiæ non est subiectus; posse hanc suam iurisdictionem exerceri.

Tum quia excõicatus adeò est à diuinis seclusus, vt quantumuis eum peccati cõmissi pœniteat, non possit illis interesse, c. Sacris, de his, quæ vi. Iam aũt inter omnia diuinà, perceptio sacramenti videtur esse præcipuè excõicato prohibita, c. Si celebrat. & c. Engeltrudam, 3. q. 4.

Tum quia, etsi in Concilio Constãtiẽsi, & Basiliensi statutum fuerit ad euitandum scandala, & succurrendum timoratis conscientijs, vt solum excõicati nominatim, & publici clericorum percussores à diuinis arcerẽtur: eisdem tamen excõicatis non fuit per hoc decretum aliqua ex parte subuẽtum nec sunt in aliquo releuati, & ideo sicut ipsi peccant sacramenta suscipiendo, ita iniuriam illi sacerdotes sacramẽtis inferunt, qui hęc eis administrãt, cũ teneamur nõ dare sãcta canib.

Tandem corroboratur hęc veritas, arg. c. Quicunque. 24. q. 1. vbi dicitur, eos qui ab vnitate Petri Apostoli quolibet modo semetipsos segregarunt, neq; nunc vinculis peccatorum absolui, neque ianuã posse regni cęlestis ingredi, & in c. A nobis, 2. de sent. excom. habetur illum, qui cum signis contritionis moritur, esse quòad Deum à peccato absolutum, sed donec ab excommunicatione absoluatur, non esse illi communicandum.

In hanc sententiam inclinant communiter Doctores, inter quos est Palud. in 4. dist. 17. q. 5. Sotus dist. 22. q. 1. art. 1. S. Antonin. 4. p. tit. 14. Sylu verbo Confes. sor. 3. q. 12. vbi quamplures alios Doct. allegat, Nau. late in man. cap. 9. nu. 4. Et in c. Fratres, de pęn. dist. 5. num. 38.

Non tamẽ negamus, quòd si aliquis esset adeò morti proximus, vt iam iam animam efflaret ita, vt pręmitti nullo modo posset absolutio ab excõicatione sine periculo moriendi absque sacramentali absolutione posset tunc à peccatis prius absolui, quã ab excõmunicatione, seu alijs cẽsuris, vt sentit Adrianus, q. 2. principali de clauibus, dubio penultimo; & hoc ideò contingit, quia intentio pię matris Ecclesiæ non videtur esse velle obstaculum aliquod opponere saluti morientis: vnde, sicut ob hanc causam concedit libet cuicunque confessori facultatem absoluẽdi in articulo mortis à quibusuis censuris; quantumcũque reseruatis, vt nullũ impedimentum saluandę animę in illo articulo obstare possit, ita quòd reseruationem omnem pro tunc tollit, ad eundẽ modum in eo casu, quo morte instãte nequeat priùs fieri absolutio à cẽsuris, quã à peccatis, tollit censurarum impedimentum, & concedit absolui posse à peccatis antequam ab illis, vt ex attrito fiat cõtritus. Fateor tamen hũc casum esse magis metaphysicum, & imaginariũ, quàm moralem, vel in praxi contingibilẽ, eo quòd vnico dumtaxat verbo potest absolutio, tã ab excõicatione, & quibusuis cẽsuris, quã à peccatis fieri. Nã verbũ illud, absoluo te si cũ intẽtione absoluendi oĩb. dicatur, siue censuris, siue peccatis, sufficit, & verè absolutionis in foro Dei, ille in extremis laborans, manet; vt benè aduertit Sotus in 4 dist. 22. q. 1. art. 1.

Secũdum, in responsione nostra inclusum erat, sacramentalem absolutionem excõicato impensam, & ab eo susceptam, esse validam adeò, vt non sit illa cõfessio reiteranda, sed sufficiat postea ab excommunicatione tantum absolui.

Adducor in hanc opinionem; Tum quia multa prohibentur fieri, quæ tamẽ facta tenent, vt donatio excommunicati, horarum recitatio facta ab eodem cum alijs in choro, sicut etiam gesta à Pręlato, qui habuit titulum à superiore, & possessionem est adeptus, valent, licet titulus sit inualidus, vel perditus ipso iure, & nihil iuris habeat in suo beneficio, Episcopatu, vel dignitate. Secũdum Panormit. communiter receptum in c. Nihil. 11. de elect.

Facit lex Barbarius, ff. de offi. pretor. quatenus probat, gesta ratione publici officij possessi ab eo, qui scit se carere vero titulo, esse quidem illicita, sed tamen valere.

Tum quia professio ab excõmunicato

facta,

facta,est valida c. Cum illorũ de sent. exc. & multa alia prohibentur fieri ab excõicatis,quę tñ si fiant, non irritãtur,vt patet.

Tũ quia, si excõicatus recipiat alia sacramenta, sunt valida, nec oportet ea reiterare, vt patet de matrimonio,ca. Significasti,de eo,qui duxit ĩ matrimoniũ, quam polluit per adulterium, & de Eucharistia per excommunicatũ consacrata.c.de homine.de celebrat.mis. & c. intra Catholicã. 1.q.1. & de cõfirmatione, ac ordine ab excommunicato susceptis, arg.c.Primo,de eo,qui furt. ord. suscep. nec etiam extrema vnctio excommunicato data,reiteratur in eadem infirmitate,vt tradunt Doctores in 4. dist. 23.

Nec valet aliquorum responsio dicentium, cætera sacramenta excõicationis vinculo innodato,si conferãtur ideò valere, quia cõsistunt in applicatione materię extrinsecæ, & vel imprimunt characterẽ,vel eorũ reiteratio est prohibita.

Non inquam valet, quia, etsi exterior materia poenitenti nõ applicetur, sed actus ipsi,nempe contritio,confessio,& satisfactio sint huius sacramenti materia, attamen ad validitatem sacramenti collati excõicato, nihil omnino hoc refert. Tum quia hic solùm consideramus effectum excõmunicationis ex parte excõmunicati,an separet ipsum à sacramentis,ita vt collatio sit irrita: qui effectus cùm sit vniuocus, & ab vna excõmunicationis specifica causa procedens,debet vel omnia sacramenta irritare, vel nulla. Tum quia matrimoniũ consistit non in applicatione externę materiæ,sed in mutuo cõtrahentiũ consensu, quibusuis signis expresso: & tamen excõmunicati verum sacramentũ matrimonij ineunt,nec oportet illud postea reiterare, vt latè probat Fely in rub. de sponsal. col. 5. & Petrus in c. 1. col. 3. de except. lib. 6.

Denique si absolutio sacramentalis excõmunicato impensa esset iure ipso irrita,id profectò lege aliqua expresse decerneretur,sicut multa alia eidẽ collata esse omnino nulla,declarantur,quę nõ tanti momenti sunt,vt electio,beneficij collatio,& alia quamplura, vt colligitur ex c. Si celebrat de cler. excom.& c. Postulasti,eod. tit. & tamẽ nullus omnino est in corpore totius Canonici iuris textus,qui annullet talem absolutionẽ sacramentalẽ,vt satis patet: & ideò nõ est asserendũ.

Confirmatur, quia absolutio sacerdotis,et iniusta tunc solùm, vt plurimũ nõ valet, quãdo aliquid de substantia ipsius sacramenti deest,ut asserunt Doctores in 4 sent. distin. 17. Iam aũt excõicatio non tollit aliquid, quod sit de essentia sacramenti,quia cũ illa sit à iure humano imposita,non potuit circa substantialia sacramentorũ,quæ sunt iuris diuini quidpiã agere,arg.c Inferior. 21.d.Clẽ ne Romani.de elect.& Cle. Pastoralis. §.Cæterum de iud. Ita Caie. in Sũma,verbo, Absolut. impedimenta. & verbo Confessio Iteranda Nau. in manu.c.9.n.4. & de pœnit. dist. 5. c. 1. §.cautus.nu.25. & in c. Fratres.ead. dist. nu.45. Barthol. Medina in sua Summa lib. 1. c. 11. §.3.

Nec ea obstant, quæ in contrarium adducebantur. Nam argumentum primum,quo dicebatur, excõmunicationẽ facere hominem incapacem sacramentalis absolutionis,concludit tantùm de incapacitate,quę reddit eam illicitam, sed non quod sit ipso facto nulla.

Ad secundũ respondetur, quòd absolutio data ab excõicato confessore, vel interdicto, vel suspẽso,quando est denũtiatus,vel notorius percussor clerici: nõ est valida,quia iste non habet potestatẽ sufficientẽ, ad sententiam validã dandã, vt quę actualiter est illi ab Ecclesia sublata, c. Ad probãdũ,de re iudic.& c. Veritatis. de dolo,& contum. Secus aũt est de absolutione impensa ab excõicato, vel interdicto,vel suspẽso,qui non est publicè denuntiatus,vel notoriè talis; qm̃ censuræ occultæ, nisi fuerint in publico denuntiatę,non impediunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur,vt asserunt Doctores in d. c. ad probandũ. de re iud. & c. 1. 3.q.7.§. Verum & in l. Barbarius.ff de offic. præt. Nauar ĩ mã.c 9.n.9.

Ad tertium dicimus, rationem esse

diuersam in collatione beneficij, & in absolutione sacramentali. Nam beneficij collatio, cũ sit quid iuris humani, potuit circa eã Ecclesia sic sancire, vt nulla sit, quæ fit excommunicato, id quod non potuit facere circa absolutionẽ sacramentalem, quę, cùm sit forma sacramenti poenitentiæ à Christo instituta, & ideo de iure diuino strictè, non subest humanæ potestati quoad suum essentialem valorem, vt colligitur ex Concil. Trid. sess. 7. can. 1. & docet Nau in man. vbi sup. n. 4.

Qua eadem ratione; cùm actualis iurisdictio ex parte confessoris requisita ad absoluendum, sit etiam humani iuris: quamuis potestas habitualis, quæ in sacro ordine confertur, sit diuini iuris, potuit Ecclesia priuare illa actuali iurisdictione excommunicatos, ita vt absolutio ab eis data, nulla prorsus sit, id quod neque de potestate habituali, nec de absolutione sacramentaliter suscepta, dispo nere valuit. Et ideo effectu excommunicationis quoad vsum actiuum, et passiuũ sacramenti pœnitentiæ non est vniuocus, sed analogus.

Ad confirmationem respondemus, quod excommunicatus dicitur non esse capax sacramentorum, neque etiam absolutionis sacramentalis, in eo sensu, quod peccat grauissimè, si sciens ea percipit: sed non quod ipso iure sint inualida, seu reiterabilia.

Nec cap. Si celebrat, de cleric. excom. concludit aliud, quàm diuersum effectũ excommunicationis maioris, & minoris: quatenus minor non tollit, nisi passiuam sacramentorum participationem: ita quòd illa conferens non peccat, sed bene recipiens. At excommunicatio maior tollit vtramq; participationem, nempe actiuam, & passiuam.

Ad vltimum negamus, Ecclesiam posse directè, & per se, ita arcere ab vsu passiuo sacramentorum, vt irrita, & nulla sint, si suscipiantur: quia materia, & forma sacramentorum, ac illorum effectus, cùm sint diuini iuris, non subsunt humanæ potestati: per accidens tamen, & indirectè, vel ob peccatum mortale, in quod excommunicatio fertur: vel ob iurisdictionem actualem, quę ad absoluendum requiritur, & est iuris positiui; potest illum vsum passiuum prohibere: Nec de matrimonio, & alijs sacramentis eadem procedit ratio. quia matrimonium non solùm est sacramentum, sed contractus quidam ciuilis, quo coniuges alterutrũ se donant; quo pacto initur inter infideles, & ante Christi aduentum erat; & quatenus talis subest humanę potestati, & inter consanguineos, & affines in certo gradu prohibetur. Sed alia sacramenta, quorum materia, & forma diuini est omnino iuris, non subsunt quoad sui substantiam Ecclesiæ potestati: & ideo Ecclesia potest solum arcere, & separare ab externa communicatione, vel etiam ab ea interna, quę mediante institutione eiusdem Ecclesiæ fit, qualis est communicatio in sacramentis missæ, & alijs precibus, vt latè probat Caietan. in paruis opusculis, tom. 1. tract. 13. quæstione 13. & Nauarr. in c. Fratres, de pœniten. distinctione 5. nu. 43.

Non etiam obstant, quæ pro opinione Angeli, & aliorum fuerunt adducta. Nã ad primum negamus hominem quantumuis pœnitentem, & de peccato, ob quod est excommunicatus contritum, posse à peccatis sacramentaliter absolui, priusquam ab excommunicatione: quia excommunicatio etsi non tollat communionem eam internam, quæ immediatè ex charitate oritur, per quam vnimur sicut viua membra Christi; tollit tamen illam internam, quæ ex charitate, mediante institutione seu actione ecclesiæ procedit; & ita cùm sacramenta dispensentur fidelibus actione ecclesiastica, propterea excommunicatio priuat communione seu susceptione sacramentorum, adeo vt tam collatio quam receptio sacrilegium sit maximum, vt declarat inter alios Caietanus in opusculis tom. 1. tract. 19. q. 1.

A secundum dicimus, quod absolui potest excommunicatus ab vna excommunicatio-

nicatione,& non ab alia. eo quod excommunicatio est actus iudicialis fori ecclesiastici externi,& non res diuina; sed absolutio à peccatis, cum sit res diuina, & sacramentalis, à cuius vsu tàm actiuo, quàm passiuo excommunicatio priuat, ideò nequit excommunicatus absolui à peccatis antequam ab excommunicatione.

Ad tertium concedimus hæreticum etiam relapsum si verè pœniteat, posse à peccatis absolui, non tamen priusquàm ab excommunicatione, immò huius absolutio debet necessariò sacramentalem præcedere, neque aliud statuitur in c. Super eo. de hæret. lib. 6.

Aduertendum est tamen, quò si contingat aliquem esse excómunicatum sine iusta causa, potest tunc in foro conscientiæ absolui à peccatis quamuis non ab excommunicatione,& ratio est, quia excommunicatio iniusta quoad ipsam, hoc est lata pro non crimine, non est excommunicatio simpliciter, & absolutè, sed secundum quid tantùm, nempè in foro dumtaxat exteriori, & quoad externã solum communionem. Et in hoc casu veritatem habere potest opinio Angeli, quòd cùm verè apud Deum non sit excommunicatus, absolui valet à peccatis, quamuis non ab excommunicatione. Vt inter alios docet Felinus in c. fin. de test. cogend. Richardus in 4. distinct. 18. q 4. artic. 3.

Ex his omnibus collegit confessor tutam ad varios occurrentes in hac re casus, decisionem. Et primo, quòd si pœnitens excommunicationis vinculo irretitus, ignorans inuincibiliter, aut factũ, videlicet esse excommunicatum, aut ius ipsum, nempe excommunicato non licere ad Sacramentum accedere, & tamen accedit,& à peccatis absolutus fuit: non solùm tunc recepit verum Sacramẽtum, sed etiam effectum, idest gratiam. Nec reiteranda est talis confessio: Tum quia aliàs nemo esset tutus, an vere sit absolutus, cum nemo sciat certò se non esse aliqua excommunicatione irretitũ. Tum quia, etsi excommunicatus celebrans incurrat irregularitatem, si tamen inuincibiliter ignorans celebrat, eam incurrit, quia excusatur à culpa, & rem, quæ culpa caret, in damnum vocari nõ conuenit cap. 2. de constit. c. sine culpa de reg. iur. lib. 6.

Secundo, si quis sciens se excommunicatum quando ad confessionem accedit obliuiscitur omninò huiusce excõmunicationis,& ideò à peccatis absoluitur antequàm ab illa, verè est absolutus, neque tenetur confessionem reiterare, Sed satis est, quod recordatus postea excõicationis, ab ea absoluatur. Tum quia excõicatus qui ob iustam ignorantiam diuina celebrat, excusatur in c. Apostolicæ de cler. excom. ministr. Tum quia impetratio beneficij ab eo, qui se probabiliter ignorat excõicatum, valida est, vt asserit gl. communiter recepta in d. c. Apost.

Tertio ille qui scit se esse excõicatum, & confitetur ipsam excõicationem errore tamen siue iuris, siue facti putat a confessore posse absolui, & ita à confessore absoluitur à peccatis, priusquam ab excõicatione, vel ob ignorantiam etiã crassam eiusdem confessoris, vel ob obliuionem: nõ tenetur talem confessionem reiterare, sed verè est ab illis peccatis absolutus ita, vt postea non egeat alio quàm excõicationis absolutione. Ratio est, quia, etsi confessor perperam egerit illum sic absoluendo: ille tamen defectus non reddit irritum ipsum sacramentum; sicut nec excõmunicatio reddit irritũ alia diuina arg gl. in c. Presbyterum. 28. dist.

Quartò, qui sciebat se excommunicationis vinculo innodatũ, & insimul sciebat aut scire debebat secundum qualitatem suam non posse à confessore absolui à peccatis priusquam ab excõmunicatione, & tamẽ absoluitur, talis absolutio est oĩno inualida,& tenetur confessionẽ reiterare, non ex eo quòd data sit excõicato, sed quia confessio non fuit integra, aut si est integra, fit ab impęnitente non habente propositum desistendi à tali peccato: quoniam si tacet illud peccatũ, quod

est velle absolui, & participem fieri sacramenti, cuius est incapax ob excommunicationem, confessio non est integra: si autem illud confitetur, & tamen vult absolui, est impœnitens, quia non habet propositum cauendi à tali peccato, & ita absolutio ei data est nulla, vt declarat latiùs Nauar. in c. Fratres de Pœnit. dist. 5. nu. 48. & Manual. c. 9. nu. 10.

Quartò, qui confitetur alicui confessori habenti authoritatem ratione bullę, iubilæi, aut alterius facultatis, & per obliuionem seu inaduertentiam, aut inscitiam, qua nesciebat aliquid esse peccatum reseruatum, siue censuræ subiectus superiori reseruatę, non est illud confessus, & à confessore absolutus fuit ab omnibus sacramentaliter, hæc absolutio adcò est valida, & perfecta, vt etiam ad illud peccatum reseruatum, seu censura affectum, oblitum seu ignoratum se extenderit: adeò vt cum postea occurrerit memoriæ, vel cognouerit fuisse reseruatum, seu censura innodatum; tenetur quidem illud confiteri, non tanquam reseruatum, & censura illaqueatum, sed velut simplex mortale peccatum, a quo potest per quemcunque approbatum confessorem absolui, vt declarat Paludanus in 4. dist. 18. q. 5. & Gabriel dist. 17. q. 1. Summistæ omnes. Et ratio est, quia intétio præfati confessoris habentis prefatã authoritatem, est vt ea plenè in ordine ad omnia reseruata, & censuras, quibus pœnitentes est irretitus, idque declarãt; Tum verba, quæ præmittit vsu iam vniuersali confessorum omnium solent ante absolutionem a peccatis, scilicet ego te absoluo à vinculo excommunicationis in quantum possum, & indiges; Tũ quod etiam si solùm diceret absoluo te, recta intentio virtualis, saltem confessorum est per hæc verba absoluere ab omnibus necessarijs in quantum possunt inquit Ioannes Gerson. in 2. par. sub c. Confess. & expressiùs sub c. excõicationum.

Notandum est tandem diligenter, quòd omnes Religiosi, etiam ab Episcopo approbati presumentes absoluere ex communicatos à canone alio modo, & ratione quàm in casibus tantum à iure concessis, vel ex licentia Papę, aut etiam præsumentes absoluere excommunicatos à sententijs per statuta Prouincialia, vel Synodalia, incurrunt ipso facto in excommunicationem; à qua nequeunt absolui nisi per summum Pontificem: vt dicitur in Clementina de priuilegijs c. Religiosi S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 54. Quòd si Presbyteri seculares absoluant ab istis; non erunt excommunicati, nisi absoluãt à reseruatis in bulla cœnæ Domini: quia dicta clementina c. Religiosi, non comprehendit nisi regulares: qui tamen regulares si absoluant ab excommunicatione lata ab homine non incidunt in excommunicationem, sed peccant mortaliter, & absolutio est nulla. Sed postea concessa sunt amplissima priuilegia Religiosis à sede Apostolica, vt possint ab omnibus censuris absoluere exceptis contentis in bulla cœnæ Domini, ut ait Emanuel Rodericus in q. Regul. tom. 1. q. 61. art. 5.

CASVS QVINTVS.

Franciscus diœcesis Sabiensis, veniens ad vrbem litigandi causa, confitetur ob deuotionem ibi Religioso ordinis Mendicantium. Et cùm Romæ nulli sint casus Episcopales, vel Summo Pontifici, vel eius vicario reseruati, præterquàm contenti in bulla Cœnæ Domini; absoluitur à dicto confessore à casibus in quos inciderat suo Episcopo reseruatis. Nunc verò in patriam reuersus, & suo Parocho confessus; fit ei scrupulus, quòd non poterat ab illis reseruatis a quocunque confessore Romæ approbato præter summũ pœnitentiarium absolui.

Quæritur, An religiosi Mendicantes, vel alij in Vrbe confessores possint quoscumque ad se venientes à quibusuis casibus Episcopo cuicunque reseruatis absoluere?

Quod

QVod non possint, affirmat Nauarrus in suis consilijs, lib. 5. tit. de pœnit. & remiss. consil. 14. Rationes quas adducit hæ sunt. Tum quia secundum communem sententiam non possunt mẽdicantes præsentati iuxta Clem. dudum de sepult. absoluere a peccatis reseruatis Episcopo, cui sunt præsentati, nisi facultas fiat in id ab eo. Tum quia dubium magnum est de præsentatis habentibus casus Episcopales Episcoporum, quibus præsentantur, an possint absoluere à casibus Episcopalibus alijs Episcopis reseruatis: ergo cum Romæ præfati confessores nullos habeant sibi concessos casus Episcopales, à quibus absoluant, non poterunt a reseruatis ab alijs Episcopis absoluere.

Nos tamen contrarium putamus esse probabilius, quòd præfati confessores in Vrbe approbati, possint a quibusuis casibus Episcopis aliarum diœcesum reseruatis, si pœnitentes de illis confitentur, absoluere.

Tum quia omnes qui sunt de ouili Christi subsunt iurisdictioni, & potestati Romani Pontificis, qui est Episcopus Episcoporum, & omnibus Ecclesijs quoad spiritualia præest iurisdictione immediatè sibi a Deo tradit, quam nemo alius potest aut tollere, aut minuere per extrauag. Vnam Sanctam de maior. & obed. & cap. Cuncta per mundum, & c. Principalem. 6 q. 3. ideò cùm Papa confessoribus authoritate sua in Vrbe approbatis non limitet facultatem absoluendi quoad aliquos casus Epales: non pôt tolli nec arctari per inferiores Episcopos: tolleretur autem seu arctaretur, si non possent à casibus in alijs diœcesibus reseruatis absoluere hic Romæ, vbi nulli tales casus reseruantur.

Tum quia Roma cum sit patria communis, & qui ibi cùm approbato à Papa confitetur, non possit dici confiteri alieno sed proprio confessori: sicut Papa non potest dici alienus, sed proprius Episcopus: Ideò cùm nulli in Vrbe sint Episcopales casus reseruati: sequitur, voluisse Papam, qui est omnium Ecclesiarum supremus Episcopus, posse confessores ibidem approbatos non solùm audire confessiones quorumcunque in Vrbem venientium tamquam proprios eorundem confessores, sed etiam ab omnibus casibus sibi non reseruatis illos absoluere.

Tum quia intentio summi Pontificis in nullis casibus Episcopalibus sibi reseruandis, præter contentos in bulla Cœnæ, ea videtur fuisse, vt fidelibus in Vrbem deuotionis causa confluentibus, & sanctorum loca visitantibus, ac immensum indulgentiarum fructum acquirentibus, nullum ad se rectè, & plenè de peccatis confitendis opponeretur obstaculum: quæ ratio cessaret, si in Vrbem venientes non possent per confessores in ea approbatos a casibus, quos alij Episcopi sibi reseruarunt, absolui.

Tum quia, confessorem legitimum vnius Parochiæ posse absoluere eum, qui, sibi confitetur a peccatis vbicumq; commissis, tenet glossa c. Placuit. 16. q. 1. & Panorm. in c. Cùm contingat de foro comp. & refert Nauar. in Man. c. 27. nu. 261. §. Ad quæstionem: quod multò magis videtur asserendum de confessoribus approbatis authoritate Summi Pontificis Romæ.

Tum quia hoc ipsum seruatur vsu, & consuetudine recepta ab omnibus confessoribus Rom. neque. n. vidi aut audiui à multis annis quib. in ea commoror, & de his pœnitentiæ casibus cum varijs personis ago, confessorem aliquem ex approbatis, cui pœnitentes, siue aduenæ, siue incolæ confiterentur, remisisse aliquẽ ad Episcopum alterius Episcopatus: & consuetudo ampliat iurisdictionem; immò illam tribuit non habenti, & maximè hæc, quæ est in oculis Papæ. ca. Duo simul cum glossa de offic. ord.

Denique in iurisdictione seu absolutione sacramentali, non attenditur locus vbi peccatum comittitur, sed vbi fit iudiciũ absolutionis, quia cũ pœnitẽtię sacramentũ sit ad vtilitatẽ animæ, & ad remittendam

vendam Dei offensam, ideò quoad delicta in hoc foro pænitentiali iudicanda, illi soli quis subijcitur, quem habet loco Dei, & qui est iudex animæ suæ, qualis est confessor; aliàs oporteret confessionem diuidere confitendo delicta commissa in diuersis diæcesibus tot sacerdotibus, quot essent diæceses: vnde concludunt Doctores, solùm quoad forum contentiosum, quem sortiti forum ratione delicti, sed nequaquam quoad forum pænitentiæ in c. Postulasti, & in c. Cum contingat de foro competent. Et notat in gl. 11.q.i.c. 1. cùm ergo Romæ vbi pœnitens confitetur non sint Episcopales casus reseruati, poterit à confessore de quibusuis alibi commissis, & reseruatis absolui, tanquàm à vero suo iudice, ut in simili notat Syluester, verbo Confessor. 1. q. 13.

Nec obstant, quæ pro Nauarro fuerunt adducta. Primum enim concludit solùm de fratribus mendicantibus vigore maris magni, & aliorum suorum priuilegiorum, ob quæ verũ est non posse vniuersaliter in diœcesibus, in quibus sunt admissi, absoluere à casibus a iure Episcopo reseruatis, secus autem dicendum est in vrbe, in qua nulli sunt Episcopales casus reseruati, & ibi ex consuetudine recepta confessores omnes à vicario Papæ approbati audiunt quorumcumque aduenientium confessiones; & vbi speciale de hoc habet priuilegium.

Ad secundum respondetur, quòd immò ex eo quòd Papa qui est Episcopus peculiaris vrbis, & vniuersalis orbis nullos Episcopales casus sibi aut a iure, aut ab homine reseruatos hoc habet, præter contentos in Bulla Cœnæ Domini, & facultatem liberam facit confessoribus in vrbe approbatis, vt absoluant quoscumque aduenientes ad vrbem a quibusuis peccatis, dummodo non sint ex contentis in bulla; colligitur satis apertè posse in vrbe absoluere a casib. quos alij Episcopi inferiores in suis particularib. diœcesibus reseruarunt, quia confessor Romæ debet iudicare de peccatis secundùm qualitatem quàm habent in foro, & loco in quo confitentur: & non secundum eam, quam habebant in foro, & loco quo sunt commissa. In hoc. n. sacramento pænitens non trahitur ad forum delicti, immò delictum transfertur ad forum pœnitentis, vt notat glossa in c. Nec pro dilatione de pœn. & remis. & Panor. in ca. Cùm contingat. de foro compet.

Hoc autem, quod dicimus de confessoribus etiam mendicantibus approbatis ad audiendas confessiones Romæ, nequaquam extenditur ad eosdem, dum reperiuntur in alijs Episcopatibus, vbi Episcopi habent speciales casus sibi reseruatos; non enim vigore quorumcunque priuilegiorum absque particulari summi Pontificis, aut eorundem Episcoporum licentia possunt ab illis absoluere, vt declarauit sacra congregatio Cardinalium, qui præpositi sunt decretis Tridentini Concilij interpretandis; qua de re alibi diffusè egimus. Et quod postea fuit per ipsumet Gregorium, & alios specialiter concessum, vt possint absoluere. Et hanc concessionem fuisse viuæ vocis oraculo factam Patribus de Iesu, eaque per communicationem gaudere omnes mendicantes diximus.

CASVS SEXTVS.

QVidam Gallus paupertate oppressus, ad Hospitale ciuitatis Malleani, diœcesis Sabinensis ad finem quadragesimæ accessit, in quo charitate solita per aliquot dies receptus, veniente Paschatis die ad Ecclesiam pro confessione agenda, & sacra communione summenda se contulit, & in confessionarium ingressus signo crucis facto, & multis contritionis signis ostensis peccata quàm plurima fatetur gallico idiomate, cum aliud nesciat: sed confessor linguæ illius ignarus, quantumuis pro eo intelligendo nimium elaborauerit, ex omnibus tamen peccatis, vnum dumtaxat intellexit. Sed dubius an de illo solo debebat hunc absoluere,

uere, & ad communionem admittere, consulit Theologium.

Quæritur, quid confeßori sit respondendum.

PRima facie videri alicui poterit, qd̄ si difficilis est accessus ad alium cōfessorem gallicæ linguæ peritum, neque de proximo expectatur commoditas confitēdi alteri, qui linguam illam calleat, dum modo per verba aut signa cognoscatur, hunc pęnitentem veram oīum suorū peccatorum habere contritionem, & si à cōfessore non oīa intelligantur, sed vnum tantum, instatq; Paschatis tps de obligatione confessionis, & cōionis posse, & debere confessorem illum pęnitentem absoluere, & ad sacram cōionem admittere

Tum quia per ipsum pęnitentem non stat quin confessio sit integrà, & ideò cū non ex verecundia, seu hypocrisi, aut ob aliquem finem malum ex proposito eam diuidat, sed id eueniat per accidens ex parte confessoris non intelligentis linguam, non videtur ob suam non culpam priuādus absolutione, & communione.

Tum quia neq; Deus, neq; Ecclesia exigit ab hoīe plusquàm possit, & cū actus confessionis sit à nobis, ideò qn̄ non possumus eo modo quo vellemus confiteri, dēmus saltē id facere sm̄ quod possumus.

Tum quia in bello, & naufragio, ac peste, vbi multi insimul moriuntur, quando confessor non potest totam pęnitentis confessionem audire, satis est ꝙ audiat vnum aut mortale, aut veniale alicuius, vt possit eum absoluere: cum non sit illi tp̄s audiendi integras singulorum confessiones, idq. in praxi fuisse seruatum in bello Granatensi in Hisp. tradunt multi DD.

Oppositum tamen est tenendum, qd̄ .s. extra mortis articulum nequaquam licet hunc absoluere, sed remittendum omninò esse ad aliquem confessorem linguę suæ peritum, quæ est sententia S. Antonini p. 3. tit. 17. c. 15. §. 3. & cap. 21. §. 3. Nau. in Manu. cap. 9. §. 14.

Ratio est, quia sacramentalis confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio, hæc autem esse non potest sine relatione confitentis, & perceptione confessoris arg. cap. Omnis de pœnit. & remiss. ibi omnia peccata sua.

Tum quia, etsi iustam ob causam possit qn̄que confessio non esse integra, arg. ca. 1. §. Cautus de pęnit. ea tamen non adest in casu isto, in quo nec necessitas ex parte confessi, neque linguæ intelligentia ex parte confessoris inuenitur, & ad aliū linguę peritum non est difficilis accessus.

Tum quia confessor cum sit iudex ad ligandum, & absoluendum, non potest rectum ferre iudicium, nec pænitentiam debitam imponere, si nesciat, quæ sint ipsius confessi peccata. Semper enim punitionem debet præcedere causæ cognitio. l. de qua re. ff. de iud.

Tum quia, sicut corporali medico omnem ægroti morbum notum esse oportet nec sufficit quòd infirmus illum declaret: sed necesse vt à medico intelligatur, & cognoscatur, quo rectè possit illi mederi, ita medico spirituali, omne animi vitium, quo laborat confessus, si est mortale, oportet esse cognitum.

Tum quia snīa ea est iniusta, quæ fertur causa omni ex parte quoad necessaria non cognita; & ideò qui confessor ferret absolutionis snīam in peccata, quę etsi dicta sint à pænitente, ea tamen non percepit, iniustè ageret: non minus quàm is q̄ audito vno peccato, ad cætera ex proposito dormiret, & tamen absolutionis beneficium ex auditis ad quæ non audiuit, & prorsus ignorat, impenderet.

Tum quia peccata, sunt materia sacramenti pænitentiæ ea tantùm ratione, quatenus proponuntur vt absoluenda: ita quòd sicut ex parte pænitentis necesse est, quòd dicantur ea intentione, vt à confessore absoluantur: ita ex parte confessoris accipi debent tanquam absolutione digna. Sed quæ ipse non intelligit ob defectum linguæ, nequeunt vt absoluenda ab eo accipi, & iudicari.

Tandem ratio, ob quam in mortis articulo potest confessor, audito vno solo pecca-

peccato etiam veniali, ab omnibus absoluere, ea est; quia omnino impossibile tūc est poenitenti cætera confiteri, vt qui loquellam, & sensus ferè omnes amisit, & ad simpliciter impossibile nec Deus, nec Ecclesia obligat, sed in casu præsente non datur hæc impossibilitas absoluta, sed cōditionalis solum, & ad tempus, nec enim est simpliciter impossibile, aut nimis difficile huic Gallo inuenire Romę, & alijs in locis confessorem suam linguam intelligentem; ideò iusta adest causa, vt in aliud tempus possit, iudicio sacerdotis perceptionem sacræ Eucharistiæ absque peccato differre. argu c. Omnis vtriusq. sexus, de pęnit. & remiss. §. nisi fortè de proprij sacerdotis.

Nec officiunt ea, quæ pro parte aduersa sunt adducta. Nam ad primum dicimus, hunc pœnitentem, etsi integrè sit confessus, non posse tamen absolui ob defectum substātialem, qui se tenet ex parte confessoris, quatenus non habens intelligentiam linguæ, caret scientia ad iudicium de peccatis illis faciendum necessaria. Et cum in foro illo pęnitentiali sit iudex loco Dei, non potest necessitate non vrgente ab vno absoluere, & ab alijs nō; quia impium est dimidiam à Deo sperare veniam.

Ad secundum respondetur, primò nō esse simpliciter impossibile huic inuenire alijs in ciuitatibus cōfessorem, habentem notitiam suæ linguæ, à quo valet absolui. Secundò dicimus, quòd tunc sufficit facere, quod possumus in confessione, quando adest copia confessoris habentis scientiam, & iurisdictionem; sed in casu nostro non adest talis confessor: quia si linguam ignorat, & peccata in cōfessione expressa non intelligit, est, ac si non esset, ideò pœnitens se gerere debet tanquam non habens copiam confessoris: idem enim est non nosse peccata, nec de eis certum posse iudicium ferre, ac cōfessorem non esse.

Ad tertium respondetur, aliqua esse concessa confessori in mortis articulo, & in extremis alijs necessitatibus, quæ extra illum nō conceduntur, tunc enim, vt subueniatur animæ saluti in estremo constitutę, licitum est audito quocunque peccato, ab omnibus absoluere, si deest possibilitas, aut ex parte pænitentis aut confessoris cætera aperire; sicut in dicto mortis articulo, nullus reseruatus casus, vel censura absolutionem impedit, & omnibus in vniuersum sacerdotibus potestas ad absolutionem datur, quæ extra talem articulum non conceduntur.

Fatemur tamen in Brasilica posse Aethiopem a confessore absolui, qui vnum, vel duo peccata confitetur, à quibus intelligitur, etsi alia vult, & conatur confiteri, sed ob linguæ ignorantiam non potest: Nam hoc casu adest impossibilitas simpliciter, nec est accessus facilis ad aliū confessorem linguam Aethiopicam intelligentem, & neque Deus, neque Ecclesia ad impossibile obligat; & ideo hæc nō integritas confessionis est omnino per accidens: secus autem est in casu nostro, in quo facilè est illi gallo adire confessorem omnia sua peccata intelligentem: nec periculum vllum imminet, si confessionē per dies aliquos differat: vbi enim vel hoc immineret, vel difficilis admodum esset ad alium confessorem accessus, posset tunc intellecto vno, vel altero peccato absolui, vt ait Nauar. in consilijs li. 5. tit. de pœnit & remiss. cons. 10.

CASVS SEPTIMVS.

Nicolaus ad titulum patrimonij sacris initiatus, diuinum officium aliquando non recitat, hoc cum alijs suis peccatis in confessione manifestat, ob quæ à confessore non alia imponitur pænitentia; quam quod diuini officij recitationē nunquam omittat, & Virginis beatæ coronam, quam bis in hebdomada ex voto recitat, loco pęnitentiæ per mensem ad confessa peccata applicet: ingeritur illi nunc grauis scrupulus, quod res eædem, ad quas ex debito aliàs teneatur, sint ei in pæni-

pœnitentiam, & satisfactionem sacramẽ talem imposita.

Quæritur, an hæc ex præcepto necessaria possint, & debeãt pro pœnitentia confessis iniungi?

NEgantem partem defendũt quãplurimi his pręcipuè adducti rõnibus. Primò, quia nullus potest vno actu, & eodem indiuisibili opere, præcepta duo adimplere, cum quodlibet pręceptum suum proprium respiciat actum.

Secundò, quia si a Ioanne vineã emi, & ratione huius pretij non soluti, debeo illi scuta centum: non possum illi satisfacere, neque ab hoc debito me liberare per centum, quæ ab eodẽ mutuo accepi, l. 1. ff. de solut. ac proinde, neque ieiunio vna rõne iam Deo debito, potero peccata contra eundem commissa recompensare, & nouum pœnitentiæ, ac satis actionis debitum adimplere.

Tertiò, quia ritus Ecclesię ab initio receptus, & continuatus is est, vt pro peccatis siue publicis, siue secretis pęnitentias iniũgat, alias ab orationibus, & ieiunijs debitis, ut patet in toto titulo de pænit. & remiss. generalis autem consuetudo est optima legum interpres: c. Cũ dilectus, de consuetud. leg. minime. ff. de legib.

Contraria tamen sententia est verior, & communior, posse opera non solùm supererogationis, sed aliàs etiam debita in pœnitentiam iniungi. Ita D. Thomas in 4. sent. d. 15. & Sotus d. 19. q. 2. ar. 1. Adrianus de satisfactione, q. penultima, Ioannes Medina C. de satisfactione. Caiet. in opusc tom. 1. tract 6. q. 1. de satisfactione, S. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 20. Nau. in manuali. c. 3. nu. 4. & in c Qui vult. de pœn. d. 6. n. 40. & in c Si quis, 1. d. 7. n. 31.

Amplector hanc sententiam; Tũ quia opus, quanto magis meritorium, tanto est magis satisfactorium. quod enim valet ad remittendam culpam, & augendũ gratiam, valebit etiam ad condonandam pœnam: iã ãt per adimpletionẽ mandatorum nos mereri, patet, ac ideo satisfacere.

Confirmatur, quia eadẽ pœna procedens à maiori charitate, est magis satisfactoria: & hinc est quòd Passio Christi habuit maximũ de satisfactione ob charitatẽ infinitam à qua processit: vnde, si per opus ex præcepto debitum, vt honorãdo parente, mereor, & non solũ per illud solno debitũ, sed ẽt constituo quasi Deũ debitorẽ mercedis æternæ, multo magis potero per tale opus soluere pretiũ tam vilis debiti, quod est pęna tẽporalis, quę dimissa culpa, remanet, arg. c. Cum in cunctis de elect. Clẽ. 1. de reliq. & vener. Sanctorum. Auth multa magis C. de sacrosãctis ecclesijs.

Adde: quòd, si sufficit ad ipsam vitam æternam promerẽdam, quod est magis; à fortiori sufficiet ad tollendã impedimẽta eam adipiscendi, quod est minus.

Tum quia per ieiunia quadragesimalia, & alia ab ecclesiã pręcepta, negari nõ põt quin homo satisfaciat, aliàs melius esset cõsulere hominibus, vt ieiunent, quã eius ieiunia pręcipere, si eo quòd præcepta, carerent satisfactione. Quare si huiusmodi ieiunia ab ecclesia præcepta, possunt in satisfactionẽ peccatorũ a pęnitente assumi, cur per confessoris ministeriũ non poterunt eadẽ in pœnitentiam dari? hoc. n. esset ecclesiæ clauibus derogare, & maiorem virtutẽ humanæ voluntati, quã Christi clauibus tribuere, si hominis intentio posset pro satisfactione assumere, quæ p ecclesię claues nõ posset iniũgi.

Tum quia vnũ, & idem opus à vario procedens principio, variũ habet effectũ, & diuersarũ virtutũ fit actus, vt ieiuniũ, quatenus times ne plus satis comedas, abstinentia est: idem si eo vtimur ut libidinẽ reprimamus, castitas. Si aũt ut Deo te hostiã exhibeas, erit religio: si verò vt pro peccatis Deo satisfacias, erit pęnitentia, veluti etiam mala eò peiora sunt, quò in pluribus fontibus scatur unt.

Tum quia laudabilis est, & antiqua cõfessariorũ consuetudo, vt absoluendo ad dãt, quicquid bonis feceris, & facere proponis, & profueris, & mala q̃ sustines, & sustinebis, sint tibi in remissionẽ pecca

C torum,

torum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ eternę: quibus verbis non fit limitatio ad bona tantum supererogationis: sed ad bona simpliciter, & vniuersaliter.

Tandem hoc confirmatur ex Concilio Trid. sess. 14. c. 9. & can. 13. quo loco ita dicitur. Tanta est diuinæ munificentiæ largitas, ut non solùm pœnis spontè a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio impositis, sed etiã temporalibus flagellis a Deo inflictis, & a nobis patienter toleratis, apud Deum patrem Christum Iesum satisfacere valeamus.

Aduertendum est tamen, quòd ista opera alias debita non sunt ordinarie, & communiter in pænitentiam danda, sed raro, & ex causa; & ideò cùm imponitur a confessore eleemosyna, vel ieiunium, si nihil clare aliud explicetur, intelligi debet de iis, quæ aliàs præcepto non sunt debita; quò fit, vt qui confitetur in quadragesima, si imponuntur ei aliqua ieiunia per annum, tenetur ea facere post Pascha, quia nomine pænitentiæ absolutè intelligitur opus super erogationis, quãuis permissiuè esse quandoque possit opus præcepti.

Quando tamen imponitur eleemosyna absolute, satisfiet dando eam extreme egenti; ratio est, quia tunc quando illa eleemosyna fuit imposita, erat opus supererogationis, & ille extremè egens accedit ad casum, quod postea occurrit.

Si autem iniungeretur alicui, ut daret pauperi in eleemosynam decem aureos: qui postea pauperem aliquẽ iniuria notabili affecit, ob quam deberet ei soluere decem aureos: non impleret pænitẽtiam per horum solutionem debitam. Id ipsum etiam est dicendum de eo, qui uotũ fecit de danda aliqua re valoris decem scutorum alicui ecclesiæ: & postea in cõfessione iniungitur ei pro pænitentia, vt det decem scuta vni ecclesiæ, non satisfaciet vtrique obligationi dando solum decem scuta sed necesse est, vt det viginti. Qui tamen non ex obligatione, sed ex deuotione solitus est dare quotidie pauperibus Iulium vnum: si illi imponatur in pænitentiam a confessore ob sua peccata: ut det pauperibus duo scuta, põt illã solitã eleemosynã cõnumerare in satisfactionẽ: cũ ea nõ sit ex debito, sed libere facta.

Aduertat deinde confessor, optime se aliquando facturum, si pænitentiam iniungat de operibus alias debitis, & præceptis. Vt, si videt clericum esse negligentẽ nimis in recitando diuino officio, vel aliquem iuuenem raro diebus festiuis missam audire; aut procliuẽ ad sensualia uix diem vnum in quadragesima ieiunare: & quod, si noua pænitentiæ obligatio accedat, maxime compellentur ad hæc vel in totum, vel in partem non trasgrediẽda: tunc salubre erit, ea ipsa alias præcepta, in pænitentiam dare: funiculum siquidem triplex difficile dissoluitur.

Hoc ipsum dicendum est de flagellis, & aduersitatibus, siue à natura causatis, siue a Deo inflictis, quæ, etsi necessario sint subeunda, quia tamen per patientiã fiunt ipsius qui flagellatur, ideò potest illis tanquam re sua satisfacere: interest tamen plurimum inter hæc, & illa flagella: nã quæ à causis naturalibus veniunt, totam rõnem satisfactionis habent à patientia: & secundũ maiorem seu minorẽ patientię gradum sortiuntur vim, & efficaciam satisfactionis: sed quæ a Deo immittuntur supra ordinẽ causarũ naturalium, non solùm a patientia, sed per se, ratione obiecti, quatenus à Deo inflicta sunt in vindictã peccati, habẽt quòd sint satisfactoria ad similitudinem pœnarũ purgatorij; & ideo qui æquali patientia grande flagellũ patitur, multò magis satisfaciet, quam qui pari patientia fert minus: est aliud et discrimẽ, quòd hęc, si infligantur habenti diuinam gratiã, vt iusto Iob: etsi nullũ actũ habeat positiuum voluntatis, sed tantum non recalcitret, opus ipsum est satisfactoriũ: quia in purgatorio, dato quod illæ animæ non haberent actũ positiuum acceptandi, sed solũ non resistendi, soluunt pænas debitas: sed in calamitatibus naturalibus nisi actus adsit positiuus acceptandi non põt esse.

esse satisfactio; quia tota ratio satisfaciendi, posita est in illo actu positiuo, quo voluntarie propter Deũ acceptantur. Hinc fit, quòd si iustus Dei flagello percussus, subito, è vita discedat, mors illi est satisfactoria, etsi nullũ habere posset actum positiuum acceptationis: quæ tamen flagella si accidissent à natura, non essent ita satisfactoria. Quòd si quis quærat, an opus satisfactoriũ debeat semper esse pænale?

Respondent communiter Theologi affirmatiue. Nam satisfactio duplicem habet respectũ, vnum ad Deum, cui satisfacimus: alterum ad peccata pro quibus voluntarie pænas luimus, & respectu Dei debet esse actio honorifica, quia satisfacere, est honorem Deo debitum reddere; sicut per offensam diuinus honor læditur. Respectu autem peccati præteriti debet esse castigatio iusta, & respectu futuri debet esse præseruatiua medicina. Ex vtraque ergo ratione conuenit satisfactioni, quòd sit pænalis. Nam sicut homo per commissum peccatum, honorem a Deo, quantum in ipso fuit, abstulit, ut bonum sibi aut delectabile aut vtile accumularet: ita necesse est, vt per pęnitentiam aliquid sibi ipsi detrahat, quod in Dei honorem cedat, & cum pæna aliud non sit, quam priuatio boni vel delectabilis vel utilis, ideò satisfactio pro prȩterita offẽsa debet esse genere suo pȩnalis, per quam homo sibi detrahat aliquid delectabile; vt per ieiunium, & orationem, aut aliquid vtile; vt per eleemosynam.

Non tamen negamus, opus omne meritorium ẽt non pœnale, & quamuis nõ externum, esse satisfactoriũ; quia eo ipso quòd ius dat nobis ad æternam mercedem futurã; dat in simul ius recõpensãdi, & reficiendi pænam temporaliam, in purgatorio soluendã, quæ impedit sempiternæ fælicitatis assequutionem: proprie tamen, & per Antonomasiã, sola opera ex obiecto pænalia, hoc est, quę priuant bono vtili aut delectabili, cẽsentur satisfactoria; & propterea hæc sola sunt in sacramentali cõfessione imponenda.

Reliquum iam est argumentis initio adductis respondere. Et ad primum dicitur, quòd sicut vnus actus in genere naturæ potest esse multiplex, in genere moris, & vno indiuisibili actu secundum rẽ possunt reperiri multæ deformitates, & multæ malitiæ secundum voluntatem, ut contingit in fornicante in loco sacro: ita eodem actu in genere naturæ possumus satisfacere pluribus obligationibus quando illæ non sunt incompatibiles; potest enim idem actus procedere a varijs radicibus tam bonis, quàm malis, ut declarat D. Thomas in 2. sent. d. 42. & Medina 1. 2. q. 20. ar. 3.

Ad secundũ dicimus, maximum esse descrimen inter satisfactionẽ, quæ continetur itra limites solius purę iustitiæ, & eã quę magis habet de amicitia, quàm de iustitia: Nã illa penes iuris rigorem attẽditur, vt tantũ præcisè quis reddat, quantum debet, nec soluat ex alieno, sed ex suo: hæc autem quę est amicitię, in simul, & iustitiæ, non attenditur penes æqualitatem debiti, & solutionis absolute, sed magis secundum uoluntatem offensi, & offendentis. Ita vt id reddatur, quod offenso placeat; & hæc satisfactio amicabilis est ea, quæ Deo per pænitentiam fieri in hac vita solet: & propterea per aliàs debita possumus Deo satisfacere, cui ex sua immensa bonitate placuit, ut ẽt ex suo, & illi debito, peccata recõpẽsaremus.

Ad tertium respondemus, ritum illũ ecclesiæ in eo fundari, quòd minister ecclesiasticus, cùm homo sit, qui neque cor pœnitentis intuetur, nec quanta charitate Deum diligat cognoscere valet, proinde in pænitentiis dandis non tam ad amicitiam, quàm ad iustitiam respiciẽs, illa, quæ alias non sunt debita, in satisfactionem iniungit: cum quo stat, quòd, si opera alias præcepta, & fieri necessaria, in satisfactionem peccatorum iniungeret, prodesset etiam ex uirtute clauiũ huiusmodi satisfactio in charitate adimpleta.

Ex his igitur satis constat, posse confessorem in pænitentiam iniungere opera, quæ nobis sunt necessariò subeunda,

seu lege ea iubente, seu natura ipsa cogēte; vt eleemosynam illi qui eam tenetur facere, officium diuinū sacerdoti, qui illud tenetur recitare, dolorem quem ęgrotus patitur, vel mortem ipsam, quam de proximo est passurus, & alia similia, quę virtute clauium sic imposita, maiorem habent satisfactionis efficaciam, vide Sotum, in 4. sen. d. 19. q. 2 art. 1. & 2.

CASVS OCTAVVS.

ANdreas nauigaturus in Hispaniā, sacerdotem habet eiusdem itineris comitem, quem etsi nunquam ad confessiones audiendas admissum, instanter deprecatur, vbi primum nauem sunt ingressi, confessionem eius audiat: solent .n. multi in illa maris nauigatione periculū mortis subire. Sacerdos renuit, & adhortatur Andream, vt antequàm nauim cōscendat, confiteatur alicui ab ordinario approbato: nihilominus videns animum huius inclinatum erga ipsum, & recordatus alibi vidisse quendam alium capellanum non approbatum, confessionē cuiusdam feminæ partui proximæ audiuisse, marisq; ac partus periculū fere nihil differre, confessionē Andreæ, dū mare ingrederentur, audiuit eūq; sacramentaliter absoluit, nō tm̄ à peccatis, sed à varijs cēsuris sedi Apostolicæ reseruatis. Nauigatione tandē feliciter peracta, Andreas Parocho confitetur, & prædicta enarrat.

Quæritur an dictæ absolutiones, tā quę data est mulieri partui proximæ, quam hæc Andreæ data, fuerint valida, & quoad peccata, & quoad censuras?

NOn nullorū fuit opinio, has absolutiones, neq; quoad peccata neque quoad censuris fuisse validas ob defectū actualis iurisdictionis; qua ille sacerdos non approbatus carebat. Tū quia pia mater ecclesia pænitentium salutis auida, ne morientibus aliquod obtinendę diuinæ gratiæ, & peccatorū remissionem obstaret impedimentū, concesserit amplissimam facultatem omnib. sacerdotibus absoluendi in illo mortis articulo quocūq; a quibusuis peccatis, & censuris. Hoc tn̄ limitauit solum ad mortis articulū; qui tūc dicitur cum mors iam est in fieri per causam naturalem aut violentam, nēpe per infirmitatem, seu quando aliquis ministro iustitiæ est interficiendus.

Tum quia hoc priuilegium cum iuri communi sit contrarium, restringendū est potius quam extendendū; & ita cùm possit habere effectum in mortis articulo, non debet extendi ad mortis periculum, quod est quid diuersum, arg. ca. Ea quæ & c. Odia, de reg. iur. li. 6. & per ea quæ tradit Panor in c. certificari. de sepult. quē cum aliis citat, & sequitur Decius in c. Primo, tit. 16. de rescript. vbi ait quod priuilegia, licet ita sint interpretāda, vt aliquid operentur, vltra ius cōmune, nō tamen sunt extendēda ad alios effectus, dato aliquo, quem operentur, & ad quem sint vtilia.

Tum quòd à separatis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minoribus; & canones nunquam loquūtur, nisi in art. mortis, vt legere est in Conc. Trid. sess. 14. c. 7. in fine nec verbū vllū de periculo mortis faciūt.

Tandem Ecclesia videtur id concedere sacerdotibus, quādo pænitens est in extrema necessitate, cui per propriū, & approbatū confessorem succurrere nequit: & ideo cum in casu nostro, possit sacerdos proprius facile a pænitente adiri antequàm mare ingrederetur & a puella partui proxima etiam vocari, & ab illo absolui, non dicentur constituti in extrema necessitate, ac ideo neque facultatem habebit non approbatus, ad eos sacramētaliter audiendos, & absoluendos. Ita Sotus in 4. d. 18. q. 4. ar. 4. §. Quæris autem, &c. Canus de poenit. 5. p. Mandosius in praxi signaturæ, tit. confessionale.

Alij tamen grauissimi Doctores oppositam tuentur sententiā; vt qui putant non solū in artic. mortis, quando quis est morti proximus, sed etiam in periculo probabili mortis, quo quis est expositus, ut cū vita periculosum mare, vel prælium est

in-

ingressurus, aut pariendi instat mulieri tempus, posse sacerdotem quẽlibet, ẽt simplice ab oĩb. peccatis quantumuis reseruatis absoluere. ita inter alios sentit Palud. in 4. d. 17. q. 2. Adrianus de Confessione, q 3. Syluester, Absolutio primo, n. 8. & Cõfessio, n. 3. §. Secũdus est, & verb. Confessor 1. q. 6. mẽb. 7. & confessor 3. q. 6. Nau. in mañ. c. 2. nu. 9. & c. 23. nu. 272.

Rationes, quibus hæc sententia nititur, præcipuæ hæ sunt. Tum quia in periculo etiam probabili mortis præceptum confessionis obligat de iure diuino, vt cõmuniter asserunt Doctores, vt in 4. d. 17. q. 2. & tradit Sotus d. 18. q. 1. art. 4. concl. 6. in fine. Iam aũt ecclesiam non limitasse iurisdictionẽ sacerdotib. quoad tẽpus, quo cõfessio de iure diuino obligat, quale est tempus necessitatis præsentaneæ, vel instantis: tenent Ricardus, in 4. dist. 20. q. 5. Durandus ibi dist. 24. q. 1. Abulensis 2. par. de Confessione, cap. 62. Alfonsus à Castro, de iusta Hæret. punitione, c. 24. Nau. in c. Placuit, de pœn. d. 6. n. 52.

Confirmatur, quia sicut baptismus, eo quod est sacramẽtum necessitatis, potest tempore, quo obligat, ministrari à quocũque cap. Quicumque, & c. Mulier de cõsecr. dist. 4. ita, & sacramentum pœnitentiæ potest à quouis præsbytero ministrari, quando necessitas illius pœnitentem vrget: frustatoriaq; videretur absoluendi potestas in presbiterali charactere cunctis sacerdotibus diuinitus concessa, nisi in actum tempore, quo confessio præcepto Dei obligat, exire posset.

Tum quia; istud priuilegium, cum sit in beneficium animarum, & nulli præiudicium inferens debet latissimè interpretari, per leg. Beneficium, ff. de const. prin. & tradit Ioan. And. & But. in c. Olim, de verb. signif.

Tum quod articulus mortis, & periculum mortis, quoad absoluendum à censuris, & casibus reseruatis æquiparantur in iure, vt patet in c. Eos de sent. exc. li. 6.

Tùm quia ratio, quæ mouit piam matrem ecclesiam ad nullam coarctandam iurisdictionem in articulo mortis, nullosque tunc reseruandos sibi casus, ea fuit, vt animæ necessitatis periculo constitutæ subueniret: quç eadem ratio cum militet etiam in periculo probabili mortis, eadem iuris dispositio reperiri pariter debet. Lex siquidem per similitudinem rationis extenditur ab vno ad aliud, leg. Non possunt, ff. de el. & cap. Dudum. 2. de elect. Nauar. consil. lib. 4. consil. 3. num. 3.

Nos inter has extremas opiniones, mediam sequendam esse putamus, eaq; est, vt neque in solo mortis articulo infirmitatis, seu condemnationis, neque in omni mortis probabili periculo concessum sit cuilibet sacerdoti, vniuersos fideles absoluere à quibusuis casibus: sed tunc solum, quando actu imminet periculum mortis, ita vt mors ipsa sit iam quasi in fieri, & non adest alius approbatus confessor: ideò quòd non sufficit esse in obsidione positum, aut velle transfretare periculosum mare seu mulierem esse proximam partui: in his enim periculis mors est quasi in habitu, & inesse tantum possibili: quod periculum non æquiparatur articulo mortis: non enim intrando mare, semper aut vt plurimum imminet periculum, vel naufragium; quod si esset, nullus transfretaret: sed, cum homo est in ipso naufragio: & cum mulier est in ipso partu, tunc est in mortis imminente actualiter periculo, æquiualente mortis articulo. Nec hoc sufficit vt à simplice sacerdote valeat à quibusuis casibus absolui: sed requiritur vlterius, quod non facile adsit copia approbati confessoris.

Duo igitur requiruntur, vt possit quis in mortis articulo à quouis sacerdote ab omnibus casibus, & censuris absolui: quorum primum est, vt periculum sit tale, quòd mors ipsa sit in præcinctu, & in ipso fieri, & quasi in dispositione vltima. Alterum est vt non sit facilis accessus ad alium sacerdotem approbatum.

Hæc nostra opinio quoad primam partem est Glos. in c. Pastoralis, de offic. iud. ordinar. §. Præterea, verbo, Exceptis quibusdam articulis.

Quæ, & suadetur primo quia articulus mortis, & periculum mortis, tunc solum æquiparantur, quando ipsum actũ moriendi respiciunt vniformiter, secundum eandem distantiam, & vt mors est in fieri.

Secundo, quia hęc concessio iurisdictionis facta est a pia matre ecclesia ad subueniendum homini morituro, & qui in necessitate extrema damnationis, aut saluationis versetur. Sed hæc necessitas non occurrit, nisi constituto in tali periculo, in quo mors est præsentanea, & in actu non dicam possibili, & metaphysico, sed potius imminenti, & practico: vt est in ipso naufragio, & in ipso partu, atque in ipso bello.

Tertio quia in re grauissima, & quæ prælatorum iurisdictionem lædit, vt esse posse quemlibet sacerdotem a casibus omnibus reseruatis absoluere non est credendum sapientissimam matrem ecclesiam adeo facilem, & prodigam existere, vt hoc concedat extra necessitatis extremum articulum: qualis nõ est, vbi mors non adest prę oculis imminens in actu practico.

Quarto quia priuilegia, licet ita sint interpretanda, vt aliquid operentur vltra ius commune, cap. In his, de priuilegijs; non sunt tamẽ extendenda ad alios effectus, dato aliquo, quem operentur, & ad quem sint vtilia, vt docet Panorm. in capit. Certificari, de sepult. & Decius in c. 1. de rescrip. num. 16. Et ideò, cùm istud priuilegium, de iurisdictione actuali data omnibus sacerdotibus in articulo mortis quoad omnes casus, operetur suũ effectum in statu imminentis, & præsentaneę mortis, non debet tamen extendi ad pericula, in quibus mors est in dispositione remota, & in esse tantùm possibili, non autem actuali, vt in fieri.

Quòad secundam verò partem est hęc opinio Syluestri confessor. 1. q. 6. membr. 7. & verbo Absolutio 1. nu. 8. §. absolutio ab excommunicatione in mortis articulo, &c. Tabienæ, verbo Absolutio, n. 12. S. Anton. 3. par. tit. 14. c. 18. ibi decima quinta conditio. Innocent. in c. Nuper. de senten. excommunic. Soti in 4. d. 22. q 2. artic. 3.

Quæ probatur, tum quia sicut præceptum confessionis, cum sit affirmatiuum obligat de iure diuino in extrema solum necessitate: ita in hoc tantum concedit pia mater Ecclesia omnibus presbiteris absoluendi iurisdictionem actualem, quoad omnes casus, & censuras. Iam autem extrema necessitas, ea non dicitur, cui alia via potest subueniri, quam per simplicem sacerdotem: & ideo sicut extremæ paupertati si succurratur per mutuum, non erit licitum furari: ita cui in articulo mortis facilis est præsentia proprij, & approbati confessoris, per quem absolui valeat, non poterit per simplicẽ, & non approbatum presbyterũ absolui.

Tum quia in baptismate, quod est sacramentum maximæ necessitatis, non potest in præsentia proprij Parochi alius ab ipso illud administrare; etsi enim sacramentum istud quia fidei, & salutis initium, & summè necessarium, exhiberi, & administrari potest ab omnibus, & per quemcunque debite administretur, semper est validum, peccat tamen grauiter, qui, pręsente proprio ordinario, illud administrat quacumque occurrente necessitate: quia minister ordinarius cuiuslibet sacramenti præponitur semper ministro necessitatis. Ita in proposito, cùm simplex sacerdos sit minister sacramenti pœnitentiæ, tantum permissiue in casu extremæ necessitatis, & ad absoluendum sacramentaliter requiratur iurisdictio actualis erga subditum absoluendum, & hanc non habeat simplex sacerdos, præsente proprio, ideo non solum grauiter peccat, sed nihil omnino efficit, quando absoluit eos, qui facilè ab ordinario ministro absolui possunt.

Tum quia prouisio legis facta contra ius commune non extenditur ad casus in ea non expressos per l. Si vero §. de viro. ff. de solut. matrimon. & ibi notat Bart. communiter receptus. Iam autem de iure communi est, vt quilibet confiteatur pos-

proprio sacerdoti: & ideo lex Concilij Tridentini, sess. 14. cap. 7. quæ statuit, vt in casu necessitatis possit quilibet confiteri cuicumque sacerdoti, & non declarat id posse fieri, etiamsi facilis sit aditus ad proprium confessorem, non debet ad hunc casum ibi non expressum extendi: non enim à iure antiquo recedendum est, nisi cogente ad id nouo. l. præcipimus C. de appellat.

Tum quia magna videtur confusio, quod morti proximus si habeat facilem accessum absoluendi ab omnibus casibus, & censuris à proprio pastore, nolit illum adire, vt absoluatur à simplice sacerdote, qui tamen eidem imponere tenetur, vt si conualuerit, ipsum adeat: & ideò Concilij Tridentini decretum à potestate absoluendi in articulo mortis, cùm sit lex generaliter loquens, limitanda est, quando non sequitur absurdum, arg. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iuris.

Ex his colligitur, absolutiones, tam quæ data est mulieri partui proximæ: quàm quæ est data Andreæ nauigaturo in Hispaniam, fuisse inualidas, & quoad peccata, & quoad censuras, ac proinde confessiones illas esse reiterandas. Tum quòd neuter erat in periculo præsentaneæ mortis. Tum quòd vtrique facilis erat ad approbatũ confessorem accessus.

Argumenta demum, extremarum opinionum facilè ex nostris iactis fundamentis dilui possunt: Nam ea, quæ sunt prioris opiniones, concludunt de periculo non imminentis, nec præsentaneæ mortis; hoc enim non æquipollet articulo mortis: secus de illo in quo mors ita est præsentanea, vt rari sint, qui ab illa eo modo in praxi obiecta liberentur, vt contingit in naufragio, bello, partu, & similibus & de his etiam veritatem suadent rationes pro secunda opinione adductæ: hoc enim periculum, quod mortem habet præsentem, & quasi in fieri, est illud, in quo homo versatur in extrema quasi necessitate sacramentalis absolutionis, vt ex attrito virtute sacramenti fiat contritus.

CASVS NONVS.

Antonia consueuit cubilia aduenis locare, eisdemq; pro lauandis pannis, & alijs necessarijs inseruire; inter quos aduenas, est vnus à quo inhonestè cõcupiscitur, & nonnumquam cum eodem adulteratur; & licet multis alijs in confessionibus firmiter proposuerit in tale adulterium non incidere, nihilominus tentatione seducta, & occasione domestica sibi oblata, reincidit, non sæpe, sed raro admodum. Nunc ante confessorem posita, cum eodem proposito amplius non adulterandi, petit absolutionem.

Quæritur, Anstante illa domestica occasione, & continuata peccandi ac reincidendi, debeat nihilominus absolui?

Respondemus elaborandum omninò à confessore esse, vt hæc hospita occasionem illam domesticam eradicet, expellatq; hospitem adulterum e domo: sed, si absque magno detrimento, vel scãdalo nequit eum ab hospitio suo arcere, tunc absolui poterit, dummodo firmiter proponat se amplius cum illo non peccaturam. Ita Nau. in Man. c. 3. nu. 20. & c. 14. num. 32. & c. 16. nu. 20. & Commen. c. Satisfactio, de Pœnit. dist. 3. num. 7. & Cordub. in Summa q. 4.

Rationes in quibus hæc decisio fundatur, hæ sunt præcipuę. Tum quòd, etsi nullus absolui possit nisi firmiter apud se statuat nunquam in posterum peccaturum, & consequenter euitaturum occasionem propinquam peccandi, qualis dicitur illa, quæ vel est peccatum mortale, vel est talis respectu pęnitentis, vt tã ipse quàm confessor probabiliter credãt, vel nunquam, vel raro posse in ea reperiri, quin lethaliter delinquat, argu. c. Qualitas, & c. Contrarium de pęnit. distin. 5. & colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 169. art. 2. ad 4. Nihilominus tamen, cùm hoc hospitãdi officium neq; sit ex se pecc. mort. neq;

vt plurimum sit quibusuis occasio peccā- di & in hac muliere cōcurrant quatuor, scilicet vera pœnitudo præteritorum, & firmum propositum non peccandi sed fugiendi dictam occasionem; & credulitas quod, Deo iuuante, oblata etiam occasione, non peccabit; & tandem adsit rationabilis causa non eijciendi illum hospitem e domo sua, non debet illi absolutio denegari. Nam hæc iusta, & rationabilis causa operatur, ne illa occasio sit illi prorsus voluntaria, aut in culpam imputetur; cum licitum sit cuilibet naturali iure suum tueri honorem; uel uitæ, & statui necessaria; vel conseruandi officiū de se licitum, ut docet Nauarrus in Manua. c.3. nu.15. & c.14. nu.35. c.16. n.20.

Confirmatur quia diuersa ratio est inter euitandum peccatum, & inter euitandam occasionem peccandi: Nam peccatum, quia ex sua natura, & a quocumque fiat, semper est malum; ideo ad illud nunquam licitum est redire: Sed occasio peccandi, quia nec ex se, nec omnibus est mala; sed huic tantùm: ideò si concurrant iustæ causæ eam non derelinquēdi, cum præteritorum, dolere, & firmo proposito non reincidendi: licitum erit ad illam redire. arg. c. Negotiū de pœn. & dist.5 & ibi Nauar. nu.8. & 11. & cap. Fratres. ea. dist 5. falsa n. est pænitentia cum pœnitens ab officio vel negotio nō recedit, quod sine peccatis agi nullatenus præualet.

Tum quia reincidentia, & frequens numerus peccatorum, etiam in eadem specie, non reddunt hominem absolutionis incapacem, si uere pæniteat: vt notāt Doctores Matthæi 18 ubi Petro interrogante, quoties peccatum erat confitenti dimittendum respondet Christus; non solum septies, sed septuagies septies. Nā, etsi in foro exteriori relapsus præsumatur difficulter emendandus, & ideo non facilè ibi relapsis concedatur uenia, vt dicitur in Concilio Niceno can.78. Attamen in foro interiori vbi non secundum præsumptiones, sed secundum Rei confessionem, & dicta iudicium fit, non est tantùm habenda ratio præteritorum aut futurorum delictorum, quantùm doloris, & contritionis præsentis: sicut Deus, non respicit futurum. vt puniat, & remittat, sed propositum, & statum præsētem, secundum quem eligit Iudam in Apostolum, etsi nouerat eum fore traditurum; & Petrūm, qui firmum propositum illū non negandi habuit à se non eiecit, quāuis sui negationem futuram præuidisset.

Accedit, quòd de ratione contritionis non est, quòd vel pænitens, uel confessor credat confitentem non amplius in peccatum relapsurum: Sed satis est, quòd firmiter proponat non relabi: quia id credere, est actus intellectus; propositū non reincidendi est actus voluntatis; veluti etiam potest homo quātumuis peccator certa spe voluntatis Dei auxilium, & misericordiam, & retributionem sperare, qui tamen, certo nō credat se id assequuturum, vt dicitur a Theologis.

Tū quia illi, qui bona fide matrimonium inierunt, & post aliquot annos susceptis filiis scito aliquo impedimento occulto matrimonium illud inualidante habitant simul in eadem domo sicut frater, & soror separati a thoro, interim quod à sede Apostolica dispensationem expectant: quamuis in peccatum aliquādo relabantur, absolui nihilominus possunt, si propositum uerum non reincidēdi habeant, & separationis scandalum timeatur. arg. c. consultationi. de frig. & malef. vbi, ob impotentiam coeundi, inualidū matrimoniū contrahentes posse simul in eadē domo sicut frater, & soror viuere, decernitur, qui, etsi ad copulam erant inepti, poterant multa venereæ delectationis peccata inter se committere, vt benè notat Nau. in Manual. c.3. n.19.

Tum quia inter omnia sac. ameta hoc solum instituit Deus ad beneplacitū cuiusque hominis sępè sæpius reiterabile: non modo eadem die, sed horis singulis: vt sicut ad peccādū pronitas, nos frequēter relabi in eadē crimina faciebat, & diuinā maiestatē singulis momentis offendere poteramus: ita reconciliandi cum

Deo,

Deo,& veniam obtinendi remedium facile,& presto semper haberemus,ac uirtute huius sacramenti,ex attritis reddere mur contriti; unde confessores efficerēt illud difficile,& nimis arduū, si eos, qui in idem peccatum reincidunt,& de reincidentia uerè dolent, sed occasionem ob iustas causas non deserunt,absoluere recusarent. Non .n. prudentis confessoris est plus nimio pænitētē astringere: quia nimis emungens elicit sanguinē. Prou. 30. Et c. Denique 4. dist.

Nec obstat dicere peccatū,& occasionē propinquā peccandi,æquiparari,iuxta illud D. Gregorii in homil. 34. Et refertur,in c. Negotiū de pęnit. d. 5. vbi dicitur loquendo de peccatorum occasionibus: quæ ergo ad peccatum implicant,ad hæc necesse est,vt post conuersionem animus non recurrat.

Respondemus,diuersam oīno esse peccati rationē,ab occasione peccandi,quia illud,ex sui natura, & sēper, ac omnibus est malum,& ideo per se fugiendum: sed peccandi occasiones,(& maximè hæc recipiendi hospites)non sunt ex se mortiferæ,nec semper, nec omnibus: sed solum huic,& quādoque. Et ideo si causa iusta subest non eā derelinquendi,& propositū adest cū Dei auxilio non peccandi,nō impedit absolutionē nec reddit hominē impænitentem. Illud aūt D. Gregorij intelligitur de illis occasionibus, quę sine peccato exerceri vix,aut nullatenus queunt. Iuxta doctrinam D. Tho. 2. 2 q 169. art. 2. ad 4. & Nauar. in Comment. super c. Contrariū,& c. Qualitas de Pęn. dist. 5.

Non etiam officit,quòd pec. mor. sit exponere se ipsum periculo lethaliter delinquendi, & qui amat periculum peribit ī illo,vt latè probat D. Th. quolib. 8. ar. 13.

Respondemus id verū esse de periculo occurrente in specie,& in casu particulari; Non aūt si occurrat solum in genere, & in aliquo vniuerso: quis .n. in tantam relationem efferri potest, vt credat dum aliquam artem exercet,se in ea nullo modo peccaturum? dicente D. Ioanne, Si dixerimus, peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Et hoc non solum de veniali, sed etiam de mortali intelligit Innocentius IIII. communiter receptus in ca. Omnis,de pœnit. vbi inquit superbiæ cuiusdam esse pęnitentis credere se nunquam amplius capitaliter peccaturum. Cum ergo in hoc casu nostro,mulier illa locans domum, firmum habeat propositum fugiendi occasionem in particulari, hoc est,tractandi sola cum solo,vel ingrediendi de nocte cameram illius adulteri, quamuis nolit relinquere officium, seu artem, quam exercet hospitandi illū, uel abijciet di eum à suo hospitio,in quo cōtinetur peccatum non per se, & vt semper, sed per accidens, & raro, Non potest dici peccare in hoc lethaliter, vt declarat Nauar. de mente multorum in c. Qualitas de pęnit. dist. 5. art. 19.

Non item obstat,cap. Consideret §. in his,& c. Qualitas,& c. Falsas,& c. Negotium,& ca. Fratres dist. 5. de Pœnit. quibus in locis differitur,falsam esse pœnitētiam,cùm officium,& opus,quod ruinæ causam dedit,non deseritur.

Respondemus,illud esse intelligendū de consilio, sed non de pręcepto, vel de officijs,& operibus,quæ vix, aut nullatenus exerceri possunt sine peccato,& nulla adest iusta causa in illis permanendi, vt supra declaratum relinquitur.

CASVS DECIMVS.

Thadæus scripsit suo Parocho eunti Romam, ut licentiam absoluendi ab excommunicatione Episcopo reseruata quendam pęnitentem obtineret. Sed interim quod Parochus in ea obtinenda est demoratus, & in Parochiam reuersus, cum facultate obtenta absoluendi pro illa vice, nouit ex Thadæo, pęnitentem absolutione iam nō egere; occurrit tamen in cōfessionem Parocho alter simili excōmunicatione ligatus, quem vigore dictæ facultatis absoluit. Nunc tamē dubitatio illi inijcitur, quòd etsi licentia absoluendi

di à tali censura fuerit sibi concessæ nullo speciatim, & in singulari nominato, attamen intentio sua in illa petenda, & obtinenda fuit determinrta ad eum, de quo Thadæus scripserat.

Quæritur, An illa facultas concessa ad absoluendum vnum, non tamen expressũ nec nominatũ, valeat pro absoluẽdo alio?

RAtio dubitandi in præsenti casu ea fuit, quòd hæc absoluendi à censuris licentia, & authoritas cum magis pendeat a concedente, quam à petẽte, & ideò a culpa quamuis absolui inuitus nemo queat, sicut etiam non nisi à volente committitur, ab excommunicatione tamen, quæ in nolentem quoq; fertur, potest quis inuitus liberari: cum ergo Papa concesserit licentiam Parocho absoluendi vnum ab excommunicatione, & concedentis intentio non fuerit determinata ad Ioannem præcise, vel Antonium, seu ad alium signatum indiuiduũ sed tantum vage, & quasi generatim ad vnum, videtur quod iste vnus pendeat à determinatione Parochi, ac proinde quẽ vnum postea ipse voluerit, dummodo vnus sit, & non plures, illum possit absoluere.

Adde, quod impetrationis valor magis pendet ex forma verborum quibus fit, & quibus conceditur, quàm ex intentione impetrantis; vt notant Doctores in c. Olim. & c. in his, de verborum significatione. Iam autem forma, sub qua impetrata est absolutio, ea fuit, quòd quidã illa indigebat, nullo in particulari expresso nomine: & huic indifferenter, & sic vage proposito licentia est concesso: ergo dum vnus postea absoluitur, quicũque ille sit, valida erit absolutio.

Confirmatur, quia magis videtur attendenda intentio illius, qui Romæ impetrauit, quam Thadæi qui scripsit de impetratione obtinenda: effectus enim magis pendet a causa proxima, quam à remota. & cum Parochi intentio Romæ fuerit impetrare pro vno, quicumq; ille esset, nullum enim in particulari esse sciebat, qui in excommunicationem reseruatam incidisset: & pro illo vno sic absolutè, & generatim licentiam absoluendi obtinuerit; videtur quod illa non reddatur inefficax, & nulla per hoc, quòd Ioannes, pro quo Thadeus scripserat, iã illa non indigeat, si alius adhuc est, in quem possit exerceri.

Oppositum tamen est dicẽdum quod facultas illa, quæ concessa fuit ad absoluendum vnum, etsi neque expressum nec nominatum, non valeat pro absoluẽdo alio.

Tum quia parum refert in gratia impetranda, an exprimatur prius nomen appellatiuum, vel proprium, quando ex alijs circunstantijs apparet de ipsa persona, & qualitate eius: vt Decius ab omnibus receptus tradit in cap. Qui Abbas de offic. deleg.

Tum quia agens nomine alterius, agit & operatur secundum formam, & intentionem mandantis. arg. cap. Si cui. de elect. lib 6. & c. Prudentiam. de offic. deleg. & Thadæus cuius nomine agebat Parochus, intendebat habere licentiam pro Ioanne, & non pro alio.

Tum quia absoluendi licentia a reseruata excommunicatione, habet vim ex intentione concedentis: Iam autem Papæ intentio non fuit concedere pro vno, idefinite, & vage sumpto, id est pro quolibet eligendo a voluntate Parochi, sed pro eo vno determinatè, & singulariter pro quo petebatur: is autem erat ille de quo scripserat Thadeus, & qui tunc indigebat, & non alius. Nam valor actus pendet a potestate, & voluntate agentis; c. Cum super, de offic. deleg.

Tum quia causa, quæ non operatur nisi mota ab alia, non extendit suam virtutem ad alios effectus, quàm eos, quos primo mouens intendit; & cum Parochus non obtinuerit hanc licentiam à se, sed motus, & suasus à Thadæo, non potest effectum licentiæ impetratæ ad aliũ extendere, quàm ad eum, quẽ Thadæus intendit.

Nec

Nec obstant rationes in principio adductæ, quia ferè omnes falso nituntur fundamento, accipientes ipsum vnum indifferenter, & vagè pro quocumque vno, cùm tamen intentio concedentis, & petentis, tam principalis, quàm ministerialis fuerit limitata, & determinata ad hunc vnũ singulariter, pro quo Thadęus scripserat. Neque enim limitata impetratio potest illimitatum, & indifferentem producere effectum. argum. leg. in agris. ff. de acquir. rer. dom. Et actus agentium non operantur vltra intentionem eorũ leg. Non omnis ff. de reb. cred.

Et quàmuis licentiam concedens, & Parochus Romæ illam petens non cognoscebant eum, pro quò petebatur. Quia tamen illorum intentio erat regulata, & limitata secundum litteras a Thadęo scriptas, qui pro vno singulariter, & indiuiduè sic postulabat, quòd non pro alio; idcirco non potest hæc gratia facta isti particulariter extendi ad alium diuersum: facta enim restricta ad vnum nõ possunt ampliari ad alium. argum. c. si de verborum significatione, & leg. Rem legatam ff. de adim. leg.

CASVS VNDECIMVS.

Banniti, ut Parochum interficiant, vocare faciunt eum de nocte per Philippum qui fingat matrem in extremis laborare, & confessionem instanter petere, idq; credens Parochus, sumpta quadam Lucerna e domo exiens, Philippum comitatur: & illum in itinere interrogat, de causa tam repentinæ infirmitatis, & alijs: sed cum propè essent ad locũ, in quo insidię parabantur, timens ẽt Philippus de nece sua genuflectitur ante Parochum: & inter alia peccata hanc suam fictionem a bannitis suasam confitetur, qua audita, statim celeri cursu Parochus fugam arripit, & in domum reuertitur: vndè banniti manifestè videntes ob scita in confessione Parochum fugisse, Philippum raptum interfecerunt.

Quæritur, An Parochus deberet potiùs morti se obijcere, quàm confessionem sic fungiendo reuelare: & homicidio Philippi occasionem dare. Et vtrum sit irregularis?

Vnum hoc supponit casus præsens; idque verissimum, & nulli dubiũ mortem potius esse oppetendam, quàm confessionem directè seu indirectè quo quomodo reuelandam: quin etiam si totius orbis salus, & liberatio penderet à reuelatione vnius peccati in confessione auditi: nequaquam esset reuelandum: non solùm quia confessionis secretum est de iure diuino, & naturali præceptũ, sed etiam quia eo sublato, homines deterrentur prorsus a confitendis peccatis, & ita hoc in religione Christiana maximũ sacramentum, & vnicum ob lethales culpas abolendas remedium e medio tolleretur, quod maioris multo momenti est, quàm temporalis vita.

Adeò quòd nec Summus Pontifex, suprema qua in terris pollet authoritate, vllam ob causam potest cum sacerdote dispensare, vt sigillum istud frangat, cùm sit de necessitate, & substantia confessionis, non vt materia, & forma, sed tanquã id, sine quo confessionis sacramentum vix ferri ab hominibus posset, vt inquit D. Thom. in 4 sent. dist. 21. quæst. 2. art. 1 Vel quia est propria passio consequẽs confessionem, vt declarat S. Ant. 3. part. tit. 18 cap. 1.

In præsenti ergo casu, tota difficultas in hoc est posita, an per illam fugam reueletur peccatum confessum.

Nonnulli in ea opinione fuerunt, quòd Parochus fugiendo, nec confessionem reuelauit, nec sufficientem homicidio Philippo occasionẽ dedit, neq; sit irregularis. Ita Scotus in 4. sent. dist. 21. q. 2. Angelus, verb. Confessio, vlt. §. 7. Syluester, Confessio, 3. quæst. 19. Armilla, verb Confessor, nu. 12. Tabiena eo.

Adducuntur in hanc sententiam: tum quia

quia talis fuga cùm ex sui natura sit indifferens, possitque ex multis causis oriri, nec intentio Parochi fugientis extiterit per eam reuelare confessionem, sed vitam conseruare, dici non potest, quòd per illam sigillum fregerit: Nam vt dicit Scotus communiter in hoc sequutus, in 4. sent. d. 21. quotiescunque signum aliquod de se est indifferens ad significandum tale peccatum fuisse confessum, vel non fuisse, licèt aliquibus sit signum magis determinatum ex aliquo præsupposito, non tamen ex se est signum reuelatiuum confessionis, nec per consequens simpliciter illicitum confessori. Secus autem quando non esset signum indifferēs sed certum: quia tunc mors esset potiùs subeunda, quàm tali signo peccatum cōfessum propalandum.

Tum quia ille, qui per solam confessionem sciret aliquem esse pessimum virum, etsi per omnes alias exteriores vias, & operationes illum haberet, & coleret vt optimum, occurrente tamen Prælati electione, nequaquam potest sub pœna peccati mortalis pro illo suffragari, pro quo tamen esset absque dubio suffragaturus, si eius confessionem non audisset. arg. c. Cum in cunctis, §. si. de elect. & c. Perpetuo. eo. tit. lib. 6. & expressiùs, c. Si sacerdos, de offic. ord. §. fin. & late probat Nauarr. in comment. c. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. n. 146. & ratio tota est, quia illa suffragatio est de se indifferens signum, & potest alijs ex causis proficisci, vt ex odio, vel ex propria suffragantis libertate; vel ex defectu scientię, & alijs huiusmodi.

Confirmatur quia etiam si sola confessione sciam aliquem esse excommunicatum ob clerici percussionem, vel ob aliā causam, propter quam euitari debeat: possum, & debeo illum priuatim vitare, quem tamen nullatenus euitassem, si eius confessionem non audissem, arg. cap. Cum non ab homine de sent. excom. vbi dicitur de inijciente manum sacrilegam in clericum, si id tibi soli pateret, ipsum priuatim tantummodo euitabis, quamdiu ab ecclesia toleratur, vt saltem [illegible] cundię rubore suffusus, pro laten[illegible] su satisfacere compellatur. Na[illegible] verbo denūtiatus, notat Glossa: [illegible] communicatio executionem [illegible] bat, & quamuis sit actus fori [illegible] liget tamen in foro etiam Dei, id[illegible] gnorantia, quæ excusat alios, qu[illegible] iste excommunicatus non est no[illegible] vel nominatim denuntiatus, no[illegible] sat illum, qui certò scit talem i[illegible] violentas manus in clericum, [illegible] tia hæc sit in foro Dei, & confe[illegible] quisita. Cùm ista multò certior, [illegible] cior sit inter Deum, & homine[illegible] que alia inter solos homines [illegible]

Tandem ex sententia D. [illegible] sent. dist. 21. quæst. 3. art. 1. in [illegible] Abbas qui per confessionem nouit Priorem monasterij suæ Abbatię subiectum, esse in peccato, cui occasione[illegible] Prioratus, non solùm potest [illegible] inducere vt Prioratum demi[illegible] renuntiare noluerit, poterit quamcumque aliam sumere occasionem [illegible] di ipsum a prioratu: quamuis eidem priori satis constet, non alia ex causa absolui, & priuari, quàm ob suum peccatum in confessione detectum: dummodo tamen omnis suspitio quoad alios fugia[illegible] confessionis reuelatione. Nam [illegible] quod hæc Prioratus absolutio [illegible] ra sua sit indifferens, & possit ob alias causas in foro exteriori validè ab [illegible] ri: vt non dicatur per ipsam fregisse sacramentale sigillum, quamuis quòd Deum non fuerit orta, nisi ex scitis in foro Dei. Ergo a simili, illa Parochi fuga, cùm ex variis aliis occasionibus ortum ducere potuerit, vt ex aliqua relicta in domo, cuius non meminerat: vel ex ventris repentino dolore, vel ex rumore aliquo in syluis audito, & aliis huiusmodi; non dicetur per illam reuelasse confessionem; quamuis reuera non nisi ex scito in confessione, ad fugiendum sit inductus.

Quòd verò per homicidium a bannitis factum occasione præfatæ fugæ, non inciderit in irregularitatem, constat ex

co-

eo. Tum quod hæc fuga nõ fuit illicita, vt supra est ostensum. Tũ quia neque ex sui natura, nec ex intentione Parochi fugientis tendebat sufficienter in tale homicidium; & ideò nequaquam fuit causa propinqua illius, ac proinde non inducit irregularitatẽ, arg. c. de occidendis 23. q. 5. gl. in c. decætero, de homicid. Tũ demum quia hæc fuga erat ineuitabilis; non .n. poterat Parochus modo alio uitã conseruare, quàm sic fugiendo. Necessitatem autem ineuitabilem excusare ab irregularitate ob deformitatẽ indè ortã definitur exprẽssè in cle. Si furiosus, de homicid. & ibi glossa, verbo Mortem aliter vitare non valens.

Contrariã tamen opinionem arbitror multò veriorẽ esse, quod Parochus arripiens sic fugã reuelauerit confessionẽ, & ita non solũ crimẽ grauissimũ sacrilegij perpetrauerit, sed etiã ex homicidio inde sequuto incurrerit irregularitatẽ.

Adducor in hanc sententiam eò quòd fuga illa non aliunde est orta, quàm ex peccato per confessionem Philippi audito: nec ab his, qui viderunt Philippũ confitẽtem, potest in aliam causam reduci, quàm in machinatam Parochi necẽ per confessionem reuelatam, & ita ex illa celeri fuga immediatè post confessum peccatum sequuta, adducti sunt bãniti vt cognoscerent Philippum confessum fuisse peccatum fictionis, & doli, quo ducebat Parochũ in eorũ manus: Iam aũt confessionis reuelatoris dicitur, qui verbo, aut signo, aut alio quouis modo declarat eũ, qui cõfessus est, sibi manifestasse peccata mortalia in genere, aut venialia in specie vt tradunt Doctores in c. Omnis, de pœnit. & remiss.

Adde quòd, etsi fuga illa absolutè, & per se sumpta sine aliis circunstantiis uideatur indifferens, nec declaratiua peccati confessi: attamen sumpta ut in casu proponitur, & cum illis circunstantiis, tam cõfessionis factę in itinere propè syluam seu locum in quo erant banniti, & tali tempore, quòd nec spes, nec suspitio vlla erat, Parochum terga versurum, & domũ reuersurum: immò læto, & alacri animo iter pergebat ad sacramenta illi infirmæ mulieri præbenda, quàm ẽt ita celeriter, & ex prouiso, nullum pænitus loquendo verbum arripuit fugam, nequaquã remanet ex hoc iam signum indifferens, sed satis manifestum ipsis bannitis, quòd ob solam confessionem de conspirato sui homicidio id fecit.

Confirmatur, quia sicut tenere ensem in manu strictum non est ex se euidens signum patrati homicidii, immò neque ẽt eodẽ euaginato per viã currere: attamẽ, si alia multa circunstent, & comitentur hunc actum, uidelicet ensem esse sanguine perfusum, & ferentem eundem exire e quadam domo, vbi iacet homo recẽter occisus, & huic recenter lethale vulnus fuisse incussum, nec alium in illa domo præter sic fugientem habitare, signa profectò hæc sunt manifesta, & indicia euidentia homicidii cõmissi, ut inquit inter alios, Ioannes And. ad specul. tit. de probat. §. fin. vers. 13. & Panor. in c. Tertio loco de probat. col. 4. Ita à simili in casu nostro, quamuis fugere celeriter de noctè, & reuerti domum non sit signum certũ peccati alicuius in confessionẽ auditi, & possit ex multis causis ea fuga procedere: attamen fugere post auditã confessionẽ illius, à quo dolo, & suasu bannitorũ uocabatur: & fugere quando propinquus erat loco, in quo banniti latebant, & animũ ad salutẽ infirmæ mulieris propẽsũ, ita facilè, & ex inseparato mutare, & cœptũ iter cũ alacritate ad sacra danda reliquisse, tã longè iã propria domo, & propè domũ infirmæ: fugere ẽt nullo prorsus dicto uerbo tã celeri cursu, indicium est manifestũ ipsis bannitis, ob confessionem Philippi auditã hoc Parochũ egisse, nec in aliam vllam occasionem referri potest. Hanc sententiam Nauarrus Commẽt. c. Sacerdos de pœn. habet d. 6. n. 135.

His adiunge, quòd, etsi per illam fugã patefiat bannitis, quod eis antea erat notũ, attamẽ patefit confessio peccati, & manifestatur peccatum, & peccator, quę Parochus nõ nisi per cõfessionẽ nouerat, idque

idque in damnum notabile ipsius pecca toris confessi, qui non nisi ob talem con fessionem fuit interfectus: & ita negari non potest quin sigillum fregerit. Nam quoties confessor aliquid agit per quod alij mouentur contra confessum: reuela tor dicitur confessionis.

Tandem, si per signa indifferentia posset confessio aliquando reuelari, arcerentur maximè homines à pœnitentiæ sacramento, vt qui suspicarentur vel saltem dubitarent libertatē esse confessoribus, eorum peccata signo aliquo propalandi, hoc se colore tuentibus, quòd aliam ob causam id egerunt, vel dixerunt, quàm ad nocumentum inferendum ipsis confessis.

Et cùm nihil ferè sit, quod non possit in vnam, vel alteram partem interpretari, & in varios fines sit referibile, & à diuersis principijs originem trahere valeat: nulla daretur confessionis reuelatio saltem indirecta, quæ excusari facilè hoc prætextu indifferentis signis non posset: & ita infinitis sacrilegijs aperiretur ianua.

Equidem Doctorum est recepta sententia, non posse confessionem contra confitentis voluntatem reuelari; aliàs redderetur illa exosa, & omnibus Christi fidelibus molesta. Nullus aūt est con fessus, qui velit peccata sua manifesta ex tra confessionem reddi sibi vel alijs, siue id fiat per signa indifferentia, siue per determinata: quare malè excusari valet Parochus ille à peccato confesso reuelato Philippo, & bannitis per hoc, quod il la sua fuga sit indifferens ex sui natura signum.

Ex quibus omnibus concludo, quòd, etsi nulla iam adsit occasio post auditam confessionem continuandi iter: & sciat Parochus neminem esse ęgrotum sacramentis indigentem, & ideò retrocedere, & domum redire possit, iste tamen re gressus cum sit ex scitis per confessionē, ita cautè fieri debet, vt nulla bannitis su spitio oriatur, quòd Philippus peccatū, aut suum, aut illorum sit confessus: sed aliquam probabilem fingat sui regressus occasionem, per quam tollatur Philippo, & bannitis suspitio huiusmodi; quod si talem occasionem inuenire nequit, morti se potiùs libenter offerat, quàm sacrosanctū confessionis arcanum reuelet: beatum. n. illum confessorem appellandum esse censeo, qui Christum magis, quàm se ipsum diligens, publicam vtilitatem priuatæ anteponit, & temporalem vitam pro æterna consequenda hilari animo offert: & gloriosam pro merebitur coronam, si pro conseruando tāti sacramenti sigillo, illorum banniterū manibus interfici contingat. Ita Nauarrus comment. in c. Sacerdos, de pęnit. d. 6. nu. 135. vsque ad 140.

Quòd verò irregularitatem Parochus inciderit, ex eo probatur; quia hæc fuga non solùm fuit illicita, vt est ostensum, sed etiam causam sufficientem dedit homicidio Philippi. Nam boni viri iudicio credendum satis erat, bannitos, visa fuga Parochi orta ex confessione Philippi, debuisse vindictam de ipso Philippo cōspirationis propalatore sumere, & cùm non potuerint occidere Parochum fugientem, interfecerunt Philippū solùm derelictum, & talis fugæ causam, per ea quæ docet Anchar. & Fran. in glos. pen. c. si. de homic. lib. 6.

Nec obstant ea, quæ pro aliorum opinione afferebantur. Et ad primum argumentum negamus, fugam talem, & tot circunstantijs vallatam esse signum indifferens; immò est certum, & determinatū Philippo, & bānitis de peccato cōfesso; & quamuis signum omnino indifferens non sit declaratiuum peccati cōfessi, quousque manet in sua generalitate, & indifferentia, secus tamen est de signo per circunstantias temporis, loci, personæ, & alias similes limitato, & cōtracto, vt est hæc fuga Parochi in casu præsente.

Ad secundum concedimus, posse confessorem per id solum, quod in confessione nouit, non eligere aliquem in Prę latum, dummodo ita prudenter res geratur,

ratur, vt nullus, nec etiam ipsemet confessus in suspitionē probabilem veniat, peccatum ipsius illo modo manifestari; cùm enim suffragari, & votum ferre sit res pendens omnino à libertate suffragantis, & suffragij denegati possint multæ esse causę, idcirco vtens confessor iure libertatis suæ, non reuelat confessionem, secus autem est in alijs rebus, quæ non sunt gratuitæ, nec pendent ex libera potestate dantis, sed pęnitens habet ius in illis acquisitum; quia in istis peccat confessor mortiferè, agendo quidpiā extra confessionem contra pænitentem per scientiam, quam habuit in confessione; cum.n. pœnitens habeat ius in ea re, non pōt eo sine causa spoliari, quæ per aliam viam, quam confessionis innotescat: siquidem, quod scitur in foro pęnitentiæ perinde est, ac si nullo modo sciretur; nec tale peccatum alia pæna puniri a confessore potest, quam sacramentali pænitentia, vt ait Sotus in 4. sent. d. 18. q. 4. ar. 5. Cùm ergo in casu præsente hęc Parochi fuga non habeat causam aliam, quam auditam in confessione conspirationem: Neque tam confessus quā banniti astantes aliam possint suspicari, clarum est, reuelari per eam secretum confessionis.

Ad confirmationem negamus posse, aut debere confessorem euitare illum, quem in confessione nouit esse percussorem clerici, si nec alio modo id sciat, nec vllam aliam causam habeat ad illū euitandum, redderetur siquidem hoc sacramentum graue, & nimis molestum, timerentque homines confiteri, qui digni exterius iudicentur honoribus, & commercijs aliorum: si ea, quæ confessoribus tanquam Dei ministris in foro pænitentiali dicunt, inseruire possent ipsis confessoribus ad pœnitentes vel fugiendos, vel vituperandos. Adde, quòd nunquam licet confessori improperare peccata ipsi pænitenti post absolutionem, & tamen si illum priuatim euitaret, per huiusmodi euitationem, reduceret illi peccata in memoriam.

Nec obstat capit. Cùm non ab homine, de senten. excomunic. quia illud loquitur de eo, quod scitur secreto aliter quàm per confessionem. Fateor tamen, quòd si causam aliquam inuenire posset extra confessionem confessor, qua motus illum vitaret, tunc posset, & deberet vitare, ita tamen, vt omnis de reuelatione confessionis tolleretur suspicio; vt ait Armilla, verbo Confessor, nu. 3. Sotus de ratione teg. secreti memb. 3. q. 4.

Ad vltimum respondemus. D. Thomam nequaquam dicere, quòd ex sola confessione peccati possit, & debeat Abbas priuare ab officio priorem; immò asserit, quòd Prælatus absque læsione conscientiæ potest impunitum relinquere peccatū, quod scit vt minister Dei, nec vllum tenetur adhibere remedium, nisi eo modo quo defertur ad ipsum, id est tantùm in foro pęnitentiali, monendo vt resignet officium. Verum tamen si quam aliam poterit inuenire occasionē ad ipsum ab officio priuandum, poterit tunc ipsum absoluere, & priuare; ita tamen vt omnis suspitio saltem quoàd alios de reuelatione confessionis euitetur, aliàs peccaret tanquam reuelans cōfessionem, & hoc ipsum asserit quolib. 5. quæst. 10

Fatemur ergo scientiam, quam quis ex confessione obtinet, multum luminis prębere ad negotia exterius agenda; sed negamus ex ea sola, nullo alio sumpto exteriore prætextu, seu colore, posse Abbatem, vel alium confessorem, quidpiā agere exterius in præiudicium confitentis; quia id esset homines à confitendis peccatis remouere.

Immò etiam dato, quòd Abbas posset ex auditis in confessione priuare subditum ab officio, id solum posset, quando collatio, & absolutio officii ex mera libertate, & authoritate Abbatis perderet; secus autem quando non; quia tunc pænitens habet ius in prioratu, seu alio officio; & ideò non potest eo iuste priuari, nisi alia sit exterior causa, quam per viam sacramenti; aliàs retraherentur

sub-

subditi à confitendis peccatis superioribus suis, vel non nisi fictè confiterentur, ne inde sumerent occasionē absque vlla alia causa suspendendi, aut priuandi eos ab officiis maximo sui cum de decore.

Idem dicendum est, quando sacerdos nouit in confessione aliquod consanguinitatis seu affinitatis impedimentum, ad matrimonium inter aliquos contrahendum. Nam, si iste sacerdos non est Parochus, potest, & tenetur se excusare à matrimonio, etiam de Parochi seu Episcopi licentia celebrando, per aliquas excusationes, & causas apparentes, absque tamen omni confessionis reuelandæ suspitione. Quòd si non posset se excusare periculo reuelationis cōfessionis, debet tunc illos cōiungere. Sed si est Parochus, à quo subditi habent ius petendi sacramenta tunc debet absque alia excusatione illos coniungere, cùm nullam habeat iustam in foro exteriore causam denegandi petitum Sacramentum. Illud enim, quod scitur in foro pœnitentiæ, perinde se habet, quòad sui exteriorem manifestationem, ac si nullo modo sciretur; & peccatum, quòd nō est à iudice cognitum, non potest ab eo puniri, 2.q.1.c. Sine iudicio, & 32.q.5.c. Christiana.

Hoc ipsum affirmandum est, si Episcopus, dum publice administrat ordines, videt accedere ad eos suscipiēdos illum, quem nouit in confessione, non habere ętatem, vel esse irregularem, vel aliquo alio modo de iure indignum, debet tunc eum ordinare; quia huiusmodi ordinandus, cum iam sit per examen approbatus, & in libro ordinandorum cum aliis ascriptus, habet quodammodo ius acquisitū, ad petendum in publico sacris ordinibus initiari: nec Episcopus habet causam illo tēpore, & in illo foro priuandi ipsum suo tali iure: secus tamen est, si ante illū articulum veniret ad examen, vel postea peteret ut admitteretur ad ordines suscipiendos, aut confessiones audiendas, inde ad aliquot dies: posset .n. tunc, immò teneretur Episcopus illum non admittere, quem nouit per confessionē indignū, effingendo aliquas causas, per quas non esset admittendus; quòd si nullam posset fingere, non peccaret, nec diceretur reuelator confessionis, illum pro libito non admittendo, non reddita alia ratione, quam quod nō vult: cum id sui sit iuris, & ex propria voluntate, & authoritate pendeat, vt declarat Sot. in 4. sent. d. 18. q. artic. 5. & de ratione tegendi secreti memb. 3. q. 4. sed de hoc latior erit iterū sermo in primo casu mensis Maij huius tertiæ partis, qui est casus 13.

Ad rationes verò, quibus ostendebatur Parochum ex homicidio Philippi nō incurrisse irregularitatem, facilis est respōsio: cum satis constet ortum fuisse ex illa fuga illicita, quæ satis directa erat in tale homicidium: id quod prudēs quilibet poterat considerare. Quid enim dicatur sufficienter directum in deformationem, boni viri arbitrio definiendum est. arg. l. 1. ff. de iure delib. c. de causis, de offic. deleg.

Ex huius casus decisione manifestum relinquitur, quid in dubio illo dicendū sit, quod quæritur. An, si tres vel quatuor inimici propinassent vinum veneno mixtum sacerdoti sacra facienti; & dū præsentes sunt Missę, studio uidendi, si illud sumit, vnus ex illis pœnitētia ductus post consecrationem confitetur ei sua peccata, & inter alia hoc etiam de lethali veneno in poculum coniecto; teneatur sumere talem potionem. Ad hoc dicendum, quòd Sacerdos tenetur quidē, si nulla alia subest causa recedēdi ab altari, & consacrandi aliud vinum, quin alij astantes suspicentur ob peccatum in cōfessione sacramentali auditum non sumpsisse calicem, sumere illū: quia bonum priuatum conseruationis vitæ postponendum est bono totius Christianæ religionis de conseruando pœnitentiæ sacramento, eiusque sigillo: vt iam supra diximus: sed si ob id, quod sciuit in confessione, potest aliam fingere causam: vel doloris maximi aduenientis, quo cogatur in sacristiam ire, & ibi nouum uinum in alio calice cōsecrandum accipere secre-

tò:

tò: vel quod aranea ceciderit in calicem, aut quidpiam simile, ob quod illud venenosum non sumat, potest tunc, & debet non sumere.

CASVS DVODECIMVS.

Simon in confessione enarrat peccasse sæpè sæpius cum Martha, animã ducendi eam in vxorem: postea hæc ad eundem confessorem accedit, inscia prorsus quod Simon illi sit confessus; interrogata autem inter alia, An ab aliquo fuerit unquam cognita, uel quempiam carnali affectu amet veritatem ob verecundiam negat, ad quam dicendam cùm nulla uia potuerit a confessore induci, tandem interrogatur, An Simonem cognoscat, & cum ipso aliquando peccauerit: quæ in suspicionem tunc veniens, fuisse Simonem cum eo confessum, veritatem cum lacrymis, & fictionem fatetur.

Quæritur, An confessoris industria sit vituperanda, vel potiùs laudanda in peccatis a Martha eruendis per illas de Simone interrogationes?

DVo in præsenti casu apud omnes certa, & recepta præsupponũtur. Quorum primum est, tacendum omninò esse tertiam personam, cuius nomen a confitente fuit iustè, vel iniustè in cõfessione expressum; adeo quòd illud aliqua ratione reuelare sit confessionis sacrosanctum sigillũ frangere; & ratio inter alias hæc est. Tum quòd intentio cõfitentis tertiã personam cum qua peccauit, non est, vt illa manifestetur. Tum quòd per eius declarationem potest quis indirectè saltem in notitiam peccatoris confessi diuenire. Iam autem sub sigillum confessionis cadunt tam ea, quæ confitens iusta de causa voluit esse secreta; quam quę directè, vel indirectè, ad cognitionem peccatoris spectant: vt latè probant Paludanus, & Adrianus in 4. sent. d. 21. q. 2.

Secũdum ab omnibus receptum illud est teneri confessorem sub pœna mortalis culpæ, quoties intelligit confessum, ex obliuione aut verecundia omittere aliquod peccatum interrogare de illo. Tum per textum in c. 1. §. diligens, de pænit. dist. 6 cuius hæc sunt verba. Diligens itaq. inquisitor, & subtilis inuestigator sapienter, & quasi astute interroget à peccatore quod forsan ignorat, vel verecundia velit occultare.

Tum quia iudex tenetur ex debito officii supplere, ne iudicium reddatur nullum, c. Causam quæ de iud. & probat Angelus verbo interrogatio. & Nauar. in c. Fratres de pœnit. d. 5. nu. 84. & c. 1. §. diligens. de pænit. d. 6 nu. 7. adiuncto c. Iudicantem 30. q. 5. & leg. vbicumque ff. de interrog. actio.

His ita constitutis, duas in casu proposito reperio opiniones. Vna est Angel. verb Confessio vltimo nu. 9. existimantis non posse Confessorem de tali peccato interrogare, nisi generatim, & in vniuersali, & hoc ita adhuc cautè ut nullo modo confessus in suspicionem veniat, id sibi interrogari ob peccatum complicis auditum in confessione.

Rationes, quæ pro hac opinione adduci possunt, hæ videntur præcipuæ. Tum quòd pænitenti, tam pro se quam contra se credendum est, cùm nemo propriæ salutis immemor esse præsumatur. Secundum glos. in c. placuit de pænit. dist. 6. & capi. Sancimus 2. q. 7.

Tum quòd Prouer. 1. dicitur, qui inuestigator est malorum opprimetur ab eis, & in l. 1. de quæstion. prohibetur fieri quæstio specialis in damnum alterius.

Tum quòd testis ad vnum articulum præsentatus non debet super alio interrogari iuxta glos. in l. Si quis §. fin. de petit. hæredit.

Tum quod si ex verecundia tacet, peius est si postea in particulari interrogatus mentiatur, & ita confessor esset ei causa peccandi cap. finalit. de iniuriis.

Tum quod confessionis secretũ, quod respicit bonum vniuersale totius religionis magis obligat, quã integritas cõfessio

nis quæ non nisi particulare respicit; ideò interrogando particulariter cùm se cōfessor exponat periculo frangendi secretum cōfessionis, minus malum est, quòd confessus non integrè confiteatur.

Oppositam tamen sententiam, quòd scilicet confessor possit Martham non solùm de peccato illo in genere, sed etiam in specie, & in particulari interrogare, dummodo ipsa suspicari verisimiliter nequeat, illud Simonem in sua cōfessione expressisse, neque ex sic confesso moueri confessorem ad sic interrogandum, tenetur Sylu. verb. Confessio 3. q. 16. & Nau. in Manual. c. 8.

Hanc sententiā sequendā esse arbitror de illis, & in illis tantū peccatis, de quib. confessores solent pœnitentes interrogare, exempli gratia. est Ioannes consanguineus Antoniæ, cum qua rē habuit, & ille fatetur suum peccatum, hęc non potest tunc confessor interrogare Antoniam non solum in genere, vtrum aliquando fuerit fornicata: sed etiam num aliquando incæstum commiserit: vel, si Ioannes non est consanguineus, sed vxoratus; An adulterata fuerit; Quòd si illa insistat in negando caueat confessor ne quidquam de Ioanne interroget, vel de aliqua circumstantia, ob quam suspicio oriatur, quod iste sit tale confessus, & quod interrogat secundum id quod in confessione audiuit.

Adducor autem in hac sententiam hac efficaci ratione: quòd actus solitus, & debitus fieri a confessore erga suos pœnitētes non impeditur, nec tollitur quin fiat per id, quod nouit in confessione: Iam autem confessarius toties mortaliter peccat, quoties credit confitentem taciturū aliquid confessioni necessarium nisi interrogetur, arg. c. Iudicantem, 30. q. 5. Et ideò, si interrogare tenetur tunc de peccatis cōsuetis, quæ communiter sunt nota: non impeditur ab hoc per ea, quæ scit in confessione. Confirmatur; quia ea, quæ aliquis per cōfessionem nouit, si alia via illa sciuerit, non dicitur reuelare confessionem, manifestando iusta de causa: modò illa ita manifestet, ac si nullatenus per confessione nosset: siue ea nouerit antequam ei confessio fieret, siue postea, vt probat D. Th. ab omnib. in hoc receptus in 4. sent. d. 2 & late Nau Commēt. in c. Sacerdos, de pœn. dist. 6. nu. 160.

Adde quòd ius illud, quod homo habet ad propalandum aliquid scitum extra confessionem non perditur per confessionem, cùm illud sciuerit vt homo, hoc vt minister Dei, illud in publico, hoc in cōfessione, quæ duæ rationes cognoscendi eandem rem, diuersissimæ sunt ut satis patet.

Prętereà si scitum in confessione impediret manifestationem eius, quod alia via extra confessionem scitur sequeretur quod confessor adductus in testem alicuius delicti, qd vidit non posset testimonium necessarium proferre, nec veritatē ad iudicādum necessariam aperire, & ita veritati fieret per confessionē præiudicium, & copia probationum tolleretur contra l. Quoniam, Cod. de hæret.

Item si quis publicè machinaretur in Rempublicam, nec correctus à suo Parocho, vellet à malo proposito desistere, nō posset ad huiusmodi publicam proditionem impediendam a Parocho denunciari, si eidem postea de tali proditione confiteretur: & sic mille fraudibus aperiretur locus: & omnis delinquens, cū esset visus à sacerdote, niteretur postea confiteri ei, vt ipsum sic inhabilem ad testificandum de viso delicto redderet: periretque innocens, & condemnaretur, contra leg. Absentem. ff de pœnis. ac fraus prodesset fraudulento: aduersus caput sedes, de rescriptione.

Nec obstant ea, quæ ad partem contrariam roborandam fuerunt proposita. Ad primum fatemur quidem in hoc iudicio credendum esse reo, dicenti tam pro se, quā contra se: in quo differt à iudicio exteriore, in quo reo non creditur dicenti pro se: & ideò hic proceditur ad interrogationes et vsque ad torturam pro eruenda veritatis confessione: secus autem in sacramēto pęnitentiali, vbi interrogationes

nes

nes debent solum fieri ad reuocanda in mente peccata, & ad tollendam verecundiam, seu ignorantiam, quæ ab illis confitendis deterrere solent pœnitentes; & cū sit sacramentum non ad puniendum, sed ad salutem aīæ præcipuè institutum, nec fundetur in præsumptionibus, sed in ipsa veritate pœnitentis confessi, debet solum interrogari quantum sufficit, vt recordetur, non aūt vt cogatur, aut cōpellatur ad dicendū, sed factis cōibus, & solitis percūctationibus, adhibenda est fides illius dictis: quo fit, vt reprehendendi valde sint illi confessores, quibus nō satis est vnum semel interrogare: sed frequenter idipsū interrogando occasionem semper nouā confitenti præbent, vt sæpius negando, & occultando veritatem, mortifere mentiatur, & fictus ac impœnitens reddatur.

Ad secundum dicimus non debere cōfessorem esse nimis curiosum, & solicitū in interrogationibus faciendis de peccatis inconsuetis, & à statu, & conditione illius pœnitentis omnino alienis, hæc enim percunctari nocet sæpissime confitēti: vt qui in cōfessione addiscit mala, quæ prorsus nesciebat, & ideò in Prouerbijs dicitur, quòd nō debet esse inuestigator eius, quòd optaret scire, sed solum recordator illius, cuius obliuisci putat confessum.

Ad tertium respondemus pœnitentem, qui venit ad confitenda peccata, non esse interrogandum de alijs articulis impertinentibus, & qui nihil ad integritatem cōfessionis faciunt, ut de fabulis, & alijs mūdanis: sed solū de necessarijs, & sine quibus integra confessio esse nequit.

Ad quartum fatemur, quod quādo ex verecundia tacet, & semel interrogatus sufficienter, adhuc negat, non est iterum, & iterum repetenda interrogatio, ne mētiendi, & de nouo peccandi offeratur ei occasio, sed cautè, & prudenter est procedendum, vt solum interrogetur ea arte, & sagacitate, quæ ad verecundiam tollendam, & peccatum recordandum est necessaria: & hoc si fiat per interrogationem consuetam, & suo statui communē, non offertur mentiendi occasio, sed ex culpa, & obstinatione confessi oritur mendacium.

Ad vltimum cōcedimus, obligare multò magis confessionis sigillum, quam confessionis integritatem: & ideò quoties periculum est violandi illud, præferendū esse omnibus alijs rebus: sed quia per interrogationes communes, & solitas specificè particulariter factas, nullum est periculum violādi secreti confessionis, idcirco tunc illæ faciendæ sunt, vt confessio à sua integritate non deficiat, nec irrita prorsus reddatur.

Ex his multa colliges. Primò est, quòd quoties sacerdos habet aliquod peccatū, quod confiteri non potest, nisi confessionem reuelando, potest, & debet illud nō confiteri, durante illo impedimento, sufficitque interim alia cōfiteri, & de illo tacito conteri, cum intētione confitendi ipsum, quando sine præiudicio dicti sigilli poterit. Tū quia fortius est vinculum secretæ cōfessionis, quàm integritatis eius: cum illud contrarietur bono publico, id est, destruat ipsam confessionem, hoc aūt contrauenìat solùm bono particulari. Tū quia licet non infametur peccator, cum id dicatur Deo, & non homini, fit tñ iniuria sacramento, quatenus id, quod sigillatum est vna confessione, vt nunquam reuelandum, tandem reuelatur in alia. Tū denique quoniam præceptū sigilli est negatiuū de re intrinsecè mala, sicut mētiri, & furari, ac ideò nulla de cā redditur bonū, & licitū, ac proinde nec rōne integrè confessionis faciendæ, dēt reuelari sigillū.

Idē dicendū est, qñ in aliquo castello essent solū tres sacerdotes, & vnus absoluere alterū. s. Petrū ab excōicatione reseruata, seu irregularitate, à qua nō poterat absoluere: de quo errore, & peccato qd malè absoluisse, si vellet postea confiteri tertio sacerdoti, & dicere se malè absoluisse sacerdotē, & fuisse in cā, quòd ille celebraret in peccato, intelliget tūnc manifestè tertius sacerdos, illum esse Petrū: & iō dēt tacere hanc sacerdotis circunstantiā, & solùm dicere se absoluisse quēdam ab excōicatione, à qua nō poterat: ita vt nō

veniat confessor in notitiam tertiæ perso næ, aliàs frangeret sigillum; data tamen alia confessoris opportunitate, qui non cognoscat sacerdotem tenetur tunc circũstantiam tacitam confiteri.

Id ipsum asserẽdum est de illo, qui absoluit aliquem à peccato simoniæ, à quo nõ poterat: qui si de hoc errore postea cõfiteatur, facile conijcere poterit confessarius electus quisnam sit ille simoniacus absolutus. Ita Sotus de ratione teg. secreti membr. 3. q. 4. Nau. in Manu. c. 8. n. 6.

Colliges deinde, qđ cũ tertiæ personæ reuelatio valde periculosa sit tùm quoad fractionem sigilli: tum quoad infamandum iniustè proximum; si confessor præuidet velle pœnitentem nominare personas delicti sui consortes, vel quas ad peccandum induxit, uel a quibus fuit inductus, nequaquã id debet permittere, sed omnino prohibere, ne eas proprio noĩe declaret, sed appellatiuò, & specifico, qđ satis sit ad circumstantiam necessariã cõfitendam: sufficit .n. dicere se commisisse adulterium, non explicato nomine Antoniæ vxoratæ: vel dicere se commisisse stuprum, aut incestum, tacito nomine proprio illius puellę, siue consanguineæ, quacũ peccauit: exponit .n. se periculo confessor consentiendi in infamiam proximi, si tertiæ personæ nominandæ non obstat, vt ait D. Bonau. in 4. sen: d. 21. ar. 1. q. 5. quẽ sequitur Nau. in Manu c. 7. num. 2.

Colliges tandem, in casu proposito, cõfessoris nimiam industriam in peccatis à Martha eruendis, nominato præsertim Simone delicti socio, esse vituperandam, tanquam mortiferum sacrilegium, vt qui confessionis arcanum reuelauit: Et ideò deponi debet, & in monasterium ad agẽdam pænitentiam per septenniũ detrudi; vt habetur in c. Omnis, de pæn. & remiss.

CASVS XIII.

Prelatus in confessione nouit Lucam esse ad beneficium, & dignitatem quandam inhabilem, & indignum. Et quamuis in concursu facto huius sufficientia ab omnibus examinatoribus fuerit satis cognita, & approbata, ille votum suum ei denegat; timens eligendo eum, quem in foro conscientiæ scit esse indignum, in pœnã suspensionis incurrere. Alij de hoc negato uoto, magnam concipiunt admirationem, idque ex aliquo intrinseco odio prouenire arbitrantur, nec non Lucas scandalizatur maximè, ut qui nouit ob sola cognita in sacramentali confessione fuisse sibi denegatum suffragium. Nunc scrupulus vehemens Prelatum stimulat.

Quæritur an sigillum confessionis fregerit, vel magis eligendo sic indignum in suspensionem inciderit?

De primo, quod in hoc casu inquiritur, vtrùm Prælatus confessionis arcanum fregerit, negando per ea, quæ sciuit in confessione suffragium pęnitenti, variæ sunt Doctorum sententiæ.

Quidam arbitrantur hunc rupisse confessionis sigillum negando votum, seu nõ approbando suo calculo, & suffragio illũ qui in foro exteriori erat dignus, & quẽ solùm per confessionem nouerat esse indignum: probant hoc maximè his rõnibus. Tum quòd confessor est loco Dei, & scita in illo pnię foro sunt scita quasi modo diuino, & ideò per talem notitiam agere nequit confessor vt purus homo, qualiter agit extra confessionem.

Tũ quia peccata confessa, & absoluta, iam non sunt, adeò vt neq. Deus ipse illorum amplius recordetur: neq. ob ea in pęnitentẽ tanquàm in Reum agit: ergo multò minùs confessor, qui non vt homo, sed vt Deus illa audiuit, debet exterius in pęnitentem agere, vel peccata absoluta improperare: maior aũt, & deterior improperatio est, quæ fit facto, quã quæ verbis.

Tum quia hoc esset deterrere homines à confessione, qui si crederent, posse confessorẽ aliquo modo per scita in cõfessione contra pęnitentem agere, reuocarẽtur à confitendis peccatis. Ita Adrianus in 4. sent. dist. 21. Sotus ibi dist. 18. q. 4. ar. 5.

Adde, quòd omnis ille modus, per quẽ pòt cõfesso ex suis confessis peccatis noc

men-

mentum prouenire circa animam, corpus, bona temporalia, famam, aut huiusmodi, vel ex eo, quòd confessio reddatur odiosa, vel minùs pretiosa, est comprehensus sub sigillo confessionis, vt inquit Armilla verbo confessor, nu. 9.

Alij ex opposito existimant, potuisse hunc Prælatum negare votum suum Lucæ, quantumuis aliàs sufficientissimo ob scitam in confessione inhabitabilem. Tū quia sigillum confessionis, eatenus obligat, quatenus peccatum manifestatur in ordine ad peccatorem; sed quando actus qui fit, nec ex sui natura, nec ex intentione pænitentis dirigitur ad reuelandum peccatum in ordine ad peccatorē, vt qui potest interpretari in diuersa, non frangitur per illum confessionis sigillum.

Tum quia, etsi confessor audita in confessione cognoscat vt minister Dei, & in foro Dei, ac vt soli Deo principaliter dicta; attamen illa priuata scientia, & ille sciendi modus iuuat multum eūdem ad res agendas, ut notāt Doctores in c. Cùm nō ab homine, de sent. excommunic. vbi dicitur, excommunicatum notum per solam confessionem, posse, & debere secreto a confessore euitari.

Et confirmatur ex c. Si Sacerdos, de officio iudicis ordinarij: vbi dicitur, quòd sacerdos potest excommunicationem ferre in authorem damni, licet etiam ei sit confessus: quamuis non possit eum nominatim remouere a communione, licet sciat eum esse reum: quia non iudex scit, sed ut Deus: sed debet eum admonere; ne se ingerat, ergo ex notitia delicti per confessionem cogniti, potest confessor aliquid postea agere, quod aliàs non posset.

Hæc est opinio Nauarri Comment. in c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. nu. 74 nu. 146. & in Man. c. 8. tit. de sigillo confessionis num. 11.

Nos inter has duas opiniones, mediā putamus veriorem, & tutiorem: eaque est, quòd quoties nulla omnino subest causa præter eam, quæ scita est in confessione denegandi suffragium, & e igitur ...

ab omnibus, confessore excepto, debet talis confessor cum alijs consentire, nec potest non eligere illum, quantumuis indignum: & inhabilem: & ita in casu præsente, confessor denegans votum suum Lucę concurrenti ad beneficiū, & ab alijs examinatoribus approbato, peccauit mortaliter, & confessionis sigillum fregit.

Adducor in hanc sententiam, tum quia ferre suffragium, & approbare aliquem, etsi videatur absolutè, & ex sui natura esse actus liber, & à cuiusque arbitrio pendens, ac proinde neque peccatum, neque peccatorem per illum manifestari. Attamen circunstantijs limitatus, tum personæ, de qua agitur in foro exteriore optimè meritæ; tum temporis, in quo ad beneficium fit concursus, & de honore ac vtilitate ipsius pænitentis tractatur; tum examinatorum, qui omnes suis calculis approbant; non iam est absolutè, & ex se liber, sed potiùs significatiuus peccati cōfessi; argumentum eorum quæ de signis ad probandum efficacibus adducit Panor. in cap. Tertio loco fuit. de probationibus.

Tum quia, etsi ex scitis per confessionē possit quis moneri, ad impediendum peccatum, sumptis alijs occasionibus, & causis exteriorib. à quibus immediatè ille actus exterior oriatur, nō tñ pōt ex sola cōfessione, agere aliquē actū extra cōfessionē, cuius illa cōfessionalis scientia sit sola, & immediata causa, & maximè qñ ille actus redundat in nocumētū honoris, vel bonorū ipsius confessi. Et rō est, quia cōfessor scit peccatum non vt homo, sed vt Deus, & ideò non tenetur adhibere remedium illi peccato, nisi eo modo, quo ad ipsum defertur, ac proinde cùm deferatur ei in foro tantum pænitentiæ, in isto solo foro debet quantùm potest adhibere remedium, & non in alio foro: vt ait expressè D. Thomas in 4 sent. distinct. 21. quæst. 3. art. 1. ad 3.

Tum quia si ex nulla alia causa, quam ex scito in confessione posset confessor aliquid agere exterius in dānū honoris, & bonorū ... denegare illi suū suffragium

fragium ad beneficium, seu dignitatem, ad quam omnium iudicio, & cæterorũ votis est dignus: retraherentur profectò maximè homines à confitendis suis peccatis, non solùm Episcopis, & alijs suis Prælatis, sed ijs omnibus a quibus aliquãdo possent eligi, aut examinari, & ita redderetur confessio odiosa, & possent confessi verisimiliter dubitare ex peccatis confessis, damnum aliquod exterius posse eisdem contingere aliquando. Iam autem illud omne, per quod confessio potest reddi grauis, & odiosa pœnitentibus cadit sub eius sigillo, vt affirmat S. Antonin. ex Palud. 3. p. tit. 17. c. 22. §. 3.

Tum etiam quia id, quod nullo modo scitur in foro exteriore, nullum potest dare ius iudici ad agendum, & sententiam ferendam exteriùs: arg. c. Si tantum c. & Placuit. 6. quæst. 2. c. Si sacerdos, de offic. iud. Ordinarii, ibi non potest nominatim eum remouere communione, licet sciat eum esse reum: quia non vt iudex scit, sed vt Deus. Iam autem quod in confessione scitur, nullo modo in foro exteriore scitur. Et hinc est, quod licitè in iudicio sub iuramento interrogatus, de delicto in confessione scito, potest verè iurare se nihil scire: quia, etsi sciat vt Dei minister, vt habens potestatẽ absoluendi; illa tamen scit, & nouit in foro sacramentali, & iudicio Dei, quòd ita voluit esse secretissimum, & occultissimum, ac si peccata essent prorsus oblita, & deleta, vel nunquam perpetrata: dicente Diuo Bernardo, nihil minùs scio, quàm quod in confessione scio, adeò vt à iudice tyranno, etiam comminatus cõfessor, vt dicat si audiuit in confessione Petrum occidisse Ioannem, aut aliud simile, respondere absque scrupulo potest, non audiuisse; quia nequaquam audiuit ad reuelandum extrà, & qui iurat dicere quicquid scit, intelligitur semper iurare dicere quod licitè potest, & nõ amplius, arg. c. 1. de iureiurando, lib. 6. & leg. Si procurator, de cond. indeb.

Tandem per concursum habebat Lucas ius ad beneficium, quod ius, etsi non dicatur perfectum, & completum, quousque detur ei collatio, & possessio; est tamen ius, quod appellant ad rem, adeò vt non sit in mero examinatorum arbitrio approbare quem maluerint: sed teneantur digniorem approbare, sub pœna periurij, vt ex illis iudicatis idoneis, Episcopus eum eligat: quem cæteris magis idoneum iudicauerit, vt definitur in Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 18. cùm igitur in foro exteriore habeat Lucas ius ad beneficium, per concursum, & Prælatus nullam habeat in eodem foro causam, ad id, quod iustè petitur, denegandum; iniuriam profectò facit Lucæ, & multò maiorem sacramento pœnitentiæ, si per delictum in hoc interiore foro cognitum, impediat Lucam denegando ei votum, a consequutione beneficij.

Nec obstat, quòd alij nunc putent idipsum efficere ex odio in Lucam concepto: nam respondemus satis esse ad reddendum exosum hoc sacramentũ, quòd compertum sit confessso, Prælatum id nõ agere alia ex causa, quàm ex sibi manifestis in sacramento: quinetiam possibile est alios examinatores, processu temporis in notitiam venire, quod Lucas confitebatur Prælato: & ita conijcient apertè, negatum fuisse votum ex scitis in confessione, & scandalizabuntur maximè; cui scandalo occasionem præbet, quantum est de se, & ex negotio suffragio Prælatus.

Non tamen negamus, quòd cùm multa in approbando ab examinatoribus requirantur: nec sufficiat multa doctrina, sed exigatur etiam ætas, mores, prudentia, & aliæ qualitates ad vacantem ecclesiã gubernandam opportunè; adeò vt possit esse quis doctissimus; & tantum alius multò minùs doctus, optimus moribus, & gubernandæ ecclesiæ experientia præstantior, sit illi absque iniuria anteferendus; conditiones etiam beneficij conferendi, loci, & populi, sunt maximè expendendæ, quæ fortasse magis petunt ætatem maturam, & bonæ vitæ exemplũ in obtinente, quàm doctrinam cum iuuentute coniunctam: & ideò sacrum Cõcilium

cilium vbi ſupra dixit,non ſolùm eſſe attendendam doctrinæ idoneitatem, ſed ætatis,morum,prudentiæ,& aliarum rerum,non ad quamcumque indifferenter eccleſiam gubernandam, ſed ad illam ſpeciatim de qua fit concurſus. Hinc eſt, quòd, ſi confeſſor inhabilem per confeſſionem cognoſcens Lucam, poteſt aliquam cauſam ex ſupradictis,ætatis, prudentiæ,aut morum,accipere, a qua proximè, & immediatè moueatur ad denegandum ei ſuum ſuffragium, quàm ad tollendã omnem tàm in præſenti, quàm in futuro, reuelandæ confeſſionis ſuſpicionem, adducat in publicum; poteſt tunc,& debet illud denegare,dato quod principalis,& remota cauſa per quam inducitur,ſit id quod in confeſſione nouit. ratio eſt, quia cum cõſcientia ſibi dictet, Lucam eſſe in foro Dei inhabilem,& indignum, & in eligendo ſcientem dignũ aut indignum, negotium geratur inter ipſam,& Deum:habeatque in foro exteriore iuſtam cauſam, etſi fortè non vndequaque ſufficientem, ad denegandum ei ſuffragium, non debet contra propriã conſcientiam agere, quam poteſt tueri, ſaluo ſuo iure,& abſque confeſſionis iniuria.

Et per hæc conciliari poſſunt externæ aliæ opiniones; & quòd primò loquitur in caſu, in quo ex ſola confeſſione,& non ex alia exteriore cauſa mouetur proximè, & immediatè confeſſor ad denegandum ſuum exterius votum confeſſo; idque non eſſe licitum, rationes pro ipſa adductæ oſtendunt. Secunda verò opinio intelligatur, & veritatem contineat in eo caſu,quo ex ſcitis in confeſſione remotè,ſed ex alia cauſa proximè, inducitur ad ſic agendum, & hoc probant ſua fundamenta,quib. propterea ſigillatim diluendis ſuperſedendum duximus.

Aliud dubium in præſenti caſu incluſum illud eſt. Vtrum confeſſor eligens ad beneficium ſeu prælaturam eum,quẽ inhabilem, & indignum per confeſſionem, aut propriam, aut alterius cognouit, in pœnam ſuſpenſionis incurrat? de qua in c. Cùm in cunctis,§ ſi.de elect.

Affirmatiuam partem defendit Nau. comment.in cap. Sacerdos, de pænit.d. 6.nu. 14. Et quòd ipſo facto ſit ſuſpenſus,probat:tum quia in dicto cap. Sacerdos,§. ille:& in cap. Cum Vintonienſes, de elect. imponitur hæc pęna illi, qui ſcienter indignum elegit; ſed confeſſor ſcit verè illum eſſe indignum,& ſic ſciẽter elegit. Tum quia illa ſcientia, quæ ſufficit ad culpam, ſufficit etiam ad pęnam, iam autem confeſſor ſciens illum eſſe illegitimum, vel homicidam,vel non baptizatum, ſi eligit talem in Epiſcopum, peccat mortiferè, ergo etiam remanet ſuſpẽſus. Tum quia in negotio,quod inter Deum ſolùm, & hominem agitur,tàm efficax eſt illa ſciẽtia habita de delicto per confeſſionem, quàm habita alio modo, & ideò ſi hæc facit incurrere in pœnam ſuſpẽſionis,efficiet etiam illa,arg l.illud. ff.ad leg. Aquil.& c. Inter cæteras,de reſcrip.

Tandem, cùm ſuſpenſio ſit cenſura eccleſiaſtica, & ad cenſuras incurrendas non requiratur alia executio, præter illam, quam ſecum ferunt: ideò quotieſcumque ſit actus ille, qui per eas eſt prohibitus,ſtatim in illas incurritur in foro Dei, & ideò cum hic eligatur non ignoranter,ſed ſcienter indignus:manebit ſuſpenſus confeſſor ſic eligens.

Negãtem opinionem tuetur Petrus de Palude in 4. ſent.diſt.21.quæſt.4.quẽ ſequitur S. Antonin.3.par.tit.17.c.22.§. 2.in fine, qui putant confeſſorem eligentem ſic indignum,nequaquã incidiſſe in ſuſpenſionem. Tum quia de his quæ ſcit confeſſor vt Deus, & non vt homo, ſolùm habet Deum vltorem,& non hominem; tum quia ſuſpenſio,excommunicatio, & aliæ cenſuræ eccleſiaſticæ, cum ſint actus fori exterioris,& à iudice exteriore latæ; comprehendunt tantùm illum,qui agit ſcienter ſciẽtia fori exterioris, nõ aũt ſcientia fori interioris,& ſacramentalis,ad quem ſe non extendit iuriſdictio alterius iudicis quàm Dei,& confeſſoris ſui miniſtri,arg.c Si omnis,6.q 1.

Nos mediam sententiā in prima parte huius casus explicatam sequentes: arbitramur hanc suspensionem non incurri à confessore, qui nullam aliam prætendere potest fori exterioris causam: sed solam confessionis habet, ad non eligendū indignum: Nec .n credendum est Summos Pontifices voluisse odiosam & molestā reddere cōfessionē, præcipientes cōfessoribus, vt per scientiam in foro solo Dei acquisitam, agerent in foro exteriore cōtra sibi cōfessos. Adde, quòd scitum in confessione est nescitum, & ignoratū in exteriore foro: & hinc colligunt Doctores, verè posse respondere confessorē iudici sub iuramento interroganti, se nihil tale scire, quia nescit in illo foro in quo interrogatur, & ad quem iudicis potestas se extendit. Iam aūt Papa suspendēdo, & excommunicando, procedit vt iudex fori exterioris ecclesiastici, & ideò cēsuras fert tantum in illos, qui agunt sciētia, & cognitione subiecta exteriori iurisdictioni, quæ est scientia alia a confessionis sacramento. Tandem, quia Papa nō potest pręcipere, vt reueletur id, quod in cōfessione scitur, ut asserunt omnes Doctores, tam Thologi, quam Canonistæ, in c. Intimauit, de testibus. non solum ea ratione, quia per talem reuelationem lęditur proximus, sed multo magis, quia p eam offenditur notabiliter confessionis sacramentum, & publica vtilitas; quatenus retraherentur homines a confitendis peccatis, si aliquo casu ea possent eis inuitis manifestari, vel ex eis confessis, nocumentum sibi exterius inferri.

Quòd si confessor ex aliqua alia occasione exterius habita, quamuis in hanc non veniret, nisi ex auditis in confessione: potest hunc non eligere, tūc si eligat, incurrit in suspensionē: quia iam habet causam exteriorē, denegādi ei votum. Nā etsi scientia sola per confessionem acquisita non sit sufficiens ad iudicium ferendum in foro exteriore: sicut neque scientia, quā iudex habet de delicto tanquam priuata persona, c. Iudicet, 3. q. 7. & l. Illicitas, §. Veritas. ff. de offic. præsid. Iuuāt tamen hæ occultæ scientiæ, multumque luminis afferunt ad inueniendas alias causas, & occasiones è quibus proximè, & immediatè ī foro exteriore agi possit: & ideò qui has causas de propinquo mouet, s exterius haberet ad non eligendū indignum, & inhabilem, non solùm peccaret mortiferè, sed etiam in cēsuras contra malè eligentes, coram Deo incurreret, & in hoc sensu argumenta à Nauarro adducta vim aliquam habent; sed nō in sensu, quo nulla alia scitur causa exterior, sed sola confessionis: de hoc iam supra aliquid egimus.

CASVS XIIII.

Margarita, publica meretrix, est Parocho confessa, cū dolore præteritæ vitæ, & proposito amplius non meretricandi: nō tamē fuit absoluta, eo quod signū emēdati animi nolebat, depositis luxuriosis vestibus, & derelicto inhonestę habitationis loco, præbere, multiq; vidētes hanc Margaritā detineri plurimū ad pedes confessoris, credentes eā fuisse absolutā, petūt a Parocho, an illā absoluerit: iste ad obuiandū suscepto scandalo, respondit eā quidē confessā fuisse, sed non absolutā eò quòd emēdatę vitæ signū nō dabat.

Quæritur an Parochus ad tollendum scandalum, dicendo se eam non absoluisse; confessionem reuelauerit?

CAietanus in Summa verbo Confessor, etsi videatur ī hoc casu dubius, in hanc tamen partem magis inclinat, quòd id liceat sine fractione sigilli.

Rationes quibus hæc sua opinio fulcitur, hæ sunt: tum quòd non absoluere, siue absolutionem suspendere, cum possit ex pluribus alijs causis prouenire, quam ex pertinacia in peccato, quando scilicet confessio non est completa, vt quę eadē per multos dies prolongatur: vel quādo confessor est alicuius sententiæ, cui non vult adhærere pœnitens: vel quia pœnitenti non placet ille confessor, & discedit

dit ab eo: inchoata confessione, vt quęrat alium magis sibi gratum vel ex alijs pluribus causis, ideò non est propriè confessionis reuelatio dicere, non absolui.

Tum quia hæc cum sit publica meretrix, necesse est ipsa, sicut in omni peccatore publico, vt publica pęnitentia seu emēdatio pręcedat absolutionem, ita vt pænitens publicè satisfaciat publico ecclesiæ scādalo, exteriore signo reliquisse meretricium, vel concubinatum, aut restituisse malè ablata, si est vsurarius, vt habetur in c. Qui vult, §. Etsi peccatum. de pœnit. d. 6. & c. 1. de pænit. & remiss. ibi, manifesta peccata, non sunt occulta correctione purganda.

Tum quia confessor dicendo se nō absoluisse, eo quia non videt pœnitentiam publicam de peccato publico, nihil prorsus dicit, quod sciat per solam confessionem, sed quod ipse, quam omnes alij vident, meretricem non pœnitere publicè de peccato publico. Tum quia aliud est dicere, ista non facit pœnitentiam publicam, & aliud est dicere ista non vult pœnitere, vel est obdurata in peccato suo: Nam hoc confessor per cōfessionem cognouit, quia illa īter alia peccata dixit, se nolle relinquere luxuriosas vestes, nec lupanar, ac proinde nolebat deponere, & abstinere a malo suo statu. Illud verò, quod sit publica impænitens patet oculis confessoris, & cæterorum, & ideo hoc dici potest, quamuis non aliud.

Hæc tamen opinio non est tuta, neq; sequenda; sed potius contrariæ vt veriori, & communiori adhęrendum, quæ asserit confessorem dicendo, quòd publicum peccatorē hūc non absoluerit, fregisse sacramentalem sigillum. Ita S. Antonin. 3. p. ti. 17. c. 21. §. 2. Sotus in 4. sent. d. 18. q. 4. art. 5. Nauar. in man. c. 8. nu. 14. & in c. Sacerdos, de pænit. dist. 6. nu 66.

Amplector hanc sententiam tùm quia hęc verba non absolui istum, generant quantum est ex se in animo audientis suspicionem, & coniecturam de pænitente, quòd vel non fuerit contritus, vel aliquam excommunicationem, & censurā reseruatam incurrerit, ob quæ non fuerit absolutus; cùm vt plurimum ob ista, & similia denegetur absolutio.

Tum quia si confessor causam subiungeret huius non absolutionis, dicendo, non absolui, quia non vult emendari, apertissima esset confessionis reuelatio: ergo dicendo solùm non absolui, reuelat implicitè idipsum.

Tum quia omnes Doctores fatentur, confessorem frangere sigillum, reuelando peccata etiam publica publicè peccantium, & ideò non posse dicere, ille suum peccatum publicum est mihi confessus: quia peccatum illud, vt cognitum per cōfessionem manifestatur, & quamuis alij sciant aliquem esse peccatorem publicū, nesciunt tamen, id illum confessum fuisse. Iam autem qui dicit, non possunt, aut non potui absoluere talem, quia publici peccati non pęnitet publicè, apertè significat, & declarat peccatum illud fuisse sibi in confessione manifestum.

Quo circa cōfessor interrogatus quid egerit circa talem meretricem, aut alium publicū peccatorē, quem non absoluit: respōdere solum debet, se munere suo perfunctum fuisse.

Nec mihi placet Soti vbi sup. limitatio, quæ est, tunc esse licitum confessori dicere non absolui, quando ipsemet pænitens se prodit: exempli gratia, si hæreticus in carcere mihi cōfessus, & quia impœnitens est, ipsum non absoluerim, & postea ad vltimum supplicium ductus, asserat se persistere, & persistere semper animo obdurato in sua hæresi, non erit confessori vetitū dicere, hic mihi confessus est hæreticus; verūtamen nō absolui.

Hæc inquam limitatio mihi displicet, neque est vera: tū quia sicut ex eo, quod aliquis pænitens, & absolutus reuelat alijs suum peccatum, quod mihi est sacramentaliter confessus, non licet mihi confessori illud propalare; quia reuelo vt notū in confessione, & sic facio notabilē iniuriā sacramēto, quatenus ex vitalis reuelationis, reddo ipsum odiosum. Ita exec, quod impœnitens quicumque reuelat suam

suam impœnitentiã, & induratum peccandi animum, non est confessori licitum hoc reuelare, sed dicendo non absolui hunc, reuelat impœnitentiam in confessione cognitam.

Tum quia, sicut de publico vsurario non possum dicere, ego nõ absolui eum ab vsuræ peccato, quamuis idem met vsurarius hoc alijs dicat, & manifestet: Ita de publico impœnitente non est licitum dicere, non absolui, quia dato, quòd nõ reuelem peccatum, siquidem iam publicum est, reuelo tamen ipsum, quatenus insinuo, illum impœnitentem talem suã impœnitentiam in confessione mihi explicuisse. Ita Nauarr. in man. c. 8 nu. 10.

Ad ea verò, quę pro opinione Caietani sunt adducta, facilis est responsio, & ad primum dicimus, quòd, etsi confessum non absolui, ex pluribus causis quãdoque euenire possit, vt plurimum tamen accidit ex impœnitentia, seu excommunicatione maiore, aut casu reseruato, & ita voces accipiuntur, pro eo quod communiter significant, & ad id mouetur audiens, talem non absolui.

Ad secundum dicimus falsum esse, meretricem, seu quemuis alium peccatorem publicum non posse absolui ante data signa publicæ emendationis: sufficit enim quòd habeat firmum propositum, saltem pro prima vice id faciendi: quoniam neque restitutio, neq; alia publica emendatio præcedere de necessitate debet absolutionem, quia pœnitentiæ iniunctio est potius sacramentum consequens, quàm præcedens. Fateor tamen quòd, antequam publicè ad sacram Eucharistiam admittatur, necessarium est vt per pœnitentiam, aut bonam conuersationem, seu alio modo legitimo cõstet publicè talem maretricem pœnituisse, vt scandalum, quod suis malis publicis dedit, bono postea emendationis exemplo reparetur; vt ait S. Antonin. 3. p. c. 27. §. 6. & Palud in 4. sent dist. 9. q. 4.

Et sic intelligenda sunt illa verba, ca. Qui vult, de pœnit. d. 6. vt non sufficiat occulta confessio, & occulta absolutio, neque occulta pœnitentia ad danda publico peccatori sacramenta publicè, alia ab absolutione. Immò, posse illis dari cõmunionem sacram in secreto, etiam ante vitæ suæ aliam publicam mutationẽ, affirmat Palud. vbi sup.

Ad tertium respondemus, quòd quãuis alij videant meretricem non agere pœnitentiam de peccato publico; tamen confessor hoc scit modo secretissimo sacramentali, quo prohibetur peccata etiã publica peccantium publicè reuelare, & ideò sicut non potest dicere, illa mihi cõfessa est suum meretricium, dato quòd sit aliis notum: ita neque eam non absolui ob suum meretricium, quia significat hoc audiuisse in confessione.

Ad quartum fatemur, diuersum esse dicere, hanc non pœnituit publicè, & hæc obstinata est in suo peccato: & quãuis illud cognouerim extra confessione, & hoc in confessione: Negamus tamen quod idem sit, ego non possum, vel non potui eam absoluere, quia non pœnitet publicè, ac dicere, hanc non pœnituit publicè: immò sunt ista diuersa, quia per hæc verba non absolui, denotatur, quòd peccatum illud fuerit confessum, non enim absolutio cadit in alia, quam in peccata confessa.

Quòd si adhuc vrgeas, si quis confessor dixerit, ego audiui illius mulieris peccata: eam absolui a suis peccatis, nõ est fractor sigilli sacramenti, ergo neque etiam qui diceret, eam audiui, & non absolui.

Respondetur negando consequentiã, est enim vtrobique disparratio, eo quod per illa priora verba non declaro peccatum aliquod mortale in genere, aut veniale in specie: sed solũ peccata quæcumque illa sint, etiam venialia, quorum nemo mortalium est expers. Neque ex vi illorum verborum aliud colligitur, quàm quòd ea mulier fuerit mihi confessa, & deindè sicut alijs potuit patere, qui eam viderunt confitentem, & me absoluentem, quòd sit confessa, & absoluta, ita meis exterioribus oculis id ipsum constat: & ideò nihil dico, quod in confessione

fessione audiui, sed quod alia via est mihi, & alijs notum. Secus autem est cùm dico non absolui, quia absolui, quia absolutio plurimum non solet denegari, nisi ob aliquid confessum mortale, habens impœnitentiam, aut censuram annexã.

Fateor tamen dari posse causam, in quo confessor dicendo audiui illius confessionem, absolui illum, peccaret mortaliter, non quidem ob confessionis sigillum violatum, sed ob secretum naturæ non seruatum; vt si quis ita secrete alicui confiteretur, vt nullo modo velit quòd ab alijs sciretur eum fuisse illi confessum, vel quia ita rogat instanter confessorem, vt nulli dicat: vel rogat tacitè, veniens mutato habitu ne dignoscatur, vel quia habet suum confessorem peculiarem, ad quem est solitus accedere, & nunc ob aliqua peccata grauia, in quæ pœnitens incidit, verecundatur ad eum ire, & propterea confitetur de his grauibus cum altero, confessurus leuiora cum proprio. Et si hoc sciret proprius, facilè suspicaretur magnum aliquod scelus cõmissum, ob quod alii est confessus, vt doctè notat Nauar. in c. Sacerdos, de pœnitent. distinctione 6. nu. 72.

Hinc est, quòd Raynaldus S. Thomæ socius, non fuit reuelator confessionis, dicendo se non solum viuente sancto pluries, sed etiam in mortis articulo confessionem eius generalem audiuisse, neque vnquam reperisse vel consensum vnum in peccatum aliquod mortale. Quia per hæc verba significatur solùm venialia ab eo audiuisse: & hęc reuelare in genere non repugnat sigillo.

Vnde Parochus qui diceret, tales mulieres sola venialia confitentur: & ille non est mihi confessus nisi venialia: Nõ est confessionis reuelator: quia, etsi per illa verba videatur significare, quòd habeant mortalia, & ea confiteantur alteri: immò dato etiam quòd hęc sit mala intentio Parochi: non tamen per dicta verba reuelat confessionem sibi factã, cum nullum exprimat mortale in genere, aut veniale in specie ei confessum, sed reuelat tantum suam pessimam suspicionem. Nauar. vbi sup. nu. 60.

Reuelaret tamen confessionem, si diceret, iste optime confessus est, illius confessio mihi non satisfacit: nam per hæc, & similia verba significatur, eum, cuius confessionem audiuit, peccata mortalia perpetrasse, de quibus vel benè confitetur vel non bene.

Multò autem manifestius sacrilegiũ committeret qui diceret, ista mihi confessus est multa, & magna peccata: hæc enim non nisi mortifera esse audiens percipit: quæ nec in genere in ordine ad confessum reuelare licet.

Quòd si adhuc quis pro Caietano insurgat, posse confessorem secundum canones, immò debere publico peccatori publicam imponere pœnitentiam, vt habetur in c. 1. de pœniten. & rem. & in c. Sed illud, 4. dist. & in cap. Quapropter, 2. q. 7. & in c. Si mala, 2. q. 4. ergo si confessor dicat, iste non vult facere pœnitentiam publice, quòd est idem ac dicere, iste non vult facere id quod canones pręcipiunt: non erit sigilli fractor, cùm omnes videant eum non agere talem pœnitentiam, nec sacri canones illam iniungi publicè delinquentibus præciperent, si per eam confessionis sigillum reuelaretur.

Respondemus, quod textus omnes qui loquuntur de pœnitentia publica imponenda, intelliguntur non in foro interiore, & in sacramentali, sed in foro exteriore, & ciuili, seu publico, in quo non tàm agitur de salute Rei, quàm de punitione eius: & vt scãdalum aliorum, qui ad peccandum suo exemplo tacitè inuitantur, tollatur, qui enim confessor ob peccatum quantumcunque publicũ imponeret pœnitentiam publicam, lethaliter peccaret, nam per illam significaret grauia sibi pœnitentem confessum fuisse peccata, nisi fortè vel ipse pęnitens sponte eam peteret, aut libenter, & gratè susciperet: Tunc enim illa peccatorũ publicatio fieret ex licentia, & consensu pęnitentis. Sed hoc etiam rarò, & non nisi

nisi iustis ex causis fieri debet, cum per hanc publicam pœnitentiam, quam pœnitens agit, se ipsum infamandi, & alios perperam de moribus illius suspicandi manifestam occasionem præbeat: quod non licere; colligitur ex c. Non sunt audiendi. 11. q. 3.

Vnde grauiter errant illi confessores, qui sibi confessis enormia peccata, etiam ante multorum oculos facta, imponunt pœnitentias manifestas, & quæ ab omnibus videatur, quòd capite, & pedibus nudis, & cæreum in Missa coram populo teneant, vel quòd Ecclesiam aliquam discalceatis pedibus visitent, aut quòd vecte ferreo onustus, aut lorica armatus in die sancto Iouis sanctissimũ corpus Christi custodiat, vel similia faciat, ex quibus cognita personæ qualitate, conijci facile potest, ob non leuia crimina id à confessore iniunctum.

Non etiam video, quomodo excusari possint à mortali peccato illi confessores, qui puellis sub cura parentum de gentibus: vel fœminis vxoratis imponunt ieiunia multa aut delationem cilicij, siue austeritates alias, post cõfessionẽ statim adimplendas; quæque in occulto nequeunt fieri, & illis visis, suspitio de graui aliquo peccato confesso nascitur.

Sicut etiam reuelatores confessionis illi sunt, qui imponunt certam aliquam pœnitentiã omnibus qui blasphemãt; vt quod dictis ante altare tot Pater Noster, & Aue Maria, in fine cuiuslibet osculẽtur terram, & cum alii sint in Ecclesia volentes confiteri, & eadem pœnitentia illis datur, iudicant cæteros incidisse etiã in ipsum peccatum.

Neque licet confessori signo quocunque propalare peccatum, & cùm huiusmodi pœnitentiæ multorum oculis expositæ sint, vel ex sui natura, vel ex consuetudine confessoris eas dantis, signum manifestatiuum sceleris mortiferi, negari non potest reuelari per eas saltem indirectè, confessionem. Nauar. in Man. cap. 8. num. 17.

Non tamen damnamus omnes, qui opera publicè adimplenda pro peccatis etiam secretis sibi confessis imponunt: dummodo id ita prudenter, & cautè agant, ut opera illa pro deuotione etiam pœnitentium consuescant sępius fieri, vel pro leuibus culpis soleant nonnũquam dari, ut quòd Psalmi pœnitentiales, vel aliæ orationes ante aliquam Christi imaginem in Ecclesia dicantur, vel in monasteriis, seu collegijs, aut domibus vbi ieiunandi frequens est consuetudo, tali die ieiunetur: vel quòd in die veneris [illegible], qñ multi ex deuotione se verberibus magnis feriunt, ille etiam disciplinis verberationem faciat. Per hæc etiam consueta ex deuotione multorum non declaratur crimen confessum directè neque indirectè, ut ait Nauar. in cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6 num. 105.

Ex his omnibus colliges, quare peccatori publico etiamsi publicè Eucharistiã petat, potest a Parocho etiam in die Paschatis denegari, si emendationis signum publicum non dedit, quamuis ostendat se esse confessum, & absolutum: peccatori autem occulto etiamsi sciatur quod nõ fuerit absolutus, & quòd persistat in impœnitentia, denegari, si publicè postulet, non debet.

Ratio est, quia publicus peccator non habet ius petendi illud sacramentum ante cognitam, & manifestam suæ præteritæ vitæ emendationem, immò scandalizarentur omnes videntes quòd sanctum datur canibus; & ideò Parochus iustè potest illi petenti respondere, in te non apparent signa pœnitentiæ, & in publico peccato manes. At occultus peccator etiã impœnitens habet ius petendi in publico illud sacramentum, quia nulla publica causa obstat; & ideò nequit Parochus, cui ex officio incumbit administratio sacramentorum, peccatum ocultum obijcere, quamuis eius confessionem audierit, & non absoluerit, ut docet D. Thom. quolibet. 1. articul. 2. & Nauar. in c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. nu. 84. Publico autem peccatori, etsi nequeat parochus obijcere peccatum publicum vt confessum,

sum, pôt tamen, vt nô publicè emendatû.

CASVS DECIMVS QVINTVS.

PArochus duarum sororum confessionem audiuit, de honestate, & pulchritudine earum postea cum quibusdam, qui illas confiteri viderunt, in sermonem incidens, iuniorem deuotam Virginem, nulloque lethali crimine maculatam, multis verbis laudat: de altera quæ erat ætate maior, nihil omnino loquitur: ex illis laudibus effectum est, ut quidam iuuenis ditissimus iuniorem potiùs in vxorê quàm prouectiorem acceperit: consueuit etiam Parochus ad altare grauiora suorû subditorum peccata, quæ per confessionem nouit, reprehendere, ita tamen cautè, ut nullus in notitiam eorum, qui tali patrarunt deuenire valeat. Nunc de vtraque re vehementer a quodam reprehenditur.

Quæritur, An in laudanda illa sorore: Nec non reprehendendis ita peccatis, confessionis secretum violauerit?

PEtuntur in hoc casu duo, non leuia: & quoad primum videri prima facie alicui poterit, in laudanda iuniore sorore, confessorem non rupisse confessionis arcanum. Tum quia ea quæ spectant ad laudem, & honorem pænitentis, nec sunt peccatorum circûstantiæ, nô clauduntur sub sigillo confessionis, ut ex quibus nihil detrimenti redumdat in confessum, arg. c. Omnis. de pænit. & remiss.

Tum quòd de minore tantùm loquendi occasio incidit, non de maiore: & ideò ex laudibus minoris non potest coniici vituperium maioris, quia a separatis nô fit illatio leg. Papinianus ff. de minoribus. c. Ad audientiam de decimis.

Tum quia ita non posset vnquam Parochus laudare aliquem ex sua Parochia: cum omnes illi confiteantur, si verum esset, quod ex laudibus vnius pænitentis possent indirectè saltem coniici scelera, & culpæ alterius: Nec etiam prelatus qui est confessor ordinarius suorum subditorum posset apud Regem, seu amicos fferre laudibus vnum plùs quam alium: si per virtutes, quibus vnum extollit, inferri posset, alium seu alios propterea esse vitiis deditos.

Contrarium tamen est asserendum, quòd scilicet Parochus confessus illas duas sorores, & alteram illarum dicês esse magnæ virtutis, nullumq; lethale peccatum habere, reuelauit confessionem, non quidem directè, hoc est illius, quam laudat: sed indirectè, idest, alterius sororis. Ita sanctus Anton. 3. part. tit. 17. c. 21. Nauar. in Man. c. 8. nu. 9. & in ca. Sacerdos de pænitentia. d. 6. nu. 57.

Probatur quia confessor dicendo hanc esse virginem, aut hanc nullum mortale habere, significat alteram nec esse virginê, nec à lethali culpa immunem, & ita indirectè alterius confessionem aperit: quæ nec directè nec indirectè reuelanda est, vt notant Doctores in cap. Omnis. de pœnit. & remiss.

Confirmatur, quia, id quod de vno negatur, de alio conceditur. 25. dist. cap. Quales. & 15. q. 3. cap. Ex eo. & ff de iud. cum prætor. & ff. de pact. dotalib. ob res. §. 2. sicut etiam è contra, quod de vno affirmatur, de alio negatur ff. de condit. & demon. cum ita legatum, & ff. de legi. & Senatuscon. cum lex, & Cod. de procur. leg. maritus. Si ergo hic sunt duæ sorores: & ambæ vni sacerdoti confessæ, & de iuniore affirmat esse virginem, & carere lethali culpa: vtrumque profectò per necessariam sequelam negat de ea, quæ est ętate prouectior.

Adde, quòd Parochus non potuit scire, quæ harum sororum sit virgo, & quæ absque mortali peccato, nisi per vtriusque confessionem. Igitur asserendo iuniorem esse virginem, & non habentem culpam lethalem, significat tacitè per alterius confessionem, sibi innotuisse grandiorem virginitate priuatam, & scelere aliquo mortifero infectam. arg. cap. Nonne de præsump. vbi dicitur, quòd qui ex duobus illatis alterum negat, reli-

r. liquum affirmare præsumitur.

Nec obstant quæ prima facie videbantur cõtrarium suadere: nam ad primum fatemur; illis laudibus non fuisse reuelatam confessionem iunioris, sed antiquioris, quatenus dicendo vna, quod erat virgo, & absque mortali peccato, significat nec alterã esse virginẽ, nec immunẽ à mortali culpa. Et ideò quæ spectant ad honorem non clauduntur sub confessionis sigillo directè, & per se, sed indirectè & per accidens, quatenus inde alterius peccata innotescũt, vt est in casu nostro.

Ad secũdum respondemus, quòd etsi de minore sorore esset principaliter, & quasi ex indirecto sermocinatio, consequenter tamen, & per quãdã necessariã connexionem, tàm ex parte confessoris qui loquebatur, quàm earum de quibus erat loquutio, agebatur de altera sorore, & ita affirmando de vna, quòd erat sine peccato mortali, negabat hãc innocentiam de altera.

Ad tertium dicimus: benè posse parochum, & prælatum non solum ex his, quæ nouit extra cõfessionem, sed etiam per confessionem laudare vnum magis quam alium; dummodo nec sit de rebus, quę ferè impossibile est alia via nosse, quàm ex confessione, nec sit personis ita connexis, ut quæ affirmantur de vna statim, intelligantur negata de alterà: qui enim Parochus diceret, in tota sua Parochia nullam esse virginem aut castam nisi Ioannem: profectò aliarum confessiones reuelaret. quatenus significat indirectè omnes alias esse corruptas, & fornicarias. Ita, qui Prælatus de subditis eidẽ confessis, affirmaret Antonium solùm uiuere sine peccato mortali, reuelator esset confessionis aliorum; tum quia res istæ per confessionem solam innotescunt: tũ quia annumerat laudatum inter alios sibi confessos.

Hinc colligit Hostiensis in sua summa tit. de Pænit & remiss. §. in quo tenetur, reprehendendos maximè confessores, & audiẽdis cõfessionibus esse priuandos, qui quasi ridentes, & iocantes conferunt inter se se cõfessiones auditas, & dicunt quidam miles, & quędã mulier, venit ad me hodie, & hoc & illud confessa est: Nam, etsi personas non nominẽt, facilè tamen in eorum notitiam possunt deuenire audientes, vt quibus leue est indagare, & scire qui & quales cõfessi sint alteri confessario illo die, & ita scita qualitate personæ confessæ remanebit notum, talia eos peccata fuisse confessos.

Colliges etiam reuelatorem esse confessionis illum Parochum, qui loquens cum patre aut matre aliquorum puerorum, cui sunt soliti confiteri, vnum magis laudat, quòd sit bonæ indolis, deuotus, solitus audire Missam diebus festis, alienus à ludo alearum: quia per hęc dat intelligere, alios filios habere aliquid horum vitiorum.

Dubitatio secunda in casu præsenti inclusa ea erat, vtrum Parochus reprehendens publicè peccata in confessione audita, tacitis tamen personis, sacrilegium reuelationis committat?

Ego in ea sum opinione, vt putem Parochũ qui publicè ad altare dicit, in hac ciuitate, uel in hoc oppido, uel in hac Parochia committuntur grauissima peccata, & ea reprehendit, addendo etiam se id scire per confessionem; & audiuisse in confessione hoc, & illud peccatum, dummodo id faciat tanta prudentia, & cautela, ut impossibile sit, quòd veniatur in notitiam eius qui peccauit, non esse reuelatorem cõfessionis, peccare tamen mortaliter ratione scandali.

Prima huius nostræ opinionis pars, quæ est communis, asserta à Paludano in 4. sent. d. 21 q 3. ab Adriano ea. d. dub. 10. Nau. in c. Sacerdos de pæn. d. 6. n. 75.

Ostenditur. Tũ quia ratio præcipua, & finalis, ob quam prohibetur manifestatio peccati confessi, & ne veniatur in notitiam eius, qui peccauit; peccatum. n. confessum ordinem, & respectum includit ad eum, qui illud est confessus, & ideo si reuelatur absque hoc ordine, & respectu, iam non reuelatur vt formaliter confessum, sed ut materialiter tantum.

At

At dicendo tale peccatum in confessione audiui, cum prudentia, & cautela prædicta, nullo modo cognosci potest peccator, ergo prohibitio de sigillo seruando cessat. arg. c. Cum cessante, de appel. & l. Adigere. §. Quamuis. ff. de iure patronat.

Tum quia in c. Officii, de pænit. & remiss. Confessor quidam reuelauit Papæ Innocentio Tertio mulierem quandam sibi confessam, quòd timens nè viri hæreditas deuolueretur ad extraneos, quarumdam herbarum succum potauit, & sic venter eius intumuit, & inde grauidam se ostendens, sibi partum supposuit alienum, timensq; maritum, non vult facinus ipsi detegere, qui prolem credit sine dubitationem aliqua esse suam: Et tamen Papa non reprehẽdit confessorem, quod reuelet hoc peccatum.

Tum quia videmus aliquando viros graues, ob aliquem finem laudabilem enarrare peccata, quę in longissimis partibus sciuerunt per confessionem: nec de hoc facere scrupulum: immò quod prædicatores nonnunquam enarrant cum prædicta cautela grauissimum aliquod peccatum eis confessum, ut illud redarguant, & homines ad illud fugiendum horrore patefacto moueant. Et si quis esset pænitens, qui commissum enorme aliquod scelus timeret confiteri, credens nullum vnquam hominem tale perpetrasse, nec a confessore quid simile auditum: posset quis sacerdos ad timorem istum expellendum enarrare idemmet factum, iam sibi aliàs confessum, &c.

Secunda pars, quòd ratione scandali hoc sit vt plurimum peccatum mortale, ostenditur. Tum quia per huiusmodi peccata sic publice reuelata, scandalizantur simplices, qui putant illis verbis confessionem reuelari, & ita offenduntur, & aliquando timent ob hoc sua grauia peccata accusare, suspicantes ea posse à confessore manifestari sine prædicta cautela; quod scandalum datum videtur mortale. c. Nihil cum scandalo, de pręscrip. c. Cum teneamur, de prębend. & c. Cum ab omni, de vita, & honest. cleric.

Tum quia secundum Paludan. in 4. d. 2. q. 3. & 5. Anton. 3. par. tit. 17. c. 12. §. 2. raro potest contingere, loqui confessorẽ de peccatis, quæ non aliter quam per cõfessionem cognosci possunt, quin sequatur aliquod inconueniens: vt vel inde veniatur in cognitionem certam, aut dubiam confessi, vel saltem generetur scandalum in audientes, vel confessio reddatur grauior, & odiosior, uel habeatur aliqua suspicio de ipso confessore loquente, quod sit facilis ac pronus ad detegendã confessionem. Vnde Hostiens. in dicto §. in quo tenetur, & alij multi affirmant cauendum esse, ne quis vnquam in confessione, aut in sermone familiari dicat, hoc aut illud audiuisse se in confessione; quia etsi per hoc non reueletur sigillum, exponitur tamen periculo reuelandi, & datur scandalum.

Vnus tamen est Panor. in c. Omnis, de pęnit. & remis. qui putat reuelare peccata confessa etiam cum tanta cautela, vt non possit cognosci peccator, esse contra sigillum confessionis, ac proinde sacrilegium, et incurri in omnes pęnas canonũ.

Persuadetur his argumentis: primo quia in dict. cap. Omnis expresse dicitur, qui peccatum in pænitentiali iudicio sibi directum præsumpserit reuelare, non solum a sacerdotali officio decernimus deponendum, sed in arctum monasterium detrudendum: ecce quod in his verbis nulla fit mentio de peccatore, sed de peccato.

Secundo quia in eodemmet cap. Omnis, subditur: Etsi prudentiori consilio indigeat, illud tamen absque vlla expressione personæ caute requiret. Igitur speciatim cõceditur ut peccatũ absq. expressione personæ propalari possit, tunc quando necesse est a Doctore consilium petere: & ideò extra hunc casum necessitatis consilii non licet peccatum, occultata etiam persona, manifestare: exceptio si quidem vnius aliorum est inclusio. ff. de milit. test. tribunus. §. fin. 32 q 7 c. Demi nus in Clem. Exiui. de verb. signif. §. Cũ autem.

Tertio

Tertio quia in c. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. habentur hæc verba: Sacerdos ante oĩa caueat, ne de his, qui ei confitẽtur peccata sua, alicui recitet, quod ẽ a cõfessus est. Ergo non solum peccator non est manifestandus, sed neq. peccatum.

Confirmatur quia vtrumque est materia sacramenti tam peccator, quam peccatum, sed ille est materia remota: hoc vt confessum, & contritum est materia propinqua; igitur si manifestando id quod est magis remotum, fit iniuria sacramento confessionis, & notabilior erit iniuria si manifestetur id, quod est propinquius.

Hæc Panormitani opinio etsi probabilitate non careat, verior tamen, & cõmunior est, quam sequimur; & ideo quãuis concedamus periculosum valde esse peccata in cõfessione audita publice vel priuatim postea enarrare, idque vt plurimum causare scandalum in audientes, & præcipuè simplices: tamen negamus reuelari per hoc confessionem, quando fit cum tanta cautela, & nullo modo in peccatoris cognitionem perueniri, sit possibile.

Et ad primum argumentum Panormit. respondemus in illo c. Omnis, de pœnit. non prohiberi peccati confessi reuelationem absolute, & simpliciter, sed in ordine, & respectu ad confessum: quando scilicet ita reuelatur, vt in notitiam illius, qui peccauit, deueniri valeat: peccatum enim vt confessum formaliter relationem includit ad peccatorem confitentem: & vt sic, nequit manifestari; sed bene peccatum, quod fuit confessum, id est illud ipsum peccatum, seiunctum ab omni respectu ad peccatorem confitentem: nihil. n. differt dicere, tale, vel tale peccatum in mundo reperiri aliquando solet; vel quidam mihi tale peccatum est cõfessus: siue hoc peccatum in confessione audiui, quando ita caute dicitur, vt nullatenus in cognitionem illius, qui confessus est, peruenire auditor valeat.

Ad secundum dicimus, quod neq; in casu necessitatis petendi consilij, nec in alio quouis, licitum est propalare peccatum cum notitia peccatoris, nisi data ab ipso iusta de causa licentia, vt inferius latius declarauimus: & ideò sicut petendo consilium sine expressione personæ, id licet, ita cum eadem cautela licitum erit aliis iustis de causis: nam lex per similitudinem rationis, extenditur ab vno ad aliud. l. Non possunt, ff. de il. & c. Dudum, de elect.

Ad tertium respondetur eodem prorsus modo quoad primum, prohiberi reuelari peccata in relationem ad peccatorem: secus absolute, & sine tali ordine.

Ad vltimum dicimus, quod peccatum est materia sacramenti, prout includit ordinem ad confitentem, & volentem absolui: & vt sic verum est non posse manifestari: sed illud peccatum quod fuit confessum, si sumatur non prout habet ordinem ad confitentem, sed simpliciter, & per se, non cadit sub sigillo, & potest iusta de causa, & ad bonum finẽ reuelari.

Ex his infero, quod, etsi loquens publicè, vel priuatim de peccatis, quę in confessione audiuit cum prędicta cautela, non fit confessionis reuelator; id tamen est magnopere ab omnibus confessoribus fugiendum, & maximè cùm loquuntur in eodemmet loco, in quo degunt illi, qui talia crimina patrarunt, ad quorum aures si id perueniat, non possunt non magno rubore affici, & facile de cõfessore suspicari, quod non sit fidus secreti custos.

Infero etiam cautum debere esse confessorem, in petendo consilio de peccatis eis cõfessis: ut tam prudentia utatur, vt ille à quo consilium postulat, in notitiam peccantis non deueniat: alias reuelator erit confessionis: quo sacrilegio dãnandi illi sunt, qui transeunte aliquo perito Theologo, vel Canonista per Ecclesiam, eleuantur a sede in qua confessionem audiunt, & ibi relicto pænitente genuflexo, quem ille peritus intuetur, petunt consilium, & eo dato reuertũtur statim, & pænitentem absoluunt. Clare. n. per hoc dignoscitur, peccatum illud fuisse ab eo pænitente commissum: & ideo

tutius

tutius erit, quod confessor petat à pœnitẽte licentiam nominandi personã, quãdo ex eo neq; scandalum, neque aliquid nociuum oriatur: quam licentiã si pęnitens non dederit, vel ẽt si det, oriri tamen põt scandalum, vel aliquod damnum: tũc expectata temporis alicuius opportunitate cũ summa prudẽtia, & cautela, petat postea consiliũ, ita tamen vt nec verbis, nec signo dignosci possit, quis fuerit author sceleris, Sylu. confessio 3. q. 5. Naua. cõm. in c. Sacerdos, de pænit. d. 6 nu 57. & 82.

Infero deinde Doctorem, seu alium, quẽ confessor consulit, si ex aliqua circũstantia venit in cognitionem personæ, teneri ad sigillũ seruandum, non quidẽ tã arcto vinculo vt pœnas canonis, sicut cõfessor incurrat; sed veluti interpres; adeò quòd sigillum frãgẽs peccat mortifere, & sacrilegium committit, moriq; potius tenetur quam illud pandere. Tũ quia res semper remansit cum suo onere, c. Ex litteris, de pignoribus, & c. Pastoralis, de Decimis l. 2. & 3. C. quibus caus. pign. tacit. contrah. Tum quia consultor, etsi non sit persona necessaria ad confessionis sacramentum, est tamẽ vtilis. Tum quia sicut illud peccatum, ut sub sacramento dictũ, obligat ad vitã profundendã pro eius sigillo, non quidẽ absolute, & ratione sui, sed ratione iniuriç quç exinde resultat sacramento; ita, cum ad aliũ, vt sic cõfessum defertur, cum simili obligatione transit: adeò vt neque ẽt is, qui a casu confitentẽ audiuit, & multo minus qui a proposito, neque Prælatus a quo subditus authoritatem absoluendi ab aliquo casu reseruato petiit: nec iudex aliquis ecclesiasticus, aut secularis possit ob fam seu indiciũ, quod a peccato in confessione audito oritur, quidpiã agere uel inquirere, vt probat D. Th. cũ aliis in 4. sent. d. 21. q 3. ar. 1. & 2. Nau. in man c. 8 nu. 7. Infero tandẽ, quòd etsi nullus teneatur in quacunq; extrema sit necessitate, confiteri non sacerdoti, qui non habet claues cognoscendi, & remittendi peccata, & ideo cum nõ possit absoluere, frustra illi fit confessio: ad consilium tamen petendum, vel ratione humilitatis, aut maioris ruboris, si quandoque id fiat, vt fieri permittitur a D. Patre Augustino, in c. Quem pænitet. de pœnit. d. 1. & in c. Qui vult. d. 6. Quãuis talis secularis confessionem audiẽs non tam arcto sigilli seruandi teneatur vinculo, ac teneretur sacerdos, cùm illa non fuerit confessio sacramentalis, neq; quid ad absolutionem ordinatum: peccat tamen semper mortaliter, ea sic audita reuelans ob quamcumque causam, etsi publicæ vtilitatis reuelet; atque ideo mori potius debet, quàm aliquid propalare, etiam iudice sub quibus vis censuris iubẽte: Quia vt aliquid confessionis sacramẽtalis participat, ex parte saltem, & intentione pœnitentis se accusantis, ita aliquid illius secreti participat: quod ipsum asserendum est de interprete ac internũcio: etsi iste, frangens sigillum nõ adeò graue scelus committat ac interpres, qui licet pęnas canonis, vt sacerdos non incurrat, sacrilegium tamen patrat: quia cum illud sit verum sacramentum, violator fit rei sacræ: secus autem de confessione per internuncium; vt superius, cum de ipsa confessione ageremus, explicatum relinquitur.

CASVS XVI.

R*Eligiosus ex ordine Mendicantiũ, virtute cuiusdam bullæ a se acceptę, quæ confraternitati secularium erat concessa, & facultatem dabat quibusuis confratribus etiam Religiosis, eligendi vnum ex approbatis ad libitum Confessorem, & absoluendi toties quoties ei opus esset a casibus etiam sedi Apostolicæ reseruatis, prætcrquàm contentis in bulla cęnę Domini confessus est extra ordinem clerico seculari approbato, & a quodam casu suo Prouinciali per constitutiones reseruato absolutus. Qui confessor ignorantia, & errore obcęcatus, eumdem excommunicationis vinculo innoda-*

tum ob non denunciatã veritatem de quodã furto magni momenti facto, absoluit: sed nunc scrupulis angitur, vultque in monasterium ire, & cum Religioso illo secretè loqui: tum de confessione sibi facta absque suorũ Prælatorũ licẽtia, tũ de excõicationis absolutione ĩ præiudiciũ tertij datę. Quæritur, ĩ his q̃d cõfessori sit cõsulẽdũ?

DIfficultates duas includit casus pręsens, & quod spectat ad primum, an Religiosi mendicantes possint vigore aliquarum bullarũ eligere confessorẽ ad libitum, intra vel extra suã religionẽ, & à casibus in suis cõstitutionibus reseruatis absolui: variæ sunt Doctorum sententię.

Quidã iuris subtilitates magis, quã regularis obseruantię veritatem attendentes, existimant has cõfessiones, & absolutiones esse validas: licereq. Religiosis, ẽt mendicantib. absq. superiorũ suorũ licentia vti hisce bullis, & indultis, tã quoad eligendũ ad libitum confessorẽ ex approbatis, quã quoad absoluendũ à casibus in suo ordine reseruatis, idq. nitũtur ꝓbare.

Tũ quia certum, & indubitatum est, Papam de plenitudine potestatis suę, cui oĩs iurisdictio tã ordinaria, quàm delegata quorumcumq; Prælatorum subiacet, posse hoc concedere specialiter, & generaliter quibusuis Christianis, ẽt Religiosis quomodo ipse vellet: & cum de intentione Summi Pontificis constet per verba bullæ: frustra, & deceptorie in illis loqueretur de Religiosis mendicantibus, si eis absq; Prælatorum licentia non liceret vti gratijs, & indultis concessis, de eligendo confessore, & absoluẽdo à casibus.

Tum quia Papa bene instructus de nimio rigore, quo vtuntur Prælati in subditos, ob quem perseuerant q̃nque per multum tp̃is in peccato reseruato, timẽtes adire Prælatum, vult per tales bullas misericorditer, & benigne agere cũ sic afflictis, eosq; à captiuitatis iugo ad libertatis spiritum reducere, vtq; habeant facile remedium, quoties, vt hoĩes, in casus reseruatos inciderint: cum n. nihil in ecclesia Dei arduum magis, & difficile videatur, quàm horrenda scelera ẽt occultissima cõfessori aperire, non est mirũ, quòd sũmus eiusdẽ ecclesię Pastor per hæc indulta de electione ad libitũ confessoris, & de absolutione à reseruatis, & censuris, nitatur aperire oĩb. Christi fidelib., ẽt religiosis, facilẽ viã accedendi sępius ad cõfessionẽ.

Tum quia ad lucrandas intra monasteriũ indulgentias in dictis bullis contẽtas, non indigent religiosi Prælatorũ facultate, vt docet Nau. c. 23. nu. 38 post D. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 5 immò si oua, & lacticinia temporibus prohibitis comedant, iuxta formam dictarũ bullarum, non peccant: igitur neq; peccabunt si absoluantur, & confiteantur secundũ tenorẽ expressum in bullis, cùm non videatur maior rõ in vno, quàm in alio, immò hoc magis sit ad vtilitatẽ animæ ipsius subditi, ac proinde à summo Pastore animarum videatur magis intentum. Tum quia Religiosi de licẽtia sui Prioris possunt accipere has bullas, & eis vti quoad oĩa in eis contenta: & confessiones, & absolutiones à reseruatis cætera oĩa, & cũ tali licentia nihil nocẽt regulari obseruantię, & cuncta reddũtur bona, & licita. Quare ergo nõ magis erũt bona, & licita, de licẽtia, & cõcessione Papæ. Tum quia, etsi per Sixtum IV. Innocent. VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. & alios subsequentes Sũmos Pontifices, declaratum sit, non posse Religiosos mendicãtes vti hisce bullis quoad confessiones, & absolutiones absq. superiorum suorum licentia: ipsi tñ regulares tam confessores, quam pænitentes ignorant has Põtificum prohibitiones, vt quę neq. publicantur à Prælatis religiosorũ, quod esse necessarium tradit Sotus, lib. 2. de iust. & iure, q. 2. ar. 4. & Medina in 12. q. 19. art. 4. Neque sunt receptæ in vsu, & ideo non obligant secundũ doct. Caie. in sua Sum. tit. Excõic. post cas. 81. in fine.

Tandem Prælati sciunt, subditos accipere has bullas, & vti illis quoad eligendum confessorem, & absoluendum à casibus, & tacent, neq; contradicunt: & ita p tacitum hunc consensum, videntur cõcedere

dere licentiam, cap. Qui tacet. de reg. iur.

Confirmatur, quia secundum iura antiqua quilibet Christianus cuilibet proprio sacerdoti potuisset confiteri. arg. §. Ecce, 16. q. 1. & c. 25. Concilij Tridentini, de reform. session. 23. Cùm ergo per huiusmodi bullas redeatur ad ius antiquum, sunt fauorabiles, & ampliandæ: facilè. n. res quælibet, reuertitur ad suã pristinam, & antiquam naturam. ca. Ab exordio 35. dist. & leg. Si vnus. § Pactus, ne peteret ff. de pactis.

Ex his igitur colligunt isti Doctores, quod cũ religiosi sint in bona fide, quoad vsum dictarum bullarum, non est illis iniiciendus de nouo scrupulus, quod suæ liberę confessiones, & absolutiones a casibus reseruatis, non fuerint, vel non sint validæ.

Hæc tamen opinio quàm sit veritati contraria, & regulari obseruantię, ac morum reformationi opposita, iudicabit facile qui monastici regiminis vel minimam experientiam habet; vnde communiori, & saniori doctorum sententiæ adhærentes existimamus Religiosos absq; suorum superiorum licentia petita, & obtenta expresse quoad hunc effectum, nõ posse vigore cuiuscumque bullæ (dũmodo nõ sit plenarium iubilæũ) eligere ad libitum cõfessorem ex approbatis, vel absolui a casibus in suo ordine reseruatis: & tales confessiones, & absolutiones esse prorsus irritas, & reiterandas. Quæ est sẽtentia Collectoris in compendio priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum mendicantiũ, Verbo Cruciata: & Fratris Antonii de Corduba ibidẽ; & & Fratris Hieronymi à Sorbo Ordinis Capuccinorũ in Italia Generalis dignissimi, & mei amantissimi, in compendio eorumdem priuilegiorum, ab ipso composito, & impresso Neapoli anno 1597. Estque oium Doctorum Salmanticẽsium, qui sunt de hoc interrogati, vt affirmat Candelabrũ aureum, Absolutio. concl. 2. Rationes quibus hæc veritas nititur, multę, & efficaces sunt; volui tamẽ paucas adducere, quarũ prima, est qd Papa non intendit p suas bullas dissipare, relaxare, aut deformare monasticã disciplinã, ꝑcipuè quoad ea, a quibus maximè pendent essentialia Religionis vota, vt patet in priuileg. Sixti I V. Innocentii V I I. & Leonis X. quæ habentur in pręfato cõpendio; verbo Absolutio ordinaria: n. 15. 16. 21. & 22. vbi isti Pontifices hanc ipsã reddunt rationẽ ad prohibendũ, ne Fratres obseruantes similibus bullis vtantur. Iã aũt quod libera quorumcumq. confessorũ electio, & casuũ per constitutiones, seu Prælatos reseruatorum absolutio, non solũ noceat morũ reformationi, sed eam dissipet; & religiosę votorũ obseruãtiæ cõtraueniat, vt quę absq; obediẽtia superiorũ fiat, incentiuũ, ac fomentũ delinquendi pręstet proniorésque Religiosos faciat ad peccãdum contra castitatẽ, & paupertatẽ, nec nõ aduersus tẽperantiã, & alias virtutes, quibus perfectio vitæ monasticæ cõtinetur, & cõseruatur; res est omni dubio carens, & hoc apertè testãtur Sixtus I I I I. Innocentius V I I I. & Leo X. in suis priuilegiis: quibus expresse declarant, per hasce bullas, ac confitendi, & absoluendi libertates, religionem dissolui occasionaliter, & earũ prætextu religiosos in multa illicita prolabi ideò illas reuocant, prohibentque, ne vti eis possint sine Pręlatorum suorum licentia: vt inferius latius explicabimus. Confirmatur, quia casuũ reseruationem in religionib. esse rem nõ solum proficuã, sed valde necessariã, constat apertissimè ex vsu in omnib. religionib. recepto, qui suis constitutionibus illos reseruant, & ex decreto Concil. Trid. sess. 14. de sacro pœnitentiæ c. 7. vbi hanc casuum grauiorũ reseruationẽ ad Christiani populi disciplinã, magnopere pertinere affirmat. Ad quid igitur illa esset reseruatio, vel quem fructum Prælati reseruãtes sibi casus assequerẽtur, vel quomodo præcauere poterunt, ne grauiora hæc delicta committantur, quæue constitutionũ obseruantia, quoad cõfessiones, & absolutiones in religionibus erit, si liberũ religioso cuicumq. sit accipere bullas, & eis ad beneplacitũ suũ vti, ac extra

ordinē confiteri, & quibus suis reseruatis absolui? & ideo nō est credendū in tm̄ religiosæ obseruantię nocumentū velle sūmū Pontificē eas concedere: sed vel esse quoad tales libertates Religiosis concessas, subreptitias, vel intelligendas, vt id fiat de expressa superiorum licentia, arg. l. 2. §. Si quis à principe, ff. ne quid in loco publ. fiet, & c. Super eo. de off. deleg.

Adde quòd clausula gn̄alis debet limitari, & interpretari sc̄dm id, quod per aliā specialē est expressum, iux. gl. recept. in l. de prætio, ff. de pub. in rē auct. siue lex limitans clausulā, seu legem generalē præcedat eā, siue sequatur l. Sed & posteriores, ff. de leg. & glo. in l. Secundum. ff. qui satis. cog. iuncta gl. auth. offeratur, c. de litis contest. neq; debet extendi ad ea quæ quis non esset verisimiliter cōcessurus in particulari, si ei oīno de causa, & de alijs inconuenientibus inde sequentib. cōstaret, maximè in materia odiosa, quæ militat contra ius cōe, c. Quæ à iure, & c. Quæ in generali, de regu iur. lib. 6. & c. In his, de priuil. & l. Si qn̄, C. de inoff. testa. Pan. in c. Certificari, col. 3. de sep. & Decius in c. 1. col. 5. de rescriptis. sed, qd̄ religiosi possint vigore dictarū bullarū, eligere ex approbatis confessorem quemcunque, & q̄ ab eo valeant a quibusuis reseruatis casibus absolui, est clausula, q̄ antea, & post à varijs Pontificibus declaratur, id nō aliter quam cum expressa Prelatorum licentia fieri posse: vt declarauit Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. Iulius II. Leo X Pius IV. Pius V. & Gregor. XIII. & habetur in compend. Priuilegiorum Fr. Minorum, & aliorum mendicantium, verb. Absolutio, quoad Fratres, & verbo Cruciata. Præterea, licet in præfatis bullis concedatur accipientib. eas, vt possint eligere quemcunq; cōfessorem, à quo valeant absolui ab oībus ēt reseruatis Papę: & qui concedit maius, videatur concedere minus, hoc tamen non sufficit ad comprehendendum casus in cōstitutionibus reseruatos soli Prælato, argu. c. cum nos, de his quæ fiunt à maiori parte cap. & de constit. c. 1. lib. 6. & gl. in c. Cum non debeat, de elect. lib. 6. & in Clem. Dudum, §. penul de sepult. & notat Ludou. Rod. in suis nota. vbi probat, quod conuentio, & pactum iuratum non tollatur per clausulam generalem (non obstantibus quibuscunq. pactis) ac ideo, quamuis per dictas bullas possent religiosi absolui forte à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, non tamen ab ijs, quę in ordinis constitutionibus includuntur: quia in istis exorbitantibus, & prohibitis, non fit extensio de vno casu ad alium, etiam per maioritatem rōnis c. Trāslationem, de off. deleg.

Alia ratio est; quia multò magis relegato, & reformato statui regularium obstat, quòd hi extra ordinem pro libito q̄buscunq; approbatis confiteantur, & à casibus in suis constitutionib. a Prelato reseruatis, quoties sibi placuerit, absoluantur, quā quod ad lucrādas indulgentias à monasterio exeant: hoc .n. contrariatur solum obedientiæ voto, & regulari clausurę, illud vero non solum obedientiæ, & clausuræ, ac iurisdictioni, quā Prælati habent in subditos, quia possunt ad exteros confessores ire: sed etiam castitati; cui nō seruandæ patens est hæc uia, & paupertati; cum sic necesse sit religiosos habere pecunias insciis, & inuitis, Prelatis pro dictis bullis accipiēdis, ut manifestum est. Sed indulgentias non possunt religiosi absq. licētia prælatorum lucrari; quia pp indulgentias nō debet dissolui regularis obseruantia; cum magis religiosi mereantur religionem suā seruando, quàm indulgentias exquirendo, vt ait D. Tho 3. p. q. 27. ar. 1. ad 1. ergo neq. ad libitū cōfiteri, & absolui à reseruatis, ob q̄ multo radicitus regularis obseruantia euellitur, & dissipatur. Deinde Papa, etsi cōcedat i dictis bullis libertatē cōfitēdi, & absoluendi; nō tn̄ cogit, aut præcipit, ut bullę illę accipiātur; sed id reliquit in cuius libet arbitrio, & uolūtate, sed religiosi quoad regulā, & constitutiones voluntates suas Prælatorum voluntati religarunt, & subiecerūt; ita vt quoad ea, quæ ad regularem obseruātiam spectant, neque habeant velle, neq; nolle, c. Nullus, ç. Quofundam, de

elect.

elect.li.6.& c. Non dicatis.22.q.1.tradit vtrumq; D.Th.2.2.q. 88.ar.8. qui affirmat religiosum subiici superiori,non solum quoad omnia cōtenta in regula, sed ēt quoad non contenta,si quæ tamen sūt vel esse possunt opportuna regulæ obseruandę. Accipere verò has bullas quoad effectum libertatis eligendi confessorē, & absoluendi à reseruatis, clarum est repugnare non solum obedientiæ,castitati & paupertati, cōtentis in ipsa regula,sed etiam temperantię,mortificationi,morū reformationi,& pluribus aliis virtutibus ad regularem obseruantiā necessariis;ergo quoad accipiendum præfatas bullas, nō sunt proprii iuris, nec omnino liberi, sed voluntati Prętatorum subiecti,vt sine eorum licentia expressa, & legitima, accipere eas, vel pecunias pro eis dare, aut confraternitati alicui se addicere non valeant:secundum doctrinam Innocentii in c. Olim,de priuile.& Nauar.in cōm.2.de Reg.super c. Nō dicatis,n.30.

His adiunge, alienum esse à Summi Pontificis mente,velle proprietatis peccatum fouere. Iam autem acceptio harū bullarum, & pecuniæ ad eas habendas datæ,inscíis Prælatis, est peccatum proprietatis,ut colligitur; tum ex c. Non dicatis,12.q.2 vbi inter graue proprietatis peccatū numeratur accipere,vel dare litteras sine licētia Prę̨lati, ea ratione quia religiosus expendit papyrū monasterij, dādo litteras,& appropriat papyrum litterarum ad se scriptarum, recipiendo illas occultas. Tum per illa verba contenta in Regula D. P. nostri Augustini c.9. si quis rē sibi collatam celauerit,furti iudicio condemnetur. Et nemo negare pōt has bullas,& pecunias pro eis datas, rem aliquam esse,& non paruam,nec minimi momenti,sed maximi: tamquam illa, per quam acquiritur exemptio a iurisdictione Prę̨latorum,& facultas libera eūdi ad quoscunque approbatos confessores, & absoluendi à casibus omnibus.

Tandem,Papæ mens attendenda magis est,quā bullarum verba,c. Marchion. 1 q.1.& c. fi.de reg.iur.li.6.& l. Cum pater.§. Dulcissimis,ff de l. 2. idq; omnino est habendum pro lege, quod legislator interrogatus,cum eā faciebat,respondisset,iuxta gl.sing.in l.Tale pactum,§ fi.ff. de pact.sed constat apertissime de mente Summorū Pontificū esse,vt Præfatæ bullæ omnes non valeant, nec suffragentur religiosis,quoad eligēdos cōfessores, vel absoluendum à reseruatis,nisi habita superiorū expressa licentia,id quod cōstat.

Tum quia Clemēs Quartus inhibuit vniuersis fratribus Ordinis Minorū, ne aliquis eorū nisi necessitatis vrgente articulo,aliis quam Prę̨latis suis,peccata sua confiteri prę̨sumat,uel aliis eiusdem ordinis sacerdotibus, nisi secūdum regulā, & ipsius ordinis instituta; Quod idem ipse cōcessit Carmelitis,& fratrib. Prę̨dicatoribus, & per communicationem aliis, & habetur in mari magno fol. 58. & 143. concess.334.& 475. & 563.

Tum quia Sixtus Quartus mandauit, quod fratres Minores non possint absolui a casibus reseruatis Ministris, nisi de licentia Generalis,aut eorundem Ministris,nisi de licentia Generalis,aut eorūdem Ministrorum,seu Vicariorum Prouincialium,non obstantibus literis eiusdem Sixti,sub quacunque verborum forma,eiusdem fratribus cōcessis, cæterisq; contrariis quibuscunque in marimagno fol.50.concess. 55.in compendio, verbo Absolutio ordinaria quoad fratres. n.15.

Tum quia Innocentius Octauus declarauit, fratres minores non posse nec debere eligere confessores, nec a casibus reseruatis absolui, vigore bullæ Cruciatæ,quam ipse dederat in Hispania,nisi de consensu, & beneplacito suorū Prælatorum,Prouincialium, seu Generalium,& quòd quęcumque absolutio alia quoad fratres irrita sit, & inanis fol.56.concess. 59.in comp.vbi supra nu.16.

Tum quia Leo Decimus prohibuit,& declarauit,quòd nullus fratrū Minorū regulariū obseru[illegible]tię possit accipere bullas Cruciatæ,seu alias indulgētias generales concessas,aut concedendas,aut possit vti gratiis ibi cōtētis, vtpote cōtra regularia

Et Reuer. Archiepiscopo Valentię D. Ioanni de Ribera, & Patriarchæ Antiocheno petenti ab eadem sacra Congregatione. An virtute bullæ Cruciatæ possint moniales suæ iurisdictioni subiectæ eligere sibi ex approbatis quoscumq. confessores? Responsum fuit, non posse moniales vigore facultatis in eadem bulla concessæ, alios confessarios sibi eligere, præter eos, qui ad audiendas ipsarum moniali confessiones, ab ordinario approbati, & deputati fuerint. Et hanc responsionem vidisse, & legisse testatur quidā nouus expositor bullę Cruciatę dub. 8. n. 24. ī fine. Et refertur in d. cōp. Neap. īpresso, f. 25.

Extat tandē breue nunc recens per S. D. N. Clementem octauū emanatū anno 1593. mense Maij, cum ego essem Romę, in quo post visos, & cōsideratos vna cum Congregatione Reuerendissimorū Pręsulum, qui ab eodē sunt instituti pro vniuersali Ecclesiastica reformatione casus oēs, qui in Religione qualibet erant p regulā, aut constit tiones, seu consuetudinē reseruati quos à generalibus, seu procuratoribus ordinum fecit sibi in schedula præsentati: hos solum infrascriptos cūctis regularibus reseruatos fore, esse, & haberi, & non alios prescripsit, videlicet.

1 *Veneficia, incantationes, sortilegia.*

2 *Apostasia à Religione, siue ab habitu dimisso seu retento quando eò peruenerit, vt extra septa monasterij, seu conuentus fiat egressio.*

3 *Nocturna, ac furtiua è monasterio seu conuentu egressio etiam animo non apostatandi facta.*

4 *Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.*

5 *Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.*

6 *Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ.*

7 *Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum, a superioribus ad inferiores, & è contra.*

8 *Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.*

9 *Procuratio auxilium, seu cōsilium ad abortum faciendum post animatū fœtum, etiam effectu non sequuto.*

10 *Falsificatio manus, aut sigilli officialium monasterij, aut conuentus.*

11 *Furtū de reb. monasterij seu conuētus in ea quantitate, quæ sit peccatū mort.*

HOc fuit à Pontifice declaratum, esse ēt intelligendum de rebus particularibus alicui fratri ad vsum cōcessis.

Si aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro cōsciētiæ puritate reseruandum videbitur: id nō aliter fiat, quàm generalis capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & cōsilio: hæc in bulla. Absoluendi aūt facultatē à supradictis casib. ad illos tantum Prælatos ptinere declarauit, ad quos prius, ante huius sui decreti publicationem, spectabat: Non obstātib quibuscumq. in contrariū.

Cum ergo si casus vndecim si à Papa nūc determinati cum clausula, vt nullus ab illis absoluat, nisi Prælati, quib. id erat in aliis casibus cuique Religioni cōmissum; fatendum necessario est, breue istud quoad præfatus casus absoluendos non comprehendi in bullis, quæ passim archiconfraternitatibus concedi solent vel in aliis, quę non sunt iubilæum plenarium: Ad quid. n. tanta cum diligentia, & maturitate, eos reseruaret? Ad quid breue per modum legis, & firmi decreti edidisset, & statuisset? Cur solis Prælatis, quib. id de iure cōpetebat absolutionē cōmitteret? Quem fructū in Religionib. pareret hæc reseruatio, si liberum foret cuilibet subdito, inscio Prælato, accipere quas vellet archiconfraternitatis secularis bullas, vel ēt cruciatam, seu alias ad aligendum pro suo beneplacito ēt extra Religionem cōfessorem, à quo ab omnibus his casibus quoties incideret, absolueretur? quę oīa, cūm sint dictu absurdissima, nequaquam sunt assererēda, neq. vt vero similia creden

ad libitum in refectorio, contra constitutiones, & Prælatorũ præcepta. Sed quicquid adhuc de istis indulgẽtiis, & cibariis videatur, dispar ad modũ est rõ, quo ad liberam cõfessorum electionẽ, & licẽtiosam a reseruatis absolutionẽ: constat .n. ex hoc, disciplinam regularẽ dissolui, subditos sine fręno obedientiæ viuere: laxatas illis esse habenas ad oĩa vitiorũ genera patranda: & ideo quoad hæc intentionẽ summorũ Pontificũ esse in iure sæpius declaratã nõ valere præfatas bullas, absq; expressa Prælatorum licentia, ut supra est ostensum. Ad quartum respondemus, magis argumentum facere ad oppositum, quàm ad propositũ: ut .n. Pręlatus, si licentiã concedat accipiendi huiusmodi bullas, ad hunc effectum cõfitendi, & absoluendi ad libitum, passim imprudenter, nulla perpensa causa in notabile damnum spirituale subditi facti ex hoc magis dissoluti, & in uitia procliuiores, non solum peccaret, sed talis licentia esset inualida, & nulla: ita Summus Pontifex, cùm non possit scire omnium religiosorum conditiones, nec iustas, cuiusq; causas, quibus indigeant ad libitum confiteri, & absolui; cumque optime intelligat, hanc libertatẽ posse esse multis nociuã, & morum reformationi aduersam, ac regulari obseruantiæ maximè contrariam, nõ est credendum, uelle rẽ tanti ponderis relinquere in mero arbitrio, & beneplacito subditorũ; sed relinquit id prudentiæ, & conscientiæ Prælatorũ; ut ipsi, qui norũt subditorum naturas, & discernere facile posunt, an iustis, & vrgentibus causis moueantur ad confitendum cuilibet cõfessori, & absoluẽdum a reseruatis; & an id redundare possit in aliquod uitę regularis detrimentum: hanc licentiam, consideratis considerandis, largiantur. Ad quintum dicimus, quod hæc ignorantia non suffragatur confessoribus, neq; subditis, cum sit magis affectata, quàm probabilis. Cum .n. satis sciant, rem istam de vsu bullarum, quoad eligendum confessores, & absoluendum à casibus, esse dubiã, & nõ deesse viros multos in Religionibus timentes Deũ, qui iustum abusum reprehendunt, neque vnquã persuaderi potuerũt ad similes bullas acceptãdas: tenebantur in re dubia veritatẽ diligenter inquirere, vel saltẽ tutiorem partẽ sequi.

Fateor non excusari a culpa Pręlatos, qui in notificandis his Põtificum prohibitionibus, seu declarationibus, negligẽtes sunt: istæ tñ leges prohibentes, ne religiosi absque superiorum licentiis vtantur similibus bullis, & confessionariis cũ non sint vnius uel alterius Papæ, sed fere omnium vsque ad præsentem S.D.N. Clementem VIII. cumq; in variis cõpendiis priuilegiorum oĩum Ordinum impressæ habeantur, & huiusmodi priuilegia in quolibet fere cõuentu sint, & legi à quocũque religioso facile valeant, non video, quomodo non possint dici sufficiẽter publicata.

Vltra quod non defuerunt, nec desunt Pręlati, qui, etsi non legant sæpè hæc priuilegia reuocatoria, seu declaratoria suis subditis, non cessant tamen priuatim, & publicè conqueri, quod eisdem insciis, vigore quarundam bullarum absoluantur subditi à casibus reseruatis.

Immo ẽt dato; quod prætendere possent hac in re subditi ignorantiam inuincibilem, quæ illos excusaret à culpa vtendi similib. bullis, & confessionarijs, non tñ esset ideò cõfessio, & absolutio valida, sed oporteret confessiones reiterare, & licentiam absoluendi à reseruatis de nouo à Prælato petere: Rõ est, quia lex irritans & reuocans consuetudines, & leges antiquas, & priuilegia, si quis post sufficientẽ promulgationem vtatur ex ignorantia inuincibili talibus consuetudinib & priuilegijs, non peccat, sed effectus non sequitur. Quemadmodum si quis ex ignorãtia inuincibili decreti Conc. Trid. de nõ cõfitendo nisi cum approbatis, sess. 23. c. 15. de reform. confitetur simplici sacerdoti non approbato excusaretur nunc à culpa, sed cõfessio inualida esset, & reiteranda, vt late probat Fr. Bartholomæus Medina in 1. 2. q. 90. ar. 4 concl. 3 in fi Nau. in Manu. c. 23. nu. 44. Cuius ea est ratio,

quia

quia virtus obligandi ab ipsa lege depẽdet, non à notitia subditi; & ideò si est sufficienter proposita, obligat omnes, licet vnus aut alter eam ignoret: hæc enim ignorantia, si est inuincibilis quousque durat, excusat a culpa, sed non tollit vim, quam lex ex sui natura habet: & ideo postea quam scitur ab isto ignorante, hæc sua scientia non dat obligationem legi, sed tollit impedimentum, quo iste excusabatur: & sicut ignorans inuincibiliter res inuentas, scito domino esse restituendas, si non restitueret excusaretur a culpa, sed non à restitutione: & qui duceret in vxorem consanguineam, seu affinem in gradu prohibito ex ignorantia inuincibili, excusaretur, hac durante, à culpa; sed non propterea matrimonium esset validum. Immò quam primum constaret sibi de tali impedimento, obtinenda esset a Summo Pontifice dispensatio, & matrimonium de nouo contrahendum: & interim possent habitare sicut frater, & soror in eadem domo: sed non sicut maritus, & vxor in eodem thoro: vt omnes Doctores fatetur: ita in nostro proposito, ea enim in quibus eadem ratio militat, eodem iure sunt censenda, leg. Illud ff. ad l. Aquiliam, c. 1. de trans Prælat.

Ad sextum respondemus primo, quod cum hic requiratur consensus expressus, & in scriptis, ut constat ex bulla Leonis Decimi, non sufficit tacitus, arg. c. Cum pro paruulis. de consecrat. dist. 4. & cap. Plerique, 2. q 7. l. Filius, ff. de procuratore, § Inuitus, & l. Qui vas, ff. de furto. §. Vitare. Secundo in his, quæ vergunt in præiudicium constitutionum ordinis, & regularis obseruantiæ, tacere arguit in Prælatis culpam, sed non consensum ca. Nihil, de præscript. & c. super eo. de cognat. spirit. & c. si fortè 65. dist. Tertio dicimus, quod pauci admodum sunt Prælati, qui, licet verbo non contradicant, signo tamen, & opere non satis contradicunt, legendo sæpius subditis constitutiones, in quibus reseruati casus continentur, & hoc in diebus vniuersalis communionis solitæ fieri in singulis mensibus, concedendo suam authoritatẽ confessoribus ad eos absoluendos, & nolentes vt passim de illis omnes confessores absoluant: & ideo si tacẽt verbo ex aliqua causa, non ideo consentiunt, ca. Mulieri, de iur. iurã. gl. ĩ c. Qui tacet. de reg. iur. in 6.

Ad confirmationem negamus ius antiquum concessisse vnquam religiosis ea, quę sunt contra regularem obseruantiã, vt est libertas confitendi extra Ordinem, & absoluendi quoties placuerit à reseruatis: immò cum multæ prohibitiones sint expressę in iure quoad hæc duo factæ per varios Papas, ut suprà est ostensum, non debemus ab his recedere per nouas bullas seu confessionalia, quæ nullam de dictis prohibitionibus faciunt mentionẽ; quæque in hac parte magis argui possũt de subreptione: quam de veritate, arg. c. Cum nos, de his quæ fiunt a maiori parte, & c. 1. lib 6. de constit. Sylu. verb. Priuilegium, q. 10. §. 2.

Ex his colligitur quam falsa sit illa illatio, quæ dicit, relinquendos esse religiosos in hac sua bona fide, de accipiendo, & vtendo præfatis bullis seu cõfessionibus, nec esse illis ingerendum scrupulũ quoad confessiones huiusque factas, aut deinceps faciendas. Immò totum sequitur oppositum, admonendos à viris doctis esse, ne in tali errore persistant, sed proprię conscientiæ consulant, & confessiones vigore dictarum bullarum absq; Pręlati expressa licentia hucusque factas, reficiant, & reintegrent; Cum per decreta tot Summorum Pontificum sint irritæ, & nullæ; vt ex iam explicatis constat: nec ignorantia subditorum, quæ non est inuincibilis, sed crassa, facit in eis bonam fidem, per ea, quæ notant Doctores, 1. q. 4. §. Notandum, &c. Ignorantia, de reg. iur. li. 6.

Pro hac nostra opinione vel Ledesm. 2. p. q. 19. art. 2. & Candelabrum aureũ, verbo Absolutio, concl. 5. vbi citat multos, & grauissimos Doctores idem sentientes.

Aduertendum quod idem Clemens Octauus per speciale breue datum Romæ apud S. Petrum, die 23. Nouembr. 1599.

1569 Pontificatus anno 8. decreuit, quod nec bulla Cruciatę, nec quæuis alia proficiat fratribus pro casibus reseruatis.

Notandum tamen quod non statuitur a Summo Pontifice Clemēte, vt oēs isti casus in qualibet Religione reseruati de facto; sed quod possint reseruari: &, si aliquod aliud pro Religionis conseruatione, aut conscientię puritate reseruãdum videatur, id non aliter fiat, quam generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu; quo fit ut neque Prouincialis, neque alius Prę latus possit solus reseruare aliquod peccatum absque consensu Capituli Prouincialis, & non sufficit localis, neq; etiam Capitulum sine Prouincialis assensu; quia vtrumq; requiritur, tam in reseruatione in ordine ad totam Prouinciam, quam in ordine ad vnum conuentum, seu personam conuentus; quidquid enim Prouincialis agit in vno monasterio, vel in vno fratre Prouinciæ suæ, vere dicitur agere in sua Prouincia.

Excommunicationem autem sicut Prouincialis potest ponere, ita solus reseruare: tum quia Pontifex agit tantum de culpis, & non de censuris, quæ diuersæ sunt, & diuersi fori ac iurisdictionis: & sicut non aufert Prouinciali potestatem ferendi excommunicationem, uel aliam censuram, ita etiam neque reseruandi. Ego tamen, quia reseruata censura, quæ maior est, manet etiam reseruata culpa, putarē tutius, vt hanc etiam reseruationem non faceret Prouincialis sine Capituli Prouincialis consensu; Nam omnis casuum reseruatio, cùm Prouinciali interdicta sit per breue Clementis, &, reseruata excommunicatione, maneat reseruata culpa, cui excommunicatio annectitur, non possint religiosi absolui a tali culpa; & ita Summi Pontificis intentio, & ordinatio fieret frustratoria, & nullius fere momēti, si absque Capitulo Prouinciali posset solus Prouincialis reseruare isto modo culpas apponendo excommunicationē, & illam reseruando: de rigore tamen si id fieret, valida esset reseruatio; sed dubium est, an Prouincialis vel alius Prælatus solus possit reseruare aliquod veniale peccatum: quia cū Papa Clemens prohibeat reseruationē nisi in grauioribus, & quæ genere suo sunt mortifera, & hęc sua ordinatio sit odiosa, & contra ius cōmune, non vr̄ extendenda ad venialia.

Ego tamen respondeo, quod nullus Prę latus id potest reseruare etiam cum Capituli assensu, manente veniali in genere venialis: quia sicut nulla est obligatio confitendi venialia, cum multis alijs modis remitti possint absque sacramento Confessionis: ita obligatio illa confitendi reseruati esset prorsus nulla, & inutilis, idemq. dicendum est de peccatis mortalibus iam semel confessis, & ritè absolutis, quia nullus obligari valet ad hæc iterum confitenda, ut omnes Doctores fatētur. Peccata tamen mortalia interna, quāuis Ecclesia ordinarie non soleat reseruare, quia cum illa sint per se occulta, neq; inferāt nocumentum alijs, & moraliter loquendo non indigeant tam speciali curatione, quæ ab ordinarijs iudicibus adhiberi facile non possit, ideò quamuis de rigore ea reseruare possit commitendo illorum absolutionem certis tantum, & designatis iudicibus id tamen non facit, sed quando dat iurisdictionem absoluendi a mortalibus concedit insimul ab internis quibuscūque, ita Caiet. 2.2.q.11.ar.3. Sotus in 4. dist. 18.q.2 ar.5. Ledesm. p.2.q. 6.art.2.dub.10.

Secunda difficultas in casu præsenti inclusa ea est, an confessor, qui errorem aliquem in confessione commisit, possit extra confessionem postea cum pœnitente de illo agere, vel aliquam rationem debeat, ut de tali substantiali errore, pœnitentis conscientiæ prouideat.

Arbitrati sunt nonnulli, si error fuit in absoluendo pænitentem ab excommunicatione, seu alia censura, uel casu reseruato, à quibus non poterat, teneri confessorem tunc omni cum diligentia procurare falcultatem absoluendi dictum pænitentem ab illis, a quibus non potuit, & ea obtenta à superiore, qui potest illam dare,

re, debere potius eum absentem, inscium absoluere, quàm pœnitentem adire, & cũ eo de hisce extra confessionem agere.

Tũ quia alias inferret iniuriam sacramento, obloquendo extra confessionem de his, quæ in ea sibi sunt reuelata. Tum quia non posset nou scandalizari pœnitens, audiens confessorem dicentem sibi, quod eum non absoluit, & quod necesse sit confessionem repetere.

Tum quia sicut pœnitens ob iustam causam detentus, & non valens confessorem adire, putarunt aliqui, posse per scripturam confiteri; & etiam absolui: quia alias frustatoria esset illa confessio si non posset ei dari absolutio: quam opinionẽ defendendã putat Nauarr. in Manual. c. 26. num. 14. quantum ad absolutionem ab excommunicatione; sed quoad casum reseruatum non nisi quando talis pęnitens esse in gratia videbitur; quod ipsum sentit Syluest. Confessor. 4 §. 6. & adducunt c. Qualis, 30. q. 5. in fine.

Sed illa opinio etsi quoad absolutionẽ ab excommunicatione, quę est fori exterioris, habeat veritatem: quoad casum tamen reseruatum, cuius absolutio est fori sacramentalis, nequaquam est recipienda; fuitque iure optimo reprobata per sanctiss. D. N. Paulum V. nec defendi iam amplius potest: non enim absolutio sacramentalis à peccatis, data absenti, erit valida.

Tum quia confessio est actio personalis, vt patet ex forma, Absoluo te illud .n. pronomen, te, est domonstratiuum, denotans præsentialitatem humanam: absens autem demonstrari nequit, nec potest dici præsens secundum humanam, & communem præsentiam.

Tum quia omnia sacramenta propriæ personæ actionem requirunt in suscipiente, excepto matrimonij contractu, vt Nauarrus fatetur in comment. Fratres de pœnit. dist 5. nu. 95. §. pro tertio.

Tum etiam quia absenti non potest confessor imponere pœnitentiam, nec ad eam illum ligare, & multo minus potest de eo scire certo, in quo proposito sit quo ad cauendas propinquas peccandi occa[illegible]siones, in quibus est positus, neque [illegible] hæc potest eum admonere, vt [illegible] caueat: quod tamen sepissime [illegible] sarium ad valorem sacramenti.

Tum etiam quia confessor nequ[illegible] probabiliter certus, quod ille absens [illegible] qñ absoluitur, non sit in actuali [illegible] mortalis complacentia. Iam aũt a[illegible]re eũ, de quo præsumi põt, quod [illegible] cato lethali, est grauissimum sacri[illegible]

Tum demum, quia expresse est [illegible] in ca Quem pœnitẽtia, dist. 1. vbi [illegible] præcepit Dominus mundandis, [illegible]derent se sacerdotibus, docens [illegible] præsentia confitenda peccata, nõ per nuntium, non per scriptum manifestanda. Et confirmatur: quia sicut per pro[illegible], hoc, quod est demonstratiuum, [illegible] Theologi materiã consecrationis dere esse pręsentem, nec posse absentem panem consecrari: ita de pronomine, te, [illegible]di dẽt nõ posse absentẽ sacr̃aliter absolui.

Author libri qui dicitur Dire[illegible], lib. 1. tit. 15. §. 143. opinatur, debere confessorem, obtenta à superiore absoluendi facultate, iterum pænitentem accersere, & caute fingere se velle eum interrogare de aliquo peccato iã confesso, nõ ob aliũ finem quam vt melius eum erudiat de nonnullis alijs, si forte postea committat; & tunc vbi sibi aliquod aliud peccatum dixerit; absoluat ipsum. Iam enim, non manifestato errore, quo posset scandalizari, adhibebitur suæ animæ remedium.

Hęc tamen opinio nequaquam est amplectenda; tũ quia accersire pænitentem, & loqui cum eo, reuocãdo in memoriam aliquod confessum peccatum in particulari, fieri raro põt absq. scãdalo. Tũ quia hoc videtur quędam peccati confessi exprobratio, velleq. rubore afficere ipsũ pænitentem: id quod reddet confessionem valde odiosam. Tum quia pęnitens negare posset iure optimo se tale peccatũ fuisse confessum, & obiurgare confessorẽ, qđ de tali scelere cum ipso loquatur. Tũ demum, quia non põt confessor hunc pęnitentem ab illo peccato reseruato absolue

re

te audito vno peccato vel altero, sed oportet, ut omnia integre confiteatur ex proposito, & animo confitendi, non autem a casu, & per fictionem, vt dicitur in c. Omnis vtriusq; sexus, de pen. & remiss. Quocirca existimo debere confessorem statim ac errorem cognouit, data opportunitate, adire pœnitentem, & manifestare illi confuse, & in genere se errorem commisisse grauem in preterita confessione; & ideo precari ipsum, vt velit aut iterum cũ illo reconciliari, & confiteri, aut saltem licentiam ei concedere, vt secreto loquãtur de anteacta confessione; quia tunc declarabit illi in particulari defectũ, vt prouideatur de remedio. Hoc siquidem modo, nec confessionem aliqua ex parte reuelat, & sufficienter quantum est ex se errori patrato remedium præbet. Nam pœnitens tenetur tunc confessionem repetere, vel cum illo confessore, vel cum alio: & si renuit, culpa tunc omnis quæ fuerat sacerdotis, imputantur pœnitenti: obuiatur etiã per hunc modum scandalo; tum quia nihil sibi reuelatur de peccatis confessis, quo debeat erubescere. Tum quia ipse facile existimare potest errorem illũ magis ex inaduertentia, quam ex malitia prouenisse: vel fortasse ex eo quod satis clare peccatum aliquod non expresserit, vel circumstantias omnes non declarauerit, ob quod confessor in aliquo iudicando remanserit cum scrupulo. Non negarem tamen hanc licentiam loquendi de peccato extra confessionem non esse petendam, nisi quando cætera decessent remedia, vt in subsequente casu explicabimus: & ideo prius bonis verbis esse utẽdum, & obnixe ac instanter pœnitentem deprecandum, vt velit cum ipso reconfiteri, seu (quod vulgo dici solet) reconciliationem facere, & tunc auditis a ijs peccatis post confessionem patratis interrogare etiam pænitentem de illo, qui habet reseruationem seu annexam restitutionẽ inducendo ipsum ad contritionem, & vt restituat, & tunc absoluat. Ita Sotus in 4. sentent. dist. 18. q. 4. & de ratione teg. secreti membr. 3. q. 4. Hinc colliges falso eos sentire, qui asserunt cõfessorem post absolutionẽ posse alio die reuocare peccatum in memoriam secreto pœnitenti causa correctionis, vel consolationis, aut alia simili iusta ratione, vt quia videt pænitentem contrarium agere quã sibi impositum est medicinali penitentia: exempli gratia, iniunxit confessor alicui, ne in futurum ingrederetur talem domum: & postea videt confessor ipsum ingredi denuo, neque velle abstinere poterit secretissime illi dicere; cur tu non vis nisi in talem domum ingredi: neque per hoc sigillum frangit, quam opinionem est sequutus Paludanus in 4. sent. d. 25. ea adductus ratione: tum quia per hoc non reuelatur confessio: cùm nihil dicatur nõ scienti. Tum quia id in nullum redundat pænitentis infamiam, cùm ipsi soli dicatur. Nam, etsi verum forte sit confessorem non frangere per hoc proprie sigillum confessionis, a peccato tamen mortali nequit excusari. Tum ob irreuerentiã quam facit sacramento pænitentiæ, dicẽdo exterius modo hominis, id quod audiuit in illo modo Dei. Tum quia maxime inde verecundia afficeretur pœnitens audiens id, quod in confessione dixit, extra confessionem obiurgatione aspera sibi obiici. Tũ quia hoc sigillum, cum principaliter inductum, & a Christo præceptũ sit in fauorem publicum, ne se retrahantur homines à confitendo, nullũ particulare bonũ dari potest, quod illi præponderet.

CASVS XVII.

Iacobus homicidium commisit, & in carcerem coniectus, ob quædam indicia uehementia & acerrime tortus, in grauẽ incidit infirmitatem; ob quam morti proximus confessorem uocat, illique fatetur inter alia peccata nolle unquam ueritatem patrati homicidij in iudicio dicere quãuis ad plenũ probatũ sit; quia absq; dubio suspẽdẽdus statim erat: morique potius

potius velle tormentorum uicum honore; quam patibulo affigi cum familiæ suæ dedecore. Nunc confessor in ancipiti positus, ut qui ex una parte videat, hunc mori impænitentem, nec absoluendum, eo quod non proponat veritatem in futurũ iuridice interrogatus fateri. Ex altera vero si ad eam dicendam illum indicat, suspendij sui erit causa cum irregularitatis periculo, ad uirum doctum pro consilio petendo accedit.

Quæritur quid confessori, in hoc casu sit consulendum?

AD huius casus decisionem præsupponendum est, Reum interrogatũ iuridice de cõmisso aliquo crimine, etiã si sciat ob illud à se confessum fore morte plectendum, teneri sub pœna culpæ letalis veritatem dicere, illudq. fateri; dũ modo concurrant insimul tria; primum, vt interrogetur à iudice competente; secundum quod delictum sit ad minus semiprobatum plene, hoc est per vnum saltem testem omni exceptione maiorẽ, aut per infamiam plene probatam.

Tertium quod Reo sit manifestum, esse delictũ sic probatum, vt sciat in quo statu causa sua consistat; iuxta D. Thomã 2.2.q.69. artic. 2. & Caietanum ibidem. Quod si aliquod ex ijs tribus desit, non tenebitur Reus veritatem in damnum suum manifestare. Nemo enim turpitudinem suã debet prodere, nisi sciat illam per semiplenam probationẽ esse iam proditam, & iudex competens præcipiat, vt eam fateatur, vt ait Nauarrus in com ca. Quis aliquando, de pœnit. d. 1. vers. Non tibi dico vt te prodas & in Mã. c. 18. n. 57.

In casu igitur præsente, tria præfata cõcurrere supponimus, & ita Reum teneri in conscientia sub peccato mortali veritatẽ in iudicio fateri, etiamsi ob id mortis supplicium sit passurus. Ac propterea dũ est in hoc proposito dicendi falsum, non potest absolui, vt quem talis peccati mortalis non pœnitet, per tex. Peccati venia. de reg. iur. lib. 6. Neque enim posset iudex torquere iuste reum, ut fateatur veritatem, si reus ad crimen, quod commisit, in iudicio fatendum sub pœna peccati lethalis non arctaretur: vt late probat Soto de iust. q. 6. art. c. 2. & de tegendo secreto membro 2. q. 7. concl. 1. & 2. Caietanus, & Diuus Thomas 22 q. 69. ar. 2. Syluest. Accusatio, & Inquisitio. Nau. comment. Inter verba concl. 6. num. 236. & in manual c. 18. nu. 58.

Sed dubitatio tota consistit, Iam quod Confessor nequit hunc Reum absoluere, si persistat in proposito negandi delictum semiprobatum: An, si illum inducat ad delictum fatendum in iudicio, irregularitatem incurrat, eo quia in causa est, vt iste citius suspendatur: & talis suasio quamuis iusta, sufficiẽter dirigitur in huius homicidæ mortem, quæ ad confessionem homicidii, à se patrati, sufficienter sequitur.

Nos propositæ huic dubitationi respõdemus, debere confessorem suadere Reo, ne in iudicio mentiatur, sed veritatem dicat, & quod alias non põt eum absoluere, & quamuis ob id damnandus sit ad suspendium, non licere illi homicidium, de quo iuridice interrogatur denegare. Nec cõfessor in irregularitatem labitur, quamuis ex hac sua suasione, & rei confessione suspendium sequatur.

Tum quòd suadere Reo iuridice interrogato, vt veritatem fateatur, est actio licita, quia inducitur Reus ad peccatum non comittendum: hæc autem licita suasio, non est ex sui natura causatiua mortis seu deformationis, non enim ex hoc solo quod Rei veritatem, de qua iuridice inquiruntur, manifestant, sequitur per se, & infallibiliter moraliter, quod interficiantur seu deformentur, vt satis constat: Nec etiam ista actio ex intentione confessoris ordinatur ad mortem, sed solum ad reddendum ipsum Reum pænitentem contritum, & ad tollendum obicem peccati in quo perseuerat, negando in iudicio veritatem.

Confirmatur, quia ad incurrendam irre-

irre-

irregularitatem ex opere licito, non sufficit quod illud sit causa remota deformationis, sed oportet vt sit propinqua; arg. c. de occidendis 33. q. 5. & Glos. in ca. de cætero, de homicidio. eam vero dicimus hic causam propinquam, quæ vel suapte natura, vel ex intentione operantis dirigitur sufficienter, & speciatim in deformationem ex ea sequutam, vt cum alijs declarat Nauar. in Man. c. 27. tit. de Irregular. ex homicid. iusto, nu. 210.

Tum etiam quia clericus pręsens bello iusto, si adhortetur milites ad pugnam & ad victoriam generaliter, nullam incurrit irregularitatem: imò neque si ad hunc solum effectum vt vincant præbeat arma militibus; quia etsi ex tali adhortatione, & armorum exhibitione homicidia multa hostium sequantur: ille tamen hæc speciatim, & principaliter non intēdit, sed victoriam, quam vellet nullo hoste occiso, consequi: vt ait S. Antonin. 3. par. tit. 28. c. 2. §. final. ita in proposito, cō fessor inducens pænitentem ad veritatē, de qua iuridice interrogatur dicendam, quamuis ex hoc ipsius mors sequatur, nō erit irregularis; quia non inducit principaliter vt talis mors sequatur, sed vt pœnitens a peccato liberetur, & ad absolutionem idoneus efficiatur.

Neque obstat textus in c. Quod in dubijs, de pęnit. vbi dicitur, irregulares esse eos sacerdos, qui ad præliandum incitāt in bellis: neque Glossa in c. Ita quorundam, de Iudæis, quæ irregulares illos iudicat, qui ad præliandum dant arma, si his aliquis interficitur.

Respondemus, hæc esse intelligenda de illis, qui incitant vel dant arma, hac præcipua intentione, vt neces, & homicidia causentur: non autem de aliis qui principaliter hęc faciunt, vt fortiter prælietur, & victoria comparetur, quamuis secundario, & ex consequenti homicidia sint sequutura.

Non etiam sufficit, quod qui suadet Reo, vt delictum suum in iudicio fateatur, sciens illum ex tali confessione esse ad mortem damnandum, videtur velle virtualiter talem mortem: cùm impossibile sit moraliter loquendo, & seruata lege iustitiæ, ex tali delicto sentētiam mortis non sequi; & qui vult antecedēs, vult etiam necessarium consequens, & è contra, c. Præterea de officio delegat. leg. 2. ff. de iuris omn. iud. & intentio virtualis, seu tacita ęquiparatur actuali siue expressæ. in l Cum quid ff. de reb. cred. & cap. Quemadmodum de iureiurando.

Addi præterea potest, quod ad irregularitatem incurrendam, perinde est velle homicidium in se, vel in causa sua. cap. Presbyterum, & c. continebatur; de homicidio. Iam autem confessio talis delicti in iudicio est causa mortis inferendæ Reo: & ideo confessor, qui ad talem confessionem illum inducit, videtur eius necem velle.

Respondemus Ad hæc, quòd ad incurrendam irregularitatem ex homicidio causato ex actu iusto requiritur de necessitate, quod vel talis actus de per se, & ex natura sua causet semper homicidium: vel intentio agentis speciatim, & principaliter in homicidium feratur: vnde quā uis in homididio iniusto sufficiat regulariter ad irregularitatem, velle antecedēs & velle illud in causa, & intendere illud virtualiter: in homicidio tamen iusto volitio antecedentis, & causæ neque intentio virtualis sufficit, sed requiritur causa adeo propinqua, vt ad illam de per se sequatur homicidium, & intentio ita in homicidium expresè directa, vt hoc principaliter intendatur. Et ratio huius discriminis est, fauor actus iusti: quia sicut speciale in hac irregularitate est, vt per actū etiam iustissimum incurri possit: ita speciale est, vt ad eam per talem actum incurrendam, requiratur causa ita propinqua, & intentio adeo specialis, vt alium effectum quam homicidium non dirigatur. Nauar. in Manual c. 27. num. 216.

Duo autem sunt in præsenti casu diligentissimè a confessore consideranda. Vnum est, vt priusquam inducat Reum ad veritatem in iudicio fatendam, indaget, & inquirat, an via aliqua alia sit, qua iustè

iustè Reus liberari valeat, vel appellando, vel objiciendo contra testes, vel opponendo quidpiam cõtra probationes, seu accusatorem aut ordinem iuris, vel authoritatem iudicis: quoties enim modo alio iuridico potest Reus tueri, quam per delicti propriam confessionem in iudicio, non est ad hãc per confessorem inducendus, vbi maxime vltimi supplicij imminet periculum. Sunt enim nonnulli iudices, qui falso iustitiæ zelo, cautelas varias confingũt, vt delicta ab imo Reorum pectore eradicent. Et licet processus cõtra Reum factus, multos contineat defectus, nihil de istis prorsus curant, & in hoc toto conatu laborant, vt ad suspendiũ conducant ipsos delinquentes. Cum tamen hi se ipsos in iudicio prodere non teneantur, nisi cũ ius eos cogit: cogit autem quãdo nec in iudice, nec in testibus, neque in ipso processu reperiri potest defectus, qui tuta conscientia à manifestando suo delicto Reum excuset. Quod si de aliquo defectu dubitetur, inclinet se confessor in fauorem Rei, eumque absoluat, quamuis ueritaté cum tali probabili dubio no'it manifestare.

Secundo animaduertat confessor, quod si Reus euasit iudicium, neque amplius est a iudice de delicto interrogandus, non illum obliget ire ad iudicem, & manifestare suum delictum. Sed absoluat illum imposita salutari pœnitentia pro mendacio. Non enim tenetur Reus esse minister iustitiæ in se ipsum.

CASVS XVIII.

Petiit olim anno 1587 *societas B. à Domino N. vt tum ad finiendam Ecclesiæ fabricam, tum ad opera alia pia, eleemosynam pro sua deuotione elargiretur. Cui tunc Dominus N. promisit quinquaginta scuta pro illo præsenti anno, & deinceps singulis annis viginti quinque quousque viueret. Deinde solutis illis quinquaginta pro fabrica, non dedit amplius ipse N. per sexennium dicta illa scuta vigintiquinque promissa singulis annis, eo quod à dicta societate non fuerunt petita, sed dedit ex se ipso summam multo maiorem ad* 400. *scuta ascendentem, distribuendam in pauperes eiusdem societatis, quæ distributio partim facta est per quendam famulum dicti N. partim per deputatos officiales dictæ Societatis B. per hos enim officiales constat fuisse distributam summam ad minus quadringentorum scutorum: nunc tamen transacto sexsennio fit ab aliquibus scrupulus eidem N. quod promissioni suæ non satisfecerit de viginti quinque scutis Societati B. dandis.*

Quæritur. An in conscientia dictus N. promissionem adimpleuerit per illud sexsennium, uel quid illi sit in vtroque foro iniungendum?

Rationes quæ præsentem casum dubium reddunt, hę videntur præcipuæ. Tum quod in libris illius societatis appareat de promissione, & non de solutione. Tum quod non solum pro pauperibus, sed pro fabrica, & aliis etiam operibus, dicta societas eleemosyna illa indigebat. Tum quod illa 400 scuta respiciant aliam taxam tempore penuriæ factam. Tum denique quod illa distributio quadringentorum in pauperes, fuerit voluntarie ab N. & pro suo arbitrio facta, & non eo animo ac intentione vt promissioni satisfaceret.

Nos in ea sumus opinione vt putemus dictum dominum N. satisfecisse suę promissioni, nihilq; aliud esse illi pro transacto sexsennio in foro consciẽtię, vel exteriori iniungendum.

Hoc probatur, Tum quod sicut à societate B. disiunctiue petebatur eleemosyna, tam pro fabrica finienda, quam pro alijs operibus piis continuandis Ita a domino N. fuit disiunctiue oblata eleemosyna quinquaginta scutorum pro illo anno ad finiendã fabricam, & deinceps

aliis

alijs postea annis vigitiquinq; ꝓ operib. pijs continuandis, cùm igitur inter opera pia connumerentur pauperes, & maxime illi, qui vel erãt dictæ societatis B. vel sub eiusdẽ societatis protectione, quibus præfata societas consueuerat subuenire, præsertim in illis annis extremæ penuriæ, & dictus N. non modo illa 20. scuta, sed plura alia distribuerit in dictos pauperes, non alia ratione vel respectu, quã quia erant sub protectione dictę societatis, idq; sciente, & tacente eadẽ societate, non est dubitandum promissionẽ satis superque adimpleuisse. Nam in alternatiuis, debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri de reg. iur. c. In alternatiuis. Et confirmatur, quia dictus N. nulla alia ratione cognoscebat illos pauperes, nisi quia erãt in dicta societate B Et qui relinquit, vel donat aliquid alicui pſonæ qualificatæ, quã cognoscit rõne qualitatis, & non pſonæ, vr̃ magis respicere illã, rõne qualitatis, & dignitatis, quã personæ, l. pen. ff. de rebus dubijs. Vbi Bart. definit qđ an nomen appellatiuum vel propriũ sit magis cõsiderandũ, ex qualitatis notitia est perpendẽdũ, facit c. Requisisti, de testa. quatenus probat relictũ Episcopo ab extraneo, censeri relictum rõne dignitatis, qua est notior. Cũ ergo dictus N. dederit illas pecunias diuidendas in pauperes societatis B. & quatuor cẽtũ fuerint distributa p officiales dictæ societatis, idq; sit illis commissum, nõ intuitu personæ, sed officij, consequens est dedisse N. illas pecunias principaliter societati, ut in simili probat Decius post alios in c. Qui Abbas, de offic. delegati. Tum quia solutio semper intelligitur fieri potius pro debito, si quod est, quam gratis: quando enim duę causæ concurrunt, altera necessaria, altera voluntaria, præsumitur solutio facta, in causam duriorem. Vnde pater qui legatum aliquod filiæ cui debebat dotem, relinquit, videtur relinquere in solutionem aut partem solutionis illius, & per leg. Si cum dotem. §. Si pater. ff. solut. matrim. quia est debitum, quod lege debetur. Nauarr. in man, cap. 17. num. 150. cum N. pecunias illo sexennio diuidendas dederit in pauperes præfatæ societatis B. per manus officialium eiusdem societatis, dicendum est dedisse eas potius ut promissioni satisfaceret, quam merè gratis. Tum quod Dominus N. erat uir prudentissimus & Deum timens; & ideo præsumendus est in dubio voluisse saltẽ voluntate interpretiua, dare illas pecunias pauperibus dictæ societatis, tanquã consocijs, & quasi membris eiusdem, & nõ vt diuisis, & separatis à societate. Nã in dubio quilibet viam tutiorem videtur eligere, leg. 5. ff. de milit. testa. cum simil. Et ideo cum tutius esset dicto N. dare istas pecunias intuitu societatis, cui eas promisit, quam singularitatis, & diuisionis, cum nihil debebat, interpretãdum in vtroque foro erit, eas dedisse pro adimplenda promissione facta societati. Confirmatur; quia si, quando N. dedit pecunias, recordaretur promissionis factę, certum est quod expressa tunc sua intentio fuisset, illam adimplere, & dando eas, nõ alteri quam societati B. virtuali, & tacita intentione ob promissionem illi factam dedit, de qua si tunc cogitasset, ita determinasset. Iam autem intentio actualis siue expressa, & virtualis, siue tacita ęquiparãtur, in leg. Cũ quid. ff. de rebus cred. & c. Quemadmodum, de iureiurando.

Tũ quod promissio solum fuit de soluẽdis vigintiquinque scutis singulo quoq; anno impẽdendis in opera pia societatis B. & cõstat N. dedisse 150. scuta, quæ erat sũma debita in sexennio, sed multo plura officialibus eiusdẽ societatis, & eorum consensu, & interuentu fuisse pauperes illos distributa. Iã aũt accipiens pecuniã rõne officij cui præponitur, obligat eum qui præposuit illũ l. fi. ff. de inst. act. & ibi late per Bar. Immò Præpositũ alicui officio non solum obligare eos, à quibus præponitur, accipiendo ea, sine quibus id exerceri non potest, sed etiam accipiendo ea, cum quibus commodius potest, aperte probant l. Quicunque. §. Si ei quẽ, ff. de institut. act. & leg. penult. ff. de vsufruct. per quas id affirmant Aret. in c.

F de

de offic. de leg. &c. Vt debitus honor, de appell. col. 8. Cum ergo officiales & Praepositi societati B. acceperint illa 400. & amplius scuta; impenderintq; ea in pauperes dictæ societatis, vt in rem, & vtilitatem societatis, affirmãdũ est, non posse ea denuo à promittente repetere.

Tandem hæc promissio de dandis viginti quinque scutis societati B. anno quolibet vsque ad mortem, ad opera pia eiusdẽ societatis fuit præcipuè facta Deo, & ideo, voti rationem habet vt docet D. Thom. 2. 2 q 88. ar. 3. Ac proinde potuit in melius commutari authoritate sola vouẽtis, arg. c. Peruenit, 2. extrauag. de iure iurando, & cap Scripturæ de voto tradit Caiet. 2. 2. q. 85. ar. 3. Quare si 150. scuta, quæ erat summa in sex sennio promisso, commutaretur voluntate promittentis in summa multo maiorem, quę fuit scutorum quadringẽtorum in pauperes dictæ societatis distributam, adimpleta profecto est pro illo sexsennio talis promissio.

Nec obstant rationes, quę dubium seu scrupulum ingerebant: & ad primam dicimus, quod etsi in libro societatis B. nõ constet de pecuniis datis, & acceptis nomine solutionis: constat tamen de quadringentis scutis, datis officialib. pręfatę societatis, eo intuitu vt pauperibus consociis subuenirent: vltra aliam maiorem summam tempore penurię in eosdem cõsumptam: & ita quamuis non constet de expressa solutione, constat de tacita, & virtuali; quæ sufficit. Et quamquam 25. illa scuta annuatim, erant petita, & promissa tam pro fabrica quam pro pauperibus, & aliis operibus piis eiusdem societatis; nõ intelligebatur hoc quasi pars vna in fabricam, alia in pauperes, & tertia in opera pia esset distribuenda: sed quod in vnum, vel in aliud pecuniæ illæ erant cõuertendæ, iudicio officialium societatis, prout rei cuiuslibet necessitas magis postularet. Et sic vel tota summa in fabricam, vel tota in pauperes, vel pars in vnum, & pars in aliud, prout melius societati conducere videretur, siue alia opera pia. Et licet 400. illa scuta respicerent taxam factam tempore penuriæ, quando pauperum numerus erat multo maior, hoc nõ tollit, quin tali sũma includantur vigintiquinque annuatim promissa: & duplici præcepto tã charitatis ad quod extrema necessitas pauperum, quam iustitiæ ad quod sua promissio illũ obligabat, satisfecit. Sicut debitor, qui creditori extreme egenti charitatiue subuenit, potest illum in debiti solutionem postea recõpẽsare: per quod ultima dubitatio dissoluitur; nam uolũtarie aliquid donare, immò etiam ex pręcepto charitatis non tollit quin p idem obligatio iustitiæ adimpleatur; & quod donatum fuit intentione actuali ex liberalitate intelligitur intentione uirtuali donatũ ex iustitia, si tale debitũ pręcessit, & nõ excluditur expresse, arg. gl. in leg. donatione, C. de coll. quatenus hẽt, donationẽ patris factã filio præsumendum esse fieri ob merita, si ea præcesserunt, magis quam ob liberalitatem. Et c. Qui abstulerit. 12. qu. 2. vbi legatum à patre relictum filię cui dotem debebat, iudicatur relictum in solutionem, aut in partem solutionis.

CASVS XIX.

PAulinus ad ludendum pila, mane die festo excitatus, cum putaret ad Missam Parochi, vno vel altero ludo finito, venire posse, tantum temporis in ludẽdo consumpsit, vt non nisi finita prorsus iã Missa ad Ecclesiã accederet, & ita, quãuis omnem diligentiam pro au iendo alio sacro in alijs Ecclesiis adhibuerit, cõsequi tamẽ id non potuit; quia omnes erãt clausæ, diuinis iam officiis peractis inde ad aliquot dies ad confessionem accedẽs inter alia peccata, de hoc grauiter se accusat, quod semel in die festo Missam non audierit, sed causam ob quam id fecerit, cũ genere suo non sit mala non explicat.

Quæritur, An lethaliter deliquerit nõ solum in omittenda Missa, sed etiam in ludendo sic pila mane die festo, ita ut distincte utrumque confiteri teneatur.

Vide-

VIdebitur prima fronte alicui deliquisse Paulinum, non solum omissa Missa, sed etiam lusu pilæ die festo mane; quodque utrumque per se in confessione exprimere debebat: Tũ quia ludus, quamuis ex sui natura non sit prohibitus nec illicitus: ratione tñ tēporis; quia dies festus est, & mane ante Missam, redditur culpabilis; abuti enim uidetur tempore diuinis dicato, & de hastiludiis esse mortale, tenet Richard. in 2. d. 37. Tum quia bella iusta sine necessitate inita diebus festiuis sunt illicita, etiamsi Missa nō omittatur, vt est tex. cum gl. in c. Si nulla 23. q. 8. Tũ quia actio illa, totũ mane ante sacrũ auditũ exercita, non pōt nō generare scandalum, & ideo est culpabilis.

Tũ quia illo ludo exposuit se periculo peccandi lethaliter: ut ex ipso euentu cōstat. Ergo includit culpā, & est per se cōfitenda tamquam distincta ab omissione Missæ. Confirmatur authoritate Tulij primo de officiis, ubi dicit ludo, & loco vti quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cęteris, tunc cũ grauibus, seriisque rebus satisfecerimus. Ergo cũ Paulinus luserit antequam satisfecerit pręcepto de audiendo sacro, uitiosus, rationiq. contrarius fuit talis lusus, ac proinde in confessione explicandus. Tandem maritus, qui ex inordinato amore vxoris furatur, duplex incurrit peccatum, vnum quod furatur, alterum quod inordinate vxorem amat. Ergo qui ex inordinato amore studij, omittit audire Missam, geminum etiam committit peccatum: alterum quod ommittit Missam, alterum quod inordinate amat studium. Opposita tamen sententia est vera, & in praxi sequenda, quod Paulinus vnũ solum cōmisit peccatum, quod fuit non audire sacrũ. Et ideo satis est hoc in confessione exprimere, tacendo causam, nempe lusum pilæ, qui nec ex se, nec ex circumstantia est peccatum ab omissione Missæ distinctũ. Probatur primo, quia iste ludus non est ex iis, qui continent laborem seruilē, sed liberalem, & ideo cōsumptio festi in eo absque omissione diuinorum, non est cōtra præceptum dē seruādo festo: & propterea si ita exceditur in ipso, vt non audiatur Missa debita audiri, committitur solũ culpa vna, sed non plures. Secundo hæc circunstātia quæ est omittere Missā propter ludum pilæ, non mutat speciem peccati; quia similis ludus nō est ex se malus, neque speciali aliquo præcepto prohibitus, vt cōstat: immò ēt neque aggrauat, cum nec multiplicet rationem peccati, nec augeat deformitatē prouenientem ex alia circunstantia, ut declarat Diuus Tho. 1. 2. q 73. ar. 3. Et ideo, cum hic non interueniat aut noua malitia, aut maior in eadem specie, non erit de necessitate confitenda. Tertio, iste deliquit omittendo Missam in die festo: si. n. illam audisset, aut prius, aut postea, non peccaret se ludendo: iam autem omissio propriā speciem sortitur, non ex actu cui per accidēs annectitur, sed ex proprio suo genere, etiamsi nullus interueniat actus. Ac proinde iste, qui omisit audire Missam, vacans illa hora ludo, non specificatur in eo omissio ex actu ludi, quia per accidēs iungitur omissionis peccato; sed ex diuino cultu, cui opponitur omissio illa, vt declarat Caiet. 1. 2. q 72. art. 9. Tandem excessus in ludo, secũdum defectum debitarũ circunstantiarum non est peccatum mortale, nisi quando est tantus, vt ducat in contemptum expressum, vel interpretatiuum Dei, aut legis canonicæ vel ciuilis docet D. Th. 2. 2. q. 168 ar 3. Et ita temporis circunstantia tunc solum reddit illicitum ludum, quando sunt ludi laboriosi, aut totius diei consumptiui, etiā non omissis diuinis: sed laboriosi, quia sunt seruiles, & contra præceptum celebrationis festi, continent culpam mortalem: alii autem, cum non sint seruiles, sed liberales, includunt solùm culpam uenialem, quatenus consumptio festi in iis vanis, non omissis diuinis, est præter pręceptum festorum, & non contra. Et ideo sicut lusus pilæ, eo mane festiuo, audita Missa, non esset scelus mortiferum, neq; confitendum: ita si ex tali lusu sequatur omissio missæ, tota culpa consistit in illa omissio-

omissione. Nam in huiusmodi peccatis omissionis, & ignorantiæ, & negligẽtię, quæ sunt species omissionis, tantum mali inest, quantum omissioni secundum suas species conuenit. Ita Caieta. 2. 2. q. 168. art. 3. & 1. 2. q. 72. art 9. Et Bart. Medina q. 71. art. 5 vers. propter hæc argumenta. Ex his facile est in contrarium adductis respondere, agunt enim de ludis uel laboriosis seruiliter, vel lege prohibitis, aut ex alia circumstantia, quàm omissionis diuinorum malis; secus autẽ de lusu pilæ, & aliis huiusmodi ad animum recreandum institutis, quorum actiones, seu labores nõ sunt seruiles, sed liberales, nullaq; lege sunt prohibiti: & ideo si in die festo exerceantur, audita missa, non sunt mortiferi. Ad primum ergo dicitur hastiludia esse in die festo uetita, quia in illis requiritur multus seruilis labor, qui in festis nõ est licitus, vt notat Sũma Angelica cũ aliis, uerbo ludus §. 2. in fine. Ad secundũ respõdetur, quod bella etiam iusta, tum quod labores seruiles in illis interueniunt, tùm quòd ad victoriam obtinendam diuinum auxilium est speciatim implorandum: ideo in festo, diuino cultui dedicato, prohibentur. Secus aũt est in ludis in quibus delectatio licita quæritur, & ad animæ quietẽ ordinãtur. Ad tertiũ negamus ex tali ludo dari scandalum, quando fit moderate: quoniã nullius legis contemptus hic interuenit, & maxime vbi in more est positum sic ludere, in his enim, quæ solum sunt mala quia prohibita propter abusum, consuetudo excusat. Non tamen negamus publice ludere ad pilam die festo, ante auditũ sacrum, vbi id non esset in vsu, & generare posset uidentibus scandalum, seu occasionem non audiendi Missam, & diuina, culpam esse mortalem, nõ ratione intrinseca, sed extrinseca, nempe uel scandali, & ruinę, quam alius patitur, uel omissionis subsecutæ, sed non erit peccatũ specie aut nu. distinctũ ab ipsa missę omissione.

Ad quartum dicimus quod duplex est periculum, circundans, & inuoluens. Et quamuis non liceat exponere se periculo inuoluenti, secus est de periculo circundante, quale est istud in casu præsenti. Nam ludus pilæ etsi non sit in se culpabilis, vt quãdo fieret post audita diuina, dicitur tamen fuisse illicitus ob missam omissam. Et eatenus hæc omissio fuit voluntaria, quatenus ille ludus fuit volitus ut causa eius non tamen incæpit peccatũm, quando incępit lusus cum animo audiendi Missam, sed tũc quando missa non est audita: Ita quod illa omissio eo instanti incipit habere rationem culpę formaliter, & completè; quæ tamẽ si fuit voluntaria in causa pręcedente, habet solum in ea esse inchoatiue, & obiectiue, non quod constituant duo peccata, unũ quod sit ludere pila, alterum, omittere Missam, sed vnum dumtaxat quod est nõ audiuisse sacrum. Diuus Tho. 2. 2. q. 79. ar. 3. ad 3. Ad vltimũ dicitur, quod vt ludus sit uirtus Eutropeliæ, requiritur, vt delectatio quæ in eo habetur secundum regulam rationis, ordinetur ad aliquam animi recreationem, & quietem. Et de tali loquitur Cicero in primo de offic. quãdo autem est excessus in ludo, secundum defectũ debitarum circumstantiarum, vt cum aliquis utitur ludo temporibus, vel locis indebitis, aut ẽt præter cõuenientiã negotij, seu personæ, est vitiosus, sed non lethalis, nisi tanta sit vehemẽtia affectus ad ludũ, ut ducat in cõtemptũ expressum vel interpretatiuũ Dei, aut legis canonicę, seu ciuilis, id quod in præsẽti ludo nõ reperitur, & ideo excessus in illo, fuit tantum reductiue malus, ex omissione Caietan. 2. 2. quæst. 168. art. 5.

CASVS XX.

Ambrosius presbyter ad cęnam ab amicis inuitatus & ad bibendum plus solito coactus, in ebrietatem incidit, ob quam vesperas & completorium illius diei non recitauit; altero tamen die e somno surgens, & in se reuersus, atque diuini officij omissi recordatus, vesperas, & cõpletoriũ recõpensat: sed ad cõfessionẽ postea veniẽs, solũ ebrietatis peccatũ aperit, & non

& non diuini officij omissionem.

Quæritur an vltra ebrietatis peccatum, alterum etiã omissionis diuini officij cõmiserit, & vtrũq; confiteri teneatur.

PEtit duo pręsens casus; vnum est, an inuitatus ab amicis ad bibẽdũ plus solito, si in ebrietatem, quam non præuidit semel incidat, lethiferè delinquat.

Antiqua fuit olim opinio, ebrietatem, si non est assidua, non inducere peccatum mortale; nõ quod iteratio, seu multiplicatio ebrietatis, efficiat eã, de veniali, mortalẽ, sed quia cum est assidua, impedit notabiliter rationis usum, infertq. homini, qui secundum rationem viuere debet, nocumentum notabile: & hanc uim damnificatiuam notabiliter, non habet ebrietas, quando non est sepè sæpius incursa. Vt enim gutta cauat lapidem ex frequenti casu, ita ebrietas infert notabile damnum homini, ex assiduitate, ut experiẽtia constat. Et quoniam, vt aliquid dicatur peccatum mortale ex suo genere, oportet, ut sit notabiliter contra bonum Dei, proximi aut ipsius peccantis, ideo ebrietas si non sit assidua, non uidetur peccatum mortale.

Confirmatur hęc opinio, tum ex D. P. Augustino in sermone de purgatorio, ubi inter peccata mortalia distinguens; dicit ebrietatem esse peccatum mortale, si sit assidua, tum ex glos. ad Galatas quinto, in uerbo. Ebrietatis, ubi D. Tho. glossat assidue. Et idem de malo q. 2. art. 8. ad 3. & q. 7. art. 4. ad 1. affirmat ebrietatem ex suo genere nõ esse culpam mortalem.

Tum quia unica ebrietas contingit fere semper ex eo, qđ quis nescit uini potẽtiam, & ignorat, uel nõ aduertit, quod ex tali potu possit inebriari: & sic uel nullũ est peccatum, uel non nisi ueniale; sed ebrietas assidua esse non põt, quin sciens, & uolens, ebrietatem incurrat: aut saltem quin omittat diligentiam quam dẽt adhibere de necessitate, ne inebrietur: cum habeat tempus deliberationis, ad reprimendos appetitus concupiscibiles, ne procedant in crimen mortale. Ita Angel. uer. Ebrietas, q. 1. & citat Alexan. de Ales & glossã d. 25. §. Alias ea demum.

Tũ quia priuare se vsu rationis ad modicum tempus, si esset peccatum mortale, tunc dormitio etiam superflua sciẽter, vel ex delectatione aquæ decurrẽtis, vel alia delectabili causa haberet rationem lethalis culpę; & præterea qui ex proposito ad euitandum tyrannum, vel vt se liberaret a captiuitate Turcarum, siue ad alios recreandos, & ad risũ mouendos, se fingeret ꝑ tps aliquod fatuum, & mẽte captũ, peccaret mortal. priuando seipsũ iudicio per aliquod spatium, ꝙ tñ nullus diceret.

Tandem in casu præsente, cum presbyter ob causam honestam, ne scilicet molestiam inferret amicis, & minus vrbanus videretur, biberit ab eis inuitatus, vsque ad mentis alienationem, non debet sic facile damnari de culpa mortali: sicut neque is, qui de medici cõsilio, ad procurandum vomitum, superflue ad ebrietatem vsque biberet.

Contrarium tamen est asserendum, quod ebrietas, ex genere suo peccatum sit mortiferũ, in illudque inciderit Ambrosius inuitatus ab amicis, ita nimie, & tam plus solito bibendo, vt rationis vsu se priuauerit: ita quod sciens potum esse immoderatum, & inebriatiuum, aut si scire debuit, & vult illo vti, peccat mortaliter. Diximus sciẽs aut scire debẽs, q̃a si ebrius est factus ex ignorãtia qualitatis potus vel inaduertẽtia nimietatis eius: vt quia nesciebat vinum illud habere tantam fortitudinem vel non credebat se immoderate bibisse, non deliquit tunc, nisi forte venialiter, Ita Diuus Thom. 2. 2 q. 150. art. 2. Caietan. ibid. Syluest. & alii, verb. Ebrietas. Nau. in man. c. 23. n. 131.

Fundamentum huius communis, & veræ sententiæ hoc est maximum, quod ebrietas tollit bonum rationis, & naturale, & morale, quatenus priuat vsu rationis, & ponit peccatum seu inordinationem, contrariam bono virtutis, quę est sobrietas. Cum enim vsus rationis, non sit bonum voluntarium, vt est vsus prędij, aut domus, sed sit bonũ naturale

datum à Deo auctore naturæ, sicut oculus, & cętera naturalia: ac proinde homo cũ sit Dominus suorum naturaliũ, vt possit se priuare illis pro libito, & quando vult; sicut potest donare domũ, & illius vsum: ideò ebrietas, quæ vsum rationis violenter tollit, estque iniuriosa priuatio notabilis boni, nempe rationis, crimẽ est suo genere mortiferum.

Neque excusatur propter breue tẽpus ex imperfectione actus, sicut neque excusaretur ille, qui tãto tẽpore impediret violenter aliquem ab vsu manuum suarum ligando illas.

Confirmatur, quia etsi priuatio ad tẽpus vsus rationis sit in potestate hominis, quando fit absque iniuria, hoc est, quando homo ita se habet ad illum vsum rationis, vt etsi ipsum ligat, eo non vtendo, habilis tamen adhuc manet ad reparationem, & ad eius vsum, si voluerit, vt cõtingit in superflue dormiente, quia à sõno quantumuis profundo, si per se vel alium excitetur, potest statim libere ratione vti: sed in ebrio, quia priuatio vsus rationis est iniuriosa, eo quod arctatur, & necessitatur per ebrietatem, ad non vtẽdum ea per aliquod tempus, quia quamuis vigilet, ligata semper manet ratio, donec plena vini decoctio fiat, & ita vsus rationis est in ebrio ligatus per violentam necessitatẽ; ideo ebrietas redditur ex suo genere mortifera, quia iniuriosã, & violẽtam efficit priuationem usus rationis.

Adde, quòd inter canones Apostolorũ sic legitur. Episcopus, aut presbyter, aut Diaconus aleæ aut ebrietati deseruiens, aut desinat, aut deponatur. Subdiaconus autem vel lector, siue cantor similia faciens, aut desinat, aut cõmunione priuetur, similiter & laicus. Hæ autem pœnæ grauissimę, vt est communionis priuatio, & depositio, non infligũtur, nisi propter mortale: habetur c. Episcopus. 35. d.

Tandem ebrietatem comitantur regulariter multa vitia grauissima, dicente D. Ambrosio in lib. de Patriarchis vitãdam esse ebrietatem, per quam vitia cauere non possumus: nam quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus, in c. Luxuriã, d. 35. inquit Prosper, quòd luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, & ibidem c. Luxurioso. inquit D. Hieron. quod luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis qui cum his miscetur, non erit sapiens. Et in c. Vinolentum, ead. distin. inquit, qui altari deseruiunt, vinum & siceram non bibant; sponsa Christi vinum fugiat vt venenũ: vinum & ebrietas incendium est. Cum ergo ebrietas, non solum absolutè, vt priuans hominem rationis vsu iniuriosè; sed etiam vt causa vitiorum ad ipsam vt plurimum consequentium, quatenus nõ solum ligat rationem priuatiue, sed contrariè, reddendo hominem insanum, & iudicio abutentem, & vt sic multa inhonesta, turpia, & illicita dicentem, & facientem, peccatum est mortale.

Ex his colliges, quòd priuare se vsu rationis ex inordinatã concupiscentia vini, est genere suo crimen lethale. Hęc autem inordinatio, consistit in hoc, quòd propter delectationem in potu non curat sciens, & volens, priuare se vsu rationis, ita quod nec priuatio vsus rationis absolute, nec delectatio in potu vini præcise culpam hanc mortalem efficit, sed delectatio in potu vini inebriantis, insciente, & volente illam, faciunt hæc omnia insimul ebrietatem esse mortalem, vide c. Vinolentum, d. 35. & c. Denique d. 4. § Ebrietatem, & ibi glos.

Nec officiunt ea, quæ pro contraria parte adducuntur: ad illa enim quæ ex D. P. Augustino, & aliis sanctis de assidua ebrietate citantur respondemus eos affirmare, ebrietatem assiduam esse peccatũ mortale, vt quæ est vituperabilior, & à maiori peruersitate proueniens, & magis infamem reddens hominem: sed non proinde negant, eam etiam, quæ nõ est assidua, sed semel incursa, crimen esse mortiferum: quoniam in hac reperitur idem met effectus, qui est cognoscere fortitudinem vini, & habilitatem eius ad ebrietatem, quę directè opponitur bono rationis humanæ; id est vsui rationis.

Ad

Ad secundum de somno, & aliis, quibus volũtariè, & delectabiliter ad tempus priuat se quis rationis vsu, vel alterius potentiæ naturalis exercitio. Respõdemus rem esse valde dissimilẽ in ebrietate, propter duo; quorum primum est, quòd priuatio vsus rationis per somnum aut delectabilem fictionem, est priuatio naturalis, seu in qua homo remanet adhuc dominus in propinqua potentia dicti vsus; Sed per ebrietatem, est priuatio violenta, ita vt in potestate proxima hominis non sit vti ratione toto illo tẽpore quo est ebrius, etiamsi velit: quia est perturbatio ægritudinalis, vt patet in ebrijs vigilantibus. Secundum etiam dissimile est, quoniam in somno, & alijs, tollitur ad tempus vsus rationis, sine necessitate tamen permanendi in tali non vsu. Vnde dormiens aliquo profundo somno, excitatur, & potitur soluta, & libera ratione: & potest etiam dormiens se disponere, vt per hominem siue alio modo expergefiat tali hora: sed ebrius quamuis vigilet, violentam necessitatem vinculi rationis patitur, ita vt non sit iam in eius libertate vti ratione, pro quacumque hora.

Ad tertium, negamus vnicam ebrietatem contingere ex eo quod aliquis ignoret vini potentiam, aut in se, aut respectu suæ complexionis, & propensionis ad ebrietatem: imò ferè semper euenit ex delectatione potus inebriatiui quatenus non adhibet diligentiam in aduertendo quantũ bibit, & cuius vigoris sit vinũ, & qualiter ipse bibens est dispositus, vtputa qa est valde calefactus: vñ quis concedamus ebrietatẽ materialiter posse accidere absq. peccato, concurrentibus his duabus conditionibus, quod præter opinionem bibentis, potus sit inebriatiuus: secũda, quod nulla in hoc bibentis negligentia interueniat; ebrietas tamen formaliter, quæ est, cum quis propter delectationem in potu, credit aut dubitat posse inebriari: vel saltẽ non vtitur debita diligentia ad considerandum quantum bibit, & quanti vigoris sit vinum, & quam dispositus ipse ad ebrietatem, semper est peccatum mortale; quicquid alij dicant.

Ad vltimum dicitur non excusari dictum præsbyterum, eo quod in ebrietatẽ inciderit; quasi coactus ad vrbanitate, & inuitatione, qua ab amicis ad bibẽdũ so icitabatur. Imò quia presbyter tenebatur cum maiori modestia, & temperantia bibere, nec non præuidere debebat ex tam frequenti potu posse inebriari, proinde inebriatio ex tali inconsideratione, & negligentia procedens, imputatur illi ad lethalem culpam: sicut etiam nec inuitantes excusantur à peccato, si cognoscentes bibentis conditionẽ, & vini fortitudinẽ, prouocauerunt eum ad frequenter bibẽdum. Ebrietatem ãt pp medicinam, & sanitatem procurandam, nõ putarem esse vnquam licitã; tum quia dãnum hoc notabile in ordine ad vsum rõnis, est anteponendum cuicumq; bono corporis. Tũ quia hoc ebrietatis medium, nunquam erit ita simpliciter ad sanitatem necessarium. Tum quia id quod ex genere suo mortale est, non potest esse congruũ medium ad huiusmodi finem; nec sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.

Alterum quod in præsenti casu petebatur, illud erat, an iste sic ebrius non recitans officium diuinum, aliud distinctũ ad abrietate peccatum commiserit, ita vt vtrumq. sit confessori aperiendum?

Neganti parti fauet: tum quod nullus ad impossibile tenetur; & ideo non faciens id, quod præstare non potest, non dicitur peccare per omissionem, arg. le. Impossibilium. ff. de reg. iur. & c. Nemo ad impossib. eod. tit. lib. 6.

Tum quia etsi deliquerit, priuando se per ebrietatem vsu rationis: quæ tamen per accidens, & mediate a tali ebrio fiũt, non ei imputantur ad culpam: ut colligitur ex text. & glos. 24. q. 3. 5. c. de occidendis, & in ca. Licet, de test. Tum quia ebrius, quoad non vsum rationis, durante ebrietate, æquiparatur furioso sua culpa furẽte; huic autem talis officij diuini omissio non imputaretur ad peccatum, capit. Si quis insaniens. 15. q. 1 ff. de Admi. tuto. l. vlt. in fine.

Ad secundum de somno, & alijs, quibus voluntariè, & delectabiliter ad tempus priuat se quis rationis vsu, vel alterius potentiæ naturalis exercitio.

Respondemus rem esse valde dissimilem in ebrietate, propter duo; quorum primum est, quòd priuatio vsus rationis per somnum, aut delectabilem fictionem, est priuatio naturalis, seu in qua homo remanet adhuc dominus in propinqua potentia dicti vsus; Sed per ebrietatem, est priuatio violenta, ita vt in potestate proxima hominis non sit vti ratione toto illo tempore quo est ebrius, etiamsi velit: quia est perturbatio ægritudinalis, vt patet in ebrijs vigilantibus.

Secundum etiam dissimile est, quoniam in somno, & àliis, tollitur ad tempus vsus rationis, sine necessitate tamen permanendi in tali non vsu.

Vnde dormiens aliquo profundo somno, excitatur, & potitur soluta, & libera ratione: & potest etiam dormiens se disponere, vt per hominem siue alio modo expergefiat tali hora: sed ebrius quamuis vigilet, violentam necessitatem vinculi rationis patitur, ita vt non sit iam in eius libertate vti ratione, pro quacumque hora.

Ad tertium, negamus vnicam ebrietatem contingere ex eo, quod aliquis ignoret vini potentiam, aut in se, aut respectu suę complexionis, & propensionis ad ebrietatem: immò ferè semper euenit ex delectatione potus inebriatiui, quatenus non adhibet diligentiam in aduertendo quantum bibit, & cuius vigoris sit vinum, & qualiter ipse bibens est dispositus, vtputa quia est valde calefactus: vnde quamuis concedamus ebrietatem materialiter posse accidere absque peccato, concurrentibus his duabus conditionibus, quod prætor opinionem bibentis, sit inebriatiuus: secunda, quod nulla in hoc bibentis negligentia interueniat; ebrietas tamen formaliter, quæ ea est, cum quis propter delectationem in potu, credit aut dubitat posse inebriari; uel saltem non vtitur debita diligentia ad considerandum quantum bibit, & quanti vigoris sit vinum, & quam dispositus ipse ad ebrietatem, semper est peccatum mortale; quicquid alii dicant.

Tum quia, si iste aliquem deformaret, non esset in foro exteriori aut interiori irregularis, iuxta glossam in Clementina prima, de homicidio Cardinal. in dicta Clementina, quæstione sexta, Immol. in Glossa secunda.

Tum quia defectus siue carentia breuiarii contingens etiam ex propria culpa, efficit vt non sit culpabile non recitare diuinum officium; ita vt quamuis mortifere peccet, non comparando sibi breuiarium, non tamen peccat mortaliter omittendo interim diuinum officium, & ideò satis huic est in confessione dicere, quod per tot dies caruit breuiario; vt ait Nauarrus in manual. capitulo quatantesimumquintum, numerum centesimumprimum, & nos late in casu quinquagesimumquartum, primæ partis, ergo videtur, quod multo magis defectus iudicij adueniens etiam ex culpabili ebrietate, & excusabit omissionem diuini officij à culpa.

Tum quia bonitas, & malitia actus exterioris, pendent ab actu interiori; & ideo cum ebrius, nec cognoscat, nec velit diuini officij omissionem, non potest hæc esse illi culpabilis.

Confirmatur ex facto Loth, qui in ebrietatem incidens, ab incestu cum suis filiabus commisso excusatur à Diuus Thomas, secunda, secundæ quæstione centesimum, & quinquagesimum, articulum decimumquartum

Ob hæc, & alia inclinat in han-

per-

partem Ioannes Maior, in quartam sententiarum, distinctione decimumquintum, quæstione octaua, qui duodecim argumentis nititur ostendere, ebrium nequaquam peccare, ex eo quod extra iudicium manens operatur.

Affirmatiuam partem tuentur alii, quod ebrius non recitando diuinum officium deliquerit mortifere, & quod mentis alienatio causata ab ebrietate quomodocumque volita, non excusat culpas inde prouenientes, maximè apud Deum, & ideo teneatur confessori explicare tam ebrietatem, quam omissionem diuini officij. In hanc sententiam propendit Syluester homicid. tertio quæstione quarta, & verb. Ebrietas.

Rationes pro hac opinione sunt: tum quod aliquid potest esse voluntarium, vel secundum se: sicut quando voluntas directe in ipsum fertur; vel secundum suam causam, vt quando voluntas fertur in causam, & non in effectum, vt in eo qui voluntarie inebriatur: ex hoc enim omne subsequens quod per ebrietatem committit, imputatur illi quasi voluntarium, vt ait Diuus Thomas prima, secundæ quæstione octuagesimaseptima, articulo septimo. Cum ergo hæc omissio diuini officii in ebrietate volita, mortiferà erit, ac confitenda.

Tum quia, vt ibidem docet Diuus Thoma voluntarium indirecte illud est, quod voluntas potuit prohibere, sed non prohibuit, & sic quando passio, quæ totaliter aufert vsum rationis, fuit a principio volita, vt in iis, qui per amorem, iràm, aut ebrietatem insaniunt, imputatur actus prauus subsequens ad peccatum, quia est voluntarius in sua causa.

Confirmatur, quia is, qui dat causam peccati clarum est quod peccat, eo quod voluntarie ponit impedimentum adimplendi præcepta, & se exponit periculo peccandi, vnde Diuus Thomas secunda, secundæ quæstione septuagesimonono, ait de ebrio, quod sua ebriatio non est omissio, sed causa omissionis; & quod omissio postmodum suo tempore imputatur ad culpam, propter voluntatem præcedentem.

Adde, quòd si quis emittit sagittam in hominem, quem cupit occidere, non solum emissio sagittę est peccatum, verum etiam ipsa occisio: & tamen emissa sagitta non est iam reuocabilis; ita a simili, quamuis ebrius non habeat facultatem reuocandi se à peccatis ebrietatem subsequentibus, quia tamen hanc facultatem habuit in sua causa, ideò si percutit, vel diuinum omittit officium, imputantur ad culpam.

Nos inter has extremas sententias mediam sequimur: eaque est, ebrio ex sua culpa tunc imputari commissum quodcumque in ebrietate peccatum, cum fuit ab eo præuisum, & est, aut fuit ab eo præcogitatum, aut debuit præcogitari, vt quia expertus ea inclinationes suas tanto magis in peccata pronas, quanto magis bibit: vel quia iam aliàs per ebrietatem alienus a se, vel prope incidit in peccatum, vel ita est cum ebrietate coniunctum, vt soleat sæpe ab ebrijs committi: tunc enim sunt duo peccata de necessitate confitenda; quorum vnum, est ebrietas: alterum, illud subsequens in sua specie.

Nam etsi absolute loquendo sine rationis vsu, nequeat quis de nouo peccare: ille tamen qui prius habens rationis vsum præuidet, quòd, si se priuat rationis vsu, actum aliquem culpabilem de nouo committet: & hoc ita præcogitans priuat se per vinum, seu amorem, vel iram, iudicij

vsu, iam vult nunc, pro tunc, id est, in ipsa priuatione mentis, tanquam in causa, incurrere illud subsequens delictum: teneturque proinde illud confiteri, non solũ vt circunstantiam ebrietatis, sed vt crimen per se distinctum: quod probant rationes pro secunda opinione adductæ.

Quod si peccatum ab ebrio perpetratum non fuit antea prę uisum, neq. præuideri humano more potuit, vt in quod neque inclinatio ipsa per vinum fit pronior; neque consueuit ipse, aut ebrietate, aut alia passione iudicium alienante, in illud prolabi, tunc non tenetur illud confiteri, tanquam crimen ab ebrietate distinctum: & ratio est, quia cum iste ebrietatis effectus non fuerit modo aliquo intentus, neque præuisus, non habet speciem propriã peccati; & quamuis ebrius per propriam culpam, qua voluit se iudicii vsu priuare, posuit seipsũ in statu causandi istud subsequens peccatum, id contingit omnino per accidens, cum talis effectus neq. habeat ex parte sui connexionem necessariam moraliter, & vt plurimum solitam cum ebrietate, neq; ex parte intentionis, quæ nihil tale præuiderat aut excogitauerat: ac proinde non dicuntur tales effectus voliti in causa, vt qui sunt raro contingentes, & non præuisi, nec soliti ab ipso ebrio, vel ab aliis in ebrietatem cadentibus fieri; & ita ebrietas est volita absolute in se, ac ideo culpabilis, sed non est volita in ordine ad effectus sequentes, & vt causa illorum, & ideo non imputantur ebrio, vt peccata ab ebrietate diuersa; & hoc probant rationes pro opinione priore allatæ.

Ad casum propositum ex his sumitur responsio, quòd cùm Ambrosius presbyter inexpertus forte sit ebrietatem, & hac prima vice in eam inciderit, nihilque cogitauerit de periculo sequentis omissionis diuini officii, vt quia post prandium ad mediam vsque noctem horæ intererant sufficientes, cum ad dormiendum, & decoctionem vini faciendam: tum ad diuini officii persolutionem: nec vt plurimum ebrii, solent tanto tempore esse alieni a se, quin supersit aliquod spatium sufficiens ad diuinum officium recitandum non peccauit tunc mortifere diuinum officium non dicendo, sed tantum in ebrietatem consentiendo: tunc enim ebrietas fuit absolute volita, non ut causa dictæ omissionis, quia nec præuenta, nec præueniri debita.

Sed si tali hora presbyter in ebrietatẽ incidit, vt probabiliter credi possit, officium diuinum, quod ab eo erat die illo persoluendum, neque tempore debito, quod est intra diem viginti quatuor horarum, à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, recitari, eo quia residuum temporis vix sufficiebat ad dormitionẽ, & decoctionem vini, nec ebrij soleant ita breui in seipsos redire & mentis compotes fieri, tunc eo casu diuini officio omissio fuit culpa mortifera ab ebrietate distincta; suntque duo specie peccata, quorum vtrumque est per se in confessione explicãdum, vt patet ex dictis; tunc enim illa diuinarum horarum omissio, computatur inter ea, quæ sunt, vel esse debent præuisa: & dicitur actu interiore volita in ipsa ebrietate, vt in sua causa, & actu exteriore fuit incursa transacto tempore ad persoluendũ, persistente illo in ebrietate. Hæc ex Caietano 2. 2. q. 150. ar. 4. & Medina 1. 2. q 6 . ar. 5. concl. 4.

Ex dictis facile conciliabis Doctorum opiniones, quæ inter se diuersę videntur. Qui enim dicunt ebrios, durante mentis alienatione, non peccare de nouo, eo quod implicationem quandam, contineat aliquid esse cognitum, & deliberate volitum, ab eo qui lumine rationis est priuatus. Respondemus hoc verum esse, quando illud nouum peccatum nullo modo fuit præuisum, nec præuideri potuit, vt quod nullam penitus cum ebrietate habeat moralem coniunctionem. Tunc enim nec in se, nec in causa est volitum, fuit enim ebrietas intenta absolute, sed non vt causans tales effectus ab ea extrinsecos.

Qui autem asserunt omnia peccata ab ebrio facta eidem imputari, & esse confitenda

tenda vt distincta ab ebrietate, & in hac volita, eo quod alienatio mentis voluntaria, non excuset subsequentia scelera, dicimus id veritatem habere de peccatis solitis fieri ab ebrio: hæc enim vel sunt excogitata, vel excogitari antea debuerũt: & quamuis ille, qui rationis non est compos, nequeat de nouo peccare per voluntatem, quæ tunc sit deliberata, potest tamen ex antiqua voluntate, qua voluit ebrietatem, de nouo peccare, exercendo malos effectus illam comitantes, vt supra est declaratum.

Recompensare vesperas, & completorium alio die, non reficit nec resarcit peccatum omissionis præteritæ: quia recitatio diuini officij est obligatio ãnexa diei, quæ transit, transacto die, nec potest in alio reparari c. Sicut de spons. Nauarr. c. 21. num 45.

CASVS XXI.

MIchael in longo itinere defessus, et ab amicis visitatus, cubitum iuit in Sabbato hora adeò tarde, & serotina, vt periculo probabili se exposuerit non surgendi è lecto, nisi hora prandij, nec audiendi die illo dominico Missam: tantus tamen ab ijs, qui in eadem domo erant, fit a casu strepitus ut è lecto surrexit citius, quàm sibi erat in animo, & ita audiens campanas ad Missam pulsari, Ecclesiam adijt, & sacro integro deuote interfuit: scrupulus tamen sibi nunc sit, quod ex lassitudine, & longa noctis vigilia, periculo probabili se commiserit nimium dormiendi, & prætermittendi sacrum.

Quæritur, an de periculo amissionis Missæ, in die festo, debeat confiteri, ut de lethali culpa?

IN casu presenti tota difficultas pendet à quo tempore peccatum omissionis imputetur: An ab eo statim in quo quis se exponit periculo non adimplendi præceptum: An magis ab eo postea, quo instat præcepti obseruantia, & exequutio.

Et relictis variis sententiis, quæ scholastico more discuti possent: nos peccatum omissionis tunc propriè, & formaliter incurri arbitramur, cum tempus illud instat, quo præceptum, est adimplendum, non antea, quando causa omissioni data est: & ideo quamuis ille qui iuit cubitum hora ita tarda, vt periculo se obiecerit omittendi Missam, peccauit lethaliter, quatenus causam omissioni sufficientem prębuit, & de hoc cõfiteri teneatur: non tamen vt de omissione proprie ac formaliter: sed de commissione, idest de cubitu Serotino, quantum est ex voluntate Michaelis impeditiuo auditionis Missæ, quę commissio fuit inchoate, seu obiectiue omissio.

Hæc opinio expresse est D. Tho. 2. 2. q. 79. art. 3. ad 3. & q. 2. de malo. art. 2. ad 11. & 2. sent. d. 35 art. 3. & 2. 2. q. 150. art. 4. est Marsilii in 2. q. 21. art. 2. Bartholomæi Medinæ 1. 2. q. 71. ar. 5 Gregorii de Valentia in 1. 2. disp. 6. q. 1. de ratione peccati punc. §. Tertio quæri solet.

Duo igitur probanda rationibus sunt, primum est, quod actus ille antecedens somnum, qui probabiliter, & moraliter erat causa, omissionis, seu quod Missa sequenti die festo non audiretur, fuit peccatum mortale, & vt tale confitendum.

Id quod satis liquet. Tum quia sicut actus etiam bonus efficitur malus propter circunstantiam euentus scandali, nempe propter scandalum, quod quis euitare debebat, ita propter euentum omissionis semper redditur malus, quoties præceptum affirmatiuum, quod propter tale opus omittitur, obligat: hęc autem circũstantia euentus, appellari potest, circunstantia quid.

Tum quia ille actus eundi dormitum nimis tarde, erat quantum est ex se causa non audiendi Missam die festo sequenti: & ita per illum, ponebatur volũtariè impedimentum ad præceptum affirmatiuũ de audienda Missa adimplendum, & qui

se

se exponit periculo peccandi, peccat.

Tum quia ille, qui propositum expressum haberet omittendi Missam, tempore quo illa obligat, peccatum committeret mortiferum, in tali deliberato proposito, vt satis patet: ergo etiam qui externum opus agit, quod simul cum obseruatione præcepti esse nõ potest, lethaliter delinquet. Nam propositũ illud efficacitatem causæ habere nequit in omissionem, nisi medio aliquo exteriore opere, quo obseruatio præcepti impediatur. Vt enim quã do quis decreuit occidere Petrum, potest libere hoc, aut illud instrumentum eligere, sed illud quod eligit re ipsa causa est homicidij: ita opus electum, ex quo re ipsa oritur omissio, est reuera causa ipsius, ac proinde omissionem ipsam pro circunstantia habet, ex qua malum, & culpabile redditur.

Tandem, quia eodem præcepto, quo præcipitur nobis audire Missam. præcipitur insimul, vt tollamus impedimenta oĩa quæ obstant eisdem auditioni, vtq; adhibeamus omnia media necessaria, ad præcepti huius adimplemẽtũ; quapropter cubitus, & somnus, qui est vel potest esse causa omissionis dicti præcepti, nobis interdicitur.

Et si dicatur quod in casu præsente, quamuis cubitus fuerit hora tarda, nihilominus Missa non fuit ob illum omissa: & ideo cessante omissione præcepti, non videtur, quod Michael deliquerit, cum omissionis causa non habeat aliam malitiam, quam eam, quæ est in ipsa omissione, quia omissio primo contra præceptum est; & ideo ab ipsa, in causam malitia deriuatur, sicut ab actu exteriore, in interiorem.

Respondemus, quod etsi Missa nõ fuerit omissa, attamen causa sufficiens omissionis fuit data, in qua consistit culpa. Sicut qui inconsiderate emitteret sagittam in aliquem, quamuis eo quod iste aufugit, aut se defendit, non fuit percussus, id non obstat, quominus talis emissio sagittæ, non sit lethale peccatum: Nam etsi effectus, non sit sequutus causa tamen sufficiens ad illũ, est posita, & licet hæc causa nõ habeat diuersam malitiã ab ea quæ est in omissione, satis est ad hoc ut sit culpabilis, quod quantum ex se causatiua sit omissionis, & ita fuit omissio inchoate, sed non complete.

Secundum, quod ostẽdendum proposueramus illud erat, talem antecedentem actum, qui ex se causam dabat omissioni, non esse vere, & formaliter omissionem: licet ad ipsam pertineat, quatenus in eam fertur vt obiectum.

Probatur, tum quia ante illud tempus quo præceptum obligat, nõ tenetur quis adimplere præceptum, ergo nec omittere vere dicitur ante illud: quia omittere est non facere, quod quis tenetur facere.

Tum quia; sicut causa homicidij non est formaliter homicidium, sed reductiue: ita causa omissionis non est formaliter omissio: sicut quamuis germen arboris sit eiusdem speciei cum arbore, nõ potest dici arbor simpliciter, quia deest illi consummatio, & perfectio.

Tum quia, si causa omissionis esset verè, & formaliter omissio, sequeretur, quod quando aliquis, ex ludo vel studio, aut nimio somno, omittit die festo Missam, satis illi esset in cõfessione explicare se causam dedisse per ludum, aut somnũ omissioni Missæ: non manifestãdo quod Missam re ipsa omiserit: cuius tamen cõtrarium videmus à fidelibus obseruari.

Nec valet responsio à Gabriele Vasquez in 1.2.q.71.art. 5. disput. 94.cap.4. allata, quod id fiat à fidelibus non tanquam necessarium, sed vt, euẽtu seu omissione sequuta, melius explicent suam culpam: & ita putat sufficere fateri causam proximam dedisse omissioni: nec obligatum esse pœnitentem ad omissionem ipsam declarandam, nisi quando ob eam incurritur Ecclesiastica censura.

Non enim responsio hæc videtur tuta, nec sequenda. Tum quia explicando solum in confessione causam, adhuc confessor remanet incertus, an omissio fuerit sequuta uel non sequuta. Tum quia sicut in fornicationis peccato, non satis

esset

esset dicere, pænitenti, quod voluit fornicationem cõmittere, seu quod causam dedit ad fornicandum, sed necessarium omnino est, explicare actum exteriorem, à quo interior habet obiectiue malitiam: Ita in proposito volenti non audire Missam, seu per somnum eam non audienti, nõ sufficiet dicere, quod causam dederit ad Missam non audiendã, sed necessariũ omnino erit declarare . se Missam non audiuisse: quamuis causam, ob quam eã non audierit, si non est mala intrinsece, taceat. Ex his patet, quid ĩ proposito casu sit dicendum. Peccauit enim Michael lethaliter exponendo se voluntarie periculo nõ audiendi Missam in die festo: & ideo in confessione debet hoc ipsum explicare, quamuis postea reuocata voluntate, & ob strepitũ expergefactus Missam audierit: iam enim ille præcedẽs accubitus caruit perfectione debita ex hypothesi, habuitque malum obiectum, quatenus directus erat in omissionẽ Missæ, ex præcepto audiendæ: nec omissio a cõmissione, quæ est omissionis causa, in aliis differt in esse morali, quã quod omissio est defectus perfectionis illius virtutis debitæ absolute: illa vero commissio est defectus eiusdem perfectionis debitæ ex hypothesi, hoc est, supponendo quod voluntas habeat actum, quo velit non agere id quod præcipitur, aut saltem velit agere aliquid incompossibile tali præcepto.

CASVS XXII.

R*Aphael publicato iubilęo, se dispo-suit ad illud lucrandum, & cum hoc proposito peractis aliquibus in iubilæo iniunctis, in medio hebdomadę est cõfessus, & in quibusdam uotis authoritate iubilæi a confessore dispensatus; postea tamen a dæmone tẽtatus in peccata aliqua incidit, nec reliqua in iubileo præcepta est exequutus, & ita culpa sua non est illud lucratus.*

Quæritur, An uotorum dispensatio uirtute iubilæi a confessore facta fuerit ualida; uel potius nulla iubilæo non assequuto?

PRo affirmatiua facit, quod cum ista dispensatio fieri debeat in actu cõfessionis, videtur quod, quæ sufficiunt ad validitatem confessionis a casibus reseruatis per iubilæum, sufficiant etiam ad valorem dispensationis in voto: sed ad primũ sat est propositum lucrandi iubilæũ, nec postea reincidit, quamuis illud nõ lucretur, vt communiter Doctores affirmant: ergo à pari dispensatio votorum in confessione facta, virtute iubilæi cum proposito illud lucrandi, sufficiet. Adde quod per iubilęum, potestas dispensandi datur confessori, in actu solum confessionis: & ideo si actus confessionis cum proposito acquirendi iubilæum, est validus: cur ẽt actus dispensationis in eodem sacramento factus non erit validus?

Negatiua tamen, quod talis dispensatio sit inualida: & per non assequutionẽ iubilæi retrocesserit, & nulla maneat, est sententia vera, & indubie tenendã.

Ratio est; quia etsi absolutio sacramentalis de peccatis sit actus legitimus, qui non admittit modum nec conditionem, sed plene habeat suum effectum, statim ac verba absolutionis à confessore super debita materia proferũtur. arg. l. g. actus legitimi. ff. de reg. iuris. Attamẽ actus qui fiunt sub conditione saltem tacita, & virtuali, non sortiuntur effectum cõditione non adimpleta, ut satis patet. Iã aũt dispẽsatio in voto, est actus reuocabilis, nec ex sui natura sacramẽtalis, & ideo fieri põt sub conditione, & sub hac fit tacite a confessore, quatenus nõ dispensat nisi in virtute iubilæi lucrandi; ac proinde eo non lucrato, dispẽsatio redditur inualida. Cõfirmatur; quia non debet magis valere dispensatio voti, facta virtute iubilæi, quando dispensatus illud non lucratur, quam valeat absolutio à peccatis hñtib. excõicationẽ annexã: cũ hęc sit minus pẽdẽs a futuro, & magis coniũcta cũ sacro cõfessionis, q̃ illa; Sed absolutus à peccatis hñtib.

ex-

excommunicationem reseruatam, reincidit in eãdem excommunicationem si ob suam culpam nõ lucratur iubilæũ, vt asserit Pauin. in extrauagan. Multarum de pœnit & remiss. Et Curiel de iubileo, pag. 90 91. & alij nõnulli: eo quod licet absolutio à peccatis quia sacramentalis, non admittat cõditionẽ de futuro, eã tamen consentit absolutio ab excommunicatione, c. Præterea. 2. de appellationibus. Quia ex se nõ est sacramentalis sed iudiciaria, vide Nauarrum in c. Qui vult de pœnit. dist. 6. nu. 65. & 66.

Præterea, facta contra formam præscriptim ab homine datam, sunt ipso iure nulli, c. Cum delicta, de rescript. & c. Pisanis de restit. spoliat. Immò etiam facta circa formam c. Prud. de officio delegat, & tradunt Felinus, & alij in dict. c. Cum dilecta, Cum ergo forma iubilæi det authoritatem dispensandi ea conditione, vt fiant quæ in iubilæo ordinantur, sequitur quod deficiente huius conditionis effectu, dispensatio fuit inualida.

Pro quo facit glossa communiter recepta præsertim a Felino in capit. Ex parte colum. 4. de constitut. & Clementina prima, verbo inhibentes de iure patronatus, quæ habet non valere actum ab eo, cui data est potestas faciendi illum, adiecta forma, si non seruat eam, nec habet aliunde potestatem, qua illum faciat: vnde infero, non fuisse per iubilæum dispẽsatum cum isto in votis, nisi supposito quod esset ipsum lucratutus, & sic ad reincidentiam.

Tandem si quis ordinem Eremitarũ Diui Patris Augustini ingrederetur: & sic in nouitiatu persistens confessori manifestaret, se votum habere ingrediendæ religionis strictioris, & cum eo vigore priuilegiorum nostrorum in tali voto dispensaretur; si postea ob aliquam causam discedat sponte ante professionem, reincidit in præfatum votum, nec satis dispensatio sibi prodest, vt habetur expresse in priuilegio concesso ab Eugenio IIII. ordini sancti Patris Augustini priuileg. 94. quod refertur in compendio priuilegiorum fratrum minorum, & aliorum Mendicantium, reformatum per F. Hieronymum à Sorbo Ordinis Capuccinorum in verbo Nouitius. id quod etiam declarauit Paulus III. anno 1546. in quadam bulla concessa societati Iesu. Ergo à simili dispensatus per iubilæum, si ob culpam suam illud non assequatur, reincidet: nec dispensatio eidem proderit. Nam vt illud priuilegium conceditur tantum nouitio, vt est in via ad religionẽ: ita & hoc vt est in via ad iubilæũ. Quæ autem in contrarium adducuntur facile ex dictis dissolui possunt Nam etsi ad dispẽsandum per iubilæum in voto, requiratur quod id fiat à cõfessore in actu confessionis: & ad hanc faciendam sufficiat propositũ lucrandi iubilæum, quando ante alia opera præmitti debet. Et proinde absolutio à peccatis quantũcumque reseruatis vigore iubilæi facta, non pendeat à futuro, nec patiatur conditionem suspensiuã actus, quia est sacramentalis, & sortitur suum effectũ, tunc quãdo datur. Attamen voti dispensatio, cum non sit actus sacramentalis, fit sub conditione iubilæi lucrandi; qua conditione deficiente, redditur dispensatio inualida.

Et si quis contra instet istum talem, qui ex voto tenebatur (verbi gratia) recitare quotidie Psalmos Pœnitentiales, vel singulis diebus audire Missam, si publicato iubilæo die Dominico confiteatur statim feria secunda, & vigore iubilæi dispensetur secum in tali voto, & sic dispensatus non recitauit præfatos psalmos vsque ad Sabbatum, in quo mutatus est à proposito lucrandi iubilæum, nõ peccasse mortifere, non recitando, ac proinde fuisse vere dispensatum, & non sub conditione, cum dispensatus conditionaliter nequeat vti dispensatione ante adimpletam conditionem ca. Si pro te, de rescriptis lib 6. §. Omnis, & §. ex conditionali instit. de verb. obligat.

Et quod adhuc magis vrget, illud est: quod dispensatio semel canonice facta, ex superueniente facto non retractatur,

vt

vt est casus in capit. ex tua de filiis præsbyt. & notant Doctores in cap. De his de accusat. quare ex eo quod aliquis postea ob suam culpam non est lucratus iubilæum, videtur quod dispensatio iuridica per confessorem ante facta non retractetur.

Addunt quod post actum legitime absolutum, & dispensatum, non datur reincidentia in eumdem, nisi in iure exprimatur, vt colligitur ex c. Eos de sent. excomm. lib 6.

Propter hæc quæ prima facie videntur magni roboris, non est, quod discedamus a nostra opinione contra mentem si quidem Papæ esse videtur, quod gaudeat priuilegio iubilęi, & maneat in votis dispensatus, qui iubilæum noluit lucrari: neque debet quis ex eo commodũ consequi, quod nisus extitit impugnare. cap. Ex eo de regul. iur. lib. 6. Et frustra legis implorat auxilium, qui committit in legem, nullique sua turpitudo prodesse debet cap. Sedes Apostolica, de rescript. Leg. itaque fullo. ff de furt. Neque cõfessoris intentio regulata secundum verba, & formam iubilæi, ac mentem Summi Pontificis fuit alia, quam dispensare, supposito quod esset lucraturus iubilæũ: & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. leg. in agris. ff. de acquir. rerum domin. cap. fin. de præbend.

Tum quia si Confessor expresse diceret sub hac conditione dispensare, si lucrabitur iubilæum, profecto non erit dispensatus eo non lucrato; ergo cum ex verbis bullæ constet hanc conditionem tacite inesse, relinquitur manifestum, inualidam reddi dispensationem statim, ac Raphael noluit iubilæum assequi: conditio enim quæ tacite inest, etiam in spiritualibus parum refert, siue exprimatur siue non. iuxta glossam c. Significasti de electio. & c. Ad audientiã 2. de rescriptis.

Ad primam ergo instantiam posset quis respondere, illam dispensationem voti factam secunda feria, quando Raphael est confessus non sortiri effectum statim post confessionem, sed tunc quando iubilæum est omnino lucratus; qui cum fuerit facta sub conditione, non habet efficaciam nisi post adimpletam conditionem, & ita Raphaelem peccasse vtẽdo tali dispensatione interim quod omnia iubilæi opera nõ sunt ab eo peracta: ita quod illa dispensatio facta tempore confessionis, non obtinuit vim, & efficaciam pro tunc, quando pœnitens habuit propositum lucrandi iubilæum, sed pro illo tũc, quo fuit in effectu assequutum.

Hęc tamen responsio nobis non placet, vt qui putemus stati ac fuit Raphael dispensatus per confessorem in suo voto, non peccare vtendo tali dispensatione, cum illa fuerit facta canonice, authoritate Papæ in actu confessionis: & quamuis tunc per confessorem dispensantem fuerit obligatio voti sublata, initiatiue, in proposito assequendi iubilæum, non tamen fuit pænitus extincta, nisi per realẽ assequutionem eiusdem iubilæi: quo nõ assequuto, reuiuiscit uoti obligatio: adeo quod post confessoris dispensationem, quousque durat propositum lucrandi iubilæum, sicut potuit Raphael dispensationem petere, ita potest illa vti: sed mutato proposito, & iubilęo non lucrato, redit eadem voti obligatio, quatenus in tali dispensatione inerat tacite eadem conditio, quæ etiam ex parte Raphaelis in ipso suo proposito includebatur, vt scilicet Iubilæum assequeretur: qua deficiente, completa voti dispensatio deficit.

Vt enim in iure datur absolutio ab excommunicatione totalis, & integra: & absolutio dimidiata, quæ ad certum tempus, & actum duntaxat fit; ut colligitur ex capit. Solet. de sent. excommunicat. lib. 6. & docent Iurisperiti, præsertim Innocentius in c. Veniens. 2. de testib. Ita damus voti dispensationem complete, & simpliciter post iubilæum lucratũ, quia tunc obligatio illa penitus extinguitur, sed incomplete, & dimidiate intra tempus iubilæi, durante proposito illud lucrandi.

Ad secundam instantiam respondetur, illam esse veram, quãdo dispensatio est

est integra, & totalis; hæc enim ex facto superueniente, non retractatur; secus quãdo est incompleta, & imperfecta, seu data ad reincidentiam: qualis est quæ fit non completis omnibus actibus iubilæi, sed cum proposito illos adimplendi. Vt enim qui dimittit prius beneficium ob posterius quod probabiliter putat sibi esse quęsitum, si postea ob aliquam causã nõ acquirit secundum, potest redire ad prius; quia illud nõ renũciauit totaliter, sed supposito quod debeter habere secundum, vt quamuis talem conditionem nõ expresserit, ea tamen de iure inest, vt notant Doctores in c. Inter cætera de præben. & c. Significasti, de elect. & cap. In multis de rescrip renunciauit enim quoad possessionem, sed non quoad proprietatem, interim quod non obtinet secundum. ita dispensatus in aliquo voto per iubilæum, dispensatur non plene, & totaliter, sed in quantum propositum adipiscendi iubilęum durat, & illo lucrato, sortitur dispensatio plenum effectum.

Ad tertiam dicimus, quòd cum tacitũ operetur id, quod expressum; idem est Papam velle in Iubilæo cõmittere dispensationem votorum confessori, ac velle ut dispenset cum confesso sub ea conditione, quod si iubilæum non lucreretur, reincidat in eandem voti obligationem: vt reincidit qui in nouitiatu de eisdem votis dispensatus, professionem non emittit, & nouitiatum deserit. Nam cum gratiæ in iubilæo concessę non extendantur ad eos, qui illud non lucrentur; & cõfessio sit vnum ex operibus in iubilæo iunctis, quæ necessario debet antecedere vltimum iubilęi actum, qui est sacrã Eucharistiam sumere; ideoque ad valorem confessionis, & absolutionis per iubilæum factæ sufficiat habere propositũ illud lucrandi, & dispensatio voti debeat fieri à confessore nõ quomodocumque, sed in actu confessionis; quia communiter forma iubilæi est, concedere facultatem eligendi confessarium, qui absoluere possit, &c. & vota commutare, & in illis dispensare, &c. ac ita videtur requiri, vt concurrat confessio cum absolutione, & dispensationi, eligere confessorem est eligere eum, qui actum confessionis exerceat: hinc fit, vt Papa, per hoc quod dat authoritatem confessori vt dispenset, vult tacite sufficere ad dispensationem propositum lucrandi iubilæum; & per hoc quòd vult gratias, & priuilegia in iubilæo contenta non valere illis, qui ipsum non lucrantur, vult insimul tacite, quòd non lucrans iubilæum, reincidat, & obligatio voti reuiuiscat. Et ita confessor intendens dispensare virtute iubilæi, & secundum formam eius, perinde agit, ac si dispensaret expresse dicendo: dispẽso seu commuto votum hoc, ita vt si iubilæum non assequaris, reincidere in idipsum voti ligamen debeas.

CASVS XXIII.

Christiani apud Turcas captiui, & in eorum Triremibus ad remigandũ cathenis vincti quibusdam religiosis ad eos pro redemptione solita facienda, venientibus, sunt sacramentaliter confessi; & inter alia peccata, de hoc uno maxime dolebant, quòd contra Christianos in dictis Triremibus remigare erant coacti, timore certo mortis: quia id non facientes occidebantur, uel percussionibus durissimis, & morte peioribus, sæpe sæpius afficiebantur: Confessores tamen eosdem nolunt absoluere, nisi firmiter proponãt mortem potius subire, quàm sic remigando cõtra Christianos, opem Turcis ferre.

Quæritur. An in excommunicationem aliquam sic remigantes incidant; possintque non desistentes ob metum certæ mortis absolui?

RESpondemus præfatos Christianos peccare mortaliter sic remigando, nec excusari metu mortis, aut coactione verberum: nec posse absolui nisi desistãt: in excommunicationem tamen aliquam

non

nō incurrisse. Primū quod peccēt mortifere ostēdo: quia cōtraueniūt præcepto decalogi, de nō occidēdo relato in c. Quid ī omnib. 32.q.7 quo præcepto, nō solū cōprehēdūtur qui occidūt, vel occidere, aut iniustè pugnare volūt, sed ēt qui occidēti vel iniustè pugnāti, vel id facere volenti, aliquo modo auxiliātur, cōsulūt, vel consētiūt. c. Sicut dignū, de homicidio, c. Notū, 2.q.1. leg. Is qui i opē. ff. de fur. Iam aūt Turcæ aggrediūtur Christianos Triremibus, vt eos occidāt seu iniustè debellēt: & remigātes auxiliū præstāt, remigando, vt satis patet. Quod vero mortis timor, cathenarū coactio, & verberū accerbissima afflictio, illos nō excuset, probat. Tū quia oportet omnia mala pati potius, quā malo culpæ consentire, c. Ita ne. 32.q.5. & c. Sacris, de his quę ui, & leg. Palam, §. Non est ignoscendum ff. de rit. nupt. leg. Isti quidem. ff. quod metus causa. Tum quia Christus Dominus, docuit non esse timēdos eos, qui occidunt corpus, vbi periculum imminet occidendę animæ, Matth. 10. Tum quia ea quæ sunt intrinsece mala, quocumque metu fiant, sunt peccata lethalia; eo quod sint voluntaria efficaciter alias nō sequeretur opus. Adde quod cū isti velint simpliciter viuere, volunt ēt simpliciter mediū quod est remigare, vt docet D. Th. 1.2.q.6.ar.6. Quòd aūt non incurrant in aliquā excōicationē, Probatur; tū quod non est credendū, piā matrē ecclesiā intēdere excōicatione ligare eos, qui mortis timore (cadēte ī cōstātē virū) adducti, seu vinculis ac verberib. coacti, & quasi no'ētes, auxiliū præstant infidelibus, cōtra Christianos: dedecet. n. clemētē matrē, obligare ad obseruātiā suorū pręceptorū dilectos filios, cū euidēte vitę periculo; & ideo sicut timor mortis excusat a ieiunio, ab audiēda Missa, & ab alijs ecclesiasticis præceptis, ita ēt a censuris. Tū quia leges humanæ, etsi obligent in conscientia, nūquā tamen obligant cum discrimine vitę (quicquid Caietanus affirmet 1.2.q.96. artic.4.) nisi materia, circa quā lex humana fertur, postulet ex se, vt pro illa morti nos offeramus; vt si lex pręcipiat aliquid pertinēs ad bonū cōe propter quod teneamur vitā exponere: aut aliquid pertinēs ad religionē, vel fidē, vt ait Syl. ver. Metus, n.7. Sot. li. 1. de iust. q. 6. ar. 6. Et ideo tenemur in his solū casib. leges ciuiles, & ecclesiasticas seruare, cū discrimine vitæ: nō ea præcise rōne quod lege humana id præcipiatur, vel ea cū tā euidēte periculo sit seruāda: sed quia naturali, & diuino iure prohibetur materia illa, de qua est talis lex. Neq obstat c. sacris, de his quæ vi, metusue causa fiūt, vbi definitur cōicantem tum cum excōicato peccare mort. si ex graui metu cum illo cōicet, & incurrere excōicationem. Respōdemus id esse intelligēdū de cōicante cū scādalo, vel in eodē crimine, & delicto ob quod alter est excōicatus; istæ siquidē cōicationes sunt iure naturali, & diuino prohibitæ. Tandē quod huiusmodi Christiani sic remigātes, nequeunt absolui, si nō proponūt firmiter mori potius, quā remigare amplius cōtra Christianos, patet manifeste; quia nō habēt firmū propositū desistēdi a peccato, ac proinde neq; sufficientē cōtritionē ad hoc, ut a peccatis absoluātur, c. Quod quidā, de pęn. & remiss. c. Peccati, de reg. iur. in 6. vbi dicit, quod peccato veniali nō datur, nisi correctio. Neq; his oībus officit lex vt vī, ff. de iust. & iur. vbi dicit, ꝙ quisq; ob tutelā sui corporis fecit, iure fecisse videtur. & lex. Is dānū, §. 1. ff. de reg. iur. quę habet, eius nulla culpa est, cui necesse est parere. Respōdemus, leges illas esse intelligēdas in casu, quo quis aliquid facit, vel occisionē īfert illi, a quo timet vexari, & occidi, non aūt qn̄ aliquid facit, vel auxiliū pręstat, cōtra innocētē, a quo nō opprimitur, vt faciunt pręfati remiges aduersus Christianos; possēt. n. vi se tueri cōtra Turcas, à quib. sibi vis infertur, & eos occidere, vt se liberent a metu mortis īferēde: sed nō dn̄t, nec possunt adiuuare Turcas cōtra Christianos, a quib. nulla vis, aut iniustitia sibi īfertur. Qd si quis vrgeat, cōem Iurispetorū sniam huic nostræ esse oīno cōtrariā, vt qui affirment, excusari ab homicidio famulū, qui pcepto heri occidit aliquē. qn̄ pbabiliter

scit, quod si hero præcipienti non paruerit, mortē non euitabit, id quod sentiunt, Cynus, Alb. & Saly. sequuti Petrum, in leg. 1 C. vnde vi. & Baldus in § iniuria. de pace iuram. firman. cui adhærent Cagnolus ac Ferrarius, in leg. Is damnum. §. 1. de reg. iur. & Decius, ibidem. Nec non Cardinalis, in c. Sacris de his quę vi. Respondemus hanc communem Iurisperitorum sententiam, vel esse omnino falsā, vt probat Panormitanus in dicto ca. Sacris, de his quæ vi, aut intelligendam solum in foro exteriore, quoad hoc saltē, vt mitius puniatur sic metu proprię mortis occidens ad iussum alterius, quam si occidisset nullo tali interueniente timore.

Quod si adhuc quispiam instet, captiuos coactos timore mortis, fabricātes triremes Turcis contra Christianos, nō peccare mortaliter, cum nulla lege sit prohibitum, ne quis iure suo vtatur, licet inde tertius damnū patiatur. Regula Nemo damnum ff. de reg. iur. & l. Scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. Et quamuis Deus præcipiat, vt diligamus proximos, non tamen præcipit vt eos, & eorū bona præferamus vitæ nostræ: dicente Iob. Pellem cuiuscunque, & omnia quę habet homo, dabit pro pelle, & vita sua conseruāda, ergo videtur similiter quòd remigantes non peccant lethaliter. Respondetur disparem esse rōnem de fabricante triremes Turcis contra Christianos, & de remigāte in illis: nam prima actio, etsi redundet in damnū Christianorū non tamen est cooperatiua talis dāni, tanquā immediate directa ex se, vel intētionē operātis in tale damnū; & ideo metus mortis excusat, ne talis cooperatio sit peccatum mortale. At remigare in dictis triremibus in damnū Christianorum, est actio immediate directa in oppugnationē Christianorum, seu in damnū tertii: nam huiusmodi impugnatio, & damnū ex ipsomet opere insurgit, quatenus in actu damnificandi opem præstat: vt notāt Innocentius, & Ioannes Andreas in ca. Significasti, de Iudæis. Videatur Nauarrus lib. 5. consiliorum, titulo de sententia excōmunicationis cons. 31. & in manuali cap. 27. n. 63. §. Septima quod Christiani, & in electione, c. Ita quorundā, de Iudęis, notabili principali. Vndecimo n. 10.

CASVS XXIIII.

Ioseph equum bona fide venditum, nouit postea ob occultum morbum, quo laborabat, inutilem fuisse emptori: nec nō admonitus per litteras ab amico de magna frumenti copia, in ciuitatem breui aduentura, omne statim quod domi habebat triticum, currente tunc pretio ob penuriam rigido, vendidit: occultando emptoribus, etiam interrogantibus, hanc cito venturam frumenti abundantiā. Nūc mortuo equo, & appulsis in portum nauibus frumento onustis, cōquerūtur de illius dolo, equi scilicet, ac frumenti emptores.

Quęritur, an vtrisque teneatur aliquid restituere.

QVod attinet ad primam dubitationē, an qui bona fide vendit equū, ignoras inculpabiliter occultū illius defectum, & postea nouit ob id fuisse inutilem emptori, teneatur ad aliquā restitutionē? Respondemus quod vēdito equo, ēt bona fide, quocunque tempore postea venditori constiterit, illum tempore venditionis habuisse occultum defectum, ob quem nociuus seu inutilis fuit emptori, tenetur venditor in conscientia non solū manifestare præfatum defectum; sed etiā ad libitum emptoris, aut venditionem illam rescindere, aut pretium acceptum restituere, ad æqualitatem defectus: ita Medina, cod. de rebus rest. q. 34 Conradus de contractibus, q. 54. Syluest. ver. Emptio, §. 20. Armil. Tabien. & alii Summistę ibidem, Nauar. in man. c. 23. nu. 89. §. Quarto, prope medium. Soto de iust. lib. 6. q. 3 art. 2. conclus. 2. Petrus de Aragonia in 2. 2. q. 77. de empt. & vend ar. 2. & 3. dicto quinto. Probatur hæc veritas, quia licet, durante ignorantia, & bona

fide,

fide, excusetur venditor a culpa; negari tamen nequit, quod emptor in re ob talem defectum nociua, seu inutili, illo pretio empta, fuit deceptus, & damnum est passus; & ideo quamuis venditio sic bona fide facta nō sit ipso facto nulla; actio tamen, & facultas petendi, vt talis venditio rescindatur, aut reducatur ad æqualitatem pretii, competit emptori defraudato: iuxta illud inter iurisperitos celebre, & vulgare dictum, In venditione sub bona fide facta, actionem competere emptori, optionem vero venditori: Ac si dicant, posse emptorem iure postulare, vt damnum sibi illatum reficiatur: in electione tamen venditoris consistere, emptorem à tali damno liberare, vno duorum modorum, vel rescissa omnino venditione, vel ea redacta ad ęqualitatem iusti pretij, pro ratione illius vitii & defectus.

Confirmatur, quia de ratione contractus est, quatenus humanus, quòd sit voluntarius ex parte vtriusq; contrahentis. Iam autem ista emptio rei nociuæ, seu inutilis, non fuit ex parte emptoris voluntaria: quis enim credēdus est, res sibi inutiles, aut nociuas velle emere, nisi vel sit amens, vel stolidus; & ideo quamuis non habeatur talis contractus ipso iure nullus, quia non fuit cum dolo culpabili venditoris, dante causam contractui; debet tamen vel annullari, & rescindi, vel ad ęquale pretium reuocari per venditorem, vbi primum sibi de defectu constiterit, vt illatum emptori nocumētum resarciat, & ab vtraque parte reddatur voluntarius. Adde quod res venales, in ordine ad cōtractum emptionis, & venditionis, non considerantur, neque æstimantur secundum suam substantiam, seu alias qualitates absolute sumptas, sed solum quatenus sunt vtiles, & deseruiunt vsibus humanis; & ideo si res empta, non est vtilis, & proficua emptori, nequaquam intendit illam emere: ac proinde talis emptio, quādiu non constitit de intentione emptoris, & durat bona fides venditoris, est valida, sub ea tamen conditione, vt quā primum defectus rei vēditæ innotuerit, teneatur in foro conscientię venditor, aut rescindere contractum, aut compensare pretij accepti inæqualitatem. Quòd verò obligatus sit venditor, quam primū sciuit, rem à se venditam, habere occultū defectum, ob quem sit inutilis aut nociua, manifestare illum emptori, probatur ex eo. Tum quia alias non posset emptor vti iure suo contra venditorem, nec se liberare a damno inuolūtarie passo. Tum quia ex re ita defectuosa, per venditionē in alium translata, occasionē damni dedit, atque periculi, quod emens nescius incurrere poterit: occasionem autem dāni atque periculi dare, nulli est licitum, vt ait D. Thomas 2. 2. quæstione 77. ar 3. Tū denique, quia posset emptor inscius talis defectus, rem eandem alteri vendere cum simili, vel maiori forsan damno.

Et si petas, an, si equus ita defectuosus statim post venditionem pereat, ex illo occulto morbo, quem Ioseph venditor omnino, & inculpabiliter ignorabat, teneatur venditor pretium acceptum restituere? Respondemus affirmatiue, & ratio est, quia (vt supra diximus) quādo res defectuosa venditur, statim ac defectus ille, qui tempore emptionis occultus, innotescit, tenetur in conscientia vēditor, vel ad rescindendum contractum, vel ad reficiendam inæqualitatem: sed per subsequutam breui spatio mortem causatā, non ex alio quam ex latente morbo quo laborabat equus antequā vēderetur, innotescit occultus ille defectus nociuus ex toto emptori, ergo nocumētum istud nequit iam alio modo reparari, quam restituto integro pretio, cum equus ille tali morbo lethali affectus nullius prorsus sit valoris, in ordine ad vsū, propter quem fuerat emptus. Nec obstat, si quis dicat, hanc venditionem fuisse factam sine dolo, ac proinde extitisse validam, & per eā translatū vere fuisse equi dominium in emptorē, adeo quod emptor illis diebus quibus vixit equus, habebat acquisitum dominium in eo, & vere erat suus, & ideo si perit, emptoris debet perire, & non venditori; quia res quādo perit, domino

suo debet perire: ergo iniustum videtur arctare in conscientia emptorem ad restituendum integrum pretium. Respondemus, quòd res istæ, modo tali defectuosę, transeunt in dominium emptorum, non simpliciter, & absolute; sed sub hac conditione, & lege, vt sublata bona fide, qua fuerunt venditæ, quam primũ innotuerint latentes earum defectus; teneatur venditor aut contractum rescindere, aut inæqualitatem compensare; & ideo quia equus ille deprehenditur peritorum iudicio, mori ex defectu, & morbo occulto, quo erat affectus tempore venditionis: ideo non perit emptori, cuius animus nõ fuit rem sibi prorsus inutilẽ emere. Non etiam obstat, si dicatur, quod emens inaduertenter rem habentem manifestum, & patentem defectum, ad quem si aduertisset nequaquam illam emisset, ac proinde absolute loquendo inuoluntaria est emptio; & tamen non tenetur in cõscientia venditor postea ad rescindendum cõtractũ, vel restituendũ aliquid de pretio, supposito quod vendidit iusto: ergo ẽt in casu nostro, quãuis ex parte emptoris fuerit emptio equi habentis occultũ morbũ, inuoluntaria, nõ erit obligatus venditor ad recisionem cõtractus, aut ad recõpensationem damni, cum bona fide vendiderit. Respondetur, disparem esse rationem inter ementem rem manifestè defectuosam, & ementem rem cuius defectus est illi, & vendenti omnino latens: Nam in primo casu deceptio oritur ex sola negligentia, & imprudentia emptoris; & ideo omne damnum sibi imputatur, tãquam ab eo implicite seu in causa volitum: sed quando defectus est occultus, tunc damnum ex tali re empta seq uitũ, nec in se, nec in casu est volitum, ac proinde emptio fuit prorsus inuoluntaria.

Quod si instes adhuc, transacto tẽpore a lege præscripto, intra quod emptor possit deceptionẽ allegare, nullum vlterius habere ius contra venditorem, ac proinde finito illo termino, non iam esse obligatum emptorem ad manifestandum defectum, qui tunc, & non antea ei innotuit: cum frustratoria videatur talis manifestatio, per quã leges interdicunt emptori posse iam agere. Respondemus leges ad obuiandas lites, & Reipublicæ perturbationem, terminũ præfixisse, in quo emptor agere possit contra venditorem, de dolo, fraude, & deceptione vera, seu præsumpta: attamen in foro conscientiæ, in quo sola facti veritas attenditur, quocunq; tempore cõstiterit emptorem fuisse notabiliter deceptum, & graue nocumentum illi illatum, tenetur venditor quam primum hoc nouerit recompensare damnum, vel per irritationem contractus, vel per restitutionem preti i æquiualentis. Secunda dubitatio petebat, an venditor sciens breui tempore magnam frumenti copiam aduenturam, ex quo fiet, vt triticum, quod domi habet, minori vendatur pretio, teneatur id emptoribus, præcipue interrogantibus, manifestare, minuereque pretium, vel potius adhuc possit suum triticum vendere, pro pretio integro tunc in foro currente?

Conradus de cõtractibus, q. 66. & Medina, codice de restit. q. 35. & Gabriel in quarto sent. dist. 15. q. 11 attic. 3. dub. 6 & alii existimant, præfatum venditorem peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri, non quidem tanti, quantum est diminuendum de pretio veniente copia frumenti; sed quanti minoris æstimaretur frumentum, si omnes illius abundantiam futuram cognoscerent; & hoc intelligunt de vendente illis, qui statim frumentũ non sunt cõsumpturi, antequã copia de nouo adueniat: hanc eãdẽ opinionem tenet Bartolus, in lege Quæro, ff. de Actio. emptio. & glos. in leg. contra leg. ff. de legibus. Quod probant, Tũ quia vt penuria merciũ, nõ solũ præsens, sed de proximo sperata, auget pretiũ, ita abũdãtia ẽt diminuit: quod .n. parũ distat, nihil distare videtur. Tũ quia nõ minus læditur emptor, qñ res ĩ valore vsuali seu pretio currente in breui minuenda, pro integro pretio illi uenditur, quàm si in bonitate, aut valore naturali iam diminuta, seu in breui diminuenda, tanquam integra, & perfe-

perfecta, sibi venderetur. Mercem enim esse in via, & dispositione ad corruptionem, seu diminutionem pretii, & esse in via ad corruptionem seu diminutionem bonitatis suæ naturalis, arguunt eandẽ fraudem in venditore id tacente. Tum quia sequeretur, mercatorem scientẽ crastina die hanc ciuitatem obsidendam, & deprædandam, posse hodie omnia bona sua vendere, pro pretio currente: posset etiam qui sciret summo mane, taxationẽ frumenti esse publicandam, multo minorem, quam modo, posset inquam in vesperis ingentem copiam tritici vendere pro pretio pragmaticæ currentis in graue reipublicæ damnum: & qui notum haberet monetam aliquam crastino diẽ esse prohibendam, vel a suo valore deponendam, posset hodie omnem quam possidet cambire, seu merces emere, aut mutuare, ex quo magnum alii incurrerent damnum; quę omnia videntur absurda, & Reipublicæ nociua, & ideo non admittenda. Contrariam tamen opinionẽ putamus veriorem, & a confessoribus sequendam, quod talis venditor sciens aduenturam magnam frumenti copiam, & hoc occultans, vendit totum triticum, seu aliud frumentum, quod domi habet, pro pretio currente, etsi forte contra charitatem peccet, & id negando interrogãtibus mentiatur officiosè, nullum tamẽ iniustitiæ peccatum committit, nec alicui restitutioni manet obnoxius. Probatur hæc veritas. Tum quia iustus, & verus mercium valor pendet ex principis decreto, vel ex communi hominum æstimationem, & non ex vnius seu alterius priuata intelligentia, & æstimatione l. pretia rerum ff. ad leg. fa. ci. & ideo scientia, & æstimatio solius venditoris, qui nouit ob futuram abundantiam, minus valiturum frumentum, non auget nec diminuit illius pretium, in foro nunc de præsenti currens. Tum quia sicut qui vẽdens pretio currenti, nesciens futuram copiã, non tenetur restituere, ea adueniente, vt omnes concedunt, ita neque sciens: nam in contractu venditionis, cum sit contractus pertinens ad iustitiam commutatiuam, inęqualitas solum reperitur, quando res, & pretium non sunt sibi inuicem adæquata, & ideo cum vterque istorum vendiderit pretio tunc currente, nullam fecerunt inęqualitatem, ac proinde sicut vnus non tenetur ad restitutionem, ita neq. alius. Tum quia emptor tẽpore abũdantiæ emens frumentum pretio tũc currente: vt postea tempore penurię, vendat multo maiori pretio, nõ peccat, nec restitutioni est obnoxius, vt Doctores fatentur, & cõstat Gen. 41. Ioseph laudari quia hoc fecit. Pari ergo ratione venditor vendens in penuria, pretio tũc currẽte, quod scit valiturum minus adueniente prope diem abundantia, nec peccat, nec ad restitutionem tenetur. Confirmatur ex illo, quod de Thale Milesio refert Aris. 1. Politicorum ca. 7 cuius phililosophia cũ a nonnullis irrideretur, & ipse per astrologiam sciret magnam olei copiã futuro anno colligendam emit ab omnibus ciuibus, anticipata solutione, quidquid oliueta eorum esset allatura, aduenienteq; maxima abundantia, cum ille solus esset venditor, innumeras pecunias sibi comparauit, ob quod factum ab omnibus est laudatus. Tandem de intrinseca ratione iustæ venditionis hæc duo tantum sunt, vt res sit vtilis, & sana, & pretium iustũ: hoc est, aut taxatum à lege, aut receptum tali loco, & tempore communi vsu fori: vel ex conuentione contrahentiũ quãdo illa duo priora deficiunt: cætera vt mendacia, occultationes, & his similia non sunt de intrinseca ratione iustæ venditionis nisi quando per illa aut uitiatur res, quæ venditur, aut pretiũ eius: cùm ergo in nostro casu res, quę vẽditur (vt supponimus) sit sana, & pretiũ quod petitur, sit cõmuniter receptũ in foro, ideo scire, aut ignorare copiã venturam, eãdẽ manifestare, seu mendaciter occultare, non efficiunt, quòd venditio non sit iusta. Adde, quòd si licitum est emere frumentum in loco, vbi est illius multa copia, pretio currente quinquaginta, vt illud vendã in alio loco, vbi maximè eius est penuria, pretio

tio ut cẽtum, si talia pretia communi vsu fori sunt recepta, vt Doctores omnes asserunt, cur non licebit etiam vendere in tempore hoc frumentum pretio vt centum, sicut vendi nunc solet: etiam si alio tempore, & proximo ob venturam copiã vendendum sit pretio vt quinquaginta? eadem enim ratio quæ est loci ad locum, est etiam temporis ad tempus, quoad iustam uenditionem. Hæc nostra sententia est Diui Tho. 2.2.q 77 art. 3. & Caietani ibidem Syluest verb emptio q. 15. Sot. lib.6.de iust.q.3.art.1.ad 3. Magistri Petri de Aragonia, & aliorũ fere omniũ recentiorum, qui cõmentantur Diuũ Thomam in quæstione supra citata. Eandem sequitur Alexander in tract. dierum genitalium lib.6.c.1.& Couarruuias in regula peccatum part. 2. §. 4. Aduertendũ est tamen, quod venditor, negans frumẽti copiam aduenturam, & sic mentiens, quamuis non peccet contra iustitiã, quia solum inducit per illud mendacium emptorem ad iustam emptionem, quod est mentiri tantum officiose, vt quia ordinatur per se ad euitandum damnum, quod venditor subire non obligatur, & per accidẽs euenit, quod emptor ex illo damnetur: Dari tamen potest aliquando casus, in quo venditor mortifere peccet contra charitatem, non manifestando futuram abundã tiã, idque ex communibus charitatis regulis, quibus bono proximi consulere tenemur, quãdo sine magno detrimento proprio fieri potest iudicandum est. Vnde si Ioseph sciret ingentem copiã frumenti absque dubio venturam, & Petrum emere ab ipso magnam frumenti quãtitatem pro pretio currente, ob qđ, crastina die adueniret abũdantia, in paupertatem summã esset aduẽturus, tenere tur tunc Ioseph ex charitatis præcepto manifestare huic aduenturam in crastinum abundantiã, maxime si Ioseph suũ triticum vendere posset pluribus ciuibus diuisim, neque esset lapsurus in similem paupertatem, non vendendo illud.

Aduertendum etiam, quòd si alius assistens, qui non esset venditor, ita mentiretur, cùm ex tali mendacio nec bonum sibi compararet, nec malum suum euitet, peccaret contra iustitiam, & ad restitutionem teneretur; quia tale mendacium non est officiosum sed perniciosum.

Nec obstant quæ pro contraria parte adducebãtur. Ad primum dicimus illud habere veritatem de penuria, & abundantia cõmuniter cognita, præsente seu proxime futura, non autem de ea quæ à particulari tantum scitur, vt est in casu nostro. Ad secundũ dicimus, maximum esse discrimen inter valorẽ rei defectuosę, qui sumitur ab intrinseca conditione ipsius rei: & valorem ex abundantia seu penuria de proximo futura, qui sumitur ab extrinseca conditione mercis. Primum enim per se variat rei pretium, sicut intrinsece variat rei substãtiam, qualitatem, aut quantitatem: Secundum nõ variat illud nisi per accidens: non enim rei pretium pendet a particulari vnius, vel alterius notitia, sed a communi cognitione, & æstimatione rei.

Ad tertium respondemus, ea omnia, quæ ibi adducuntur nõ esse absurda, sed verissima: nec Reipublicæ nocumentũ aliquod infert, qui pro pretio in communi foro currente, merces vendit, cum illud semper habendum sit iustum pretiũ, quousq; per legem aut communem æstimationem, & scientiam aliud determinetur. Vnde colligo quod etiam si merces actu iam essent in ciuitate, sed secretò ita, quòd ego solus vel pauci alii id scirent: possem nihilominus vendere meas pro pretio currente: &, si solus scirem esse iã factum regis decretum de minuẽdo, seu annullando valore alicuius monetæ, possem, antequam publicetur, omnem quã habeo mutuare seu cambire, aut alio licito contractu dispendere; quidquid dicat Syluest. verb. vsura 1.q.15. quia reuera in præsenti id valet, & priuata scientia non mutat pretium rei, quæ venditur.

Quod, si quis adhuc vrgeat, neminem posse librum, quẽ scit prope diem ab Inquisitoribus prohibendum, vendere pretio tunc currente, peccareque contra iustitiam,

ſtitiam, & teneri ad reſtitutionem: ergo videtur quod ſimiliter ſit dicendum de monetæ valore. Reſpondemus diſparem eſſe rationem inter librum, & alias merces prohibitas: nam liber prohibetur ob aliquam doctrinam, falſam vel periculoſam, ſeu nociuam, quæ in eo continetur, qui defectus, & nocumẽtum eſt libro intrinſecus ita, vt quamuis prohibitio ſit futura, vitium tamen, & defectus ob quẽ vetatur, eſt illi intrinſece præſens; futura autem monetæ ſeu aliarum mercium prohibitio venditori nota, non ponit intrinſecum defectum in re venali, quæ vẽditur pretio tunc currente, & traditur perfecta, & vtilis illo tempore: & ideo libri prohibendi venditio eſt contra iuſtitiam, ſed non aliarum rerum.

CASVS XXV.

RAphael inimicum a multis annis, odio inteſtino proſequitur, & illius mortem varijs modis machinatur, quem tandem in itinere obuium repertum occidit. Nec hoc ad intenſum odium placandum ſat ſibi fuit, ſed corpus occiſum in varias diuiſit partes, quas arboribus ſuſpendit; ſed poſtea in grauem infirmitatẽ lapſus, & de hac ſæua vindicta, & intenſo odio dolens, & verecundus, in confeſſione homicidium cum lachrymis accuſat, ſed circumſtantias diuiſi corporis, & ſuſpenſi, vt quas parum ad rem facere arbitratur, ſubticet.

Quæritur. An illa odij intentio, & actus crudeles ab ea proficiſcentes, ſint diſtincta, tàm ab ipſo odio, quàm ab homicidio, peccata?

RAtio dubitandi ex duplici capite inſurgit. Primo quia iſti actus crudeles inter ſeſe ſunt diſtincti: & quilibet per ſe rectæ rationi contrariatur: & volũtatis culpa ſeu malitia ab exteriore actu malo, & culpabili prouenit: quia .n. occidere eſt malum, ideo voluntas occidẽdi mala eſt; igitur quamuis iſti actus procedant ab vno odio, diſtincta tamen erunt peccata Sicut animus fornicandi, quamuis ſit vnus, attamẽ multiplicatis exterioribus fornicationibus, multiplicãtur peccata. Secundo, quia occidens hominem propter furtum duo committit peccata, contra diſtincta præcepta de non occidẽdo, & non furando: ergo à ſimili qui occidit, vulnerat, & ſuſpendit propter ſpeciale odium, duo etiam committit ſcelera: alterum quod eſt occidere: alterum quod eſt odiſſe: grauius enim eſt occidere propter odium quam propter furtum. Sicut odiũ proximi grauius peccatum eſt, quã furtum. Sed his non obſtantibus dicendum eſt illam odii intentionem, & actus crudeles ab ea proficiſcentes, non eſſe diſtincta peccata: ſed vnũ: & ideo ſatis eſt in cõfeſſione dicere, inimicum occidiſſe, tacita odii intentione & ſubſequentium actuum crudelitate. Quia odii intentio, etſi peccatum augeat, non tamen ſpeciẽ mutat, neque de neceſſitate eſt confitenda. Ita Bartholomęus Medina 1.2.q.73. ar.5. & q.74. ar 1. Probatur hæc ſentẽtia. Tum quia odij intentio difficile dignoſcitur, & ſimiliter actus qui ab ea proueniunt: durum aũt eſſet obligare homines ad neceſſario confitendum id, quod vix diſcerni põt. Tum quia hæc odii intẽtio nullis verbis exprimi ſufficienter põt in confeſſione: etſi .n. pœnitens dicat magno iracundiæ feruore, magnaque intentione odii occidiſſe, dilacerasse, ſuſpendiſſe, non ſatis adhuc declarat voluntatis intentionem, cum ab eodem feruore, & ab eodẽ odii gradu, poſſint iſti et actus oẽs procedere. Tum quia hęc odii intentio fertur ſemper in idem obiectum quod eſt necem inferre inimico, cauſanturq; oẽs illi actus, ab vno, & eodem odio, & ſunt contra vnum præceptum, quod eſt non occidere, ac proinde non niſi vnum ſunt peccatum. Tandem illi crudeles actus, emanantes ab intenſo odio, habent omnes rationem peccati in actu exercito ab actu vno interiore, quatenus iſte motus odio voluit occidere inimicum. Et quamuis occiſio, dilaceratio, & ſuſpenſio ſint actus, quorum quilibet habet per ſe mali

tiam in essendo, eo quod vnusquisque est dissonus rectæ rationi: attamen malitiā moralem, & in actu exercito non habēt, nisi vnam ab uno interiore voluntatis, & odij actu, qui solus est formaliter liber, & capax malitiæ, seu vitii. Nec obstat, quod hi actus exteriores pluribus principijs videantur effici nempe à uoluntate, ab irascibili, a manu: nam hæc principia, cum sint subordinata, & omnia subsint actioni voluntatis, qua illi fuerunt patrati, ideo in ratione demeriti, & peccati vnum sunt. Ex his facile est rationes dubitandi initio positas diluere. Et ad primā dicitur, quòd etsi actus illi crudeles malitiam habeant diuersam in essendo, in ratione tamen demeriti, et peccati secundū actum exercitum non nisi vnam malitiā continent ab vno intenso odio, à quo causantur: bonitas siquidem, & malitia moralis seu exercita competit actui interiori intrinsecè, & subiectiuè, quia iste solus est voluntarius, & liber; actibus autē exterioribus extrinsece, & obiectiue tantū, vt declarat D. Tho 1.2.q.20.ar.4. Et ideo omnes actus externi qui ordinantur ad vnū finem, quamuis sint multi, reputantur vnum peccatum propter vnā voluntatem, a qua referuntur in vnum peruersum finem: nec eadem est ratio de varijs fornicationibus, ac de varijs his modis vindictæ, & satiandi odij: Nā in illis fornicationis actibus, cum quilibet sit ex se completus, nec habeant inter se ordinē, mutatur voluntatis actus secundū numerum, sed in his actibus occisionis inimici mutatur voluntas secundum intentionē tantum: & quia peccatorum numerus est de necessitate cōfitendus ideò fornicationes sunt distinctè tot explicādæ, quot patratæ fuerūt: sed crudelitatis actus diuersi, quia solum tendunt in vnā occisionē, & in vnam inimici vindictam, & ab vno procedunt odio, licet intenso, non habēt nisi vnam malitiam, & sunt vnum dumtaxat peccatū: nec proinde est necesse singulos in confessione declarare. Ad secundum respondetur, quod etsi odium proximi per se, & specialiter acceptū, sit grauius peccatū, quam furtū, vt quòd primo, & directe contrariatur amicitiæ, & charitati proximi: attamen quia generaliter acceptū, includitur in omni peccato aduersus proximū patrato, & furtū non includitur, sed speciali præcepto est prohibitū, ideo qui occidit vt furetur, duo diuersa cōmittit peccata in confessione declaranda, sed qui propter odium occidit, non nisi vnum cōmittit scelus, quod est occidere: in quo includitur ipsum odiū. Vnde quamuis in illis actibus occisionis, creuerit ira, & intensius fuerit odiū, hæc tamen intentio, nō est circumstātia, quæ peccati mutet speciem, aut notabiliter ita aggrauet, vt sit necessario confitenda.

CASVS XXVI.

Gregorius raro oculos figit in mulierem pulchram, quin sensualitatis motus in eum ēt nolentem, & resistentē insurgant; & quāquis posset aliquando oculos ad alia diuertere: ex proposito tamen in illa pulchritudine videnda persistit, ut cum his carnis insultibus pugnando eisque resistendo, meritum apud Deū acquirat: Sed vincitur in hoc certamine sæpius quā vincat. Et cū incredibili scrupulo consciētiæ agitetur, quòd peccet mortaliter in istis carnis illecebris, aut occasionandis aut non illico reprimendis, confessorem consulit.

Quæritur, Num in illis sensualitatis motibus, semper sit peccatū, & quomodo dignosci possint mortales a venialibus.

AD primum quod in hoc casu petitur, respōdemus, illos sensualitatis motus solū esse peccata, quæ de malo sūt obiecto, & in facultate nostra cōsistunt: alios verò in quibus altera harum conditionum deest, nequaquā. Pars prior ostēditur. Tum quia hos voluntas tenetur reprimere, nec sibi complacere in eis licet. Tū quia has carnis illecebras ex prauo obiecto insurgentes, vocat D. Paulus peccatum,

catū,& malū,cum ad Romanos septimo inquit,quod odi malum hoc facio. Tum quia uoluntas,& ratio,tenentur regere, & cohibere appetitum sensitiuum eo modo, quo membra exteriora: maxime qn̄ occupantur circa obiecta illicita: & ideo sicut peccatum est, non dirigere actus exteriores,neque eos ab illicitis refrænare: vt si manus mea īterficeret hoīem absq; uoluntatis imperio,peccaret uolūtas potens reprimere,& non reprimens:ita qn̄ insurgit motus in sensualitate circa rem prohibitam,si uoluntas tales motus non reprimit,uidetur in eos cōsentire,& uoluntariè cōcupiscere; quod esse peccatū asserunt oēs Doctores cum Diuo Tho.in 2.sent.d.17.q.1 ar.3.& 1.2.q 74.ar.6. Altera pars ostenditur, quod motus carnis de obiecto non malo, & qui in libertate nostra non consistunt, peccata non sint. Tum quia impossibile est dū in mortali corpore sumus,quod aliquibus carnis illecebris non tangamur: ac ideo si in illis semper esset peccatum ēt ueniale,impossibile esset à tali peccato nos auertere: ac per consequens eadē carnis illecebra demereremur insimul,& mereremur. Demereremur quidē, quatenus carnali appetitu agitamur, mereremur verò quatenus illi resistimus. Tum quia hi naturales insultus, sūt sæpè numero naturales, & omnem rōnem præueniunt, nobisq; ēt nolentibus aliquando accidunt: in ijs aūt quæ a natura sunt, non reperitur culpa,neque uirtus. Tum quia lex uirtutis, & rectæ rationis nequit ad id, quod sopra industriam, & solicitudinem humanam est obligare: tentaret .n. Deus aliàs nos supra id, quod possumus; contra id, quod ait D.Paul.ad Corin.1.10.Cum ergo supra humanam sit industriam, hos oēs, & singulos motus præuenire, seu reprimere,ne cogitatione,& appetitu,aut uoluntate, subito, & in opinanter nobis ēt bonis cogitationib. deditis,oriātur,vt experientia docet:immo prima ēt cogitatio de quouis negotio, quod se primo nobis offert,non in nostra potestate, sed ab extrinseco dicitur esse quatenus ab extrinseco tantum ad eam determinamur:ideo nequeunt motus oēs carnis imputari nobis peccatum.sed hi tātum, qui de prauo sunt obiecto,& in nostra potestate consistunt. Ita D.Thom.1.2.q.74. art.3.ad 2. Barth. Medi.ibid. Nec obstat, si dicatur, motus oēs carnis,siue insurgāt ex corporis perturbatione,& mutatione,siue ex sola imaginatione,& cogitatione,esse effecta peccati originalis,& iō fuisse quodāmodo ī ipso peccato originali volitos,ac proinde sēper esse culpabiles:& hanc ob cām eos à Christo Dño Theologo oēs remouisse: quia sēper culpā hēre videātur annexā:dicente D.P.Augu.li.19.de Ciuit. Dei ca.4.nonnullum peccatum esse, qn̄ caro concupiscit aduersus spiritum.

Respondetur,quòd etsi insultus isti à peccato originali descendant, non tamē imputātur nobis ad nouam culpam, nisi qn̄ de malo sunt obiecto,eosque non cohibemus,cum possumus. Immo crediderim illos nō consequi per se originalem culpam,sed ipsammet carnis naturā,quę secundum se aduersatur spiritui: adeo q̃ si homo crearetur in puris naturalibus, insurgerent hi carnales motus. Et à Christo Domino iure optimo remouentur.

Tum quia vt plurimum procedunt ex inaduertentia, & inde liberatione, quæ in ipsum Christū oī scientia plenum, nō poterat cadere. Tum quia pro isto statu consurgunt ex peccati fomite, & corruptione, qua Christus Dn̄s ex purissimo Virgin.sanguine,diuini spiritus actione genitus prorsus caruit. Nec P.August. quasuis carnis illecebras,appellat peccatū,sed eas tantū, quæ circa prauum obiectū versantur, nec cohibētur, cū possint.

Secunda nunc difficultas explicanda ea est,quo pacto dignoscere possimus,qn̄ carnales hi appetitus de malo obiecto, qui in nostra potestate consistunt peccata sint venialia,& quādo mortifera? Rn̄demus duplicem statuendo regulam,prima eaque vniuersalis est: in his carnis illecebris vt aliquod sit peccatum, necesse omnino esse, vt aduertentia aliqua præcesserit,& cogitatio expressa,quę dicitur actua-

actualis, quod sint malæ moraliter, vel periculosæ; aut saltem expressa aliqua dubitatio seu scrupulus ad minus ĩ genere, ĩteruеniat; quod appetitus ille sit malus, uel mali periculũ habeat, probatur; quia id, de quo nulla est consultatio, non põt esse volitum, neque liberum, ac spontaneum, & ideo neque peccatum. Iam aũt vt de aliqua re possit quis consultare oportet vt illi occurrat aliqua naturalis cogitatio, vel dubitatio circa ipsam, actus siquidem absque aduertentia non est actus humanus dicente Arist. 2. Ethyc. c. 1. spontaneum illud esse, quod procedit à principio intrinseco cognoscente singula, in quibus est actio S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 5. Angel. ver. cogitatio n. 2. Syl. verb. delectatio. q. 1. Armil. ib Caiet. 1 2. q. 6 n. 8. Neque ab re diximus quod sit malus vel habeat periculum mali; quoniam nõ satis est consultatio de commoditate siue vtilitate alicuius rei, sed oportet vt deliberatio feratur in ipsam malitiam moralem quatenus in genere saltẽ malum morale continet. Alia regula ita se habet. Quoties consideratio seu aduertentia est imperfecta, & semiplena, ut quia intellectus alio trahitur, nec plene ac totaliter aduertit, quod illa appetentia sit mala, aut mali periculũ includat, tunc est peccatum veniale; quando autem plene, & totaliter aduertit, nec resistit culpa est mortalis. Probatur, tum quia perfectum peccatum quale est lethale, quod nos a diuina gratia omnino separat, & æterno suplicio addicit, perfectam, & completã considerationem, & non aliqualem requirit. Nec enim de diuina misericordia credendum est, quod velit hominem ex quacumque imperfecta consideratione in culpam labentem, tam grauiter punire. Tum quia teste D. Iacobo, c. 1. suæ epistolę, concupiscentia parit peccatum, peccatum autem cum consummatum fuerit generat mortem. Hoc est, tunc parit peccatum, quando ratio considerat illam ad esse: tunc uero generat mortem, quando ratio plenè seu deliberatè in eam consentit. Tum denique quia ob hanc solã causam excusantur à peccato mortali homines, ex somniis expergefacti à delectatione pollutionis in quam incidunt, si quid mali illis complacuit, antequam plene, & totaliter consentiant.

Quòd autem perfecta, & completa deliberatio in hisce carnis concupiscentiis, quę de obiecto ex natura sua malo sunt, peccatum sit lethale, si talis cogitatio seu deliberatio non cohibentur, nec ei resistitur, patet euidenter. Tum quia non cohibere, cum possis, & debeas, est interpretatiue consentire; dat enim tunc homo operam peccato mortali, quantum est de se, cum sciat uoluntatem esse occupatam in re mala, nec tamen reprimit seu refugit. Tum quia admittens plena deliberatione hasce prauas concupiscentias, exponit se periculo peccandi mortaliter per consensum. Tum demum quia. Non concupisces, est præceptum negatiuum, obligãs genere suo ad mortale; & omnis qui deliberate vult peccare mortaliter, uel exponere se periculo peccandi mortifere, immo etiam si voluntatem habet deliberatam delectandi se de actu, qui est culpa lethalis, peccat mortaliter; arg. c. 1. §. Ponderosus. 49 d. D. Tho. 1. 2. q. 71. ar. 6. Bartholomæus Medina ibid. Ex his colliges primo, falsam esse opinionem Caietani 1. 2. q. 74. art 3. quatenus asserit, motus sẽsualitatis in peccatum, etiamsi rationem præueniant, esse peccata venialia, eo ductus argumento, quòd sensualitas, etsi nõ sit tam libera, quam uoluntas, non tamẽ est adeo serua, vt membra exteriora, cum in ipsam dominetur uoluntas, dominio non dispotito, sed regali, quem Rex habet in ciues qui possent obedire, & esse rebelles teste Aristotele 1. Politicorum. & hanc libertatem licet semiplenam, sufficere ad peccandum venialiter videtur esse assertum à Diuo Thoma in dicto art. 3. ubi affirmat sensualitatẽ esse posse subiectum peccati: & motum sensualitatis, qui preuenit rationem, esse peccatum veniale. Est hæc Caietani sententia non sequenda. Tum quia nullus actus potest esse moraliter bonus, uel malus, nisi ob

do-

dominium quod volũtas habet in illum.

Nec sensualitas potest in peccatũ prorumpere, nisi a uoluntate mota; est siquidem, teste Patre Augustino, uolũtas qua peccatur, & recte uiuitur, & motus omnes carnis in illicita, cũ vix reprimi, aut tolli possint, & quasi naturaliter insurgant in ipsa sensualitate, ultra uires damnaremur, si essent culpabiles: tum ob ea multa, quæ superius sunt adducta.

Vnde licet fateamur Caietano, sensualitatem nõ esse ita subiectam volũtati, sicut externa corporis membra, vt quæ sæpius recalcitret, & resistat; non tamen eã libertatem habet, quæ ad peccandum requiritur, alioquin dormiẽtes etiam somniando, & appetendo in somnijs, seu operando aliquod illicitũ, peccarent, cõtra id quod habetur in Clem. prima de homicidio, & c. Testamentum, distin. 6. & c. Concupiscentia, 15 quæst. 1.

Et quamuis concedamus eam posse esse peccati subiectum, sicut etiam sunt aliæ potentiæ, in quibus actus voluntarius saltem imperatus reperitur: negamus tamẽ eam absq; voluntate posse agere, seu causare peccatum: nec motus primo primi, qui in sensualitate insurgunt, antequam ratio aduertat, & voluntas possit resistere, aliquam habent culpæ notam: sed illi, qui dicuntur secundo primi, & insurgũt seu continuantur, postquam ratio aliqualiter aduertit, & volũtas potest repugnare, quamuis difficile, sed non repugnat: hos enim appellat D. Tho. vbi supra peccata venialia. Colliges etiam ex secunda regula, non esse vndequaque verum id quod dicit Nauarrus in Manuali c. 11. n. 13. & in comment. c. Cogitationis, de pænit. d. 1. nu. 12 § Tertio, quod huiusmodi consensus. & c. sequutus Caietanum, & alios, ad ferendum iudicium de peccato mortali, in non expellendis huiusce carnis motibus, attendendam esse causam, ob quam statim non cohibentur, quæ si sit bona, & iusta, mortale non esse crimen, etsi tunc non repellere; vt si quis nouit se ea ui, & animi uirtute pollere, quod certus sit, non debere ab illis vinci, & in consensum illicitum trahi: vel si omittit expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem derelinqueret, quale est studium, & lectio rerum impudicarum necessaria ad legendum in scholis, aut concionandum populo: quale item audire confessiones de rebus impudicis, & alia huiusmodi; quamuis enim in his sit plena consideratio, & aduertentia, quòd tales insurgentes appetitus sint mali; quia tamen positiue in illos non consentiunt, quamuis eis non resistant, non delinquunt mortaliter.

Hæc sententia non est in covera, quod putat, vltra plenam considerationem, requiri etiam consensum expressum volũtatis, vt peccatum incurratur mortale in his carnis motibus: Immò credimus illũ qui plene aduertit, se illicitum appetitũ habere, si statim non resistit, quacumque ex licita causa id proueniat, etiam si actu non complaceat, peccare mortifere, illãque non resistentiam esse consensum interpretatiuum sufficientem ad culpam mortalem: quæ est opinio D. Thom. 1. 2. q. 47. art. 6. vbi tribuit peccatum voluntati vel imperanti illicitas passiones, uel nõ reprimenti: est etiam Marsilii 2. sent. quæst. 14. ar. 1. vbi docet, motum omnem, qui est in voluntatis potestare, esse peccatum, est D. Bonauenturæ in 2. distin. 29. & aliorum multorum.

Et probatur, quia radix voluntarii, & liberi est cognitio; ac proinde qui habet motum aliquem prauum appetitus, quẽ deberet reprimere, & præcedente plena consideratione malitiæ, nõ illum reprimit, iam est illi plene voluntarius, & culpæ imputatur, non secus ac si positiue cõsentiret. Quod autem causa illa iusta, in qua homo occupatur, nõ excuset à mortali eum, qui illicitos appetitus non reprimit, patet ex eo; quia aliàs posset libere manere in magna delectatione sensus absque ullo peccato: quia si talis causa excusat à peccato, si non resistamus illicitis appetitibus, excusabit multo magis si in illis habitis delectemur, consensu ad minus interpretatiuo, qui est non resistere.

Præ-

Præterea non videtur casus possibilis, quod voluntas negatiue se habeat, dum appetitus delectatur, quia sicut cognitio sensus, in intellectum per naturalem sequelam deriuatur, ita delectatio sensitiui appetitus in volũtatem deriuatur, & p cõsensionẽ quandã semper cũ eo delectatur, nec opus est actu reflexo, quo voluntas uelit delectari, sed eo ipso, quòd non resistit, cõsensũ prębet: & sẽsitiua delectatio voluntatem afficit, propter coniunctionem naturalem quæ est inter sensitiuas, & rationales potentias. Adde, quod omne id quod ex se est peccatum mortale, tenemur effugere, & reprimere, nec excusamur propter officium aut opus honestum; quia sicut honestas operis, nõ reddit bonum id, quod intrinsece est malũ, vt si quis inter recitandum diuinum officium, odium proximi conciperet, & illũ interficere decerneret, vel in hęresim mẽtalem laberetur: Hæc quæ sunt peccata mortalia, non excusarentur ex eo quod aduenerunt occupato in recitandis canonicis horis; ergo cum etiam illicitus appetitus circa adulterium, & huiusmodi vitia, sit ex natura sua peccatum lethale, præcepto negatiuo, Non cõcupisces, prohibitum, inde est, quod, intellectu plene malitiam huius appetitus considerante, tenetur voluntas illum effugere, & reprimere. Tandem causa, quæ solum per accidens concurrit ad aliquem effectum, non tollit naturam intrinsecam talis effectus: iam autem audire confessiones, & legere libros amorum ad prædicandum, & alię similes causæ honestæ, quę nec ex se producunt appetitus illicitos, nec assumuntur ea intentione, vt tales appetitus insurgant, & ita per accidens se habent ad illos, vt qui potius adueniunt, & oriũtur ex parte materiæ, ex eo scilicet, quòd res venerea est materia quæ tractatur, quàm ex parte honestatis, & bonitatis causæ, non potest facere, quin tales illiciti appetitus non sint illiciti, ac proinde fugiendi: & ideo quando plena ratione cõsiderantur tales, tenetur voluntas illis obsistere. Hoc tamen interest quando illi insurgunt ex causa illicita vel licita, quod ad resistendum illicito appetitui, non tenemur causam, & occupationem licitam deserere: sed satis est animum alio diuertere, absque vllo gestu, & motu corporis exteriori: quando autem causa est inhonesta, & illicita, vltra resistentiã interiorem, necesse est talem causam relinquere.

Ex his documenta plurima colliget cõfessor. Primum est, quòd quoties aliquis dat causam iocosis verbis, vel aspectu immoderato, vel curiosa lectione, vel aliqua alia re, & occasione secundum se mala venialiter tantũ, alicui illicito carnali motui, qui fuit pręuisus, & caueri potuit, nõ peccat mortaliter, sed venialiter. Nam quod deliquerit venialiter constat aperte; quia si causa fuit venialis, & inde cognoscebatur futurus talis motus, aliqua erat obligatio euitandi talem causam.

Quod autem non sit mortale peccatũ, non effugere talem causam, quoties animus non trahitur intentione turpis consensus, vel delectationis in illum immoderatum aspectum, seu curiosam lectionem, sed solum intendit delectari visu, aut lectione curiosa, probatur ex eo; quia alias difficile admodum esset in humano conuictu a mortali culpa abstinere; præsertim ex aspectu, qui facile in pulchritudinem fertur, & ea visa delectatur: ac propterea si quis trahatur delectatione sola pulchræ mulieris visæ, dummodo statim ac sentit delectationem seu appetitũ turpem inde ortum, hęc reprimere conatur, non peccat mortifere. Ita Corduba lib. 1. q. 23. dub. 3. & est cõis omnium sñia.

Neque obstat si dicatur, voluntarium in causa, sufficere ad peccatum mortale homicidii, furti, infamiæ, aut alterius dãni, quod proximo infertur, & ideo a simili; cum illiciti motus de obiecto pessimo, sint in causa voliti, quamuis illis postea resistatur, peccatum mortale erit non desistere à tali causa: & sic coniiciens oculos in mulierem pulchram, ex qua visione orti sunt appetitus praui, peccabit mortifere sic videndo. Respondemus, disparem

sparem esse rationem inter hos motus,& alia: Nam cum illi nimis facile, data quacumq; et leui occasione, sequantur, magis voluntarium ex natura rei exigitur in illis ad mortale, quam in homicidio, & cæteris peccatis, nõ quidem tanquã fundamentum generis moris, & malitiæ: ad hoc.n. sufficit quoduis voluntarium; sed vt circumstantia necessaria ad mortale. Infirmitas siquidẽ nostræ naturæ multũ excusat, quę in homicidio,& alijs huiusmodi locum non habet, ad quæ à natura ipsa non ita propensi sumus, vt ad carnis illecebras. Secundum documentum est, quòd quoties hi motus insurgunt ex causa honesta, etiamsi præuideantur, non imputantur vt sic in causa voliti, neque ad veniale, vt in confessione vel lectione studiosa; quia etsi conueniat illis vt sic, aliqua ratio voluntarij nõ directi, hęc tamẽ non obligat, vt opus alias bonum deseratur, propter motũ qui oritur ex naturę infirmitate,& corruptione. Quare circũstãtia illa bonitatis causæ facit, vt illiciti appetitus non imputentur ad culpã, in quã tũ indirectè voliti in causa, dũmodo non sint voliti in se, nec positiue, nec interpretatiue, aliequi vix possemus audire confessiones, concionari,& alijs operibus bonis erga proximos vacare absque peccato veniali;& sic in eodẽ in quo meremur opere, peccaremus, quod est absurdũ. Tertium documẽtũ est, appetitũ, seu delectationẽ omnẽ de opere, quod iure naturali vel diuino, aut humano positiuo, sub culpa mortali est prohibitũ, peccatũ lethale esse, quoties in rẽ ipsã, vt mala formaliter est, fertur appetitus, vel delectatio: secus aũt si delectatio feratur nõ in ipsã, vt malã, sed sub alio respectu, & rõne alicuius bonitatis, aut cõmodi adiuncti; vt qui delectatur, nõ de vulneribus,& homicidijs hoiũm, sed de miris, & nouis quæ in bello aut duello accidunt: quod est delectari non de opere, vt malo formaliter,& secundũ malitiã, quã habet, sed vt malo materialiter,& secũdũ rõnem vtilitatis, aut bonitatis tantũ adiũctæ: ut religiosus põt absque nota mortali delectari in magnis sumptibus,& larga pecunia, authoritate propria erogãda, absq; mortali, quæ tamẽ ei nõ liceret facere, nec uelle efficaciter, itẽ de pollutione seu homicidio in sõno factis, põt quis delectari propter bonũ finẽ; vt de pollutione ob molestiã tẽtationis carnalis vitãdã,& de homicidio, quia iam ille non versabitur in periculo vitæ suæ spiritualis, si credatur in gratia discessisse:& tñ hæc efficaci uoluntate velle, sẽper est mortale. Eodem modo licebit gaudere de furto alicui facto: quia iã ablata sit ei occasio auaritiæ, & aliorũ peccatorũ, ad quę eũ pecunia mouebat:& tamen non liceret velle efficaciter tale furtum, neque illud suadere. Ratio verò documẽti ea est: quia uoluntas efficax sumit rõnẽ bonitatis, aut malitiæ ab opere circa q versatur:& ideo si opus est mortale, et voluntas erit lethalis: sed delectatio de opere peccati, uel displicentia de opere virtutis, non sumit malitiam ab opere, circa quod versatur, sed ex se, quatenus continet deformitatẽ, & oppositionẽ cum aliqua virtute; vt delectatio de propria excellentia, habet oppositionem cũ uirtute humilitatis:& delectatio de quocũq; peccato; ut offensa Dei est, habet oppositionẽ cũ charitate:& delectatio de peccato: vt est contra legẽ superioris, opponitur uirtuti obedientiæ. Item delectari de furto, homicidio, aut alio malo proximi, quatenus malum illis est, opponitur charitati, vel beneficentiæ, quæ gaudet de omni bono proximi, & ita dicendum de cęteris: quare ea delectatio, quæ non habet oppositionem notabilem, cum aliqua virtute, etiamsi versetur circa opus illicitum, non quatenus illicitum, sed prout consideratur sub ratione nouitatis, commodi; aut bonitatis, non erit mortifera. Diuus Thomas 2.2. quæstion. 36. art. 2. Alex. in tract. de Maledic. Nauar. in cap. Inter verba 11. quæst. 3. & in addit. cap. Quando de consecrat. dist. 1. & in Manual. ca. 15. num. 11. §. Vndecimo peccat. Syluester, uerbo Delectatio, quæst. 1 in fine.

CASVS XXVII.

Felix à pueritia Christianam doctrinã à nullo didicit, vt qui pascendis in agro ouibus occupabatur: & ideo fideì symbolúm, orationem dominicam, & decem legis præcepta nescit, admonitusq; sæpe a confessoribus, vt hæc addisceret, tamen partim ob verecundiam, partim ob negligentiam, id nunquam fecit. Nunc autem in virili ętate, quamuis elaboret maxime in his memoriæ tradendis, nequit tamen aut verbum vnum retinere.

Quæritur: an hæc nesciens, debeat a confeßore absoluit?

RESpódeo, certum esse fidelem quemlibet inter Christianos pręsertim natum, & educatum, teneri sub reatu mortali ad fidei articulos, qui in symbolo cótinẽtur sciendos, & credendos: iuxta illud S. Athanasij. Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem. Nec nó ad decalogi pręcepta, quorum obseruatione salus acquiritur, scienda; secundum illud Christi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata; & tandem ad ea, quę in dominica oratione petuntur cognoscenda: cum absque obsecratione nemo diu perseuerare valeat in obseruandis Dei mandatis. Hæc tamẽ ipsa memoriter addiscere, aut ordinatim recensere secundum formam, qua descripta feruntur, non obligamur diuino, sed humano iure expresso in ca. Vos ante de consecr. d. 4. & in Conciliis tam Toletano 4. & 9. quam Remensi, c. 2. & in multis constitutionibus synodalibus diuersorum Episcopatuum, & præcipue Archiepiscopatus Bononiensis, & Episcopatus Sabinensis, quib. illustrissimus dominus meus Cardinalis Paleottus præest, qui in Christiana doctrina singulis diebus festis post prandium à Parochis exerceri pueros, stricte præcipit, & confraternitatem quandam hominum, & mulierum instituit, quib. hæc cura præcipue esset cõuocandi ad ecclesiam pueros, ac puellas, eosque ibi per varias classes diuisos, instituendi in tota Christiana doctrina, quib. congregationibus ipse præsens sæpe erat: & pueros de doctrina Christiana se ipsos interrogantes audiebat, & datis præmijs, ad hoc diligentius agendum alliciebat, vixque in illis diœcesibus iuuenem reperias, qui in omnibus fidei rudimentis, non sit optime instructus.

Et quamuis Nauarrus in c. 20. de oratione, & horis Canonicis. nu. 20 existimet, hanc obligationem sciendi memoriter, Pater noster, & Credo, ac decem præcepta, esse culpæ solum venialis: ego tñ existimo esse mortalis: quia licet nascatur ex humano iure, est tamẽ in materia graui, & ab omnibus Episcopis summo vigori iniuncta, qui Parochos in docenda Christiana doctrina negligentes acriter puniunt: id quod pro veniali culpa fieri non consueuit.

Adde, quòd nullus potest distincte credere, quod ignorat, nec vitam dirigere ad normam legis, quam nescit: & ideo qui negligens est in addiscendis iis, quę sunt fidei, nec scire curat præcepta decalogi, nec ea quæ spectant ad officium, & statum suum, non potest a culpa mortali excusari, vt notat Panormit in ca. Cum in cunctis, & in c. Qualiter, de elect.

Præterea, si parentes mortifere delinquunt, quando ex negligentia non docent filios signum Crucis, & Credo, Pater noster, Aue Maria, & decem pręcepta legis, vt communiter asserunt Summistæ, verb. Scientia, ergo etiam filii, qui hęc addiscere nolunt, & in illis sciendis ac memoriæ dandis nullam prorsus curã adhibent, a me, tali culpa excusari nequeunt. Tandem, etsi nullum iure communi sit pręceptum expresse obligans ad hæc memoriæ mandanda, seu recitanda eo præcise ordine, quo descripta sunt, nihilominus tamen est consuetudo generalis in omni diœcesi recepta, vt parentes, & parochi hæc pueros doceant, & ad ea scienda, & memoriter dicenda compellant;

sant; quæ consuetudo, sicut Parochos ea in re nimis remissos, & negligentes obligat; sub culpa mortali; vt colligitur ex verbis Concilij Tridentini session. 24. ca. 4. vbi dicitur Episcopi in Dominicis saltē, & alijs festiuis diebus, pueros in singulis parochijs, fidei rudimenta, & obedientiā erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad quos spectabit, doceri curabunt, & si opus sit etiam per censuras Ecclesiasticas compellent, &c. Compulsio autem per censuras ecclesiasticas non fit, nisi in materia peccati mortalis: Ita subditi nolentes addiscere, & horum ignorantiam propria voluntate affectantes, non excusabuntur a mortali: & ideo in Bononiensi diœcesi est iure optimo interdictum, ne patrinus ad baptismum assumatur, qui Pater noster, Aue Maria, Credo, & decē præcepta, recitare memoriter nesciat: qa patres ad doctrinam fidei puerum edocēdam esse non merentur, qui hęc Christiana rudimenta ignorant. Immo, & qui hæc ipsa memoriter non dicunt, matrimonio copulari ibidem prohibentur: male enim filios suos hæc edocebit, qui illa scire flocci fecit.

Hinc sequitur nequaquam esse absoluendum eum, qui vel ob negligentiam, vel verecundiam, hęc addiscere non curat; vt qui velit in peccato mortali persistere, & quæ ad statum suum spectant ignorare ob talium ignorantiam exponens se periculo probabili non credendi, vt oportet; non orandi, quando necessitas vrget, & non agendi quæ Dei lege præcipiuntur.

Postquam tamen sic ignorans pro viribus elaborat, vt hæc memoriæ tradat, & nec verbum vnum retinere potest, dū modo tamen credat singulos articulos, quando sibi proponuntur a ministris ecclesiæ, & sciat de illis, ac de præceptis decalogi respondere, quando interrogatur, & deprecetur Deum, intendens saltem virtualiter ad ea quæ in oratione, Pater noster, continētur, absolui tunc poterit: quia præceptum ecclesiæ de his ordinate addiscendis, & memoriæ tenendis, obligat solum prout hominis vires ferunt: nemo enim ad sibi impossibile tenetur arg. l. Impossibilium. ff. de reg iur. & c. Nemo ad impossibile. eod. tit lib. 6. & in omni præcepto legis positiuę admittitur exceptio causę rationalis. c. Si quando de rescriptis. Quare in casu præsente, quamuis iste Felix in toto præterito tempore, in quo potuit hæc addiscere, & memorię cōmendare, nec tamen voluit, in peccatum mortale incurrerit: attamen nunc de eo pœnitens, & in illis addiscendis toto conatu enitens, nec verbum vnum retinere potens secundum ordinem, quo ab aliis recitari solent; sed interrogatus, de omnibus respondet, vt Christianum hominem decet, credendo distincte omnes fidei articulos in Symbolo contentos, & solemni Ecclesiæ ritū celebrari solitos; petendo item à Deo ea, quæ saluti animæ suæ sunt necessaria, nec non peccata quæ Decalogi præceptis aduersantur dignoscēdo, & fugiendo, absolui debet vt docet Diuus Thomas communiter receptus 2. 2. q. 2. ar. 8. Palud. in 4. lib. sent. dist. 15. q. 5 Angel. Syluest. & Ioan. Tabien. in suis Summis verbo fides, & verbo Scientia.

Non facile tamen confessor credat dicenti se carere memoria adhæc addiscēda. Pauca enim, & facilia hęc omnia sūt, & quæ si paulatim addiscantur; & cum diligentia retineri memoriter poterunt: Et in iis quæ obligant ad culpam mortalem, non est leuis excusatio admittenda. vide Pegnam in primam partem directorij schol. 18.

CASVS XXVIII.

Dominicus centum scuta habet destinata ad dotem puerculæ Neptis illaque dat mercatori ad negotiandum eo pacto, vt tempore quo Neptis nupserit, nō modo centum illa integra restituantur, sed etiam lucrū singulis annis accrescat capitali ad rationem sex pro centenario: & ita post duodecim annos quando neptē

matrimonio coniungit ex capitali, & lucro, & auctario, petit scuta fere trecenta. Mercator autem cui in negociando ex votis non successit, nec summam tantam reddere nunc potest, absq; bonorum suorum iactura, & ex altera parte si dos hæc statim non soluatur matrimonij contractus non celebrabitur, idq. verget in grauissimum puellæ damnum, agitatur stimulo conscientiæ, & confessorem consulit.

Quæritur, An contractus ille cum mercatore sit illicitus, teneaturque potius aliquo damno suo prouidere, quam maximo puellæ?

DVo inquirit præsens casus. Vnum est, an dictus contractus cum mercatore initus, sit licitus? Alterum, an debitor teneatur soluere cum damno proprio, ne creditor illud patiatur.

Et quod ad primam dubitationem attinet, & in ea sum opinione vt putē, hunc contractum si bona fide, & absq. vlla fraude fiat, esse licitum. Non quidem ea ratione, quam Ioannes Andreas, & nonnulli alii, in c. Per vestras de donat. inter vir. & vxor. reddunt: quod in fauorem Ecclesiarum, viduarum, pupillorum, ac similium, pietatis operum cum illo lucro mutuari potest.

Hoc enim falsum esse constat, quia lucrum ex mutuo, est vsura, quæ cum sit diuino iure prohibita, nullam ob causam potest, fieri licita, neque etiam ob redimendos captiuos; vt dicitur in c. Super eo, de vsur. Sed ideo contractus iste redditur licitus, quia æquipolenter, & virtualiter tres hic cōtractus interueniunt. Primus societatis, in quo dantur pecuniæ dotales mercatori ad negociandum. Secūdus, assecurationis sortis huius principalis. Tertius assecurationis lucri certi: relicta aliqua parte lucri incerti probabilis, pro vtraque assecuratione. Quos tres contractus cum eodem mercatore insimul, ac eodem tempore, tacite, ac virtualiter intendi, & celebrari posse non aliter, quam cum diuersis personis disiunctim varijs temporibus, ac formaliter, & explicite, affirmat Angelus, & Syluester in suis Summis. verbo Societas, & probat latissime Nauarr. in Manual. c. 27. n. 252. & in Comment. de vsuris in c. primum. 14. q. 3. nu 64.

Quæ veritas corroboratur. Tum ex c. Per vestras de donat. inter virum, & vxorem. Vbi Papa iubet vt marito vergente ad inopiam, vxoris dos ponatur apud aliquem mercatorem, quò ex parte lucri honesti, onera matrimonii sustentet. Et sic constat summi Pontificis intentionem fuisse, vt dos salua semper maneret; quia ob id præcipiebat illam à marito auferri, sed, vt lucro ex ea habito, onera matrimonij sublearentur, iubebat mercatori tradi: quæ duo scilicet capitale manere saluum cum lucro certo non possunt ab vsuræ labe reddi libera alio modo, quam per supradictos tres contractus virtualiter intentos: vnum societatis, in quo dos erat exposita periculo; alium assecurationis ipsius dotis; tertium assecurationis lucri certi, relicta pro his mercatori parte reliqua totius incerti lucri. Ergo dare pecunias mercatori ad lucrum certum, cū intentione trium contractuum erit licitum. Tum quia in multis Italiæ partibus etiam Romæ ante Papæ oculos in diuersis erectis montibus, hoc ipsum seruatur vt homines dent suas pecunias mercatoribus, cum certo lucro quotannis, nec fit alicui de hoc scrupulus; id quod tamen aperta esset vsura, nisi intentio contrahētium esset hos tres insimul inire tacite cōtractus, societatis, & assecurationis capitalis, ac lucri.

Nec credendum est Episcopos litteris, & virtutibus insignes, imò sanctissimum Papam Romæ, velle permittere ita publice hanc antiquam consuetudinem dādi mercatori pecunias cum annuali certo lucro, si ea omnino esset vsuraria, & iuri diuino contraria; sed si eam permiserunt, & permittunt, ideo est, quia origī nem habuit a modo licito contrahendi

cre-

societatem cum præfata duplici assecuratione, capitalis, & lucri certi, relicto toto lucro incerto, sed multo maiori, ipsi mercatori, cum qua eadem intentione, saltē virtuali, nunc continuatur: quia de quolibet præsumitur velle lucrari, modo licito potius quam illicito. Et cū sit antiqua, & immemorabilis cōsuetudo, habet vim statuti, & per eam probatur titulus, ac priuilegiū quod allegatur pro illa l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. & c. Super quibusdā §. Præterea. de verb. sign. Neque obstat quod Caiet. in opusculis suis, trac. 31. resp. 11. expresse asserit, cōtractum societatis, quo saluo capitali redd ātur scuta quinque pro centū de lucro, non excusari ab vsura per præfatos tres contractus subintellectos, eo quod ex natura ipsius contractus societatis non intelliguntur, & proinde hoc volito, non statim alii intēduntur. Vn̄ Caiet. expresse damnat contractum cuiusdam societatis ex Germaniç partibus in has allatum, quo quis dabat in societatem centū alicui mercatori saluo capitali, eo pacto, vt sibi redderētur scuta quinq; in anno pro parte sua lucri ex eis requirendi. Addit ēt quod hoc modo latissimus aperiretur campus nobilibus dandi pecunias ad vsuram sub colore initç societatis cum mercatore: quia de lucro certo, saluo capitali, possent facile se excusare per illas assecurationes virtualiter intentas. Hæc tamen omnia non obstant, immo ipsemet Caietanus approbat præfatos tres contractus insimul cum eadem persona celebratos: per eosq; liberari certum lucrum, sorte principali manente secura ab omni vsuraria labe, affirmat, vbi supra. ar. 2. Quare ad primum respondemus, quod contractus societatis, si prçcise consideretur, & ex sola natura sua, prout distinctus à cæteris, non sufficit, vt per ipsum solum iustificetur lucrum certum, redditum conferenti pecunias, quin sit vsura, vt probat argumentum: Attamen consideratus vt coniunctus cum præfatis duobus, & quatenus isti vel formaliter, & expresse, vel saltem æquipolenter, & tacite per cōtrahentes intenduntur: tunc certum illud lucrum, pro pecuniis in societate datis, accipere annuatim, non est vsura, vt supra declaratum est. Ad secundum dicimus, quod consuetudo illa dandi mercatori centum in societatem, vt saluo capitali reddantur eis quatuor in anno, tunc erit illicita quando id fiat ex vi solius cōtractus societatis, nullo alio addito, & hoc modo reprehenditur a Caiet. sed nō erit illicita, quando alii duo contractus assecurationis, cum eo, qui est societatis, coniunguntur; vt quando intentio eorum, qui sic societatem iniunt, fuit tacitè, & æquipollenter assecurare capitale, & lucrum certum, relicto toto incerto maiori lucro, ipsi mercatori: hoc enim casu consuetudo per hos tres cōtractus formaliter, & expresse cæpta, & postea per eodem tacite, & virtualiter continuata, licita est. Ad tertium negamus ex nostra opinione aperiri viā latam nobilibus ad exercendas vsuras. Imò, ut illorū consciētias securas reddamus, præscribimus modum, quo lucrum illud certum, pro datis mercatori pecuniis, accipere licite poterunt: Si non intendant mutuum, sed verā, & realem societatem: &, ne capitale periculū subeat, intendant delinquere mercatori aliquam quātitatem lucri incerti pro assecuratione eiusdem capitalis, & aliam quantitatem ipsiusmet lucri incerti pro assecuratione certæ partis lucri certi: vt, si ex centum scutis in societate positis, verisimile lucrū sit duodecim vel quindecim, deductis expēsis, accipiāt quīque vel sex, relictis aliis duabus partibus mercatori pro securitate pricipalis sortis, & pro redemptione lucri dubii, pro certo. Non ēt huic opinioni nostræ officit, quòd illi sit omnino contrarius Sotus de iust. & iur. lib 6. q 6. art. 1. Vt qui putet, hos tres contractus cum eadem persona non posse celebrari: & ideo dare mercatori centum, vt reddat aliquod certum lucrum, esse contractum omnino vsurarium: eo quod societas sic per mercatorem assecurata est vere mutuum, quia pecuniç transeunt in eius dominium, & merca-

H tores

tores periculo manent, ac proinde potest illis pro li ito vti, vel negotiãdo, vel predia emendo, vel aliàs distrahendo: vt quę sibi per. unt, & suo commodo seruantur: quo fit, vt tres isti cõtractus, siue insimul, siue succ: ssiuè, cum eadem persona fiãt, sibi ad inuicem repugnent, cõuertantq; societatem in mutuum: remanente dominio pecuniæ penes solum mercatorẽ, & non penes singulos socios. Non.n.hoc officit: tum quia nulla est ratio vrgens, ob quam Sotus concedat, hos tres cõtractus cum diuersis personis fieri licitè posse: & non cum, vna, & eadem. Siquidẽ propter societatem initam mercator non redditur peioris conditionis, quam alii. Tum quia falsum est dominium rei eo solo in alium transire, quod periculum in se recipiat: vt patet de commodo ad certum vsũ cum pacto, ut totum periculum sit apud commodatarium: vel de deposito cum pacto, vt custodientis periculo maneat, nec proinde tamen rei cõmodatæ dominium in commodatarium transit; nec depositi dominiũ in depositarium, vt satis patet in c. 1. de commodat & in c. fi. de deposito, l. 1. & l. licet, ff. de posit. Tum quia reddẽs pecunias mercatori in societatem, tradit illas non absolute, sed cum onere, & modo, vt eis vtatur in talẽ negotiationẽ, aut in emptionem talium mercium, & põt discedere à societate, & suas pecunias repetere, si contrarium fiat, maximè qñ id in pactũ deduxit: imò põt ẽt addere pœnas si aliter, quam conuentũ est, negotietur, non obstante assecuratione capitalis, & lucri certi: ergo non est in potestate mercatoris datis sic pecunijs, vti pro libito, nec eas in alios v sus, quã in eos, ad quos sunt traditę, expendere arg. l. Si conuenerit ff. pro socio. & leg. legatũ ff. de administ. rer. ad ciuit. pert. Et in Clementina, quia non contingit de relig. dom. Quare fundamentum Soti cum sit iuri contrarium, neque pecuniæ in societatem datæ cum præfata duplici assecuratione, habeant rationem mutui, neque illarum dominium in recipientem transeat, sed verè sit eius, qui pecunias societati tradidit: ideo veritati nostrę sentẽtiæ nihil nocet. Aduertat tamen confessor, ne excessus lucri certi, quod exigitur, iniustum reddat hunc contractum: oportet.n. vt maior pars incerti, & probabilis lucri, relinquatur mercatori, pro assecuratione sortis principalis, & lucri certi, quantum valet periculũ, cui merces sunt expositæ; quia si haberetur tantum ratio quantitatis pecuniæ, seu mercium, quæ negotiationi exponuntur, & non iacturæ, industriæ, & laboris, quibus assecurator se offert, inęqualis esset societas, & vsuram saperet. Valor huius assecurationis non est iure taxatus, sed peritorum iudicio est arbitrãdus: semper tamen ea debet esse intentio contrahentium, vt, si nullum ad sit lucrum, nec facta sit mercium iactura, nihil omninò pro assecuratione petatur: quia iniustitia committeretur. Sic ẽt quãdo assecurans, minus lucri, quam par est recipit, & persona est, quę donare potest, si liberè illud minus accepit, non erit tũc illicitum, cum possit quisque de suo facere, quod voluerit. Ad secundum quod petebatur; an debitor soluere teneatur cum proprio damno, ne creditor illud maius patiatur, respondeo teneri; quia statim ac res, cuius sum dominus, est necessaria, & in contractu nõ est cõtrariũ expresũ, non est ius alteri eã retinendi, me inuito.

CASVS XXIX.

Paulus habet pecunias rerum frugiferarum emptioni expositas; sed, quia timet in emptione decipi posse, rogat amicum, ut quærat aliquem, cui mutuo tradat has pecunias cum interesse lucri uerisimilis cessantis: amico tamen ingeritur scrupulus de usurę labe.

Quæritur, An pro mutuatis sponte pecunijs, possit lucri cessantis interesse peti?

PRo intelligentia presentis casus notandum est primo duplex (quod ad rem pertinet) interesse repetiri, vnum quod appellatur damni emergentis, alterum

eresse lucri cessantis. Illud est interesse vel quod mutuans perdit de suis rebus, vel quod desinit lucrari, ideo quod mutuat, siue quia ad præscriptum diem non soluitur: vt si habeam pecunias paratas ad reficiendam collabẽtem domum, vel ad parandos ageres aquæ molendinorũ, vel ad emendum triticum familiæ meæ alendęque necessariũ, seu ad debita mea soluenda, & quia alius petit illas mutuo a me, non efficio hæc quę decreueram, sed post mutuatas pecunias domus corruit, molendinus non molit, triticum duplo carius venditur, res meas, vt debita persoluam, vili pretio vendo: damnum hoc ex mutuatis pecuniis mihi subsecutũ, dicitur interesse damni; aliquis habebat certas pecunias ordinatas, seu ad negotiandum vel emendum rem frugiferã, ita vt (moraliter loquendo) essem illis lucraturus centũ vel ducẽtum singulis annis: & quia alius, vt suæ necessitati prouideat, mutuo eas petit, ego desisto ab hac lucrosa emptione. Notandum secundo, potentiam ad lucrandum in pecunia, dupliciter inesse pecuniæ, vno modo naturaliter, & vt cõsideratur natura pecuniæ absolutè secũdum se, & vt de ratione cuiuslibet pecuniæ est, quod possit esse instrumẽtum ad contrahendum, & agendum, siue per emptionẽ cuiuscunque rei. Alio modo conuenit potentia ad lucrũ pecuniæ accidentaliter, & prout solũ stat sub industria negotiantis, & hæc vocatur potentia pecuniæ, vt substat industriæ, nec semper est vniformis, sed maiora vel minor prout industria negotiãtis maior seu minor extiterit; & quãuis apud oẽs conueniat, potentiam priorem pecuniæ nõ esse valoris distincti à pecunia, sed idem omnino iuditiũ, & pretium habendum esse de pecunia, & de hac potentia lucratiua, quæ eam naturaliter comitatur, & proinde sicut non licet aliquid accipere vltra sortẽ ob pecuniam mutuatam, ita nec ob hanc potentiã suam naturalem; cęterum de secunda potentia lucratiua, prout substat industriæ negotiatoris, non est dubium valoris esse alicuius distincti a valore pecuniæ; sicut potentia sementina, quę naturaliter inest tritico, licet non sit diuersi valoris, quòd tamen aliquis illud iam satum habet, vel satui præparatũ, & destinatũ plus aliquid val.et: & ideo fur, qui rapuit granum paratum ad seminandum tenetur restituere non solum tantũ triticum quantum accepit, sed ẽt aliquid plus, respondens illi potentiæ quam habebat, vt satum, vel vt seminandum, quę maioris est prętii ad arbitrium boni uiri, prout magis erat præparatum, ordinatũ, approximatum vel sparsum, vt declarat Caiet. 2.2.q.78. ar.2. Notandum tertio, posse dupliciter quem moueri ad mutuãdas pecunias, vno modo per vim, seu fraudem, & omnino inuoluntariè: vt cũ Rex, ciuitas, aut alius cogit quem ad mutuandas eas pecunias, quas negotiationi seu emptioni rei fructiferæ destinatas habebat. Alio modo voluntariè, & libenter, vt cum vel ad preces amici, vel ex se ipso, incitatur ad mutuandas has ipsas pecunias ordinatas ad lucrum. De mutuante vi, & fraude concors est Doctorum sentẽtia posse absque peccato vsuræ, exigere tã damnũ emergens, quam lucrum cessans.

Tum quia mutuans inuitè, patitur iniustè damnum, & ideo potest eius recompẽsationem iustè petere. Tum quia in c. Conquestus, de vsuris, decernitur licitũ esse post moram hæc postulare, ideo quia ille, qui mutuauit pecunias reddendas certo die, si transacto die non soluuntur, & habebat illas tunc destinatas ad aliquod lucrũ, patitur eã solutionis dilationem inuitus, vt ibidem notat glossa. Confirmatur ex leg. Cũ quidam ff. de vsuris, & ex leg. Vsuras. C. eod. tit. Vbi emptor, qui in solutionis mora fuerit cogitur vsuras soluere vẽditori, non ob aliam rationem, quam quia inuitus patitur damnũ, Syluest. verbo. Vsura 1.q.9 Medina. C. de Restit. Sotus de iust. & iur. lib. 6.q.1. art.3. Nauar. in Manual. c. 17. nu.211. & in commentario de Vsuris nu.42. Fr. Petrus de Aragon. in 2.2.q.78.ar.2. Conuenit etiam inter Doctores omnes, interesse emergentis damni, posse exigi, etiam si

neque fraus, neq. mora vlla interueniat, sed libenter, & spontaneè quis mutuet: vt si quis timeat mutuando pecunias, domum suam passuram ruinam vel frumẽti pretium augendum, vel soluturum vsuras, potest licitè in pactum deducere, q̃ ille cui mutuat, hæc damna præcisa, & subsequutura resarciat, & persoluat. Duabus tamen interuenientibus conditionibus prima est, vt spõtè mutans admoneat mutuatariũ de huiusmodi damno persoluendo: quia id sciẽs recusabit forsan sub tali conditione mutuum accipere, & proinde fit illi iniuria, si, eo ignorante, & nolente, aliquod vtra fortem mutuans accipiat, vt docet Diuus Thom. 2. 2. q 78. ar. 2. ad 1. Altera conditio est, vt damnum illud mutuans vere incurrat ob mutuatas pecunias, neq. ad illud subeundũm alio titulo teneatur: Aliàs erit vsura palliata, sub specie euitandi damni; & ideo, si quis mutuaret Regi, vt non solueret tributa, vel mutuaret creditori, vt non solueret debitũ, esset vsurarius, eo quod hæc dãna, quæ euitat, aliunde proueniunt quam ex mutuo. Ita Caiet. & Fr. Petr. de Arag. vbi sup. His sic positis, difficultas inter Doctores controuersa illa est An spontè mutuans, siue id facit ad preces alterius, siue se ipso motus possit lucrum cessans in pactum deducere, & ratione huius lucri cessantis, aliquid vltra fortem petere. Nõ desunt grauissimi tàm iurisperiti, quam Theologi, qui arbitrantur, non posse libenter, & spontè mutuantem, exigere ob lucrum cessans aliquid vltra fortem: idq. vsuram apertam sapere. Tum quia huiusmodi lucrum est omnino incertum, & variis adhuc expositum periculis: & ideo iniustum videtur, certum aliquid pro eo velle: Tum quia nulla lex ciuilis, aut canonica dabitur, quæ tale lucrum cessans permittat: Nam in leg. Cum quidem ff. de vsuris. vbi hæc verba continentur; vsuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infligũtur: & reddens causam subdit; quia antequam sit mutuatarius pecuniam mutuatam, post moram autem non item: ex quibus verbis apertè colligitur, quod quia illa mora est inuoluntaria, & infert vim mutuanti, cui ideo quod pecuniæ non soluuntur, cessat a lucro faciendo, vel cogitur damnum pati: ideo accipere poterit aliquid vltra fortem, quod nõ potest, cessante mora, & quando spontaneè fit mutuum. Tum quia lucrũ alicui cessare nõ dicitur, nisi quando ipse ab eo inuoluntariè cohibetur. Qui. n. spontè cessat à negotiatione, nõ dicemur proprie, quod illi lucrũ cessat, sed quod ipse est qui cessat a lucrando; & ideo nihil iam ob istud lucrũ cessans, poterat vltra fortem exigere. Et confirmatur, quia si negotiator vltro offerat pecunias mutuo nihil põt accipere vltra fortẽ, quãtũuis pecunias illas negotiationi expositas habeat, ut cõmunis habet sẽntẽtia, & nos inferius probabimus: ergo neque ẽtsi rogatus mutuet: quia cũ vtrobique cessat spontè a lucro, & libens absq; vlla vi mutuet, illa spontanea mutuatio efficit, vt pecuniæ amittant potentiã illã lucratiuã, quã habent, vt substant industriæ negotiantis. Hanc opinionẽ sequitur Ioannes Andreas, & Innocentius in c. Nauiganti de vsuris, Antonius in c. Salubriter eod. tit. Sotus & Duran. in 4. sent. d. 17. q. 2. eãque putat securiorẽ in conscientia Sotus de iust. & iure li. 6. q. 1. ar 2 Alii ex diametro sentiunt, nullã esse vsuræ labẽ, quod mutuans ẽt ante morã mutuatarii, siue rogatꝰ, siue spõte sua mutuet, paciscatur de lucro cessante, seruatis quatuor cõditionibus: prima ut lucrũ cessans sit verũ, & nõ fictũ; secũda vt mutuũ sit causa amissionis lucri; tertia lucrũ nõ excedat interesse futurum: quarta ut non exigatur tantum, quantum creditur lucrum cessans: sed deductis laboribus, & expensis, attentoque ẽt quod lucrũ est in futuro, & in periculo, & quod valet minus nõdum habitum (licet speratum) ob eius incertitudinem, quã valet actu existens. Huic opinioni adhæret Nauarr. in Manu. cap. 17. num. 211. & in comment. de Vsuris, n. 43. & pro ea multos citat Doctores, varias rõnes ad eã ꝓbãdã adducit, cui ascribit F. Petrus de Aragonia in 2. 2. quæst.

q. 78. art. 2. conc. 4. Potiora quibus hæc opinio fulcitur argumenta, ea sunt. Tũ quia is, qui mutuat pecunias negotiationi expositas, habet lucrum in potentia, maius, aut minus pro ratione suæ industriæ: quod potentiale lucrum, cũ sit vendibile, poterit mutuans illud licite in pactum deducere, & sic petens aliquid ob illud, non petit plus quam habebat, & dedit. Tum quia vnicuique artifici licet artis suæ instrumenta locare, & id, quod illis lucraturus erat, exigere. Iam autem pecuniæ negotiationi paratæ sunt veluti instrumenta ad lucrandum. Confirmatur quia artifex non solum quando vi, aut fraude instrumenta suæ artis surripiuntur, sed etiã quando alterius precibus illa concedit, vel dono dat, potest licite in pactum, commodum lucri cessantis, deducere: ergo pari ratione poterit mercator lucrum cessãs pecuniarum lucratiuarum petere, et si vltro mutuet.

Tum quia si ille, cuius causa alicui, ipso inuito, lucrũ cessat, tenetur ad illius restitutionem, vt oẽs affirmant: & hinc colligunt, quòd, qui efficacem causam dat, ne aliquis assequatur bonum, quod erat habiturus, tenetur ad interesse amissum: & proinde fur, qui rem abstulit alienam, obligatur ad omne interesse vltra rem ablatã: & detinens agricolam, seu artificẽ obnoxius manet ad resarciendum interesse cessans: & qui impedit ne semina fructificent, aut arbores pullulent, tenetur restituere verissimile lucrũ: ergo et in proposito casu, cum ille, qui mutuum accipit quocumque motiuo sibi datum, impediat efficaciter, ne mutuãti lucrum accrescat, quod suum erat in potentia proxima: licitum erit pro illo, aliquid vltra sortem petere. Nam sponte mutuans, etsi cõsentiat in mutuatione, velitq; cessare à lucro, nequaquam tamen vult gratis ab eo cessare, sed ea conditione, vt sibi resarciatur.

Tum quia inuoluntarie, seu voluntarie, vltroneè, vel precatus à lucro cessare, non iustificat contractum, nec liberat eũ à labe vsuræ, si ex sui natura est vsurarius: vt. n. mendacium, nec sponte nec vi reddi tur licitum, ita neq. vsura, quæ diuina lege est prohibita, tanquam intrinsecè mala, & ideo si ratione lucri cessantis pòt absq; vsura mutuãs coacte, exigere aliquid vltra sortem, poterit et si sponte, & vltroneè mutuet: Iustitia. n. commutatiua nõ ex hac, vel illa intentione, sed ex æqualitate, rei datæ, & acceptæ, est attẽdenda. Nã quamuis rusticus, vel officialis velit lucri iacturam charitate vel pietate motus, facere: adhuc potest, ratione interesse, ab eo, cuius amore illud amittit, aliquid accipere, cũ illud interesse amissum sit pretio æstimabile. Tandem in ca. Peruenit. de fideiussoribus, iubet Summus Pontifex de omni damno, & interesse satisfaciẽdum esse fideiussori, quando ex fideiussione illud incurrit, ut ibi notat Glossa; constat autem, quòd fideiussor mutuat cum fideiubet: & ratio textus est, ut fideiussor sic seruetur indemnis: quia non est æquũ ut dispendium patiatur, unde meruisset præmium; ergo voluntariè, & vltroneè mutuanti, pro interesse satisfieri debet.

Confirmatur ex c. Religiosi, Clem. de Priuilegiis vbi Religiosi retrahentes aliquem à legatis faciendis, coguntur satisfacere læsis, & non nisi quia causam præstiterunt, ut personæ, quæ alioqui per viã legati erant aliquod lucrum assequuturæ, illud amittũt. Ergo a fortiori, qui mutuantem à lucro sperato, quauis ex causa iusta, vel iniusta, impedit, ad satisfactionem obligari poterit. Facit ad idem tex. in c. Nauiganti de Vsuris. vbi Põtifex decernit, quod vendens res ad terminum, põt licite plus exigere, si est probabile aut verisimiliter dubitatur, plus valituras: ex quibus aperte videtur colligi, posse coactum, interesse in pactum deducere. Nos inter has duas sententias, mediã putamus esse in conscientia tutiorem, vt nec oẽs damnemus, qui ratione lucri cessantis aliquid vltra sortem in mutuo petunt: nec liberam demus quibuuis ansam, vt potius quærant lucrum certum, & absq; vllo labore per viam mutui, quam incertum, & laboriosum, per viam negotiationis. Et ideo in ea sum sententia, vt pu-

tem illos, qui neque vi, neque fraude, neque ad aliorum importunam instantiã, sed mere spontanee, & à se ipsis tantum mouentur ad mutuandum, non posse lucrũ cessans, in pactũ deducere: etsi quidpiam vltra sortem petant, vsuram committere. Dixi, mere spontanee, & à se ipsis tantum moti, vt excludam eos, quos proximi indigentia, & necessitas præcipuè excitat: hæc enim pro inope agit, instar importunarum precum: & ideo qui per mutuum spontaneum, sed charitatiuum, huic succurrit, quamuis aliquid pro interesse postulet, non erit vsurarius sed vsurarij erunt omnes spontaneè mutuantes, vt qui malunt ex mutuo consequi lucrum, quàm ex negotiatione. Probatur hæc nostra sententia. Tum quia ille, qui mere spontaneè mutuat, & à se ipso tantum motus, iam animus illi verus, & realis deest negotiandi: ac proinde nõ impeditur lucro per mutuum, sed volens desistit a lucrando: qua te non poterit mutuando exigere cessans lucrum.

Tum quia, etsi res aliqua, dum est in particulari potentia lucrandi plus valeat, quam alia eiusdem speciei, & bonitatis, ab illa potentia separata: non tamẽ si sponte ab illa extrahatur: veluti triticum seminatum, aut ad seminandum paratum, pluris valet, & vendi plus potest quàm aliud eiusdem speciei, & bonitatis, à tali potentia separatũ: si tamen sponte ab illa potentia, quæ lucrum continet, separetur, non posset pluris, quam aliud eiusdem bonitatis, vendi. Ergo quamuis pecunia, quę negotiationi exposita est, aut eidem statim exponenda, pluris quam alia similis valeat: illico tamen ac mere sponte mutuo datur, iam tunc ab illa lucrandi potentia extrahitur, nec pluris quã alia valet, ac proinde nihil plus, quam ob aliam peti poterit.

Confirmatur: quia sicut per hoc, quòd quis vult his, aut illis pecunijs negotiari, reponit eas in statu lucratiuo: ita per hoc, quòd non vult illis negotiari, remouet eas a tali statu. Volũtas enim est, quæ transfert pecunias de statu in statũ quo ad potentiam lucratiuam, vt satis patet: & ideo quando spontaneè omnino illas volo mutuare, statim aufero eas ab statu negotiationis, nec possum aliud petere, quam quod absolute valẽt. quia mutata voluntate negotiandi, in volũtatem mutuandi, mutarunt pecunię statum lucratiuum, in non lucratiuum. Quoniam eo ipso quod dominus abstulit rem à statu, quo erat maioris valoris, quod facit, dũ vult eam mutuo exponere, non potest quantumuis parum petere, vltra sortem.

Nec valet responsio, quæ a Nauarro in com. de Vsuris, n. 52. in fine adducitur id esse verum de illo, qui suam pecuniã, quam habet ad lucrandum paratam simpliciter ab illo fine tollit, non dando eam alteri ad iuuandum eum: non autem de illo, qui pecuniam cum *lucrandi* commoditate coniunctam, dat alteri.

Nequaquam enim hęc responsio argumento satisfacit. Tum quia hæc commoditas lucratiua, non coniungitur cum pecunia à natura, sed à voluntate Domini, quia vult cum illis negotium exercere, aut rem fructiferam emere: & ideo si hęc voluntas aufertur a domino, & vertitur in voluntatem mutuãdi, aufertur etiam commoditas illa lucratiua a pecunijs, & de instrumento negotiationis, vertitur in instrumentum mutui.

Tum quia contradictionem implicat, manere pecunias in statu illo lucratiuo, mutata voluntate ac proposito, cum eis negotiandi: cum per solam voluntatem negotiandi, reponantur à proprio domino in illo statu. Tum quia dare pecunias sponte alteri, ad ipsum iuuandum, non reponit eas in statu lucratiuo, sed dominum velle aut non velle cum illis negotiari, ac proinde ex hoc quod vult illas mutuare, & non negotiari, perdunt potentiam suam lucratiuam, & hoc, quod est iuuare vel nõ iuuare alterum, est omnino extrinsecum a potentia lucratiua, Si necessitas proximi non facit translationem inuoluntariam pecuniarum a suo statu lucratiuo. Et cõfirmatur, quia aliàs sequeretur, quod quilibet, postquã semel

exposuit aut voluit exponere pecuniam suam negotijs, posset pro libito transferre eam ad iuuandum alterum per mutuum, cum moderato lucro, & ex hac spōtanea sua mutuatione reportaret lucrū, sicut ex laboriosa sua negotiatione; & ita cum oēs libenter effugiant laborem, velintq; potius (vt dici solet) hodie ouum, quam cras gallinā, nullus esset, qui istinc ansam non acciperet, separandi pecuniā à negotiatione, & offerendi eam ad mutuum cum lucro: & sic amplissimus campus vsuris aperiretur.

Non ēt vera est alia Nauarri responsio, ibidem nu. 53. & in Man. c. 17. num. 211. quę dicit voluntarie seu inuoluntarie à negotiādo cessare, & coacte seu spōte mutuare, nihil oīno facere ad iustificā dum istum contractum: quia iustū, & iniustū, non in bonitate aut prauitate animorum ac intentionū, sed in rerum exteriorum æqualitate, vel inęqualitate consistit secundū Aristotelem 2. & 5. ethic. & ideo si desistens inuoluntarie à negotiatione potest lucrum cessans exigere in mutuo, poterit etiam voluntarie & sponte desistens. Non quidem est vera hæc responsio. Tum quia ipsemet Nauarrus fatetur, quod intentio principalis accipiendi aliquid vltra sortem ob mutuum, constituit vsuram, ac proinde iniustitiam, & inæqualitatem, quam vsuram non constituit intentio mutuandi minus principaliter propter lucrum. Et paulo ante inquit, quod debet abesse animus palliandi vsuras in exactione lucri cessantis: ergo animus, seu intentio, quamuis in eo non consistat substantialiter, & formaliter æqualitas iustitiæ, potest tamen esse radix, & origo iniustitiæ. Tum quia omnes Doctores fatentur, quod si vnus percutiat alium animo occidendi, iniustitiam committit; si animo se defendēdi cū moderamine inculpatæ tutelæ, non committit iniustitiam. Immò Theologi dicunt, eandem Christi Domini passionem, ut à tota Trinitate volitam, iustitiæ rationem habuisse, vt autem a Iudæis intentam, iniustitiæ: ergo intentio aliquem ordinem habet ad causandum iustitiam vel iniustitiam radicaliter. Nec vnquam Arist. negauit intentionē posse aliquando causare iniustitiam, ac proinde obligationē restitutionis, quando intentio dirigit opus in nocumentum, quod alias non fuisset subsequutum: vt si quis occidat Ioannem eā intentione, vt talis mors imputetur inimico suo Petro, aliàs illam mortē non intentaturus, iniustitiæ profecto actus esset talis imputatio subsequuta ex illa morte Petri, quę tamen nō esset actus iniustitiæ, si ab occisore non fuisset intentata: quamuis Ioannem ex odio occidisset. Nec huic nostræ opinioni obstat, si quis dicat, mutuum quod charitate, & compassione miseriæ alienæ, & ad preces alterius fit, magis esse spontaneum, quā aliud quodcumq; eo, quod preces, & aliena miseria inclinent potius voluntatem, quam cogant: & ideo si precibus importunis ex charitate licet mutuare, cum interesse lucri cessantis, id ēt licebit spontanee, ob propriam vtilitatē. Et confirmatur, quia artifici, qui rogatur ab alio dimittere suas operas ob lucrum ei soluendum, licitum est hac via lucrari potius velle, quā operando; ergo ēt licebit negotiatori velle magis lucrari per mutuum, quam per negotiationē. Respondemus, quod longe diuersum est transferre voluntarie rem seu pecuniam a statu negotiationis, ab eo quod est voluntatem impeditam à negociatione sufferre dispendium, seu nocumentum sperati lucri: in primo casu non licet ratione mutui aut lucri aliquid accipere: eo quia iam pecuniæ deseruerunt potentiam lucratiuam statim ac spontaneè sunt mutuatæ, & translatæ per volūtatem domini a statu negotiationis ad statum mutui; sed in casu secundo licet exposcere lucrum cessans quia voluntas, quæ recto tramite tendebat ad lucrum, seu fructū assequendum per negociationem, aut emptionem ex suis pecuniis, nō desistit ab hoc suo proposito, & incœpto cursu, nisi impedita, vel simpliciter per vim, & fraudem, vel secundum quid, per importunas preces, & necessitatem pro-

tem illos, qui neque vi, neque fraude, neque ad aliorum importunam instantiã, sed mere spontanee, & à se ipsis tantum mouentur ad mutuandum, non posse lucrũ cessans, in pactũ deducere: etsi quidpiam vltra sortem petant, vsuram committere. Dixi, mere spontanee, & à se ipsis tantum moti, vt excludam eos, quos proximi indigentia, & necessitas præcipuè excitat: hæc enim pro inope agit, instar importunarum precum: & ideo qui per mutuum spontaneum, sed charitatiuum, huic succurrit, quamuis aliquid pro interesse postulet, non erit vsurarius sed vsurarij erunt omnes spontaneè mutuantes, vt qui malunt ex mutuo consequi lucrum, quàm ex negotiatione. Probatur hæc nostra sententia. Tum quia ille, qui mere spontaneè mutuat, & à se ipso tantum motus, iam animus illi verus, & realis deest negotiandi: ac proinde nõ impeditur lucro per mutuum, sed volens desistit a lucrando: qua re non poterit mutuando exigere cessans lucrum.

Tum quia, etsi res aliqua, dum est in particulari potentia lucrandi plus valeat, quam alia eiusdem speciei, & bonitatis, ab illa potentia separata: non tamẽ si sponte ab illa extrahatur: veluti triticum seminatum, aut ad seminandum paratum, pluris valet, & vendi plus potest quàm aliud eiusdem speciei, & bonitatis, à tali potentia separatũ: si tamen sponte ab illa potentia, quæ lucrum continet, separetur, non posset pluris, quam aliud eiusdem bonitatis, vendi. Ergo quamuis pecunia, quę negotiationi exposita est, aut eidem statim exponenda, pluris quam alia similis valeat: illico tamen ac mere sponte mutuo datur, iam tunc ab illa lucrandi potentia extrahitur, nec pluris quã alia valet, ac proinde nihil plus, quam ob aliam peti poterit.

Confirmatur: quia sicut per hoc, quòd quis vult his, aut illis pecunijs negotiari, reponit eas in statu lucratiuo: ita per hoc, quòd non vult illis negotiari, remouet eas a tali statu. Volũtas enim est, quæ transfert pecunias de statu in statũ quoad potentiam lucratiuam, vt satis patet: & ideo quando spontaneè omnino illas volo mutuare, statim aufero eas ab statu negotiationis, nec possum aliud petere, quam quod absolute valẽt. quia mutata voluntate negotiandi, in volũtatem mutuandi, mutarunt pecunię statum lucratiuum, in non lucratiuum. Quoniam eo ipso quod dominus abstulit rem à statu, quo erat maioris valoris, quod facit, dũ vult eam mutuo exponere, non potest quantumuis parum petere, vltra sortem.

Nec valet responsio, quæ a Nauarro in com. de Vsuris, n. 52. in fine adducitur id esse verum de illo, qui suam pecuniã, quam habet ad lucrandum paratam simpliciter ab illo fine tollit, non dando eam alteri ad iuuandum eum: non autem de illo, qui pecuniam cum lucrandi commoditate coniunctam, dat alteri.

Nequaquam enim hęc responsio argumento satisfacit. Tum quia hæc commoditas lucratiua, non coniungitur cum pecunia à natura, sed à voluntate Domini, quia vult cum illis negotium exercere, aut rem fructiferam emere: & ideo si hęc voluntas aufertur a domino, & vertitur in voluntatem mutuãdi, aufertur etiam commoditas illa lucratiua a pecunijs, & de instrumento negotiationis, vertitur in instrumentum mutui.

Tum quia contradictionem implicat, manere pecunias in statu illo lucratiuo, mutata voluntate ac proposito, cum eis negotiandi: cum per solam voluntatem negotiandi, reponantur à proprio domino in illo statu. Tum quia dare pecunias sponte alteri, ad ipsum iuuandum, non reponit eas in statu lucratiuo, sed dominum velle aut non velle cum illis negotiari, ac proinde ex hoc quod vult illas mutuare, & non negotiari, perdunt potentiam suam lucratiuam, & hoc, quod est iuuare vel nõ iuuare alterum, est omnino extrinsecum a potentia lucratiua, Si necessitas proximi non facit translationem inuoluntariam pecuniarum a suo statu lucratiuo. Et cõfirmatur, quia aliàs sequeretur, quod quilibet, postquã semel

ex-

exposuit aut voluit exponere pecuniam suam negotijs, posset pro libito transferre eam ad iuuandum alterum per mutuum, cum moderato lucro, & ex hac spõtanea sua mutuatione reportaret lucrũ, sicut ex laboriosa sua negotiatione; & ita cum oẽs libenter effugiant laborem, velinq; potius (vt dici solet) hodie ouum, quam cras gallinã, nullus esset, qui istinc ansam non acciperet, separandi pecuniã à negotiatione, & offerendi eam ad mutuum cum lucro: & sic amplissimus campus vsuris aperiretur.

Non ẽt vera est alia Nauarri responsio, ibidem nu. 53. & in Man c. 17. num. 211. quę dicit voluntarie seu inuoluntarie à negotiãdo cessare, & coacte seu spõte mutuare, nihil oĩno facere ad iustificãdum istum contractum: quia iustũ, & iniustũ, non in bonitate aut prauitate animorum ac intentionũ, sed in rerum exteriorum æqualitate, vel inequalitate consistit secundũ Aristotelem 2. & 5. ethic. & ideo si desistens inuoluntarie à negotiatione potest lucrum cessans exigere in mutuo, poterit etiam voluntarie & sponte desistens. Non quidem est vera hæc responsio. Tum quia ipsemet Nauarrus fatetur, quod intentio principalis accipiendi aliquid vltra sortem ob mutuum, constituit vsuram, ac proinde iniustitiam, & inæqualitatem, quam vsuram non constituit intentio mutuandi minus principaliter propter lucrum. Et paulo ante inquit, quod debet abesse animus palliandi vsuras in exactione lucri cessantis: ergo animus, seu intentio, quamuis in eo non consistat substantialiter, & formaliter æqualitas iustitiæ, potest tamen esse radix, & origo iniustitiæ. Tum quia omnes Doctores fatentur, quod si vnus percutiat alium animo occidendi, iniustitiam committit; si animo se defendẽdi cũ moderamine inculpatæ tutelæ, non commisit iniustitiam. Immò Theologi dicunt, eandem Christi Domini passionem, vt à tota Trinitate volitam, iustitiæ rationem habuisse, vt autem a Iudæis intentam, iniustitiæ: ergo intentio aliquem ordinem habet ad causandum iustitiam vel iniustitiam radicaliter. Nec vnquam Arist. negauit intentionẽ posse aliquando causare iniustitiam, ac proinde obligationẽ restitutionis, quando intentio dirigit opus in nocumentum, quod alias non fuisset subsequutum: vt si quis occidat Ioannem ea intentione, vt talis mors imputetur inimico suo Petro, aliàs illam mortẽ non intentaturus, iniustitiæ profecto actus esset talis imputatio subsequuta ex illa morte Petri, quę tamen nõ esset actus iniustitiæ, si ab occisore non fuisset intenta; quamuis Ioannem ex odio occidisset. Nec huic nostræ opinioni obstat, si quis dicat, mutuum quod charitate, & compassione miseriæ alienæ, & ad preces alterius fit, magis esse spontaneum, quã aliud quodcumq; eo, quod preces, & aliena miseria inclinent potius voluntatem, quam cogant: & ideo si precibus importunis ex charitate licet mutuare, cum interesse lucri cessantis, id ẽt licebit spontanee, ob propriam vtilitatẽ. Et confirmatur, quia artifici, qui rogatur ab alio dimittere suas operas ob lucrum ei soluendum, licitum est hac via lucrari potius velle, quã operando; ergo ẽt licebit negotiatori velle magis lucrari per mutuum, quam per negotiationẽ. Respondemus, quod longe diuersum est transferre voluntarie rem seu pecuniam a statu negotiationis, ab eo quod est voluntatem impeditam à negociatione sufferre dispendium, seu nocumentum sperati lucri: in primo casu non licet ratione mutui aut lucri aliquid accipere: eo quia iam pecuniæ deseruerunt potentiam lucratiuam statim ac spontaneè sunt mutuatæ, & translatæ per volũtatem domini a statu negotiationis ad statum mutui; sed in casu secundo licet exposcere lucrum cessans quia voluntas, quæ recto tramite tendebat ad lucrum, seu fructũ assequendum per negociationem, aut emptionem ex suis pecuniis, nõ desistit ab hoc suo proposito, & incæpto cursu, nisi impedita, vel simpliciter per vim, & fraudem, vel secundum quid, per importunas preces, & necessitatem pro-

ximi, quę quodammodo cogit charitatē negociātis ad mutuandum sibi, ac proinde ad perdendum integrum lucrum speratum, seruando tamen se indemnē quoad id, quod tunc æstimaretur eadem negociatoria, vel emptoria pecunia, si à fure auferretur: subuentio igitur proximi indigentis, vel eiusdem instantes preces, habent rationem impedimenti inuoluntarij, nō simpliciter, sed secundum quid. Aduertendum est tamē diligenter, quod quando aliquis patitur necessitatem, seu instāter petit sibi mutuari, licet vltra sortem ab eo exigere speratum lucrum: dū modo tn̄ mutuans admoneat mutuatarium, quòd, vt illi succurrat, oportet pecunias suas negociationi, seu emptioni expositas, ab hoc sperato lucro tollere: & idō si illud vult soluere, eumque indemnem seruare, libenter mutuabit. Quod si mutuans hoc non declarat, vsuram committit: eo quod mutuatarius si sciret, soluendum tale lucrum, forsitan non acciperet illud mutuum. Nam si in damno emergente affirmant Doctores, nō posse illud a mutuāte exigi, nisi id declaret mutuatario: multo magis profecto id asserēdū est in lucro cessāte, vt dicit Fr. Petrus de Aragonia 2.2.q.78.ar.2.§. Ad tertium. Vnde colliges, non posse mutuantem petere lucrum, quando inuitat mutuatarium, extrahēdo pecunias a negociatione seu emptione, vt mutuet: quia iam tūc vult pecunias à negociatione sponte remouere; sed spectandum esse aliquid, quod ipsum cogat, aut coactione simpliciter aut secūdū quid. Ad confirmationē dicimus, maximum quoad hoc esse discrimē inter artificē, & mutuantem. Nā artifex pōt vtraq; via lucrari, eo quod operari, & non operari, tam coacte, quam voluntarie est licitū: Sed accipere lucrū cessans, qn̄ mutuū nullo modo est inuoluntariū, est omnino illicitum: eo quia tunc vtilitas, & sola voluntas potius mouet, quā charitas, & indigentia proximi: & sicut ratio inuoluntarij mutui conseruat pecunias in statu lucratiuo, in quo erant. Ita ratio spontanei mutui aufert eas ab illo statu, vt supra est explicatum. Hanc nostram sententiā amplectūtur, Caietanus 2.2.q.78.ar.3. Victoria, Conradus, & alij Thomistę ibidē, & Ludouicus Lopez in suo instructorio conscientiæ, c.211. Syluester verbo Vsura, 1.q.19 vbi ait, tunc solum posse peti lucrum cessans, qn̄ quis mutuat gratia alterius, in casu quo non tenetur; sed nō qn̄ mutuat gratia sui, quasi intendēs per mutuū potius, quā alio modo lucrari. S. Ant. par. 2.tit.1.c 6.n.15.§. Sed extra casū necessitatis. Sotus de iust. & iur. li. 6.q 1. ar. 3. hanc opinionem asserit esse tutiorē. In dissoluendis aūt in contrarium argumentis non est quod multum temporis conteramus, cum in determinandis præsentib. casibus breuitati quoad fieri possit studeamus. Rationes igitur illorum, qui affirmant non posse lucrū cessans in spontanea mutuatione peti, nostræ fauent sententiæ: si spontaneum excludat inuoluntarium ēt secundū quid: ita vt proximi necessitas, & eiusdē vrgentes preces, ad mutuandum non moueant. Argumenta aūt aliorum Doctorum, qui affirmant voluntariè mutuantem, absq; vi & fraude, posse lucrū cessans in pactū deducere, ēt ante morā, siue rogatus, siue sponte mutuet, non sunt vera de mere voluntariè mutuāte: ita quod petentis necessitas non sit ea, quæ ipsū quasi cogat, sed potius moueat appetitus solus mutuandi, & transferendi pecunias negociatiuas ad statū mutui: etenim sicut sola voluntas negotiandi cū aliquibus pecuniis, confert illis potentiā lucratiuam, quā ex se non habent: ita voluntas simpliciter mutuādi, aufert ab eis huiusmodi potentiā lucratiuam, & reducit illas adesse cæterarum pecuniarū absolute: & ita non pōt iam aliquid exigere vltra sortem, & hoc vno stabili fundamēto rationes oēs partis aduersæ facili negotio eluduntur. Notanda tamen hic sunt duo scitu dignissima: vnū est, quod ī illis casibus, ī quibus licitū est negotiatori pacisci de lucro cessante, nequaquam posse totū cessans, & speratū lucrū, accipere rōne mutui, sed illud solū, qd pecuniæ ī potentia lucratiua valent. Cū n. hoc cessans lucrum

lucrũ, non sit adhuc totum in actu, sed in potentia, possitque modis pluribus impediri; ac proinde sic speratum, non sit tanti valoris, quãti cum est in actu; ideo nequit ob mutuum accipi tantũ, quantũ esset futurũ. Et cõfirmatur hęc veritas, qm, si quis furaretur illas pecunias, cũ erãt negociationi destinatæ, nõ teneretur restituere illud totum, quod mercator erat lucraturus, cũ id nõ esset in actu, sed tñ in potentia, vt Doctores oẽs fatentur. Sicut et qui furaretur triticũ, quod quis habebat ad seminandum præparatũ: nec satis esset restituere triticũ absolute in eadem quãtitate, nec oporteret totũ, qd seminatũ, & collectũ fructificar, reddere; sed id solũ, q̃ ĩ tali potẽtia valebat: ita qui mutuo dat hęc ipsa, sub statu lucratiuo posita, nõ poterit rõne huius lucri cessantis, plus aliquid exigere, q̃ illud sub tali potentia existẽs valet. Et hinc colliges, falsum esse id, quod aliqui dixerunt: posse quempiã tãti vẽdere merces in hoc loco, si rogatus id faciat, quanti eas vendidisset, si ad aliũ locũ eas deferret, deductis expensis, & laboribus. Falsum enim istud est: quia lucrum alio in loco habendum est lucrum in potentia, ac proinde non tantum valet, quantum si esset in actu. Alterum notandum est non licere in mutuo ratione lucri cessantis, aliquid statim soluendum exigere; sed, quãuis pactum de solutione certi pretii ꝓ lucro sperato fieri possit, nequit tñ mutuans accipere illud certũ pretium eodem tẽpore, quo mutuat, vt bene aduertit Cõradus, de cõtract. q. 30. Et Medina tract. de Vsuris. c. 3. §. Septima cõditio quę sequitur Fr. Pet. de Arag. in 2.2. q. 78. ar. 2 §. certe hæc arg. & F. Ludouic. Lopez in suo instructorio cõsciẽtiæ, c. 212. §. Præterea quæritur de quinta conditione. Hi n. oẽs affirmant, iniustũ oĩno esse, si mutuãs petat a mutuatario, vt interesse lucri cessantis statim sibi soluat, & ratio iniustitiæ ex eo constat: quia si negotia mutuantis essent adeo ampla, & frugifera, vt cum viginti, alia viginti esset lucraturus, deductis laboribus, & expensis, Et aliquis egens, peteret ab isto, vt ex pecunijs huic negociationi expositis mutuaret ei scuta viginti, & negociator responderet, se velle mutuo illa dare, dummodo sibi lucrum cessãs statim soluat: profecto miser iste mutuatarius totum acceptum mutuum reddere teneretur statim: quod est aperta iniustitia: Immo q̃ peius est, nullo prorsus accepto mutuo, teneretur mutuum soluere: quia viginti scuta, quæ mutuo petierat, reddidit statim mutuanti pro interesse lucri cessantis, & tamen adhuc maneret obligatus ad soluendam principalem sortem, quæ mansit tota in manu mutuantis pro solutione cessantis lucri: quæ omnia quam iniusta, & ridicula sint, nullus est qui non videat.

Adde, quod si pro lucro cessante, accipiens mutuo quindecim debet ex illis soluere statim quinque: Iam non remanent in sua manu nisi decem, & quinq; in manu mutuantis, quæ est tertia pars sortis, & sic ex hac parte non poterit aliquid vltra sortem accipere, cum ipse mutuans, vel illa in arca reseruet, vel, si cum illis vult, negotiari possit.

Tandem cum mutuum sub interesse lucri cessantis detur, & accipiatur ad succurrendum necessitatem patienti: repugnat omnino naturæ huius contractus, vt eadem ipsa pecunia, quæ datur, illico ab ipso mutuario auferatur: quia est dare pecuniam, & non dare, vt satis patet; & pactum, de illa statim à principio accipienda, est omnino violentum, damnificatiuum quę proximi, qui cum ex necessitate mutuum sub interesse accipiat, & nihilominus cogatur ex accepto mutuo, statim damnum istud pati, quod est lucrum anticipate soluere: non video qua ratione possit mutuans, vt se indemnem seruet, licitè interesse cessans in pactum deducere, & miser mutuatarius damnũ suum emergens anticipatæ solutionis (quę est etiam quædam quasi mutuatio) non possit licitè exigere: Et hac ratione adductus (vt credo) Pius Quintus, in motu proprio de censibus, solutiones quas vulgo anticipatas vocant, fieri omninò prohibuit.

CASVS XXXIII.

Nobilis, cui a multis annis Antonia deseruit, nuptui eam nunc collocās, ducenta scuta in dotem promisit, initoque contractu, & matrimonio celebrato, petijt nobilis tempus ad dotem soluendam, quod vltro per sponsum fuit concessum: cō sueuerat tamen nobilis interim singulis annis, mittere scuta decem ad sponsos in die Natiuitatis. Nunc ab intestato è vita discedente, petunt sponsi ab hæredibus dotem, aut fructus dotis; sed isti in sortem computare volunt decem scuta per octo, vel nouem annos a defuncto data, quæ nō loco fructuum, sed pro solutione dotis potuisse dari, & accipi contendunt: fitque huius litis arbiter iudex in conscientia Parochus.

Quæritur, in conscientia quid vtrique sit respondendum.

IN præsenti casu, hoc vnum communi Doctorum sententia receptum supponimus: interim quod dos marito non soluitur, licitum illi esse accipere in singulos annos tantum, quantum aliquis mediocrites industrius, ex ipsa dote eadē salua, comparare sibi posset; idque non ratione lucri cessantis, ut aliquibus cum Sylvestro. verbo vsura 3. §. 2. est visum: quia tūc non liceret illas accipere, quādo non esset expositurus negotiationi pecunias dotales, quod esse falsum constat ex c. Salubriter. de vsuris, vbi in vniuersum omnibus maritis, casu non solutæ dotis, hoc conceditur. Nec etiam ratione præsumptæ donationis à socero: vt aliis cum Nauarro in Manual. c. 17. num. 213. placuit. Nam Papa in dicto c. Salubriter. nō de donatione, sed de iustitia fuit interrogatus: & ita determinat id, quod iure ipso licet, etiam inuito socero, & quamuis nolit donare. Sed propria ratio est, id licere, vt onera matrimonii sustentet: quod est vt vxorem, & familiam, reseruata sem per dote vxoris integra, alat: cum enim maritus teneatur semper vxori de dote soluenda, hinc est, quod quamuis non sit negotiator, recipere poterit dotis fructus quibus familiam alat, quoad vsque habeat dotem, vt notant Panormitanus, & cæteri iuris canonici periti, in præfato c. Salubriter. Caietanus 2. 2. q. 78. art. 3. Gabriel in 4. sent d. 15. q. 11. Sot. de iust. & iure lib. 6 q. 1. ar. 2. Tota tamen propositi casus difficultas in eo cōsistit. An quādo maritus libere cōcedit tempus ad soluendam dotem: possit nihilominus fructus dotis suscipere? cum videatur tunc iuri suo renunciare: & sicut indotatam sponsam accipere poterat, ita renunciare fructus dotis, & suis propriis expensis onera matrimonij sustentare.

Nos (quicquid nonnulli senserint) in ea sumus opinione vt putemus, non teneri sponsum ad computanda in principalem sortem illa decem scuta à nobili viro annuatim sibi data: sed integram dotem ab hæredibus esse soluendam: quamuis sponsus vltro dilationem temporis cōcesserit. Probatur, tum quia maritus quādo concedit tempus ad sibi soluendam vxoris dotem, censetur hunc solutionis terminum differre, iuxta consuetudinem iuris, dummodo explicite contrarium nō explicet, cum per verba generalia nullus videatur velle sibi inferre damnum, vel sua iactare: & qualibet dispositio in dubio intelligitur facta secundum ius, & cō suetudinem. c. Cum dilectus de consuet.

Et confirmatur ex communi Doctorum sententia, qui asserunt, quòd quamuis gener, libere concedat socero, ne per aliquod tempus dotem soluat, suscepto tamen pignore fructifero, poterit tuta cō scientia recipere fructus illius, nec erunt in solutionem principalis computandi: quia eo ipso quod gener pignus accepit pro dote, censetur differre terminum solutionis prout iura permittunt, ita scilicet, vt fructus pignoris recipiat vltra sortem, arg. c. Causam quæ, de rescript. c. Cū M. de const. l. fi. C. de fideiussor. & tradit Felinus, & alii in dicto c. Causam quæ.

Tum

Tum quia dos promittitur,& traditur in vxoris patrimonium ad sustentanda onera, intentioque dantis dotem est, vt illa inconsumpta durante matrimonio seruetur: & ita qui dotem promittit, præsumitur tacite promittere, interim quod eam soluit tatum emolumentum, quantum ex dote illa soluta posset aliquis prudens,& industrius lucrari: qui enim promittit aliquid, videtur etiam tacitè promittere id, sine quo promissum consistere nequit,arg. c. Præterea de offic. deleg. & l.2.ff.de iurisdicto.om. iud.

Addo etiam,quòd in casu proposito videtur illa decem scutorum in die natiuitatis ad sponsos singulis annis missio liberalis potius,& gratiosa quædam donatio a viro nobili facta,quam debitum pro dote soluenda emolumentum: quia absque eo quod peterentur ab sponso, vel aliquod ius haberet ad ea exigenda, dabantur sibi a viro nobili, & liberalissimo, & vt credendum est, pietatis intuitu,quod Antonia a multis annis eidem fideliter inseruiuit: animus enim ex coniecturis coniicitur,c. Nisi cum de renunt. & c. Et si quæstiones de Simonia,l. Dolum,C.de dolo. Quòd si in vero mutuo accipere aliquid a mutuatario bona fide credens id sibi gratis,& amice dari,licet reuera non detur tam ob gratitudinem quam ob timorem, ne pecunia mutuata à se repetatur,nequaquam est illicitum, nec talia accepta sunt in sortem computanda,multo minus in casu dotis non solutæ Nauarr.in commen.de vsuris c.11.nu. 24. & c.21.nu.66.& in manual.c. 17.nu. 213. Sotus de iust.& iur.lib.6.q.1. artic 2. Fr. Petrus de Aragonia in 2.2.q.78.art.3.§. infero secundo,& alii multi.

CASVS XXXI.

Bernardus emerat credito magnam quantitatem frumenti,pretio mille scutorum: aduenienteque solutionis tempore cum careret pecunijs, constituit censum creditori,in quibusdam suis domibus locari solitis:quia animum creditoris sciebat illis pecunijs velle,ab alio censum emere. In celebratione tamen contractus, non apparuerunt illa mille scuta in pecunia numerata, iuxta bullam Pij V. sed ficta quadam non nullorum scutorum numeratione Bernardus ipse confessus est, se illa accepisse,& accipere loco pretij dicti venditi census. Nunc autem,quia duo ferè sunt anni a quibus non reperitur,qui domos illas habitare velit, ob id quod nocturno tempore spirituum quorundam strepitus ibi sentiuntur, recusat Bernardus censum soluere. Et hęc omnia confessori exponit.

Quæritur, An ille contractus non numeratis vere,& in effectu pecunijs sit validus? Et,domibus sic infructiferis, liber maneat a soluendo census.

PRemittendum hic est,fęlicis recordationis Pium V. extrauagantem quãdam circa censuum contractus celebrandos edidisse,quæ incipit.Cum onus Apostolicę seruitutis &c. De qua nonnullo diximus in prima parte Responsionum casuum conscientiæ, quam Bononiæ Illustrissimo ac Reuerendissimo Cardinali Palæoto a Theologo inseruientes, ibidem Typis dedimus. Et illam Nauarrus in commentario de vsuris nu.85.late explicat, & post ipsum alii.

Vnde hic non agimus de censu ante hanc extrauagantem empto, uel in locis in quibus illa non est recepta, ut in quo solutio totius pretii innumerata pecunia, coram notario,& testibus, minime requirebatur, ut ostendit Nauar. in li.3. suorum cons.tit.de empt & uendit.cons. 1.nu.2. Molina de usuris q.22.num.225.

Nec etiam dubium in primo casu inquirit, quid in iudicio exteriori sit dicendum Nam in hoc habendus esset censualis contractus, in quo uere, & cum effectu pecunię non fuerunt numeratę in celebratione eius, corã testibus, & notario,

foene-

fœneratitius, & vt talis irritus, & nullus, id quod aperte colligitur ex illis dictę bullæ verbis. Rursum nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, nō autem prius recepto integro iustoque pretio. Et infra, Contractusque sub alia forma post hac celebrandos, fœneratitios iudicamus. Cum enim multæ fraudes, & vsuræ in emptione cēsuum ex nō soluto verè, & cum effectu integro pretio in pecunia numerata reperirentur in graue animarum detrimētum, voluit Papa viā omnem his vsurarijs fraudibus pręcludere, & spirituali fidelium saluti prouidere: & ideo legem cōdidit, qua contractus emptionis censuum, absque numerata pecunia, pręsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis, non autem prius recepto integro, iustoque pretio, fœneratitios esse iudicauit; quæ lex, cum sit Pōtificia, & lata circa rē, seu modum rei, in quo animæ periculum vertitur, fideles omnes sub quacumque ditione sint, ad sui obseruantiam obligat, argum. capit penul. & vlt. de secundis nuptiis, & cap. Cum contingat de iureiurando, & notat glossa celebris. in c. 2. de regul. iur. lib. 6.

Nec traditio partis pecuniæ, cum confessione vendentis censum, quod aliā partem iam habeat, sufficit ad iustitiā huius contractus in foro exteriori, sed requiritur, quod tunc integrum pretium actualiter, & præsentialiter soluatur, vt patet ex illis verbis, in pecunia numerata, præsentib. testibus, ac notario, non autem prius recepto, integro, iustoq; pretio, in quibus verbis etsi loqui solum videatur, quando totum pretium est antea receptum, & nō loquatur in casu in quo pars pretij est soluta: Attamen cum mens fuerit, vt totū pretiū in pecunia numerata soluatur tempore, quo census statuitur; parum refert quicquid aliud verba sonent. Mens enim legis attendenda magis est, quam verba eius c. Marchion. 1. q. 1. & c. fi. de reg. iur. lib. 6. & leg. Cum pater, §. Dulcissimis. ff. de leg. 2. gl. sing. in l. tale pactum, §. fi ff. de pact. Nauar. lib. 3. consil. tit. de emptio. & vend. & cons. 1. nu. 2.

Neque hæc solutio totius pretij in celebratione contractus, quamuis sit ad vtilitatem vendentis census, pōt ab eo remitti, vel de voluntate sua in aliud tempus cōmutari; quiā id non solum respicit præiudicium sui, sed ēt tertii nempe fisci: vt patet ex illis verbis dictæ extrauagantis: quidquid vel expresse vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus vindicari: & ideo non potest vendens censū, præiudicare tertio arg. c. Super eo de offi. delegat. & regula cancellarię de non tollendo iure tertii, l. 2 §. Si quis à principe, ff. ne qui in loco publico fiat.

Vnde ea regula; qui ante tempus dat, plus dat, collecta ex c. primo de plus petitio, & §. Si quis agens, inst. de actio. cessat in hoc contractu, in quo Papa ad obuiandum vsurariis fraudibus, prohibet pretiū non recipi antea, sed totum, & integrum tunc solui, qn̄ emptio census per contractum celebratur. Sed relicto exteriori foro, in quo ob defectum præsentis integræ solutionis, eo modo, quo in dicta extrauagante exprimitur labes fraudis, & vsuræ iure ipso pręsumitur, & iuxtà pręsumptiones iuris, iudicium fit. Difficultas præsentis casus tota vertitur in eo: an in foro animę, & secundum Deum iudicandus sit huiusmodi contractus fœneratitius & inualidus? Et pro parte affirmatiua facit, quod lex ista Pontificia, non solū quoad ea quæ continent ius naturale, seu diuinum, sed etiam quoad modum præsumendi cēsum esse vsurarium, obligat omnes Christianos in vtroque foro, tam exteriori quam animæ, c. pen & vlt. de secundis nupt. Et hinc est, quod non solum leges Papæ, circa matrimonium latæ, arctāt omnes in foro conscientiæ, sed ēt illæ, quæ pręscribūt modum præsumendi matrimonium, c. is qui, de sponsal. Et modus etiam præscriptus in Conc. Trid. sess 25. c. 1. de celebrando matrimonio coram Parocho, & testib. adeo in conscientia obligat, vt aliter factus contractus sit in vtroq. foro nullus. Nec non extrauagans de Simoniaca confidentia

fidentia a Pio V. annos 4. sui Pōtificatus ædita, quæ incipit. intollerabiles, & cæt. Statuens ad probandam cōfidentiam illicitā, & Simoniacam sufficere testes singulares, & quasdam alias præsumptiones ibidem adductas, quæ ante dictam extrauagantem non sufficiebant, el tum est obligare in vtroq. foro: ergo etiam in casu nostro de pecunia numeranda soluendoq; integro pretio, coram notario, & testibus in emptione census. dum contractus celebratur, vim habebit in vtroque foro, extrauagans præfata Pii V.

Partem tamen negantem, quoad vsq; a Sede Apostolica contrarium non determinetur, puto esse veram: quod contractus iste, in quo pars pretii vel totum pretium vere, & realiter ante soluitur, quāuis in celebratione contractus censualis coram notario, & testibus, non numeretur, nec soluatur, non reddere contractū in foro animæ, & coram Deo fæneratitium: nec ob hunc defectum censum reddi illicitum, aut restituendum. Hæc est opinio Nauarri in comen. de vsuris, explicando præfatam extrauag. nu. 88. & est autem quæstio quotidiana.

Adducor in eam sentētiam. Tum quia hanc clausulam de solutione pretij integri, non prius, sed in ipsa celebratione cōtractus, apposuit Pius V. vt præcluderet aditum mille fraudibus, & cautelis, quibus multi in damnum venditoris vti solebant, ementes census, & pretia soluentes in pānis, vino, & oleo, & alijs mercibus, antea vel postea, aut tunc etiam traditis pretio iniusto, siue mutuatis antea pecunijs ad ludum, vel luxuriem, seu alios prauos fines, & ob alias præsumptiones, quæ iniustitiam, & vsuram præseferebant. Ac proinde rigor illius clausulæ, non videtur comprehendere eos, qui bona fide ad maiorem vendentis vtilitatem, pretii solutionem numerata pecunia anticiparūt quia lex fundata in præsumptione nō habet locum in foro conscientiæ quando cōtrarium eius, quod præsumitur, est corā Deo verum. c. Tua de sponsal. & c. Humanæ aures. 22 q. 5. & c. Is qui de spons.

Confirmatur quia Bernardus vere, & coram Deo scuta illa mille debet, & retinet, ac propterea verissimum est dicere quod creditur mille datis scutis emit censum a Bernardo, nulla interueniēte fraude, aut dolo.

Tum quia ista extrauagantis præfatæ dispositio, cum sit ad arcendum, & euitādum dolum, ac malitiam, censetur odiosa, vt ait Bart. ab aliis hac in parte receptus in leg. penult. nu. 5. C. de pactis dicens, quod si ratio legis consistit in præsumptione doli, censetur odiosa. Et cum odiosa iura sint restringenda c. pœnæ de pœnitent. dist. 1. & c. in pœnis de reg. iur. lib. 6. ideo non videtur præfata extrauagans extendenda ad casum, in quo manifestè agitur de vtilitate venditionis, & de vero pretio, numerata pecunia ante soluto. Tū quia multo fructuosior, & cōmodior est pretii solutio quæ vno, duobus, vel tribus annis anticipatur: quia interim gaudet venditor census, nullo dato censu aut interesse, quam sit eiusdem quātitatis solutio, eo duntaxat tempore, quo contractus emptionis celebratur, quādo nescimus an, & quomodo sit talibus pecuniis vsurus, & ipse ad censum annualē soluendum obligatur, vt satis patet. Iam autem rigorosa nimis, & modo aliquo æquitati contraueniens esset lex, quæ, vt indēnitati venditionis consuleret, & in odium vsurarum euidenti vtilitati, & cōmodo eiusdem contradiceret. Tandē solutio anticipata, tunc solum vsuraria, & iniqua est cum per eam venditor aut sua priuatur libertate, aut cogitur vilius vendere quam sit iustum pretium: iam aūt in emptione, & venditione census, anticipata solutione non expoliatur vendens censum propria libertate, sed in suo hoc arbitrio est velle vendere, aut non vendere censum: nec quidpiam detrahitur de iusto census pretio, vt satis patet: quid. n. refert, an tibi conferam hodie mille scuta in pretiū cēsus creandi post mensē, vel cōferam tunc qn creatur? Nec obstat rō incōtrariū adducta: quia etsi lex ista obligat ī vtroq; foro: attamē ille, qui eā seruat secū

dum

dum mentem authoris, quamuis verba non seruet, non dicitur coram Deo legis transgressor: vt inquit Sanctus Thomas 2.2 qu. 120. ar. 1. Et quia in hac solutione non facienda prius, sed tempore contractus, intendit Papa occurrere fraudibus, & indemnitati venditoris; ideo quoties præfata solutio fit sine vlla fraude, & cũ euidenti vtilitate vẽditoris, nõ agit in conscientia talis cõtra legẽ: vt est in casu nostro: quare cõcludendũ erit, talem censualẽ contractũ, nõ numeratis in illo vere, ac in effectu pecunijs, sed antea receptis, esse in foro rescindẽdũ, in quo secũdũ verba legis iudicium fit; & ad id quod communiter accidit, non ad particulares euentus attenditur, vt ait Iason. in leg. Si conu. n. 9. de iur. & omnium iudic. & in l. nõ dub. n. 32. vbi Fulgẽt. nu. 6 & Ripa. nu. 46. de vulg.

Id autem, quod de anticipata solutione in foro animæ diximus de delata, & expectata solutione negandum est: census enim emptus non datis antea, seu in ipso contractu, sed postea dandis pecunijs, illicitus, & vsurarius omnino est: vt quod in graue vendentis damnum vergit, cum soluere cogatur censum non accepto adhuc eius pretio. Nam ab ipso die celebrati contractus, habet emptor ius percipiendi annuam pensionem, ob pretium datum; & ideo repugnat naturæ cõtractus censualis, vt venditor maneat obligatus ad soluendam pensionem, propter pretium, quod non dum accepit.

Aduertendum tamen, quod quamuis aliqui putent, parum referre, anticipatã solutionem factam fuisse numerata pecunia, vel mercib. aut debitis antea contractis; dummodo nulla fraus, vel dolus in æstimatione rerum, quę loco pretij dantur, interueniat; idque omne fiat libero, & grato utriusque contrahentis animo, cùm (moraliter loquendo, & secundum iustitiam in cõtractibus requisitam) pecunia id omne sit quod pecunia æstimatur, vt colligitur ex l. 1. Cod. de rerum permutatione, in verbo, licet non taxata quantitate vbi Barth. & Bal. id aperte docent.

Ego nihilominus parum tutam in cõscientia eam censuum emptionem iudico, quæ alijs datis mercibus, fit quam numismate ac numerata saltem antea pecunia, nec facilè absoluerem illum, qui ob venditas merces, eo quod pretium à longo iam tempore sibi non soluitur, cẽsum pro debitis pecuniis emeret. Tum quia raro contingit, in pretiis mercium nõ reperiri fraudes: Tũ quòd, etsi merces iusto pretio vendantur, cum tamen hmõi pretium non sit indiuisibile, sed latitudinem infimi, medii, & rigorosi habeat, innata vendentium cupiditas efficit, vt in his iustitiæ limites excedantur, & ob non solutum statim pretium, rigoroso ferè semper vendantur. Tum quia latissimus hac arte campus aperiretur ad vsuras exercendas.

Quare confessores sint hac in re oculati, & si quem censum creatum pretio debito ob merces venditas permiserint, id non nisi tribus seruatis conditionibus faciant. Prima est, vt debeatur ob merces, quarum pretia sint lege principis taxata. Secunda est, vt emptor eas non receperit, egens pecuniis ad illas statim vendẽdas, cum aliquo detrimento. Tertia, vt venditor census, ita rebus illis indiguerit, quod necessario esset easdem aliunde quæsiturus, & empturus. Videatur magister Salõ in 2. par. de iust. & iur. tit. de censibus cõtrouersia 6. Et Emmanuel Rodriguez in comm. motus Pij V. de cẽsib. dubio 1. §. 4.

Secundum quod petebatur erat; an domib. ob illam cãm infructiferis, quia nullus est, qui eas habitare, & conducere velit, liber maneat Bernar. a soluẽdo censu?

Respondeo, quod si illę sunt erectæ, & integræ, quamuis a nemine habitentur non dicuntur simpliciter infructiferæ, & obligatus est Bernardus, quandiu illæ persistunt, etsi nunquam locentur, soluere censum in eis emptum.

Tum quia non solum prædium quod actu fert fructum dicitur fructiferum: sed etiam id, quod de se aptum natum est ferre illud. argum. c. Quod per nouale de verborum significatione, & l. Sylua Cedua. ff. de verborum significatione.

Tum

Tum quia modus loquendi ab omnibus ferè receptus is est, vt rem immobilem,& fructiferam apellent,quamcumque domum,aptam locari etsi nunquam locetur, & id, quod communiter fertur seruandum est.l. labeo. ff. de Supel.lega. & l librorum.ff.quod tamen Cassius de. legat.3.Tum quia ex eo quod res aliqua per accidens nō reddit fructum,aut non reddit tantū,quantum reddere antea solebat,non dicitur infructifera in totum, vel in partem;vt si prædium non seminatur, vel domus non habitatur ob pestem, aut aliam infirmitatem: satis enim est,vt res talis naturæ sit, quod illi non repugnet reddere fructum, vt repugnat domui destructæ,prædio arenoso,vel a fluuio occupato.

Tum quia spolians tenetur restituere fructus quos spoliatus percipere potuit, etsi actu non perceperit,vt ait Glos. in c. Grauis de restit.spoliatorum: ergo vt res dicatur fructifera, satis est, quod possit reddere fructus, quamuis actu non reddat. Nauar.in comment de Vsuris, q.13. nu. 113. Nec obstat si dicatur quod cessantibus fructibus,cessat census constitutus in eis: veluti sublato fundamento,au fertur etiam id, quod illo fulcitur, c. Cū Paulus,1.q.1.

Confirmatur, quia emptio census,nō est aliud, quam ius quoddam exigendi certam partem in redditib. alicuius rei: & ideo si res nullos habeat quocunque casu redditus, hoc debet redundare in damnum emptoris, quoad illam portionem, quæ per emptionem facta est sua: semper enim res,perit domino,vt constat ex toto tit. ff & Cod. de per. & com. rei vend. Adde quod paria videntur, non reddere fructum,& esse infructuosum,& cessantibus redditibus,debet cessare census in illis emptus, sicut cessante causa, cessat effectus. Arg. c. Cū cessante causa, de appellat.& leg. Adigere. §. Quamuis, ff. de iure patron.

Tandem quia domus, etsi nunquam locetur, nec vllos redditus ferat, adhuc venditor census, manceret obligatus ad soluendum censum illius, & sic talis census,non esset ex fructibus domus, sed vel personalis, vel constitutus in omnibus bonis venditoris, & in re certa: vel domus esset solùm tāquam pignus, & obligatio securitatis pretii accepti,& solutionis census, quod vsuræ labe non careret, & damnatur.

Non inquam hæc obstant,quia ad primum dicimus, quod quando fructus cessant per se, & radicaliter, hoc est quoad ipsam rem,quæ vel in totum,vel in partē periit,seu inepta, & impossibilis fit omnino ad dandos fructus tunc cessat census: Non autem quando fructus cessant ad tempus,& quasi per accidens; vt quia prædium non seritur, vel domus non locatur,tunc enim permanente radice fructuosa possibiliter,perdurat census in possibilibus fructibus, vt est in casu nostro. Res enim fructifera est fundamentum in quo fulcitur,& consistit census: Nullus siquidem inficiabitur, validum esse censum, quem aliquis vendit in domo sua, quam inhabitat, nec modo aliquo vult illam locare: quia satis est quod sit locabilis, & sit res secundum communē vsum apta,& possibilis ferre fructum, seu redditus. Ad confirmationem similiter respondemus, quod ille census siue ius exigendi,fundatur,& emitur,non in fructibus actu existentibus:sed in fructibus possibiliter existentibus in re fructifera: aliàs non posset census emi, nisi in campo iam seminato,& in domo locata,non locanda;id quod aperte est falsum,ac proinde quousque durat domus, quę quantum est de se, & considerata sua natura, locabilitas illi non repugnat:etsi actu nō locetur, census emptus in ea persistit, & solui debet. Ad aliud negamus paria esse simpliciter,& absolute, rem esse infructiferam,& non reddere fructum: nam palatium aliquod amplissimum,& optimū, si per multos annos sit clausum, & à nemine habitetur dicetur infructiferum secundum quid, sed non simpliciter.

Ad vltimum dicimus,quod ille census qui soluitur, etsi nō sit ex fructibus actu ac

libus domus, est tamen ex fructibus possibilibus; & hoc sufficit vt nō dicatur personalis, sed realis; neque enim ob sterilitatem prædij multorū annorum, extingui censum, iura decernunt, cum facile sit debitori census, rem illam sic à multis annis sterilem, quę cēsui est subiecta, derelinquere, & tradere censuario dominiū: ac ita liberari ab onere soluendi censum; quia cessante causa, cessat effectus: & causa, ob quam debitor census, tenetur eum soluere, est dominium seu possessio, quod vel quam habet in re, super quā cōstituit censum.

Quare si domus illa, quæ nocturnis spiritibus occupatur, & ob id est inhabitabilis, fiat hac ratione à multis annis infructifera, derelinquat eam ille qui censum vendidit, & directum dominium renunciet in emptorem census, & sic remanebit liber omnino à soluendo censu, & ab omni alio onere.

Quare vel domum illam offerat emptori census, vt in ea habitet, vel locatorem quærat, aut spiritus illos malignos, exorcismis à domo expellat; quod si, adhibito oī possibili remedio, non inueniat locatorem, nō tenebitur tunc, durāte tali impedimēto, ad soluendū censū: quia res iam tunc, nec possibiliter est fructuosa.

CASVS XXXII.

Nicolaus diues, a multis annis litem mouerat Francisco, de quodam legato, ducentorum scutorum sibi relicto. Et tandem data est a iudice sententia, vt Franciscus legatum soluat, & interim cēsum annuum in re aliqua sua fructifera constituat, donec integrè satisfaciat. Inde ad aliquod tempus rogatus ab amico Nicolaus, censum hunc vendit producentis, & decem scutis, inscio prorsus Francisco: sed quia ab aliquibus ingreditur scrupulus, tum quod ob dilatam solutionem censuale lucrum acceperat: tum quòd censuale ius, carius vendiderat, quam emerat, Parochum adijt.

Quæritur, quid quoad vtrumque sit illi in conscientia dicendum.

IN primo huius casus puncto dubitatio oritur. Tum ex motu Pij V. de cōstituendis censibus, vbi census omnes, alia forma quam illic præscripta, declarantur vsurarij. Tum quod dare aliquid apposita pœna, vt si certo die non reddas, pœnam soluas, vsurarium iudicatur, ab Innoc. in c. Suam, de pœnis, & a Bart. & Sal. ic. in leg. Cum proponas, C. de dolo. Tū demum, quod magnus hic aditus hominibus aperiretur ad vsuras, vt qui facile possent inter se conuenire, vt vnus mutuo det pecunias, & inde ad paucos dies citet alterum ante iudicem, ad eas sibi restituēdas, & quod iste fatebitur se non posse eas restituere, & sic condemnabitur ad censum soluendum, quousq. illas reddat, & hoc modo mutuans lucrabitur aliquid ob dilatam solutionem.

Ego in hoc dubio dicendum arbitror, cōstitutum per sentētiam iudicis cēsum, aut in pœnam contumaciæ, dūmodo contumacia sit vera, & non ficta, id est, quod debitor nolit soluere, cum absque magno suo damno possit, aut ob interesse verum, lucri cessantis, quod creditor ob solutionis moram patitur, esse in foro conscientiæ licitum, ita vt creditor absque vllo scrupulo possit illum censum exigere toto illo tempore, quo principale debitum non soluitur.

Hæc veritas ostenditur. Tum quia pœna etiam à mutuante, bona fide, & moderate imposita, vt per illam mutuatarius ad seruandam fidem cogatur, & promisso die soluat, nec est iniustitia, nec reddit contractum vsurarium: vt docet Syluester, verb. Vsura, 3. §. primo. ergo multo minus erit iniustitia, si eodem respectu, imponatur à iudice.

Tum quia iudex potuit obligare Franciscum ad soluendum statim totum debitum, nulla data dilatione, quod erat Frācisco graue, & damnosum: ergo potuit ēt obligare ad id, quod est leuius, & vtilius,

nempe

nempe vt si nolit statim restituere, censum soluat, donec illa reddat, arg. ca. Cui plus de reg. iur. lib. 6.

Tum quia iudici est licitum, pœnam adhibere ad coercendam debitoris negligentiam, & vt creditor melius suum recipiat: & ideo cum obligatio ad soluendum censum hoc fine sit à iudice iniuncta, profecto in vtroq; foro licita erit, vt est casus expressus, in cap. Suam, de pœnis, & in c. Dilecti, de Arbitr.

Hanc sententiam amplectitur Nau. in comm. de Vsuris. n. 99 §. prima. q. Nec obstat bulla Pij V. Tum quia illa loquitur, & disponit solum de ijs censibus, qui per emptionem dato pretio creantur, vt patet ex versu, Rursum nisi verè in pecunia numerata &c. & ideo non de illis, q. per sñiam iudicis, vel per alios cõtractus, diuersos admodum ab emptione constituuntur. Tum quia rõ tota ob quam præscripta fuit à Pio V. illa forma in censib. ea extitit, vt occurreret fraudibus vsurarum, quæ sub nomine emptionis cõmittebantur: quæ ratio cum omnino cesset in censu pœnali, cessabit etiam ipsa legis dispositio, argu. Cũ cessante de appellat.

Non ẽt obstat id, quod addebatur de pęna imposita, quia respondemus, absolute non esse verum: sed tunc solũ, qñ talis pœna imponitur malo animo, vel est nimis exorbitans, vt qñ mutuãs scit, mutuatarium non posse statuto tempore soluere: aut q̃do iudicis, & creditoris animus fuit obligare debitorem ad soluendum censum, pro vsu illius pecuniæ, & ea præcise rõne, quia interim per illud tempus quo non soluit, vtitur illa, aut cẽsus positus est tantus, quod non seruatur æqualitas, & iustitia debita in esse: in his enim casibus damnat Innocẽtius, & alij Doctores, impositam pœnam.

Non officit deniq; vltimum, quia negamus aperiri ex hoc aditum vsuris, qñ talis censũs hẽt solum rationem pænę, & imponitur ob veram cõtumaciam, & ad tollendam debitoris neglıgentiam. C. de pact. & leg. Nudam, C. de contrahen. vel commit. stipul. leg. Stipulatio ista alteri, ff. de ver. obl. c. Si sæculi leges. 12. qu. 2.

Aliud quod in præsenti casu petitur, illud est, an vendens censum maiori pretio, quam fuerit emptum, seu quam fuerit debitum, pro quo fuit à iudice impositum, vsuram seu iniustitiam cõmiserit?

Respondemus, quod nec vsuram nec iniustitiam commisit, siue vendat maiori, siue ematur minori pretio. Tum quia iustum pretium cẽsuum non consistit in indiuisibili, vbi lege principis non est taxatum, sed habet latitudinem infimi, medij, & rigorosi pretij, veluti merces aliæ, ac proinde licitũ est in foro cõsciẽtiæ, intra illam iusti pretij latitudinem, vẽdere aut emere illum, pluris vel minoris.

Tum quia multitudo venditorum, & paucitas emptorum, & è contra multitudo emptorum, & paucitas venditorum, pretium rerum alterat, & variat: vt Doctores oẽs fatentur: & ideò cum census sit res vendibilis, vt constat, potest minus valere, quando multi sunt qui vendant, & pauci qui emant; & è conuerso plus valebit, si pauci sint venditores, & multi emptores.

Tũ quia passim Romæ seruatur, eos, qui habent in montibus Iulij, pietatis, & alijs emptos census, eosdem aliquando maiori, nonnunquam minori pretio vendere, pro varietate ac multitudine emptorũ seu venditorũ: nec vllus in hac re fit eis scrupulus: qui tñ fieret in oculis Summi Põtificis, si illicitũ quid adesset.

Nec obstat præfata extrauagãs Pij V. in qua expresse prohibetur, pretiũ semel censui constitutum, posse vnquam ob tẽporum aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes, minui vel augeri.

Respondemus primo quod id intelligitur respectu illius, qui in re sua cẽsum cõstituit, & qui emit: ita q. valor cẽsus inter hos semel positus, nõ dẽt alterari, nec mutari per quascũq; accidentarias mutationes: v. g. qñ constituisti, & vendidisti censum, valebat ad rõnem quinq. pro cẽtenario: inde ad aliqđ tps valet ad rõnem octo pro centenario: non poterit venditor,

ditor, nec emptor, contrahere inter se, vt census antea emptus reducatur ad valorem nunc currentem, sed debet immobilis permanere, in pretio suæ primæ emptionis; sed, si nouum velis censum constituere, & vendere antiquum, poteris illum vendere pro pretio currente eo tempore, quo venditur. & sic intentio Papæ non est quod census etiam post eius cõstitutionem, non possit alteri magis vel minus vendi iuxta pretium diuersis temporibus auctum, & diminutum; sed intendit solum prohibere, quod qui emit, aut vendidit certo pretio iusto, non possit, durante eodem contractu augere, aut diminuere pretium empti census iustitia siquidem pretii ad mercedem desumẽda est, secundum tempus in quo fit venditio, & non secundum tempus futurũ, aut præteritum, argu le. Pretia rerum. ff. ad legem Falc. 7.

CASVS. XXXIII.

Gulielmus censum in quodam molẽdino emit soluendum, in certa frumenti quantitate sed post aliquot annos, adueniente maxima frumenti penuria, ita ut frumentum pluris admodum nunc ualeat, quam tempore constituti census, non vult Petrus, qui censum vendit, soluere illum nisi numerata pecunia, ad rationem octo pro centenario, iuxta consuetudinem patriæ, & aliorum censuum. Immo quia molendinum temporis iniuria cecidit omnino, quamuis ex eadem materia sit de nouo totum reędificatum, & constructum a Petro, non vult in futurum soluere censum Guglielmo, Confessorem tamen in his consulit.

Quæritur an teneatur tempore penuriæ, soluere censum in frumento; & ad id ipsum obligetur in conscientia, reparato molendino?

AD primum respondemus, quod vbi principis, & Reipublicæ lege, non est statutum contrarium, soluendus est census fructuarius, in ea fructuum quantitate in qua fuit à principio constitutus; siue pretiũ illius fructus, progressu temporis auctum, seu diminutum fuerit: dũmodo à principio, sub iusto pretio creatus extiterit, vt supponitur, Ita Nauarrus in commentario, de Vsuris, vbi explicat motum Pij V. q. 30. & Magister Salon, part. 2. de Iustitia, tit. de Censibus, controuersia 2. art. 2.

Rationes quib. hæc veritas suadetur hæ sunt præcipuæ. Prima, quia si res vendita iusto pretio, tẽpore contractus empta fuit non debet deinde augeri vel minui, eo quod illius valor postea creuerit, aut minuatur, alioquin rerum omnium fere immobilium pretia, quæ olim venditæ fuerunt, accrescere nunc oporteret, cũ vix vllæ sint, quæ hodie pluris non valeant, quam venditionis tempore ualuerint: & ita nunquam ementes, & vendentes essent tuti in conscientia, quod asserere est absurdum. Secunda, quia in omni genere mercium, iustum illarum pretiũ, ac iusta emptio, & uenditio, non regulatur ex tempore futuro, sed ex pręsente: attenditur enim ęqualitas, inter rem, & pretium, eo tempore, & loco in quo res venditur iusta l. pretia rerum. ff. ad legẽ falcid. Confirmatur, ex l. Sancimus, Cod. de admi. tuto. leg. Qui furere, ff. de testa. leg. Si quis alicui, ff. de acquir. rer. hæred. ex quibus colligit Couar. lib. 3. var. resol. c. 6. nu. 8. id quod semel legitime factum est, non debere retractari, ex iis quæ de cursu temporis postea euenerint.

Tandem oppositorum eadem debet esse ratio, l. etsi contra tabulas. ff. de vulg. sed si prætium frumenti, uini aut olei reddendi in censu esset temporis progressu diminutum, non posset compelli is, qui vendidit censum, ad restituendum aliquid de pretio iuste dato, tempore uenditionis: neque ad soluendum maiorem quantitatem fructus, quam a principio fuit conuentum, & constitutum. Ergo neque

neque propterea quod pretium census, & fructus creuerit, reddi debet minor fructuum quantitas.

Nec obstat si dicatur, q; in censu fructuario, emuntur semper fructus secundum eã quantitatem quæ respondet pensionis pecuniariæ: non aliter q̃ si in numerata pecunia esset pensio reddenda, ac proinde videtur, quod eadem per singula tempora sit fructuum quantitas soluenda, quæ pensioni pecuniariæ pro eo tempore commensurabitur, vt æqualitas semper appareat, v. g. si pretium empti census fuit centum, & eius iusta pensio in pecuniam erant sex, illa tritici mensura persoluenda erit, quæ pro temporis, & loci ratione valebit cõi vsu etiam sex.

Respondetur, quod quamuis à principio qñ emptio, & venditio celebratur, habenda sit rõ in taxandis fructibus pensionis pecuniariæ; quæ pretio empti census respõderet: ita vt de fructibus tanta soluatur quantitas, q̃ta solueretur tunc in censu pecuniario: attamen si progressu temporis augetur, aut diminuitur pretiũ frumenti, non ob id alteratur contractus antea initus; vt cuius æquitas, & iustitia nõ pendet ab euentu futuro, sed à valore rerum in præsenti.

Quod si princeps, habens merũ, & totale imperium, lege sua statueret pro bono suę reipub. vt fructus in censu empti, reduci semper possent ad pecuniam, sm̃ quãtitatem, & valorem illius temporis, quo cõtractus censualis fuit celebratus, iusta esset talis lex, & obseruanda; vt in multis Hispanię regnis decretum esse asseritur, ita vt magis habeatur semper respectus ad pecuniam, quam ad censuales fructus, qui illa æstimantur.

Secũdum quod petebatur illud erat. An molendino diruto, & solo æquato, sed ex eadem materia ibidem alio ædificato, permaneat censualis obligatio.

Ad hoc respõdemus, q; post extrauagãtẽ Pij V. de cẽsib. vbi illa est publicata, & recepta, non tenet᷑ venditor, destructa re cẽsui subiecta, dũmodo id absq; dolo, & fraude sua cõtingat, ad soluendũ amplius iã cẽsũ, etsi in loco eodẽ, & ex materia eadẽ, nouũ molẽdinũ erigat, & reędificet.

Probat᷑ hoc expresse ex verbis eiusdem extrauagantis, vbi dr̃, quod re illa fructifera, cui census impositus est, pereunte in totum, vel in partem, seu infructifera, & inutili reddita, tantundem ẽt pereat census illius; & ideo cũ fuerit destructũ molendinum suppositum censui, necessario ẽt census, qui illi adhęrarat, destructus remanet; sicut destructo subiecto, iam non remanent accidẽtia eadẽ, quę illi inerãt; & destructo fundamento, corruit ædificium, cap. Cum Paulus, 5. q. 1.

Confirmatur, quia iste census cum sit realis, & in rebus certis finibus designata positus, non transit rei eiusdem limites, virtualemq; includit contrahentium intentionem, non ad aliud se obligare, quam ad censum annexum rei; & ideo illa pereunte, censum perire.

Adde, quod si destructo molẽdino, adhuc venditor esset obligatus ad soluendum censum, sequeretur quod non esset census realis, sed personalis; quem dicta extrauagans Pij V. damnat, aut molendinum inseruiret tanquam pignus, & obligatio securitatis pretij accepti, & solutionis census, q; vsura esset palliata; cũ repugnet cõtractui venditionis, & emptionis q; venditor se, & sua bona, ad perpetuã securitatẽ rei venditæ obliget: Nã res empta, post traditionem emptori, & nõ venditori perit: vt constat ex toto titulo, & eod. de peri. & commod. rei vend.

Quod aũt sm̃ molendinum, ibid. ex eadem materia ædificatum, non remaneat subiectum censui, ex eo patet manifestè: quia molendinũ istud, est aliud à prioris nec census fuit impositus huic de nouo erecto, sed alteri iam lapso, & quòd sit aliud à priore probatur. Tum ex l. Quid tandem, §. 1. ff. quibus modis vsus fructus amittitur: vbi habetur, quòd non tãtum si ædes ad areã redactæ sint, vsus fructus extinguitur: verũ ẽt si demolitis ædibus, testator alias nouas restituerit: & paulo infra, §. Si aũt dissoluta. dr̃, quòd si nauis sit dissoluta, licet ijsdem tabulis, nulla

I 2 præ-

præterea adiecta, restaurata sit, vsumfructum extingui. Confirmatur hoc ipsum, ex l. Inter stipulantem. §. Sacramen. vers. & Nauis, ff de verb. obligat. quo loco asseritur, nauem constructam ex materia alterius nauis pœnitus dissolutæ, esse aliã à priore. Tum etiam, ex §. Cum in suo. insti. de rerum diuisione, vbi dicitur, ędificium constructum in vno loco ex materia ædificij destructi in altero, non solum esse aliud ab eo, sed contingere etiam sæpe, vt sit alterius domini.

Fateor tamen, quòd si culpa, & negligentia censuarij, molendinum caderet, & destrueretur, obligatus tunc maneret, ad restituendum damnum illi, qui censum tali molendino habebat. Vel constituendo nouum censum similis valoris super aliam rem immobilem fructiferã. Vel ad minus ad restituendum pretium, quod pro censu accepit. Quod si quæras, an in censibus huiusmodi, ante præfatã constitutionem Pij V. emptis, quæ non nisi de emendis in futurum agit: vel in terris Papæ dominio temporali non subiectis, in quibus talis constitutio nõ fuit recepta, neque est in vsu, dicendum sit, re censuali destructa, nõ teneri amplius venditorem ad soluendum in conscientia censum emptori? dubitatio est non parua. Et quamuis Sotus de iustitia, & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. & Couarr. lib. 3. c. 7. variarum resolut. ac alii quamplurimi arbitrentur, sublata ista Pii V. constitutione, & in terris, in quibus illa nec est recepta, nec obseruatur, stando solum in iure naturali, & diuino, non perire censum, et obligationem persoluendi annuum redditum, etiam si res illi subiecta omnino pereat, & destruatur, hoc præcipuè nixi fundamento: quia obligatio consurgens ex quocumque censu reali, non tam fundatur in bonis, quam in persona, qua venditor se ipsum primo, & principaliter obligat, ad persoluendum annuum redditum, licet assignet in securitatem rem illam, supra quam constituitur, sicut posset assignare fideiussores. Vt enim pereuntibus fideiussoribus, non periret censsus, quia semper manet debitori obligatio personalis: eadẽ ratione, esto pereat res censui subiecta, manet semper venditor censsus, tanquam is, in quo principaliter fundatur obligatio, arctatus ad persoluendũ cẽsum, eo quod censu nõ sit aliud, quàm ius recipiendi a vẽditore illius, annuam pensionem, ex quibus vis bonis, siue realibus, siue personalibus. Contrariam tamen opinionem, nos vt in foro conscientię tutiorem sequimur cum Nauarro in suo commento de vsuris nu. 81. Vbi refert Innocent. Hostens. Ioan. Andreã. Ancharanum, & alios multos in eandem sentẽtiam, quam ex Theologis amplectuntur Diuus Bonauentura in tractatu de contract. peculiari tractatu de cẽsibus Diuus Bernardus Senens. de Euãgelio æterno, serm 41. c. 2. sanctus Antoninus 2. p. tit. 1. c. 8. §. 10. Angel. verb. Vsura. 2 q. 78. Syluester. vsura. q. 6. & quam multi alii, qui omnes arbitrantur, destructa re fructifera subiecta censui, perire insimul, & censum, nec amplius manere venditoris personam obligatam ad soluendam annuã aliquam pensionẽ, nec ad reddendas pecunias, quibus census fuit emptus. Fundamẽtum huius verioris opinionis, hoc est potissimũ: quod obligatio annuæ pensionis, cadit solũ in rem, in qua census cõstituitur, & non in personam, & ideo pereũte re, in qua cẽsus fundatur, perit necessario ipse census. Quod aũt persona sola nequeat fundare censũ, probant præfati Doctores pluribus rationibus, quarũ hæ videantur potissimæ. Prima; quia persona libera non põt supponi, & cõstitui tanquã pignus, aut hypotheca alicuius debiti, vt habetur in c. 2. extra. de pignoribus, & leg. ob æs alienum. C. de actio. & obligat. leg. qui filios. C. quæ res pignori, obligari possunt l. Senatus, §. vlt. ff. de legat. Ergo nec libera persona põt subiici censui, quod maius est onus. Idemq; de censu, quod de pignore, respondisset legislator, si interrogatus fuisset, ac proinde est pro lege habendum, iuxta glossam singularem, l. Tale pactum §. qui prouocauit, ff. de pactis.

Adde

Adde quod etsi olim apud Hebræos, & Romanos in vsu fuerit, se ipsos in seruos creditoribus tradere; post aduétum tamen filii Dei, & receptam eius fidem, non legimus censum in libera persona fuisse constitutum: immò illum ét, qui in prædiis, aliisq. immobilibus rebus creatur non nisi certis adiunctis conditionibus Summi Pótifices iustum, & irritum esse censuerunt: vt constat ex Martini V. Nicolai V. & Calixti III. extrauagátib.

Secunda ratio est: quia conferre Paulo centum scuta, in censum personalé, est obligare ipsum ad annuam pensioné pro vsu pecuniæ, qui vsus, seu pecunia est res consumptibilis: iam autem constituere censum in re mobili, & vsu consumptibili, est aperta vsura.

Confirmatur, quia in vera emptione, debet vltra emptorem, & vendentem, esse aliqua merx, cuius pretiú sit pecunia; in censu autem personali, cum non ematur psona, non videtur ibi esse alia merx, eo maximè si persona est debilis, pauper, nihilque in bonis obtinens.

Tertia, si census personalis esset licitus, occluderetur prorsus via charitatiuę mutuationi, & aperiretur patentissimus aditus mille vsuris, quia diues posset egenti dicere, nolle se mutuare, sed constituere censum supra ipsius egentis personam.

Et præterea; quoquomodo posset licita dici emptio illa, in qua totum rei emptæ periculum, nó penes emptorem, sed venditorem semper manet; sic aút est in censu personali: ná etsi pereant oia bona védi toris, semper emptor manet securus de solutione pensionis, quia manet semper persona obligata ad illam soluendá.

Alia multa incóuenientia, quæ ex censu personali sequuntur adducit Nauar. vbi sup. nota 22. nu. 81.

Ex his colliges prędium, & rem aliam immobilem in contractu censuali, nó assignari pro pignore, seu hypotheca: imò potius pro subiecto, & fundaméto ipsius census: ita vt non ematur res ipsa immobilis, sed ius exigendi in redditibus eius, certam annuá pensionem fructuum, seu valoris eorum. Ac proinde non modo necessariú est, vt res illa, quæ censui supponitur, reddat ad minus tantum, quáta est pensio, quæ emitur, ne aliqua ex parte maneat personalis; sed etiam re destructa, censum destrui.

CASVS XXXIV.

Donus Petrus in Episcopum designatus, cum non haberet mille scuta, quibus indigebat ad expediendas Romæ huiusce dignitatis bullas, petijt illa à mercatore, cum pacto restituendi eadem cum lucro cessante intra duos annos: quibus acceptis, sciuit postea mercator, non habere Donum Petrum alia bona, quá Episcopales redditus, & quod si diu viuat, satisfaciet ad plenum debito, sed si moriatur ante finitum duorum annorum terminum, nihil erit vnde debita soluantur, adijt vnum, qui pro centum datis scutis, dicti Petri vitam asiecurat. Inde ad anniũ Donus Petrus efflauit animam, petit nũc mercator ab assecuratore vitæ, scuta illa mille, & lucra; aliqui tamen ingerunt ei scrupulum, quòd contractus ille assecurationis vitæ, fuerit illicitus.

Quæritur, An vita hominis, possit sub assecurationem cadere.

Negantem partem defendit Hostiensis, quem refert, & sequitur Syluester in sua Summa verbo negotium nu. 4 fundantur hac potissimum ratione, qđ vita hominis, etsi variis periculis sit exposita, nulli tamen pretio est æstimabilis: assecuratio aút circa eas tantú res versatur, quæ vltra periculum, habent ét pretii æstimationem. Præterea, vitæ assecuratio nulli vtilitati Reipublicæ, vel alicui bono cómuni inseruit, sed solo cupiditati. Præbet ét occasioné captandę, ac desiderandæ mortis illius, de cuius vita cócertatur, ac ideo Súmi Pótifices, iure optimo cócertationé, seu vulgariter dictas scommissas,

missas, quãdo vnus spondet, seu disponit illũ, cuius vita assecuratur, tot annos esse victurum, alter contra non esse per totũ illud tempus victurum, prohibuerunt sub variis pœnis. Oppositam tamen sententiam, communis iurisperitorum, & Theologorum schola amplectitur, putãtque, attento iure naturali, & diuino, assecurationem vitę, seruatis debitis huiusce contractus conditionibus, nihil iniquũ, aut illicitum continere. Tum quia etsi vita hominis absolutè, & secundum se accepta, non sit pretio vllo æstimabilis, attamen commodum, seu damnum, quod ex ea alicui resultat, ęstimari pretio potest; & ideo vita sub huius vtilitatis seu nocumenti, iusto valore, poterit assecurari: quia omnis res pretio ęstimabilis, & periculo exposita, est idonea materia contractus assecurationis. Tum quia libertas nullo comparatur pretio, iuxta illud nõ bene pro toto, libertas venditur auro: & tamen quatenus illa multorum bonorum est occasio, & eius defectus aliquorum damnorum causa, æstimatur iusto pretio: ac proinde seruitutis, vel captiuitatis periculum ęquo valore potest assecurari: vt cum quis nauigationem suscipit, vel iter aggreditur per loca subiecta periculo Piratarum, seu latronum, à quibus timet in captiuitatem redigi, manifestum est, posse tũc quærere mercatorem, qui, dato pretio, periculum hoc in se suscipiat: & se se obliget ad illum suis expensis à captiuitate, si in eam inciderit, redimẽdum. Nec obstãt in contrarium adducta, primũ enim Hostiensis, & Syluestri fundamentum, quòd vita hominis non sit pretio æstimabilis, falsum est, si de cõmodo, & damno annexo, & concomitante vitam, loquamur: potest siquidem ex alicuius morte, tantum nocumentũ in eos, quibus iste est debitor, redundare, vt maximo valore ęstimetur: & ideo quamuis vita secundum se, & in genere naturę omne pretium excedat: vt tamen ad eam sequitur vtile, & nociuum aliis, valorem habet, & assecurationis materia esse potest. Ad secundum negatur huiusmodi cõtractum non esse Reipublicæ vtilem. Immò iuuat, & prodest maximè illis, qui pecuniam non habent ad præsens, habituros tamen, si per aliquot annos vixerint: vt hanc à mercatoribus obtineant, assecurãte aliquo ipsorum vitam per illud tempus vt contingit in casu proposito. Ad vltimum dicitur, raro posse euenire, vt per contractum assecurationis vitæ desideretur mors alicuius: immò isto superstite, lucratur assecurator pretium acceptum, & is ẽt, cui fit assecuratio, commodius debita comparabit. Quòd si aliquando accidat casus, in quo propter huiusmodi assecurationem, mors alicuius exoptetur, nõ est id tribuendum huic contractui, nec naturæ illius, sed vitio, & iniquitati contrahentium: sicut donatio rei obtinendę post mortem donantis, & institutio hæredis, ac alia similia nõ dãnantur, eo quod sint non nunquam occasio captandę, & desiderandæ mortis illius, qui donauit, vel hæredem instituit, eo quod tale desiderium prouenit vitio hominum, non ex natura donationis, aut testamẽti. Aduertant tamen confessores, hunc assecurationis cõtractũ, vt iustus sit in quauis materia, quinque prærequirere conditiones. Prima est, vt euentus rei, quæ assecuratur, sit vtrique contrahenti incertus: saltem quãtum ad notitiã, quam de illo vterque habet. Nam aliter ille, cui ęuẽtus certus esset, nulli periculo se exponeret. Secunda est, vt res, quæ assecurantur, existant vere, subiiciantúrque vere illi periculo, cuius securitas postulatur: id.n. quod nõ est, sed fingitur esse, vel si existit, nulli periculo manet expositum, nõ põt esse assecurationis materia. Tertia, vt pretium assecuratori dandum sit iustum, vel cõmuni vsu fori, uel arbitrio peritorum, & prudentũ consideratis temporis, loci, & personarũ circũstantiis, & pro ratione periculi pretium statuatur. Et hinc colligunt Doctores, teneri rei dominum, ad manifestãda vere omnia pericula assecuratori, quæ illi rei accidere quoquomodo possunt. Quarta, vt is, cuius res assecuratur seruet fideliter omnes conditiones, & pacta ap-

posita

posita in contractu. Quinta, vt assecuratur habeat verè in bonis, vnde soluat, alias ficte, & inique pretium assecurationis acciperet: sicut qui luderet, nullam omnino habens pecuniam, ex qua soluat alterius lucra, non potest tuta conscientia aliquid lucrari ab altero lusore. Si igitur in casu proposito, conditione hæ omnes fuerunt seruatæ, licita fuit assecuratio facta de vita D. Petri in Episcopum designati, tenebiturque assecurator, eo mortuo ante præfixum tēpus, ad soluenda oīa debita, prout in contractu fuit expressū.

CASVS XXXV.

GRegorius, & Martinus societatem quandam inierunt datis ab uno mille scutis, adhibita ab alio diligentia, & industria, non minoris pretij, quam essent pecuniæ: eo pacto ut tam lucra, quam damna, ex æquo diuiderentur, semper tamen pars aliqua lucri, in augmentum societatis accresceret: cumq; post aliquot annos, capitale fieret magnum, accidit tandem, vt naue mercibus onusta, ferè totum submergeretur, nec aliud remanserit, quam mille scuta, quibus societas initium sumpsit: & ille, qui ea apposuit, eadem repetit, nolens amplius societatem cōtinuare; sed alter instat, partem dictorum scutorum esse sibi debitam, quæ cū toto capitali erat coniuncta, & ab eo indiuisa: neq; æquum fore, ut sui laboris, & industriæ iacturā, ac damnum ipse solus patiatur.

Quæritur, qua ratione in societatib. debet fieri lucri distributio, tum et damni recōpensatio quando nullum adest lucrum, uel deperditur capitale appositum?

IN hac difficultate existimarūt aliqui, quod vbi industria, & opera vnius æquatur in valore, pecuniæ alterius, debere lucrum ex æquo diuidi inter ipsos socios, deductis expensis, & reb. perditis in progressu negotii. Quod si finita societate, fortuna adeo aduersa extiterit, vt omnia perierint, et capitale ipsum, tunc neutrum ex sociis teneri ad alia qui reficiendum alteri, cum vterque damnum æquale passus fuerit, vnus i apposita pecunia: alter in adhibita industria, quæ in valore illi æquatur. Sed si in fine societatis nullum reperiatur lucrum, capitale vero saluum maneat, vbi industria vnius, & pecunia alterius, æqualia erant, debere capitale illud inter vtrumque socium diuidi, dummodo nulla interuenerit culpa eius, qui operam suam adhibuit: & sic in casu proposito concludunt, mille illa scuta, quę dederunt principium societati, si in fine remanēt, subuersis alijs omnibus, diuidenda esse inter duos illos socios.

Huius sententiæ fuit Conradus de cōtractib. q 93. concl. 2. & Ioan. Maior. in 4. sent. d. 15. q. 47. & Couar. lib. 3. variarū resolut. c. 2. nu. 2. vbi multos alios Doct. id ipsum sentientes adducit. Ratio potissima, in qua hæc sententia stabilitur, hæc est: quòd cum paria in societatem vterq; contulerit, si vnus totum quod contulit, prorsus amittat, nempe valorem suæ industrię & laboris: alter verò reassumat saluum totum quod apposuit, nempe capitale, magna est inæqualitas, quæ repugnat iustę societatis legibus. l. Si id quod in princip. & §. Item Celsus, ff. pro socio. l. Cùm duobus §. quidam sagariam, eo. tit. Confirmatur, quia si industria vnius valet mille scuta, verum erit dicere, quòd vterque posuit in societate mille scuta: vnus in numerata pecunia, alter in opera, & labore: quare si lucrum dumtaxat esset diuidendum, & nō capitale, sequeretur, quod qui apposuit in numismate mille scuta, & lucrum ascendit ad sexcenta scuta, quod iste habebit in fine mille, & trecenta scuta; conferens autem operas habebit trecenta scuta, quæ videtur notabilis inęqualitas. Cùm vterque apposuerit ęquale pretium. Contrariam tamen sententiam nos multo veriorem esse putamus & à cōfessoribus sequendam: nempe capitale integrum, quod vnus apposuit, si remaneat saluum, & totum lucrum pereat, pertinere ad eū, qui illud apposuit,

nec teneri ex eo aliquid conferre apponenti operas, nec ad aliquam compensationem damni, quod est passus in amissione sui laboris, & industriæ. Hanc opinionem amplectitur Caietanus in sua Summa verbo Societas Syluester. Societas. 1. q. 6. Tabiena Vsura, nu. 4. Angelus Societas 1. nu. 17. Naua. in Man. c. 17. nu. 251. Sotus lib. 6. de iustitia, q. 6. artic. 1. & alij Theologi communiter, cui ex iurisperitis adhæret Bar. & Bald. cum alijs eos sequentes, in l. 1. C. pro socio. Et Petrus de Perusio in tractatu de duobus fratribus 3. p. q. 2. & p. 5. q. 17.

Probatur hæc veritas, tum quia capitale, cum sit res permanens, possitq; manere sine lucro, debet eo ipso quod manet, manere domino suo, qui illud apposuit: sicut si perijsset, ipsi perijsset: non. n. per cōtractum societatis amisit, qui illud contulit, verum ipsius dominium: & res quælibet, si perit domino perit, etsi manet domino manet. At opera, & industria cum sint res quædam successiuæ, in fluxu consistentes, non possunt esse sine lucro, quin pereant: & ideo debent perire solum apponenti illas, tanquam eorū dño, quia huic periculo, & dãno se ipsum exposuit, ex vi huius contractus.

Tum quia dominus pecuniæ, duplici periculo ex vi societatis se offert: vno perdendi pecuniam; altero amittendi vsum negotiandi, & lucrãdi cum ipsa alia via, quatenus toto illo tempore, quo societas durat, apud ipsum detinetur occupata, nec alibi pro tunc vti illa potest. Et ideo ex propria ratione, & vi huius cōtractus, si pecuniæ illæ appositę pereant, ipsi domino apponenti perire debent, & si maneant, eidem manere.

Confirmatur, quia sicut apponens operas, quando nullum succedit lucrum, illas perdit: ita quoq; apponēs pecunias, vbi nullum contingit lucrum, perdit similiter vsum suæ pecuniæ, ex qua, si eam alio negotio, quam societatis exponeret, maius forsan, & commodius lucrum adipisceretur: & ideo tam ex vi, & natura huiusce contractus, quam ex communi vsu, & intentione mercatorum, conferēs pecunias exponit se nō tantum periculo perdendi illas suo damno, sed et perdēdi vsum negotiandi cum eis alibi tutius, & fructuosius, & similiter cōferens operas, exponit se periculo, si nullum eueniat lucrū, perdēdi illas, & laborandi in vacuū.

Tum quia societas non ordinatur ad acquisitionē, & diuisionē pecuniarū, q̄ in capitale fuerūt initio appositæ, sed ad solam acquisitionē, & diuisionē lucri vt satis patet. Et ideo si nullum contingat lucrū, nihil debet ex ea recipere aliquis socius, sed vterque frustratur suo vsu, pecuniarū emolumento is, qui contulit: operarū vtilitate, is qui laborauit: vt notat egregiè gl. in l. Societatem, C. pro socio.

Pro responsione aūt ad oīa, quæ à parte aduersa adduci possunt, notanda hæc duo maxime sunt. Primum, quòd licet in societate eiusdem, & vnius rōnis, in qua vterque apponit ęquales pecunias, & parem industriam, si nullū postea adsit lucrū, sed aliquid ipsius capitalis maneat, diuidi debeat ex æquo, inter vtrunque socium, cum æquale damnum vterq. incurrat. In ea tñ societate, in qua vnus solus apponit pecunias, alter industriam, quæ appellari solet diuersarum rōnum, maiori dãno se exponit, apponens pecunias, quam industriam, quia ille sese offert tã periculo perdendi pecunias suas, quã et dãno non vtendi illis in alijs negotijs, ex quibus poterat emolumētū aliquod sperare. Sed conferens tantum industriã, & operas, nulli alteri se offert discrimini, q̄ frustra laborandi: & hoc probat tam recepta inter mercatores consuetudo, quã natura ipsa contractus huiusce societatis.

Secundū aduertendū est, quòd cū apponere operas ad societatē, non sit eas locare: differunt. n. maxime locatio, & societas: hinc est, quod valor operarū, quas socius confert, non debeat æstimari absolute, & secundū se, sed in ordine, & respectu ad lucrū ex societate illa euenturum perpensis oib. circunstantiis, tpis, loci, peritiæ, industriæ, laboris, periculi & alijs similibus, societatē illã cōcomitantibus; cum

cum.n. hmōi societas cōstet ex pecuniis appositis ab vna parte, & industria seu labore ex altera: ita vt vtraque simul concurrat ad commune lucrum, sumendus est operarum valor ex ordine, quem habent in tali negotio cum prędictis circūstantijs ad lucrum illud, quod intēditur.

Ex his facile est argumenta, pro prima opinione adducta diluere. Ad primum .n. dicimus, quod, quia iste contractus societatis, ex propria natura, & vsu contrahentiū, non dirigi ad acquisitionem, seu communicationem capitalis, sed solius lucri (nisi forte ex aliquo speciali pacto, & conditione expressa aliter inter socios cōueniatur) hic fit, vt nulla sit iniustitia, immò maxima ęquitas, quod manēte capitali saluo, maneat ei, qui illud apposuit.

Ad confirmationē dicimus, qd nulla est inequalitas, qd is, qui apposuit mille scuta, reaccipiat finito contractu eadem mille, quorū nunquā amisit dominiū, & vltra hæc detur illi pars dimidia lucri: semper .n. lucrum diuidendū est (si pactū contrariū non obstet) pro rata, & rōne rei ab vno quoq; in eam societatem collocatæ; vnde si nullum sit lucrum, sed capitale dumtaxat maneat saluum, erit illius solius, qui illud apposuit: & si pereat, huic soli peribit: æqualitas siquidem in casu præsente in hoc cōsistit, quod veluti nullo existente lucro, amittens operas, illarū vsu, & vtilitate priuatur: ita dominus pecunię, quamuis eam saluā recipiat, vsu ēt, & vtilitate, quam si alibi cum ea negotiaretur habere posset, similiter priuatur.

Nec obstat, si quis contra vrgeat, vsum pecunię, vt pecunia est, nō distingui ab ipsa, & ipsius dn̄io, cū pecunia sm̄ se sūpta infructifera sit, & ideo nō verè à nobis dici, quòd salua pecunia, pditur vsus eius.

Rn̄demus, quod etsi vsus pecuniæ, vt pecunia est, nō distinguatur ab ipsa: Vsus tn̄ pecuniæ, vt ipsa exponitur alicui negocio, fructifer est, & valorem aliquē hēt, distinctū ab ipsa pecunia: & hunc dicimus, salua pecunia, amisisse, qui eā contulit in societatē, ex qua nullum percepit lucrū. Vide Syluestr. verbo Societas primo q. 6.

CASVS XXXVII.

ANdreas Presbyter, & Canonicus, quāuis diues, vt tamen se, suosq; honorificè sustentet, oues emit ac nutrit, vt caseos ex illis, agnos, & lanas uendat, immò & easdē melioratas cū lucro. Nec nō macellū p carnifices publicos, quorū operas ad id locat, in domo sua exercet; mi-sitq; cōsanguineos tpe messis per agros, ut triticū eidē emant, ac oleū per torcularia ad hæc in Indiam, ubi multo plus ualent, mittenda hisq; negociationibus, positis ēt apud mercatores multis pecunijs ad societatē, tot opes comparauit, ut primogenituram, & maioratum in familia sua ditissimum institueret: nunquā tamē his intentus desijt diuinum officium recitare vel ecclesiæ interesse, aut alia clericalis obligationis munia perficere. Fit tamē à cōfessore magnus illi scrupulus de tot diuitijs per negotiationes acquisitis, nec eum vult absoluere, nisi partē distribuat ī pauperes & oīno ab his mercaturis desistat.

Quæritur, an licuerit præfato clerico, illis modis negociari, & maioratū instituere, possitq; absolui, si nolit desistere.

MVlti sunt, quib. primo aspectu videtur negociatio oīs lucratiua clericis prohibita, nec posse absolui nisi illā relinquant. Tum quod negociatio, retrahit maximè animum à rebus spiritualib., quibus incūbere clericorum est propriū munus: & ideo D. Paulus 2. ad Thimot. 2. præcipit, vt nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus.

Tum quod clericus ordine sacro insignitus, præfertur templo: in hoc aūt negocia agere est omnino illicitum, iuxta illud Christi, Domus mea non est domus negociationis, sed orationis: ergo multo magis id prohibetur clericis: & ideo 2. q. 7. cap. Accusatio, dicitur, illos quos Dominus eiecit de templo, fuisse Sacerdotes, & Leuitas negociantes.

Tum

Tũ quod in varijs sacrorum canonum locis, expresse inhibetur clericis negotiatio lucratiua, vt patet dist. 88. ca. Consequens, & c. Fornicari. & 14. q. 4. can. Si quis oblitus, & c. Quoniam clericus. & c. Negotiatorem, & 16. q. 1. can. 1. & c. Prædicator.

Et confirmatur, quia in iure sunt impositæ grauissimæ pęnæ, contra clericos negociantes: Nam in titulo, Ne clerici, vel Monachi. c. secundum instituta, habetur huiusmodi clericum negotiatorem esse excommunicandum & in c. Sed nec. eo. tit. Venit suspendendus ab officio Ecclesiastico: quod ipsum statuitur, in ca. Consequens est. d. 88. nec nõ qđ deponatur si se non correxerit, decernitur in ca. Clericus, dist. 91. & tandem quod explodendus sit a clericali consortio, dicitur c. Canonum. 14. q. 4. quę omnes istæ censuræ Ecclesiasticæ, cum sint admodum graues, ostendunt manifeste graue, & mortale peccatum esse clericis negociari.

Ego tamen in ea sum opinione, vt putem, hunc clericum, negocia omnia illa, per alios agentem, nequaquam peccare mortaliter: posseque maioratum ad honorandam suam familiam instituere ex opibus sic acquisitis, nec negandam esse illi absolutionem, etiamsi a negotiis nolit desistere Ad veritatem hanc ostendendam, hoc vnum est supponendum, negociationis lucratiuæ duplicem esse quasi speciem: vnam quæ sua industria, & arte res in melius mutat, vt sic melioratas, carius vendat: quę artificium potius, quam negociatio dicitur. Alteram, qua res emitur, vt vendatur cum lucro, sine aliqua facta in ipsam melioratione, quæ propria mercatura appellatur.

Hoc iacto fundamento, tria sunt hic probanda, quæ in nostra responsione ad presentem casum includuntur. Primum est, Non esse illicitum, neque prohibitũ clericis negociationem; quæ artificium dicitur, personaliter, & per se ipsos exercere. Secundum est, negotiationem, quæ mercatura appellatur, vetitam sub peccato mortale esse clericis, personaliter tantum, & per ipsos, non tamen per consanguineos, & famulos, seu alios quosuis exercitam.

Tertiũ est, quod non delinquunt mortifere clerici, licitè negotiantes, vt diuitias acquirant, pro nobilitanda sua familia. Primum horum ostendo. Tum quia in rebus omnibus, in quibus habet locũ ars, ita vt per artem meliores reddantur, locum quod ex earum venditione acquiritur, non tam est negociatio, quam artificium; exercitium autem honestę, & decentis artis, licitum esse clericis, definitur in Concilio Carthaginensi, & habetur c. Clerici. de vita, & honestate clericorum & d. 91. c. Clericus, & de consecratione, dist. 5. c. Nunquam.

Tum quia Paulus qui Apostolicam vitam profitebatur, artem scenofactoriam, cum Aquila, & Priscilla exercuisse legitur, Act. 18. & confirmatur ex glossa. in c. Canonum, 14. q. 4. quæ asserit, non esse prohibitum clericis emere chartam, pro libro conscribendo, vt sic lucrentur victum: quia id non est negociatio, sed artificium, & in c. Peruenit, in verbo Auaritiæ causa, d. 88. affirmat glossa, posse clericos recipere possessiones excolendas, & illas conducere ad sustentationem sui, & suorum. Adde etiã, quod Beatus Petrus, ad Apostolatum assumptus, piscatoriam artem non deseruit & cæteri etiam Apostoli operibus manuum suarum se alebãt.

Nec valet ea distinctio Conradi, de cõtractibus, q. 52. vbi inquit, circa res illas, quarum lucrum potissimè est ex arte, posse clericum negociari, vt in pictura, agricultura, pascendis ouibus, nutriendis iumentis, & aliis similibus, in quibus augmentum pretii, & lucrum, non tam procedit ex reipsa, quam ex arte, & labore artificis: non autem posse circa illas res, in quib. lucrum, non tam ex arte, & industria, quam ex valore ipsius rei nascitur, vt in iis, quæ fiunt ex auro, ferro, ligno, panno, corio, & cæteris; quoniam circa tales non est tam artem, quam mercaturã exercere. Non est inquam hæc distinctio admittenda, sed indistincte fatendum circa

ca omnem rem, in qua per artem potest fieri melioratio, & ex tali melioratione augeri lucrum, esse licitum clericis se exercere: qñ quidem talis exercitatio magis est artificiũ, quam negociũ, ita.n.est artificium emere lanas, ad texendos, & cõficiendos pannos, sicut emere aurum ad vasa pulcherrima efformanda, arg.c. Eiiciens, 14.q.4.

Præterea vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: iam autem in iure, talis distinctio non reperitur, sed absolute, & indifferenter conceditur clericis, posse emere res, quas sua arte, vel industria in melius mutatas, vendant cum lucro. Ita habet Medina Codic. de rebus restituendis, q.30. Syluester, verbo Clericus, 3 q.1. & 2. citatque in eandem sententiam Raymundum, & sanctum Antoninum: eandem sequitur Hostiensis, & Panormitanus in c. Secundum. Ne Clerici, vel Monachi, & inter recentiores Frater Michael Salon, in 2.2. D. Thomę q. 77. art.4. controuersia 4. Secundum nostræ responsionis dictum, quatenus habet, peccatũ mortale esse clericis, negotiationẽ, quæ mercatura dicitur, personaliter, & per se ipsos exercere; est adeo manifestũ, vt probatione alia non indigeat, quam quæ adducitur à D. Thoma. 2.2. q. 77. ar. 4 Magistro Soto de iust. & iur. lib.6 q 2. ar. 2. concl. 5. Syluest. verb. Clericus 3. q. 3. Armilla verbo Emptio. n. 27. Nauar. in Manu. c. 25. n. 110. & 111. confirmantq; hanc veritatem grauissimæ pœnæ, quas canones infligunt clericis, mercaturam per se ipsos agentibus. Quod vero eandẽ per alios exercere non sit clericis illicitum, ostenditur ex eo, quod illa incommoda, propter quæ prohibetur ipsis mercatura, hic cessant: primo quia negotiando per alios, relinquitur eis tempus, & locus ad diuina officia, & preces: secundo quia sic non se immiscent peccatis, & periculis quæ mercatura ferre solet: a quibus etsi interpositæ personę, per quas Clerici negotiantur, non se abstineant, satis tñ est ipsos clericos bonæ, & integræ esse cõscientiæ, & sæpius admonere suos, vt licitè, & Christiane negotia agant: Tertio quia lucrũ, qd est finis mercaturę, nõ est prohibitũ clericis, si cõuertatur in honestos vsus, vt colligitur, ex c. Clericus, d. 91. & infra latius declarabitur.

Confirmatur eadem veritas. Tum ex Clementina prima, de statu Monachorũ, vbi dicitur, Monachos, quibus per se venari prohibitum est, posse id per alios facere: ergo a simili; negotia quæ clerici p se ipsos exercere licitè nequeunt, poterũt tuta conscientia per alios Tũ ex Clementina prima, de vita, & honestate Clericorum, vbi inhibitum est Clericis ne officiũ Tabernarii, aut Macellarij personaliter faciant, qua voce, personaliter manifestè significatur, solam negotiationem personalem per se ipsos, illis interdici, non aũt per alios. Aduertendum est tamen, quod qñ dicimus licere Clericis negotiationẽ, quæ mercatura est, per alios exercere, nõ sic intelligendum est, quasi quod apponenda sit ab ipsis aliqua opera, & industria, quæ ex directo pertineat ad mercaturam, sed solum possunt conferre pecuniam, seu dare illam aliis, qui negotientur ad lucrum clerici. Ita.n. dare pecuniam, non est propriè, & strictè, mercatorem esse: siquidem viri nobilissimi, & viduę honestissimæ, solent collata mercatori pecunia, per contractum societatis, lucrum quærere, nec tamen propterea mercatores dici solent. Tertia & vltima responsionis pars, quod non delinquant mortifere clerici, negotiantes sic licitè, eo fine, vt diuitias acquirant ad nobilitãdam suam familiam, per institutionem primogenituræ, seu erectionem alicuius capellæ, cum administratore perpetuo ex suo sanguine, probatur. Tum quia appetere lucrum, & diuitias tunc solum est peccatum mortale, quando appetitur tãquam vltimus finis, ita vt magis diligatur lucrum, quam Deus; & opes præferantur diuinis mandatis: vt docet D. Th. cum communi 2.2. q. 118. hoc autem nõ contingit in casu proposito. Tũ quia etsi finis negociationis sit lucrum, cum hoc non sit intrinsece malum, & a clerico negotiante

40 q. 3. monito 33 Quod si quis contra adducat, peccare mortifere religiosum, contrahendo, vel quasi contrahendo, adeundo hæreditatem, acceptãdo donationem, vel legatum, & cætera huiusmodi: eo quia per votum solemne paupertatis, non tãtum omnibus eis quæsitis, & quærendis, immò etiam capacitati quærendi renunciauit, vt docet D. Thom. q. 186. art. 3. & 6. Respõdemus, id verum esse, quãdo contrahunt, emunt, & negociantur, intentione actuali seu virtuali quærendi illa bona, seu pecunias sibi quoad dominium: hoc enim repugnat voto paupertatis: secus autem est, quando intendunt saltẽ virtualiter acquirere illa ordini, & monasterio quoad dominium, sibi autem, quoad vsum tantum, de facultate superioris: peculium enim monasticum, licitum esse religioso, constat ex c. Monach. de statu Monach. quia, etsi habere proprium quoad dominium, & proprietatem, vel quasi, seu quoad veram possessionem, aut quasi iuris rei pecuniariæ, seu quoad vsumfructum, vel vsum, præsertim quatenus sunt iura, repugnet voto solemni paupertatis: non tamen quoad detentionem, & vsum, administrationẽ, & possessionem facti tantum: quia huius sunt etiam capaces serui, & quiuis alius, leg. stipulatio ista §. Hæc quoq;. ff. de verborum obligatione, et l. Placet. ff. de acquir. hæred. & toto tit. inst. per quas pers. nob. acquir. & tradunt Doctores in d. c. Monachi, sub fine, de statu Monachor. Nauar. commentario 1. de Regularibus, nu. 15. & 19. Quod si quis adhuc vrgeat ex verbis Concilii Trid. ca. 2. de Regularibus, sess. 25. Nemini igitur Regularium, tam virorum, quam mulierũ, liceat bona mobilia, vel immobilia, cuiuscunq; qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis quęsita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus, possidere, vel tenere: sed statim ea superiori tradantur, conuentuiq; incorporentur, & infra. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsumfructũ, vel vsum, administrationem, aut commẽdam. Quibus verbis prohiberi videtur religiosis, habere aliquid proprium quomodocumque etiam ad vsum, nec etiam de licẽtia superioris. Respõdemus, quod Concilium ibi loquitur de proprio quoad verum dominium, & verã proprietatem, seu quoad facultatem administrandi tam libere, vt in vsus quoscumq; etiam profanos possit disponere, veluti seculares de vere sibi proprio disponunt: hoc n. simpliciter prohibetur regularibus, nec prælati possunt talem licentiam concedere: sicut neque ipsimet Prælati ea vti: cũ aduersetur voto paupertatis: sed non loquitur, nec prohibet habere proprium, quoad administrationem talem, per quã valeat disponere in suos vsus honestos, alios pios tantum de superioris licentia, expressa, vel tacita cũ hoc peculii genus concedat Concilium Lateranense, relatũ in d. c. Monachi, de statu Monach. & probat Panor. in c. Cum ad Monasteriũ. de statu Monac. & Bartolus communiter in hoc receptus, in Authen. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. vbi inquit, valere professionem, qua aliquis profitetur, cum pacto adiecto per viam modi, sed non conditionis, quę suspendat actum: vt sibi relinquatur administratio suorum bonorũ ad se sustentandum: quod pactum, etsi ab alio prælato, successore, immò in rigore iuris, ab eodem reuocari valeat, manente sẽper professione in suo robore, vt asserit Panor. in c. Edoceri, de rescrip. & Decius ibidem, n. 5. eam tamen licitè, si volunt, possunt iidem Prælati seruare; quod est nostrę responsionis fundamentũ. Videatur Nauar in commentario 2. de Regularibus, nu. 14. & 15.

CASVS XXXVII.

Bernardus, cum vitam spiritualem profiteatur, nullum in toto anno se nouit commisisse peccatum mortale, & quia vult in paschate communicare, nec parochus vult ei cõionem dare absq; fide cõfessoris approbati ĩ scriptis, quod fuerit

in quadragesima confessus, & absolutus: qui, etsi poterat de venialibus confiteri, putat tamen praeceptum Ecclesiæ ad id non obligare.

Quæritur, an possit sacram communionem accipere absque venialium confessionem: & an præceptum Ecclesiæ ad ea confitenda ipsum obligat?

Respondetur ad primum, non teneri Bernardum ad confessionem venialium in particulari, nec in generali, sed sine horum cōfessione sacra Euchari stiam sumere posse, & eam à parocho petere. Nec tenetur flectere genua ad pedes parochi, vel benedictionem ab illo accipere, quia istę ceremoniæ nulla lege præcipiuntur, vt necessariæ; sed sat est, quòd sacramentum Eucharistiæ petat, & ad illud sumendū cum alijs accedat; & si parochus interrogauerit, an confessus fuerit? respondeat quod non, eo quod nullo mortali peccato, cū Dei gratia cognoscit se maculatum; cui sic dicenti parochus tenetur credere, nisi per aliā viam illi constet de prauitate, & mala vita hominis.

Probatur. Tum quia sacramentum pœnitentiæ est secunda tabula post naufragium: iam autem peccatum veniale non frangit innocentiæ nauim, quia nō separat à Deo, & ideo non est naufragium. Tum quia ecclesia, sicut non potest sacramenta instituere, ita nec formā, nec materiam mutare. Et cum venialia non sint de iure diuino necessaria materia pœnitentiæ sacramentalis, nō potuit Ecclesia hęc facere necessaria. Tum quia si venialia essent per se materia necessaria huius sacramenti, tūc adiuncto etiam mortali deberent in confessione dici: vel si in habente peccatum mortale non sunt de necessitate confitenda, nec etiam erunt per se, alias ille, qui longo tempore esset in venialibus, & repente incidit in aliquod mortale, remaneret per hoc mortale liber ab obligatione, quam ante habebat confitendi venialia, quod nullus dicet. Tum quod Ecclesia instituit multa alia remedia ad remissionem venialium, vt aquam benedictam, confessionem generalem, benedictionem Episcopi, & alia, per quæ satis aperte declarat noluisse ad eorum confessionem pęnitentes obligare: ita Sotus in 4. d. 18. q. 1. ar. 3. Nauarrus in Man. c. 21. nu. 34. D. Thom. 3. par. q. 65. ar. 1. vbi ait, ad veniale nullum esse directum sacramentum.

Nec obstat si dicatur, Ecclesiam pręcepisse, vt omnes confiteri debeant semel in anno; & ideo ad obediendum Ecclesiæ teneri quemlibet ad cōfitenda venialia, quæ esse possūt materia sacramēti, quod fuit argumentum, ob quod D. Bonauentura in 4. d. 17. q. 2. art. 2. & Ricard. ibid. & Alex. de Ales 4 par. q. 77. art. 1. & alii putarunt, teneri quemlibet semel in anno ad confessionem siue mortalium, siue venialium, & mortale non habet.

Respondemus, Ecclesiæ præceptum non esse aliud a diuino, nisi quod determinat tempus, & ministrum, cœtera relinquit dispositioni iuris diuini: & ideo non iubet Ecclesia confiteri alia peccata, quam quæ ius diuinum obligat, & sūt mortalia tantum. Non etiam obstat dicere, quod sicut data est potestas sacerdotibus remittendi omnia peccata, tam mortalia quam venialia. Ioan. 20. Quorum remiseritis, &c. Ita pariter impositum esse subditis confitendi non solum mortalia, sed venialia. Respondemus, disparem esse rationem: nam facultas absoluendi, debuit esse amplissima, vt extenderetur etiam ad venialia, quæ quis spontè confiteretur. Oportebat enim in sacerdotibus esse ad omnia peccata absoluenda amplissimam authoritatem, per quam volentes etiam venialia confiteri ab illis absoluerentur. Sed obligatio in subditis ad confitendum, iudicari debet ex natura peccatorum. Et quia confessio instituta fuit ad recuperandam Dei amicitiam, quę per venialia nō amittitur, ideo nulla imposita est de venialium confessione obligatio, vt ait Sot. vbi supra. Ex his colliges causam, ob quam de Apostolorum confessio-

fessione, nulla vel ab ipsis, vel ab aliis scriptoribus facta sit mentio, eam fuisse, quia à die Pentecostes, quo repleti sunt Spiritu sancto, nequaquam lethaliter deliquerunt, vt qui gratiæ confirmationem tunc acceperunt, cum qua mortale delictum stare nequit. Vnde, etsi peccata venialia habuerint, quia tamen his à gratia Dei non excludimur, & in ea frequenter labimur, ideo multis aliis remediis, quã per confessionem expiari possunt, quamuis rectè, & vtiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dici valeant, vt ait Concil. Tridentinum sess. 14. c. 5.

Ad secundum, An saltem possit Ecclesia obligare fideles ad confitenda venialia? Respondeo, quòd etsi Nauarr. cum Caiet. & alijs in c. Placuit. de pœnit. d. 6. nu. 122. § Ad quartum, videatur existimare Ecclesiam id posse, & Sot. in 4. sent. d. 18 q. 1. ar. 3. §. De monachis, dubius permaneat: ego tamen, puto ab Ecclesia hoc pręcipi non posse absque pœnitentium consensu. Tum quia sacramentorum materiam instituere, requirit potestatem excellentię, quam Christus Ecclesiæ non communicauit, vt Theologi omnes affirmant. Iam autem venialia, facere materiam necessariam confessionis, cum de iure diuino non sint, spectat ad potestatem excellentiæ. Materia enim est pars essentialis sacramenti: & ideo si totum non potest institui ab homine, neque pars, arg. l. Quæ de data. ff. de rei vendit. & c. Pastoralis. §. Item cum totum, de offic. delegat.

Tum quod peccata iam confessa possunt esse materia confessionis, nõ minus quam venialia. Immò ad absoluẽda mortalia iam confessa, & absoluta, requiritur potestas non solum habitualis, quæ datur in caractere sacerdotali, sed actualis in cõfessore, per approbationem ab Episcopo iuxta formam Concil. Tridentini. Et tamen Ecclesia non posse aliàs rectè confessum cogere, vt peccata, de quibus fuit semel legitime absolutus, iterum eadem confiteatur, probat letissime Nauar. in c. Placuit, de Pœnit. dist. 6. num. 112. § His tamen non obstantibus. Ergo multò minus venialia. Tum quia confessio sacramentalis, cum, sit non solum de peccatis externis, sed omninò internis, etiã si nullo signo exteriori fuerint manifestata, vel foras producta, sit facienda: non potest alia potestas, quam diuina, de his prorsus internis quippiam pręcipere, cum nec ea punire valeat, c. 2. de const. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & l. cogitationis pęnam nemo meretur, ff. de pœnis, c. Cogit. de pœnit. distinc. 1. & D. Thom. 1. 2 q. 100. art. 9. & quolibet 4. artic. 12. & 2. 2. q. 11. ar. 4.

Non negamus tamen posse quemlibet ex voto, quod est actus voluntarius, quãuis quoad redditionem sit necessarius, obligare se ad confitenda venialia, sicut etiam ad reconfitenda mortalia, sicut potest se obligare ad castitatem, & virginitatem ex voto, non tamen ad hoc arctari potest lege humana, c. integritas. 21. q. 1.

Et ad statuta aliquarum religionum, quæ ex regula, & constitutionibus obligantur sub pęna peccati mortalis ad confitendum singulis mensib⸗s. Respondetur primo illam legem obligare non ex se, sed ex consensu saltem tacito dictorũ religiosorum, qui profitentes illum ordinem, secundum talem regulam, & constitutiones, videntur tacite saltem cõsentire, velle se peccata venialia confiteri, sicut initiatus ordine sacro obligat se tacite ad seruandam castitatem. Respondetur secundo cum Soto, vbi supra, quòd illa statuta debent intelligi sicut c. Omnis, de pænit. si monachi habent mortale, de quo confiteri possint. Et ideo Concilium Tridentinum sess. 25. ca 10. de regularibus dicit, quod moniales sunt admonendæ ad Episcopis, ut saltem singulis mensibus confessionem peccatorum faciant. Admonitio autem non dicit necessitatẽ, sed consilium.

CASVS XXXVIII.

Princeps in suo secreto consilio proponit N. ad quandam dignitatem, ad quã putat illum esse dignum; sed Consiliarij sciunt

sciunt alium esse digniorem, cuius forsan Princeps non recordatur: immò norunt aliquos defectus in persona proposita, quæ tali dignitati aliqua ex parte obstant: ne tamen Principi molesti sint, simpliciter approbant propositum.

Quæritur, Quomodo Confessores se debeant in hac parte cum Consiliarijs gerere, vt tuti sint in conscientia?

RESpondeo, quod etsi vtile sit reipublicæ, & egregium boni consiliarii opus, quando commode fieri potest, reuocare in memoriam principi personam aptiorem, & digniorem, quando illa in promptu est: suo tamen satisfacit officio, si illum, quem princeps nominat, & non est indignus suo suffragio, approbat: idq; nō solum in dignitatib. Ecclesiasticis, sed etiam in aliis officiis, & negotiis facere poterit. Primum ostendo: quia reuocando principi in memoriam personam digniorem, præsentatur illi quanta sit habenda ratio meliorationis in dignitatib. & Ecclesiæ vtilitati maiori consulitur: & digniori calcar ad virtutem adhibetur, vt ait August. de Ancona lib. de potestate Ecclesiastica q. 3. ar. 4. Confirmatur, quia negari nequit, optimi consiliarii officiū esse non solum malo pro uiribus obstare, & id, quod per se est bonum, quando proponitur, approbare, sed etiam quod melius est in medium adducere, & consulere: nam obiectum quò præstantius, eo actio virtuosior cęteris paribus. Hinc D. Bernard. li. de considerat. ad Eugeniū Papam loquens de suis consiliarijs, inquit, sint fideles ad dispensationem, in iudicio recti, in consilio prouidi, in iubēdo discreti, in loquendo modesti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in hospitio non dissoluti, in conuiuio nō effusi, in omnibus circumspecti.

Secundum ostendo; primo quia dignitas personæ non est metienda simpliciter, sed in ordine ad dignitatem vel officium, in qua re sunt multę circunstantię perpendendæ, de quibus non est facile iudicare. Vt docet D. Th. 2. 2. q. 63. artic. 2. & ideo satis erit, quod a principe iudicetur quis dignior, quāuis à consiliario ferente notum non uideatur nisi dignus: argumen. c. Metropolitano, dist. 63. quæ dignitas cum sit moralis, potest etiam regulari per id, quod secundum prudentiā proponentis speratur futurum, ut ait Sotus lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 2.

Secundo, quoniam ille dignus, ex eo quod est à principe suis consiliarijs ad dignitatem aliquam propositus, acquirit ius saltem diminutum ad illam: præsentatio enim licet non det ius perfectum, quod dicitur ius in re, dat imperfectum, quod vocant ius ad rem, vt ait Nauar. in Manual. cap. 17. dignior autē eo solum quòd dignior, nullum ius habet, vel ī re vel ad rem, vt patet: & ideo nemo potest ius illud tollere nominando quē putant digniorem, immò qui per vim, aut fraudem mutaret tunc animum principis, ea etiā intentione, vt collatio dignitatis fieret digniori, tenere ur ad restitutionem digno prius præsentato: quia iniuste ablatū est ab illo, quod obtinuerat vi præsentationis, Sot. de iust. & iure, lib. 4 q. 6. art. 7. Nauar. in Manual. cap. 17. nu. 73. & cap 25. tit. de peccatis scholast.

Nec obstat dicere, quòd sicut proponens agit cōtra iustitiam cōmutatiuam, & fidelitatem dispensationis, estq; acceptator personarum, præferendo dignum digniori, vt ait D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. & in quodlib. quæst. 7. artic. 8. sic etiam consulens, qui fūgitur officio a consiliis: quia non solum qui faciunt, sed, & qui facientibus consentiunt, ex æquo peccant, ad Rom. 1. Respondemus primo, illud intelligi de consentiente in malo, cui tenetur ex officio obstare, vt teneretur consulens, quando proponeretur omnino indignus, ut dicitur in c. Culpam, d. 86. in dignitatibus aūt, quando melioratio nō est excessiua notabiliter, non peccat proponens, & multo minus approbans. Ita Sotus de iustitia, & iure li. 3. q. 6. ar. 2. Respōdemus secundo, illud esse verum de cōsulēte, qui est causa sine qua non qualis est

solus

solus ille, qui mouet ad agẽdum actum: & in eo quidem ita agit, vt ipse tantum sit causa actus, nullo alio accedente. Ita D. Thom. 2. 2. q. 52. art. 7. & Caiet. ibidẽ S. Antonin. 2. par. tit. 2. c. 2. Syluester verbo Restit. 3. §. 6. gl. in c. Nuper, de sent. exc. & in l. 1 §. persuadere, ff. de seruo corrup. Tertio probatur id ipsũ, quia nec iustitiæ ratio, nec charitatis præceptum obligat ad aliud quàm a præcauendo a damno, errore, & dolo, quæ aduersãtur per se bono, & ideo obligationi consiliarii satisfacit, qui per se bonum intendit; vt inquit D. Thomas quæstionibus de veritate q. 17 ar. 3. ad 2. & Arist. 6. Ethic. Et confirmatur, quia idem finis, qui est in agendo, videtur debitus, & sufficiens in consulendo: in actionibus autem non semper tenemur ad optimas, & heroicas, sed ad eas quæ sunt bonæ, & vitio carent. D. Tho. 2. 2. q. 124. art. 3. & 14. q. 1. §. Quod præcipitur. Non negarim tamen, quod in eo negotio, in quo consiliarius crederet, & speraret sua authoritate posse facile principem ad id, quod optimum est inducere, non satis tunc illi esse bonum, quod proponitur comprobare, nisi melius quod nouit consulat, & suadeat: ageret siquidem cõtra propriã conscientiam, si æquali facilitate posset id, quod melius est, obtinere, hoc relicto ex propria negligentia, minus bonum prælige ret, vt notat Augustin. de Ancon. de potestate Eccl. q. 3. art. 4.

Ex his omnibus colligo, dandum esse aliter votum, quando proponens à consiliarijs de re aliqua consensum solum petit: & aliter quando illorum sententiam vult. Nam in dando consensu, satis est attendere, num id, quod bonum sit, proponatur: quo constito, poterit tuta cõscientia iudicium proponentis sequi, quem verisimile est, re prius satis superque cõsiderata, & deliberata, illam sic proposuisse. Quod si sententia sit danda, tunc libere est proferenda, & ad melius semper respiciendum. Et sic concilianda puto varia iura, quorũ aliqua dicunt sufficere pro bono suffragari, vt ext. de elec. alia, nõ nisi, ꝑ meliori, vt notat Hugo 8. q. 1. c. Licet. Colligo deinde, si res ꝓposita non vĩ cõsiliario bona, sed mala peccare tũc mortaliter aut tacẽdo, aut proponẽtis iudicio, seu aliorũ opinioni se remittẽdo; & multo magis expresso suffragio illã approbãdo: tũ quia officio boni cõsiliarij, ad quod est assumptus, & pro quo recte agẽdo cõmunes redditus habet, nõ satisfacit: Et ita deest in ea re, ad quam tenetur nõ solũ ex charitate, sed ex iustitia, arg. l. vt parẽtibus, ff. de iustitia, & iur. c. Duo ista nomina, 23. q. 4. & notat Panor. in c. 1. de rest. spol. n. 9. & est tex. in c. Fundamẽto. §. Decet, de electione in 6. Tũ etiã, quia tenendo aliud interius, & aliud manifestando exterius, mẽtitur pessime, & in re graui, Secundum Augustinũ in cap. Homines, 22. q. 2. Tũ quia scãdalum præbet cæteris audientibus, & scientibus id, ꝙ est malũ, & nociuum, ab illo publice ob humanum respectũ approbari, arg. 22. q. 5. cap. Hoc videtur D. Tho. 1. 2. q. 43. art. 4. Syluest. & alii verbo Consensus, q. 3.

Colligo tandem quando res, quæ proponitur, est dubia, posse consiliariũ tuto vel proponentis iudicio se remittere, vel aliorum prudentium votis conformare. Nam iusta ex causa in rebus dubiis, velle aliorum qui experientiam, & zelum Dei habent sequi sententiam est viri optimæ conscientiæ. Immò ad effectum non peccandi in dubiis sufficit eligere pro vera opinionem illius, quem merito cẽsemus esse virum idoneum, ad id scientia, & cõsciẽtia præditum, ut ait Nauar. c. Si quis autem, de pœnit. dist. 7. nu. 284. & in Manual. cap. 27. num. 288.

In secundo quæsito, duo petuntur: vnũ est, an teneatur consiliarius uotum suũ dicturus, detegere nominatim vitia, & defectus, qui obstãt illis, qui ad dignitates, vel officia proponũtur? Alterum est quomodo in his se gerere debeat, vt muneri, & conscientiæ suæ satisfaciat? Ad primum rñdeo, si vitiũ, & defectus est notorius notorietate iuris, seu facti, aut saltẽ fama publica proclamatus, non modo potest, sed tenetur consiliarius ex officio sibi iniun-

cto, & principis coadiutor, illum manifestare: ne defectuosus, & indignus assumatur ad dignitatem. Tum quia sicut licitum, immò debitum est principi inquirere specialiter de persona promouenda, capi. Cum dilectus, extra de elect. Ita licitum, & onus erit consulentis, dum ab eo de qualitatibus alicuius personæ inquiritur, veritatem propalare, & defectus denuntiare, quando nec sunt occulti, nec ita emendati, vt non supersit adhuc aliquod periculum confirmandi in dignitate vitiosum. D. Tho. 2.2.q.69 ar. 2. Palud. in 4. sente. dist. 19. q. vlt. Bart ff. ad l. Iul. de adulterijs, post gl. §. Si publico Extrauag. ca. ad reprimendum.

Tum quia in manifestatione defectuũ quoties non intenditur cõdemnatio aut pœna inquisiti, sed euitatio erroris aut damni, quod fit Ecclesiæ electione seu confirmatione indigni, licitum, & debitum est tales defectus manifestare, & maxime illi, cui ex officio incumbit bono communi reipublicæ prospicere. Sot. de ratione tegendi secreti, memb. 1. quæst 6. concl. 3. colligitur ex cap. Qualiter, & quando, de accus.

Tum quoniam, veluti crimen, quod vergit in perniciem publicam, & potest idoneis testibus probari, quilibet tenetur ad iudicem illud aut accusando, aut denuntiando deferre: eo quia vnicuique incumbit lege naturę, cura boni communis: & propterea quando bonum commune versatur in periculo, quisque debet illi occurrere, etiam cum damno propriæ famæ, aut rerum suarum, vt docet D. Tho. 2.2. q. 70 art. 1. Alex. 3. par. q 42. memb. 1. Theologi in 4. sent. dist. 39. Canonistę in cap. Nouit, de iud. ita quia in damnum Ecclesiæ redundat, quod vitiosus, & defectuosus ad illam eligatur, potest, & debet consiliarius, cui cura est boni communis Ecclesiæ, si nouit defectus, huic publico nocumento obuiare, eõdẽ illi, qui potest prodesse, manifestando.

Quod si defectus est secretus, nec omnino emendatus, vel est de illorum genere, qui reddunt hominem indignum, seu inhabilem ad talem dignitatem, seu officium, necessario erit à consiliario sciente denunciandus: tum quia crimen alienũ etiam secretum, quando est in præiudicium tertij, & maxime boni publici, tenetur qui illud scit, statim ex charitate reuelare, eo quod bonum commune præualet bono fame, & honoris cuiuscunq; personæ particularis, & qui est principi à consilijs obligatur ex iustitia, vt cui ex munere imposito incumbit consulere, & prospicere bono vniuersali D. Tho. vbi sup. Nau in Manual. c. 17. nu. 55. arg. c Præterea, 2. de spons quatenus habet eũ, qui nouit aliquem habuisse rem cum cõsanguinea eius, quam vult in vxorem ducere, teneri ad denunciandum, quo iniustum matrimonium, & peccata quæ ex eo sequuntur, impediantur.

Tum quia ad euitandum iniustum dãnum, quilibet tenetur facere quod in se est, vt veritatem denunciet ei, qui potest prodesse. Syluest. verbo Testis §. 8. Tab. & alij, eod. Sot. lib. 5. de iustitia & iure. q. 7. art. 1. concl. 3. arg. gloss. super illud ad Rom. 1. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, vbi ait, consentire est tacere, cum possis redarguere: & pari ratione cũ possis denunciare, iniustum autem, & graue damnum fit Ecclesiæ eligendo indignum, & defectuosum; & propterea, vt bono animæ huius eligendi consulatur, scandala probabiliter futura vitentur, reipublicæ damno occurratur, vitia personę quantumuis secreta, non tamen via confessionis cognita, erunt proponẽti manifestanda, maxime à consiliario, cui ex munere officij incumbit inuigilare communi Ecclesiarum vtilitati.

Tum etiam, quia nullus status, nullũ votum, nullum pręceptum excusat, vel inhabilem reddit hominem potentem subuenire, à subuentione proximi in casu extremæ necessitatis, nisi velimus dicere statũ perfectionis, charitati contrariũ inueniri, q est impossibile. Cõstat aũt extremæ necessitatis casũ esse, qñ aliud nõ est remediũ ad euitãdũ dãnũ corporale, vel

vel spirituale proximi, nisi reuelatio personæ fiat alii, puta superiori: & si hoc contingit in nocumento priuato, multo magis in communi, & ad hanc subuentionẽ erit magis astrictus, qui de bonis illius communitatis viuit, & qui ex officio hẽt, vt ad bonũ publicum intẽdat; cum ergo ex propositione, & electione indigni, & defectuosi magna sequantur Ecclesiæ dãna quib. non põt alio modo obuiari (vt supponimus) quã manifestando eligendi defectus; ideo non põt excusari ab eis reuelandis consiliarius, qui eos nouit, & hoc non est denũtiatio fraterna quia nõ fit ad emendationẽ proximi: nec iudicialis, quia non petitur proprium interesse, nec est accusatio, quia non intenditur oĩno vindicta legis: sed est denunciatio canonica, quia fit dumtaxat ad euitandũ damnum: vel est exceptio, quia ad id respicitur, ne defectuoso, & vitioso Ecclesiastica dignitas conferatur. D. Tho. 2.2. q.33 art 7. Et Caiet ibi, item q.70. art.1. Sot. l. de rõne tegen. secret memb. 2. q.7.

Confirmatur hoc ipsum exemplo, tum prudẽtis illius, & fidelissimi Chusai, qui Consilia Absolonis pessima Dauidi reuelauit 1. Reg. c 17. tum Elisei, qui magna regis Syriæ secreta Israelis Regi denunciauit 4. Reg. c. 13.

Ad quæsitum vltimum respõdetur, in his defectibus, & maximè si sint occulti, debere consulentem ita se gerere, vt alii aperte cognoscant illum non moueri ad eos propalandos odio personæ, sed zelo boni cõis: & ideo fit valde oculatus vt nihil aliud reuelet, quam quod ad occurrẽdum imminenti malo fuerit necesse Nã si sufficeret in genere dicere, illum, qui proponitur, esse non bonum, & parum aptum ad illud munus, non esset tunc aliqua specialis declaratio facienda: & si sufficeret vnius vitii manifestatio, nõ deberet fieri plurimum: quando. n. bonum cõmune, & fama proximi, seruare simul possunt, ad vtrumq; obligatur consiliarius, peccatq. grauissime non attendẽdo ad famã proximi, quoties absq. illius detrimẽto põt iniustũ Ecclesiæ, vel reipub. nocumẽtũ impedire. D. Th. quodlib. 11. q. Caiet. 2.2. q. 33. ar. 7. Nau. in cã. Sacerdos n. 14. & in Man. c. 18. nu. 56.

CASVS XXXIX.

Episcopus destrui fecit quoddam altare, in quo inuenta fuit quædam capsula argentea clausa, & intus quędã paruula hostia in duas parte diuisa, cum purissima membrana, in qua cõtinebatur fuisse altare illud à quodam alio Episcopo consecratũ die. 19. mensis Iunij anni 1346. Vidensq. quod ab illo tempore consecrationis vsq. ad diem 13. Februarij 1593. erãt transacti 247. anni, & nihilominus hostia illa erat albi coloris, & partes illius ita coniũgebantur, vt nihil deeße videretur, ideoq; credens illam esse consecratam detulit solenni processione ipsam ad parochialem Ecclesiã, & alio die Missam celebrans. aliquã sensit panis saporẽ.

Quęritur, an peccauerit mortaliter, aut aliquem errorem fecerit exponendo populum periculo idololatriæ.

Respondeo Episcopum non modo non peccasse: sed adorando hostiã illam, vt verũ corpus Christi, optime fecisse: cum dubitari nequaquam possit, hostiã illã fuisse consecratã, & loco reliquiarũ in consecratione altaris positã.

Tum quia id esse licitum, quam plurimi tenuerunt Doctores, inter quos fuit Iohannes, in c. Placuit, de consec di. 1. & glos. aperte in eodem c. Placuit, §. Reliq.

Tum quia, fuisse olim in vsu inter fideles loco reliquiarum ponere Corpus Christi, colligitur tam ex libro Pontificali, quem hoc innuere refert Hostiensis in sua Summa tit de consecratione Ecclesiæ vel altaris §. Dicunt ẽt aliqui, quã ex facto Leonis Papæ, quem dedisse partem corporalis, & Corporis Christi in consecratione cuiusdam Ecclesiæ, refert Sylu. verb. Altare, q.4 & Armill. eod. n.7.

Tum quia a 247. annis quando illud altarę consecratum fuisse dicitur, & in loco vbi nullæ aliæ reliquiæ aderant, non potest dubitari; quod hostia fuerit ab Episcopo reliquiarum loco posita, nisi consecrata, & ideo cum adhuc essent ibi vera panis accidentia, de fide est tenendũ sub illis speciebus, esse Corpus Christi, ac proinde vt tale venerandum, & adorandum. Tum quia maximè quod præter naturam est, & miraculi loco ascribi debet, quod in tam longo tempore non sint illæ species consumptæ, nec in alterius rei formam redactæ, sed integræ, tam quoad quãtitatẽ, quã quoad qualitates oẽs ad illũ vsq; diẽ permanserint; ac propterea Episcopus pro inflammando populo ad fidẽ, & excitandam fidelium deuotionem erga tantum sacramentum, quod plebem conuocauerit, & Sacramentum illud ad Parochialem Ecclesiam adorandum detulerit, & altera die celebrata Missa consumpserit, actio fuit non solum reprehensione carens sed maxima laude digna.

CASVS XXXX.

Matthęus, vt in matrimonium deduceret consanguineam, agit cũ quodam banchario, vt dispensationem impetraret a Summo Pontifice; qua obtenta, celebratum est matrimonium: sed inde ad paucas dies profecto in Indiam Matthæo conuictus fuit & iudicatus dictus bancharius bullarum Apostolicarũ falsarius, & vt talis punitus: irritante Papa omnia, quę erant facta per litteras, seu dispensationes ab isto impetratas, isti consanguinei non curarunt obtinere nouam dispensationem, immò fęmina probans falsis testibus maritum in partibus Indiæ esse vita functum, nupsit alteri: nunc autem quod ab India est sanus, & diues reuersus, cupit fæmina ad illum redire consulitq; de hac re doctũ confessorẽ.

Quęritur, an primum illud matrimonium fuerit validum, & si potest tuta conscientia aliam in vxorem ducere.

Respondeo, quod quando constaret, dispensationem non fuisse a Summo Pontifice obtentam, sed falso, & fictè per bancharium compositam, matrimonium tunc esset nullum, possetque liberè quilibet eorum cum alio contrahere, data tamen prius per iudicem sententia de nullitate matrimonij: quia consanguinitas ad quartum vsq. gradum est impedimentum dirimens; c. Si debet. de consang. & affin. Sed interim quod de eo aperte non constat, & omnia illa, quæ adducuntur in casu proposito faciũt iudicium solum vehemens, quod præfata dispensatio fuerit ficta, & falsa, sed nõ probant id plene, & euidenter; quia stante falsitate banchatij, potuit hanc vere obtinuisse, vt in simili probat. ff. ad l. Iul. & superueniens culpa non infringit id, quod legitimè factum fuit, vt ait gloss. in c. ad limina, 30. q. 2. nec negligentia coniugum in noua impetranda dispensatione conuinci obtentã extitisse falsam, neq; matrimonium secundo contractum, probata per testes falsos prioris mariti morte, arguit contractum cũ Matthæo fuisse nullum, per text. in c. Duobus, de spons. duorũ, & irritatio seu annullatio Summi Pontificis non poterat se extẽdere ad prę teritum matrimoniũ, legitima dispensatione celebratũ, q iure diuino est indissolubile, sed ad ea solum, quæ vigore falsarum litterarum fuerũt acta; quia interdictum Papę, quamuis sufficiat, vt separatio fiat ad tempus, quousq; cognoscatur de veritate seu falsitate dispẽsationis, nõ tamen irritat matrimoniũ, ut notat gloss. in c. Ad dissoluendum, de sponsa. impub. nam fortius est matrimonium, quam interdictum Papę, c. Ex litteris, de matrim. quare, cum simus in dubio, in fauorem matrimonii est iudicium ferendum: tutius est. n. dubio existente iure matrimonii, contra statuta hominum dimittere copulatos, quam disiungere coniunctos contra statuta Dei, c. Licet ex quadam. de test. & attest. interim tamen quod non sunt certi de nullitate dispensationis, sed eam fuisse veram probabiliter

credunt,

credunt, possunt insimul conuiuere quousque à iudice de veritate facti sententia feratur. ca. Inquisitioni. de sent. excom. D. Tho. in 4. dist. 36. in expositione litteræ. Richar. ibi. dist. 35. Syl. matr. 8. q. 3. quare confessor debet admonere Matth. vt diligentiam oēm possibilem adhibeat de veritate, aut falsitate dispensationis, quæ si vera fuit, habebitur memoria Romæ in libro aliquo, in quo dispensationes registrantur, & interim ad euitandū scandalum ita cohabitet cum vxore, vt fiat thori separatio, remque omnem ad Episcopum deferat, vt, cognita veritate facti, sententiam ferat, eamque tuta conscientia poterit sequi; quia matrimoniū secundo contractum, fuit prorsus nullū. Tum quia celebratum viuente priore marito. Tum quia non satis constat de nullitate seu falsitate dispensationis: Tū quia cum fuerit publicè celebratum auctoritate iudicis, non poterat sola voluntate mulieris solui, & quamuis dubitaret de valore dispensationis obtentę a banchario alias falso, rationes dubitandi nō erant adeo vrgentes, vt matrimonium bona fide factum possint diuidere.

CASVS XXXXI.

AN danda sit ab Episcopo licentia cuidam negotiatori, vt ad hęreticalem ciuitatem pergat causa negotiandi ibi per aliquot annos, & quibus cum conditionibus dari possit?

RESpondeo, quod cum ciuilis consociatio, & externa cum hæreticis cōmunicatio sit multis animæ periculis exposita, & non solū canonico, sed diuino iure prohibita, Primo pp difficilem conuersionē, & reductionem ipsorū hæreticorum, qui magis confunduntur, & resipiscunt si euitentur, quam si familiariter tractentur, iuxta illud D. Pauli 2. ad Thessalon c. 3. Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, nec commisceamini cum illo vt cōfundatur. Secundo propter cautelam nostræ salutis, quia facilius venenum suorum errorum euomunt, quam in sana, & Catholica doctrina erudiantur: nam vt inquit Paulus ad Thim. 2. sermo hæreticorum vt cancer serpit. & 1. ad Corint. cap. 15. Corrumpunt bonos mores collo quia praua: propterea non nisi magna, & vrgente necessitate permittendum est fideli, vt cum hęreticis commercium seu familiaritatē ineat, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 9. Cum vero merces ad hæreticos deferre non alio fine quam ad comparādum temporale lucrum, non sit vrgens necessitas, nequaquā concedēdum puto prædicto negociatori, vt ad dictam ciuitatem pergat, victurus in ea per annos, & cum hæreticis familiariter conuersetur eo solo fine, vt merces carius vendat. Tum quia bonum spirituale præferendum est temporali. Tum quia qui se exponit periculo, peribit in illo, & Ecclesiastic. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

Quando tñ mercator aliqua in ea ciuitate haberet negotia, quib. si non intersit maximum damnum erit sibi emersum: tūc ad res suas comparandas, & à manibus hęreticorum omnino eripiendas, poterit eidem concedi facultas eundi, & cōmorandi per tantum temporis spatium, quantum sat sit ad illud negotium peragendum: ita tamen vt mercator sit persona de cuius firma fide non possit dubitari, neque socium deferat aliquem simplicem, & infirmū in fide, de cuius subuersione probabiliter timeri possit: imponēdumq. esset istis ab Episcopo, vt interim quod inter hæreticos degunt, si copia adsit confessoris, confiteantur ad minus ter in anno, & si fieri possit, sacram communionem suscipiant, deferantq. huius rei fidem in scriptis qñ domum redierint.

Nec obstat dicere, quod negociatio est de iure gentiū concessa omnibus, & conuersari cum hæreticis alio respectu, quā quod sint hæretici, nullo iure est prohibitum, arg. l. In delictis, §. Si detracta, ff. de noxa. Et multos esse Catholicos scimus,

mus, qui in Germania, Anglia, Scotia, & in aliis partibus, vbi hæreses vigent, tractant, conuersantur, & viuunt cum hæreticis. Respondemus, id quidem verum esse, nihilominus negari non potest, eos in magno periculo subuersionis versari: & quamuis possimus fauere hæretico, vt homo est, vt cum displicentia suæ hæresis, arg. cap. Duo ista nomina. 24. q. 4. ibi quia peccator est, corripe quia homo miserere; attamen præsumptiue fauet hæretico, qui sciens eum esse talem conuersatur familiariter cum eo sine aliqua circumstantia, quæ familiaritatem istam iustam reddat, vt est necessitas, cognatio, vtilitas, & aliæ similes, ut docet Nauar. in Manu. c. 27. nu. 55. vide isto casu plura in 2. par. Casu. 7.

CASVS XXXXII.

AN qui per confessionale impressum, in quo continentur uariæ formulæ, & circumstantiæ diuersorum peccatorũ, confiteri est solitus, & de omnibus illis se in particulari accusat, tanquam si fuerint ab eo commißa, putans se maiorem actũ humilitatis agere, quod de pluribus se accuset, & ea confitendi forma est semper vsus, nec unquam de contrario admonitus peccet mortaliter uel bona fides, & deuotio, quam habet in tali modo confitendi quamuis in multis illis falsitatem dicat, ipsum excuset?

RAtio dubii in hoc consistit, primo quòd iste per tale confessionale se accusat de aliquibus mortalibus, quæ tamen non gessit; & ita mentitur in re spectante ad iudicium Dei, & sic decipiendo confessarium videtur, quod velit fallere ipsum Deum, cuius loco est confessarius: Secundo, quia cum sit saltem dubius, an illa omnia peccauerit, affirmat certo, & in dubiè se peccasse illa, quæ mẽdacia in præiudicium tanti sacri confessionis patet, & esse sacrilegium quatenus ex parte sua vult absolutionem dari super mendacia. Nos respondemus ad hũc casum, quod si iste tali modo & formula confitetur animo, vt sacerdotẽ decipiat, & confessioni iniuriam afferat, peccat mortaliter ob rationes in principio dubii adductas. Sed si id facit bona fide, & ex pura simplicitate, putans se benefacere dum tutiorem credit viam sibi eligere per tales impressas formas se accusando, vt quia arbitratur quod quãto pluribus se condemnat, tanto sanctius agit, nec vnquam fuit de hac re a confessario admonitus, sed bona fide semper in eo perseuerauit, non peccat tunc mortaliter: tũ quia iste pænitens, etsi falsum dicat, non tamen animo fallendi, nec mentitur in damnum, & perniciem alicuius, sed solum in nocumentum sui, imponens sibi multas culpas, quas nõ perpetrauit, arg. c. Animaduertendum, 22. q. 2. vbi dicitur, mendacium esse, falsam vocis significationem cum intentione fallendi, & ita cum iste careat tali intentione, videtur quod non mentiatur formaliter, sed solũ materialiter. Tum ẽt, quia in iudicio interiori, sicut in omni alia materia subreptio, & rei veritas a mortali excusant, vt ait D. Tho. 1. 2 q. 88 art. 5. ad 6. & 2. 2 q. 35. ar. 3. Tum demum, quia sola circunstantia iudicii exterioris vel interioris, nisi aliud concurrat, non facit mortale mendacium, quod notabiliter in se non est damnosum, & extra iudicium dictũ nõ est mortale, vt ait Nauar. in Manual. c. 18. n. 3. Aduertendum est tãmen, quod quando pænitens, nullum peccatũ mortale aut veniale confiteretur verum, sed omnia falsa, peccaret tunc mortaliter, non ideo quia in iudicio mentitur, sed quia subiicit sacramentali absolutioni pro materia, id quod nequaquam est materia: & sic quantum est ex parte sui, vult formam sacramentalem, in non materiam, & in falsum induci, quod est grauissimum sacrilegium: secundum gloss. cap. Sacrilegium, 17 quæst. 4. & D. Tho. 2. 2. q. 99. art. 1.

Nec valet, si dicatur idem videri iudicium

cium de eo, qui cum aliis mortalibus aut venialibus veris commiſceret alia peccata falſa: cum de toto ad partem argumentum valeat l. Quæ de tota, ff de rei vendit. & ca. Paſtoralis, de offic. deleg. Nam etiam iſte videtur efficere, vt forma illa ſacramentalis in caſſum, & inaniter pro parte aliqua applicetur materiæ falſæ, & non idoneæ. Reſpondetur diſparem in hoc caſu eſſe rationẽ: quia in priori nulla prorſus erat materia ad abſolutionem idonea; ſed in hoc ſecundo caſu, eſt aliqua, & pœnitens, ſic petendo & ſuſcipiẽdo abſolutionem, vult ſaltem implicite, vt ea cadat, ſupra eam partem materiæ, quæ eſt apta ad ſacramentum, vt late declarat Nauar. in c. Fratres, de pœniten. d. 5. num. 27. Non etiam obſtat, quod D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 1. affirmet omne mendacium in iudicio dictum eſſe mortale.

Reſpondemus, id intelligi primo de mendacio in iudicio, quod pertinet ad iudicium, & eſt contra ipſum iudicium, ita vt dicatur animo fallendi iudicem, & fruſtrandi eius ſententiam: non autẽ de mendacio, quod eſt impertinens, nec dictum animo fallendi, ſed ex quadam ſimplici conſuetudine confitendi per cõfeſſionalia. Reſpondetur ſecundo, quod intelligitur eſſe mortale ex ſuo genere, ſicut quælibet alia iniuſtitia, ſed poteſt eſſe veniale in ſpecie, & quando eſt mendacium materialiter tantum, & dictum non animo fallendi, ſed ſeipſum magis humiliandi.

Ex his colliges primo, eum qui de mortali antea legitime cõfeſſo mentitur rariſſime peccare mortaliter. Tũ quia vel nõ propoſuit illud confiteri, vel ſi propoſuit, reuocare potuit tale propoſitum, nã in his, quæ à ſola voluntate pendent, donec in aliam tranſeant obligationem, nẽpe voti, vel cõtractus, vel delicti, aut aliã ſimilem, poſſunt pro libito noſtro mutari; vt ait D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. & Ablas in c. Litterarũ, de voto. Archidia. in c. Qui bona 17. q. 1. quicquid gloſſ. ibi dicat. Tum quia tale mendacium nõ eſt de re, ad iudicium neceſſaria; peccata enim iam confeſſa, & rite abſoluta, non ſunt de neceſſitate confitenda, ſed pendet id ex libera voluntate confitẽtis. Colliges ſecundò, illũ, qui interrogatur à confeſſore, an aliquando commiſerit tale peccatum, & iſte ſciens ſe id iã legitimè confeſſum fuiſſe in alijs confeſſionibus, & reſpondens, quod nunquam illud commiſit, non peccat mortaliter, quia non mentitur in re ad confeſſionem neceſſaria. Similiter & ſi interrogatur à confeſſore de patre, & matre qui ſint, vel an aliquid egerint, & reſpondet eos eſſe nobiles, cum tamẽ ſint ignobiles, vel neſcire ſe quod egerint ſi illud neque ad confeſſionem pertinebat, vt materia neceſſaria, vel iam id eſt confeſſus, non peccat mortaliter, vt ſupra eſt probatum.

Colliges tertio contra Caietanum, 2. 2. quæſtio. 69. articu. 1. & Paludan. in 4. diſt. 21. q. 2. & contra alios, quòd etſi aliquis confitendo veniale, quod non fecit dummodo ſint alia vera, de quibus confitetur, & abſoluitur, non mentiri mortaliter: tũ quia licet mentiatur, nõ eſt illa falſitás in materia neceſſária: tum quia mentitur in re leui, nec omnino repugnat veritati formæ: ſicut qui illud veniale confiteretur abſque vllo dolore, & ſine propoſito emendæ in caſu quo non eſſet materia integra, ſed partialis ſolum: vt qui guttam aquæ odoriferæ commiſceret cũ aqua naturali ad baptizandum, dummodo id faceret non ad inducendum falſum ritum, ſed indiſcreta deuotione, verum quidem ſacramentum conficeret, proferendo baptiſmi formam ſupra aquã naturalem vide Angel. Confeſſ. 1. nume. 16. Sylu. ibid. num. 8. Sot. in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2.

Colliges quarto aduerſus Vict. in Sũ. num. 166 & Ledeſm. 2. p. q. 3. art. 2. dub. 15 quod, etiam ſi quis accedat ad confeſſorem, dicendo illi ſe, velle facere generalem confeſſionem totius ſuæ vitæ, & in medio, ob verecundiam mutato propoſito, confitetur ſolum aliqua peccata præterita, ſed non omnia

non peccasse mortaliter ex tali variatione sui propositi: tũ quia non mentitur in materia necessaria: cum iam illa præterita fuerit confessus: Tum quia illud propositum reconfitendi omnia est semper pendens ex eius libera voluntate, nec dixisse sic confessori fuit votum, aut obligatio inuariabilis: tum quia nõ decipit confessorem in suo iudicio, quia iste ea solum debet iudicare, quæ pœnitẽs confitetur, & non illa, quæ non vult confiteri, ita Medina de confessio. qu. 14. Nauar. in Man. cap. 18. num. 3. & capit. Fratres. de Pœnit. dist. 5. numero 27.

FINIS PARTIS TERTIAE.



Variæ

Variæ Responsiones
CASVVM CONSCIENTIÆ
In Confessionibus sæpè occurrentes.
QVARTA PARS.
Auctore Reuer. Doct. P. F.
LVDOVICO DE BEIA PALESTRELLO,
Ord. Eremit. S. Augustini.



PRIMVS CASVS.



Atthæus a multis annis Parochus, bonę uitę, & exempli, ac in administrādis populo sacramētis assiduus, in doctrina tamē Christiana pueros edocenda est ualde negligens. (ob quod multi ætate iam prouecti, symbolum fidei, ac legis præcepta ignorant) ut qui putat, officio Pastorali satisfacere, diebus festiuis euangelium explanando, & pręcipua fidei mysteria in solemnitatibus occurrentia declarando, & patres ut filios suos bene instituant admonendo. Nunc tamen fit illi scrupulus, quod tam multi ex sibi subiectis, Christianam Doctrinam ignorent.

Quæritur, an peccauerit mortifere non edocendo hanc doctrinam; et quę sunt in ea scitu necessaria ad salutem.

NON defuerunt, qui dicerent, satis facere Parochum sui officij debito, si parentes sæpius admoneat, vt doceant paruulos suos rudimenta fidei; quia cū in administratione sacramentorum consistat præcipue animarum cura, & institutio puerorū in Doctrina requirat plurimū temporis, & per patres carnales possit facilè fieri, ad quos maximè spectat filios in Christiana Religione enutrire: nō videtur quod Parochi sint isto onere grauandi.

Nos tamen, arbitramur adeo esse Parochorum officio annexū, doctrinam Christianā in Ecclesia subditos suos edocere, vt si ea in re negligente omnino fuerint, peccatum mortale committant.

Tum quia in Conc. Trid. sess. 24. ca. 7. dr ad Parochi officium attinere subditos suos in lege domini erudire. Et sess. 23. c. 1. de Reformat. habetur, præcepto diuino mandatum esse omnibus, quibus cura animarum est iniuncta, oues suas verbi diuini prædicatione, & Sacramentorum administratione pascere. Et sess. 5. c. 2. imponitur Parochis, vt per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus

bus pascant salutaribus verbis plebes sibi commissas, pro sua, & earum capacitate, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem. Iam autem scire doctrinam Christianam diuino iure præcipitur, & ad salutem est necessarium.

Tum quia Theologi omnes ideo probant, quod Prælati, & curati tenentur habere pleniorem notitiam de rebus diuinis, quam inferiores: quia per illos peruenire debet credibilium notitia ad impuberes, & inferiores, & inferiores: vt D. Dionysius c. 12. de cœlesti Gierarchia testatur: & D. Thom. 2. 2. quæstione 2. artic 6.

Tum quia animarum cura in ijs præsertim administrandis consistit, quæ sunt ad salutem simpliciter necessaria, qualia sunt hæc fidei nostræ prima principia.

Tum quia turpissimum est in omni Republica non esse aliquos, quibus ex officio incumbat edocere illa, quæ sunt prima rudimenta religionis. Vnde Deuteronomij c. 32. dicitur. Interroga patrem tuum & dicet tibi, maiores tuos, & docebunt te. Vt enim est à natura hominibus insitum, à maioribus inquirere ea, quæ ad Religionem pertinent, quam colunt; ita diuinitus est hæc edocendi cura parochis iniuncta.

Tum quia eo fine Ecclesia decreuit, vt componeretur cathechismus, quo Parochi facilius possent Christi fideles de his rebus, quas nosse profiteri, & seruare oportet, edocere: vt patet ex priuilegio Pôtificio, quod cathechismo inseritur in princip. Et in Conc. Trid, sess. 24. ca 7.

Tum demum quia sicut pater carnalis tenetur necessaria vitę alimenta filijs prębere. Ita curatus qui est pater spiritualis tenetur ea, quæ sunt ad salutem animæ necessaria, ministrare subditis; inter quæ primum locum obtinent fidei nostrę primordia: ne de illis dicatur illud Threnorum. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

Proinde iure optimo Illustrissimus Dominus Cardinalis in Archiepiscopali Bononiensi parte secunda precipit strictè omnibus curatis, vt diebus festis, inter Missarum solemnia, vel ad vesperas, vel alio tempore, quo frequentior populus ad Ecclesiam conuenit, clara voce, & distinctè recitent hæc quatuor, scilicet, Pater noster, Aue Maria, Credo, & decem præcepta; quod si omnia simul recitare non possunt, vnum vel aliud eorum non omittant pro temporum opportunitate; hortenturque omnes, qui aderût, vt vna cum curato, eadem exprimant. Et Concilium Tridentinum de reformatione, session. 24. cap. 4. pręcepit Episcopis, vt saltem Dominicis, & festiuis diebus, pueros in singulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum & parentes diligenter ab ijs, ad quos spectabit, doceri curent; etsi opus sit etiam per censuras Ecclesiasticas compellant: non obstantibus priuilegijs, & consuetudinibus.

Quę verba apertè declarant, parochos ad hoc teneri sub culpa mortali; aliàs per censuras Ecclesiasticas non possent ad id cogi, & maximè per excommunicationem, quæ supponit semper peccatum lethale iuxta textum in capitu. Nullus, & capitu. Nemo 11. questio. 3. & c. 1. de iud. c. Nobis, & capit. Sacro de sentent. excommunicat.

Ad id vero, quod secûdo loco petitur; quæ sunt in doctrina Christiana scitu necessaria, ita vt illis ignoratis, nullus inter fideles enutritus, possit salutem côsequi: & si in eis addiscendis non elaboret, peccatum mortale incurrat.

Respondemus, esse Symbolum Apostolorû, orationem Dominicam, decem præcepta Decalogi, & tria saltem sacramenta, Baptismum, Pœnitentiam, ac Eucharistiam.

Probatur primo, ex Diuo Athanasio in suo Symbolo asserente, Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt fidem catholicam teneat: & subdit, fides autem Catholica hæc est, vt credamus, & confiteamur, vnum Deum in Trinitate, &c.

Præterea, in Canone quodam Concilij Ma-

lii Maguntiaci sic statuunt patres. Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam, discere, semper admoneant sacerdotes populum Christianum: volumusque, vt disciplinam condignam habeant: & qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur. Et Isidorus lib. 1. de Summo bono, symbolum, & Dominica oratio, pro tota lege paruulis Ecclesiæ ad cœlorum regna sufficit capescenda: omnis enim latitudo scripturarum in eadem oratione Dominica, & symboli breuitate, concluditur.

Sacramentum autem baptismi, quamuis pueri recenter nati quando baptizantur, non cognoscant: postea tamen quādo ad discretionis annos perueniūt, tenētur scire se esse baptizatos, ac proinde explicitè baptismi sacramētum credere, secundū illud symboli Constantinopolitani, confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum.

De Eucharistia, idem est dicendum in adultis, quia nullus potest communem cibum ab hoc diuino distinguere, nisi eius dignitatem expresse cognoscat, & quod non sit ibi panis, sed Christus sub illis speciebus absconditus.

Pænitentiæ etiam sacramentum, quæ est secunda nostræ salutis tabula, explicita fide, est credendum quo ad hoc, quod omnia peccata teneamur ijs ministris Ecclesiæ confiteri, qui illa absoluendi potestatem habent.

De reliquis vero sacramentis tunc fides explicita est habenda, quando actu recipiuntur.

Præcepta tandem decalogi, quę sunt actionum nostratum recte ordinandarum decem quasi regulæ, cognoscenda explicite sunt, ut a malo declinare, & quod bonum est, prosequi valeamus.

Et quamuis arbitremur, non esse absolute necessarium, memoriter scire, & explicite ac ordinatim enarrare articulos fidei, orationem Dominicam, & decem præcepta decalogi: cum aliqui homines sint tam debilis, & infirmę memoriæ, quod nequeunt hæc omnia firmiter retinere: non tamen excusarem a peccato mortali eos qui quantum in se est non faciunt, vt illa omnia memoriæ tradant, & retineant, ac recensere possint.

Adducor in hanc sententiam, tum quia in Concilio Foroiulensi sub Carolo, & Pipino, manifeste ita dicitur. Symbolum vero, & orationem Dominicam, omnis Christianus memoriter sciat, omnis ętas, omnis sexus, omnisque conditio.

Et in Concilio Maguntiaco capitulo 45. omnes donent filios suos ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris, vt fidem Catholicam rectè discant, & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant: & qui aliter non potuerit, vel in sua lingua, hæc discat. Et in Synodo Rhemēsi, capitulo secundo statuitur: vt orationem Dominicam quam Dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis discerent, & sensu bene intelligerent; quia illam ignorare nulli Christiano licet. Et beatus Pater Augustinus libro primo de Symbolo capitulo primo inquit. Incipite regulam fidei, quod Symbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde scribite, & quotidie dicite apud vos, antequam dormiatis antequam procedatis, Symbolo vestro vos munite.

Tum quia de consecrat. distinct. quarta, capitulo baptizandos, & capitulo Non liceat præcipitur, vt nullus adultus baptizetur, antequam sciat Symbolum Apostolorum, & memoria retineat: ergo multo magis ad hoc tenentur baptizati, qui in religione Christiana iam sunt professi.

Tum quia in constitutionibus Synodalibus huius Bononiensis diœcesis præcipitur, vt nullus ad matrimonium contrahendum admittatur, qui doctrinam Christianam ignoret: nec ad baptismum puerum, teneat, qui Pater noster, Aue Maria, Credo, & decem legis præcepta, memoriter prius non dixerit.

Ex

Ex his colligitur, confessores qui inueniunt pœnitentes hæc ignorantes, teneri vel illos docere, vel confessiones eorum non audire. Ratio est, quia ille, qui talē ignorantiam hēt, vel est in peccato mortali, vel in maximo periculo peccādi mortaliter: & ideo confessor debet prorogare cōfesſionem, quousque illa pænitens addiscat, vt à periculo lethalis culpæ eum eripiat. Dominicus Bannes 2.2.q.2.ar.8.

Immò quia crassa ignorantia in istis erraret, tanquam hæreticus posset damnari: quia non est putandum, hominem inter fideles enutritum ea ignorare, quæ cunctis diuulgata sunt: & omnes sciunt, & intelligunt. & quæ illemet qui errat, tenebatur explicite scire, nisi forte sit adeo stupidus, & à se ipso alienus, vt aperte constet, suam igonrātiam caruisse malitia, & ab omni pertinacia ipsum esse alienum, vt ait Septimanca lib. de instit. Cathol. tit. 26. nu. 4.

Vnde idem Illustriss. D. Cardinalis vb sup. pręcipit omnibus Parochis, & cōfessarijs, secularibus, & regularibus quibuscunque ciuitatis, & diœcesis suæ, vt antequam pœnitentes, quos ipsi rudiores esse animaduerterint, in sacris confessionibus audiant, eadem quatuor, scilicet, Pater noster, Aue Maria, Credo, & decem præcepta distincte ab eis recitari iubeāt: in reconciliationibus uero saltem Credo non prætermittant; qua in re eorundem Parochorum, & confessariorum cōscientias onerat. Vbi vero id necessarium non esse intelligunt, dicta confessione generali, vt solent, pęnitentes audiant.

Quòd si quempiam repererint, qui ea nesciat pro prima vice tantum illum absoluant, eam illi pænitentiam iniungentes inter eas quæ satisfactorię sunt, ut ea addiscat, tempusque opportunum suo arbitrio illi assignent, quod etiam vrgentibus de causis aliquibus prorogare poterunt. Quod si istem iterum ad confessiones, & reconciliationes reuertatur, & eadem quatuor adhuc ignoret, si in ciuitate erit, ad pænitentiarios, a Parochis, & confessariis remittatur: Si in dięcesi, ad sacramenta non admittatur sine plebani expressa licentia, pro prima vice. Postquā a confessariis reiicietur, pro secunda vice, necessaria sit Illustrissimi. Archiepiscopi licentia, hæc in Archiepiscopali Bononiensi parte secunda tit. de doctrina Christiana fol. 32.

CASVS SECVNDVS.

Raphael adeo est iuramentis faciendis aſsuetus, vt oblata etiam leuissima occasione, nulla habitā veritatis cōsideratione ex prauo vsu sæpissimè iuret. Et quamuis eleborauerit in hac pessima iurandi consuetudine eradicanda, non potuit tamen adhuc eam euellere, de quo dolet plurimum, & nolens iurare, aduertenter crebro iurat: sed reprehensus ab amico de peccato mortali cui se exponit ob periculum, tam vera, quam falsa indifferenter iurandi, confessorem consulit.

Quæritur, An quoties absq; iudicio, & sine consideratione veri, aut falsi ex mala consuetudine iurat, peccet mortiferè.

PRænotandum hic est, receptam esse ab omnibus Doctoribus sententiā, tres comites adhibendos in omni iuramento esse, vt licitum sit nempe veritatem, iustitiam, & iudicium, adeò quod si id quod iuratur non est verum, aut non est iustum, & licitum, aut inconsiderate absque vlla reuerentia Deo debita, iuramentum fiat, peccatum erit. Iuxta illud Ierem. 4. & iurabunt in veritate, & iudicio, & iustitia, quod refertur 2. 2. q. 1. ca. Et iurabunt, & iureiurando c. Etsi Christus, vbi glossa ait, quod si ista defuerint non iuramentum, sed periurium est dicēdum. Nam etsi illa ēt in quolibet alio opere, vt bonum sit, requirantur, quia si quid fiat contra iustitiam, aut veritatem, vel sine præcedente iudicio malum erit: attamen cum in iuramento, maius immineat peccandi periculum: Tum propter Dei magnitudinem cū testimonium inuocatur:

nocatur:

uocatur: tum etiam propter labilitatem linguæ humanæ, cuius verba iuramento confirmantur: idcirco hæc tria magis ad iuramentum, quam ad alios humanos actus requiruntur, Diuus Thomas 2. 2 q. 89. art. 3. Aduertendum etiam, quod regulariter, & vt plurimum, si iuramento deest veritas, aut iustitia, peccatum mortale committitur; adducere siquidem Deum in testem falsi, seu illiciti irreuerẽtia est ex suo genere mortifera, quam rei leuitas efficiet venialem. Vt affirmat Angelus verbo Periurium 11. Syluester verbo iuramentũ 11 q. 6. & 7. Nauar. in Manu. c. 12. nu. 3. & alij omnes. His prænotatis in casu præsente de eo, qui ex praua iurandi cõsuetudine ad singula ferè quęque verba iuramentum adhibet, sunt qui putent illum peccare solum venialiter: quia defectus iudicii, seu cõsiderationis cõtra reuerentiã iuramento debitam, cui hæc iurandi consuetudo opponitur, non est nisi culpa venialis; vt communis habet sententia. Tum quia iste sic cõsuetus iurare, nequaquam de iuramento deliberat: indeliberatio autem, & subreptio excusat à mortali, vt ait Angelus verbo. Periurium in principio: vbi inquit, quod deliberans de dicto, sed non de iuramento, nõ peccat mortaliter, licet sit veniale graue, & similiter est peccatum veniale, qñ de neutro deliberat, sed totum profert ex subreptione. Ita Gofe. 25 d. §. Criminis. Contrarium tamen est dicendum, quòd iste ex cõsuetudine sic iurans peccat mortaliter: neque inconsideratio, aut subreptio illum excusat, quæ est communis sẽtentia Caietani 2. 2. q. 89. ar. 2. Richardi in 4. dist. 9. Angel. verbo Iuramentum §. 10. Syluestri eo. q. 8. & verbo periurium, in principio. Sancti Antonini 2 part. tit. 10. c. 4. §. Secundum quod exigitur. Probatur hęc sententia. Tum quia defectus iudicii, & discretionis in iurando, si per se tantum sumatur, id est, prout solũ absq; necessitate, & vtilitate adducitur, leuissima ẽt ex causa, Deus in testem, est culpa tantum venialis, vt præcedens opinio; immò Doctores omnes asserunt: quamuis n. sic iurans, Deum colat, & veneretur, parui tamen videtur facere diuinam maiestatem, adducẽdo eam in testẽm ex leui causa: sicut irreuerentiam faceret Principi, qui vellet eum inducere in testimonium alicuius rei friuolæ. Attamẽ iste defectus iudicii, coniunctus cum prauo vsu iurandi, quo aliquis neque aduertit ad id, quod iurat, siue verum, siue falsum fuerit, neque ẽt ad ipsum iuramentum, lethale est peccatum ob probabile periculum, cui sic iurans, se exponit, iurandi falsum, & illicitum. Iuxta illud Eccles. 33. Vir multum iurans, implebitur iniquitate. Tum quia, quando Christus Matthęi 5. Iudæis pręcepit Ego dico vobis non iurare omnino, non voluit absolute interdicere iuramentum, cum ex se neque sit malum, neque prohibitum: immò à Deo institutum ad confirmandam veritatem, & ad finem oĩs controuersiæ, vt Paulus ad Hebræos 6. inquit, sed voluit prohibere iurandi facilitatem; ne ex facilitate iurandi, ad consuetudinem, & a consuętudine, in periurium decidatur, vt ait P. August. in lib. contra mendaciũ c. 15. & docet D. Thom. 2. 2. q. 89. ar. 2. ad 1. Tum quia consuetudo praua iurandi, inclinat facile in cõtemptum Dei, vt ait S. Antoninus 2. p. tit. 10. c. 4. §. 1. ibi secũdum quod exigitur in fine. Iurare autem ex contemptu, peccatum mortale est.

Tum demũ, quia cũ dè facili homo in verbo delinquat, secundũ illud Diui Iacobi 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, offert se se periculo sæpissimè peierandi, qui ex prauo more ad iurãdum est valde præceps. Etsi enim cõsuetudo non faciat per se solam contemptum, nisi præsumptiuè, in foro exteriori, vt docet Diuus Thomas 2. 2 q. 189. ar. 9. & Caietanus ibi, negãdum tamen non est, consuetudinem transgrediendi aliquam legem, multum incitare ad contemnendam illam, vt asserit Nauarr. in Manu. cap. 23. nu. 42. & ideo in periculo versari contemnendi Dei maiestatem, qui indiscrete, & inconsiderate iurat.

Confirmatur ex D. Ambrosio in cap.

Inno-

Innocens, 2.2.q.4. Vbi, Iosue cum senioribus ex Israel illicitum iurarunt, de pace, & societate cum Gabaonitis ineunda: & causa huius illiciti sui iuramenti fuit indiscreta, & leuitas in iurando, quasi ex cõsuetudine procliues ad iusiurandum.

Nec obstant in contrarium adducta. Nam illa cõcludũt solum in casu, in quo nullo est peierandi periculum, hoc est falsi aut illiciti iurandi: tunc enim ob id solum, quod absque necessitate, & vtilitate iuratur, quod est indiscrete, & sine iudicio iuramentum adducere, peccatũ est veniale: sed nos loquimur in casu, in quo ex praua iurandi consuetudine, probabile discrimen peierandi sequitur, quod periculum non euitare, peccatum lethale est, iuxta illud Eccles. 3. Qui amat periculum, peribit in illo.

Sed quia in casu proposito Raphael in consuetudine hac praua sæpissimè iurandi, euellenda elaborat, nec tamen eã potuit adhuc prorsus extirpare & ita quãdoque inconsiderate iurat, adeo quod inconsideratio illa in iurando, prouenit præter intentionem, & est quasi non volita: proinde iurare sine iudicii comite, erit in isto Raphaele peccatum veniale, & non mortale.

CASVS TERTIVS.

THadeus ruri habitans, videt eo loci, solitos esse rusticos festum Diui Alexij celebrare, quod in tota illa diœcesi non agitur & de huius festi origine conscius, quia non ex deuotione in sanctum, sed ob crapulam, & publicos ludos eo die fieri solitos, fuerit dies ille solemnis a populo a decem fere annis introductus. præcipit ideo colonis suis, vt laborent, & festum non celebrent, & ad consuetudinem talis solemnis diei dimittendam, populũ allicit.

Quæritur, An culpam lethiferam cõmittat, in transgressione illius festi, & quæ consuetudo inducere valeat in aliquam Parochiam diem festum?

RESpondetur, Thadæum non obseruando illum diem festũ, & inducendo colonos suos vt tunc laborent, nõ peccare. Tunc quia tale festum non fuit Ecclesiastica authoritate introductum, sed populi voluntate: & ideo nõ obligat trãsgressores ad culpã, vt est textus in c. Pronunciandum, de consecrat. dist. 3. vbi dicitur, festiuitates illas esse celebrandas, quas Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerint. Ex quibus verbis duo colliguntur. Primũ est, quod Episcopus solus non potest inducere festa celebranda, nisi populus acceptet. Secundum est, quod, si ciuitas vel princeps secularis indicit, seu mandat aliquod festum sub certa pœna celebrari: pœnam quidem poterit exigere à violatoribus, sed culpam non incurrunt, quia non pertinet ad illos festa præcipere. Vtrumque asserit S. Antoninus p. 2. tit. 9. c. 7. §. 1. & 2. Syluester, verbo Dominica, q. 1. nu 3.

Tum quia consuetudo etiam per decẽ annos continuata, non habet vim legis obligantis ad culpam, nisi sit præceptiua, & rationabilis: hoc est, introducta ab eo, qui potest condere legem, & intẽdit obligare, quæq; iuri Canonico, cuius finis est animæ salus, aut iuri Ciuili, quod bonũ pacis publicum intendit, est consona, vt ex sententia D. Anton. in c. fin. de consuet. refert Gem. in ca. Licet, de const. in 6. Vnde illa tantum consuetudo dicitur rõnabilis, quę conuenit religioni, disciplinę, & saluti. Et, si prædictis est contraria, vt qua nutritur peccatum, est de se irrationabilis, & seruari non potest sine peccato. d. S. c. Quæ contra: iam aũt huius festi celebrandi consuetudo, cum sit à populo inducta, & non ad salutem animæ, vel in honorem Dei, sed ad crapulandum, & ludendum, extirpanda potius est quam continuanda: iuxta illud beati Cypriani. quælibet consuetudo, quantumuis vetusta, quantumuis vulgata, veritati omnino est proponenda: & vsus qui veritati est contrarius, absoluendus, c. Si consuetudinem dist. 9.

Confirmatur ex D. Thoma 2. 2. q. 122. art.

art. 4. ad 2. vbi asserit, magis impediri diuinū cultum, qui in festorū celebritate intēditur per opus peccati, quam per opus licitum, quamuis sit corporale: iuxta illud Diui Patris Augustini in lib. de decem cordis, c. 3. Melius faceret Iudęus in agro suo aliquid vtile, quam si in theatro seditiosus existeret: & melius fœminæ eorum, die Sabbathi lanam facerent, quam quod tota die in neomenijs suis impudicè saltarent. Et scribens ad Aurelium Epist. 64. loquens de huiusmodi comessationibus, & ebrietatibus, quæ in similibus festiuitatibus fieri consueuerūt, inquit, comessationes, & ebrietates, ita cōcessæ, & licitæ putantur, vt in honorē etiam beatissimorum martyrum non solum per solemnes dies (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carneis oculis inspicit.) sed etiam quotidie celebrentur. dist. 44. c. Comessationes. Vnde festa ad crapulandum instituta, quantum displiceant Deo, testatur ipsemet Dominus: Esaiæ capit. 1. Solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. & Amos c. 5. Odi, & proieci festiuitates vestras: quia scilicet eas vobis facitis non mihi. Et Malachiæ capit. 2. Dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum.

Ex his facile colligitur responsio ad id, quod secundo loco petebatur, quæ consuetudo inducere valeat in aliquam Parochiam diem festum, ad cuius obseruantiam omnes illius Parochiæ teneantur, sub pœna peccati mortiferi?

Dicendum siquidem erit, quādo festū aliquod in honorem Dei colitur à maiori parte illius populi, consensu tacito saltem Episcopi, idque vsu à decem annis iam recepto, & communiter ab omnibus illius Parochiæ tenetur, peccare mortaliter eum, qui tali die laborat, & sacrum non audit. Tunc ista consuetudo, quia rationabilis, & consensu Episcopi à populo recepta, & debito tempore continuata, cum intentione præcipiendi festū diem, obligat ad obseruantiam talis festi omnes illos, qui sunt in tali Parochia. Angelus verbo Feriæ. §. 4. Syluester verbo Consuetudo, Armilla verb. Festum, §. 6.

CASVS QVARTVS.

Emmanuel confessus fuit, & communionem recepit in Ecclesia ordinis Fratrum Mendicantium, die Iouis sancti, animo satisfaciendi Ecclesię praecepto. Nec postea in die Paschatis communicauit in Parochia; lataque fuit per Episcopum excommunicatio contra eos, qui illo anno in Ecclesia Parochiali non communicarunt. Vnde Parochus, non obstante, quòd Emmanuel schedulam ostendat sacrę communionis susceptę in dicta Ecclesia fratrum, contra ipsum acriter procedit.

Quæritur, An in illam excommunicationem, & in pænas canonis inciderit, eo quod non communicauerit eo anno in sua Parochia.

PRo parte affirmatiua facit. Tū quod in c. Omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss. præcipitur, vt in die Paschatis, omnes fideles in propria Parochia communicent: & hoc communiter Doctores intelligunt, vt fieri debeat, per octo dies ante Pascha, vel post: aut die quouis Quadragesimæ, vbi hoc fuerit in consuetudine, sicut est in multis nostræ Lusitaniæ locis: de quo vide Nauarrum in Manu. c. 21. num. 45.

Tum quod in Clement. 1. de priuilegiis. prohibetur sub excommunicatione Religiosis: ne absque expressa licentia Parochorum audeant administrare clericis, vel laicis Sacramentum Eucharistiæ, id quod intelligi maximè videtur, de communione, quæ est de præcepto, ut in Paschate, & hora mortis.

Tum quod Leo decimus, & alii Summi Pontifices, qui concesserunt Religiosis sacerdotibus ordinis Mendicantium, vt possint quouis anni die, Sacramentū

Eucha-

Eucharistię fidelibus in suis ecclesijs ministrare; exceperunt semper diem Paschatis; quasi volentes quod communio pręcepta à iure in die Paschatis, non possit alibi fieri: frustra enim fieret illa exceptio, si præcepto Ecclesiastico de communione Paschatis possent satisfacere fideles, communicando in monasterijs religiosorum.

Negatiua tamen pars est vera, & tenenda; quod scilicet, non inciderit in excommunicationē, nec in pœnas ab Episcopo, seu à iure latas contra non communicantes. Immò quod iste sic die Iouis sancti cōmunicans in Ecclesia ordinis Fratrum mendicantium, per sacerdotem illius ordinis, satisfecit præcepta Ecclesiæ, nec tenetur iterum communicare illo anno in propria Parochia. Hæc est opinio Fratris Gieronymi a Sorbo, in compēdio Priuilegiorum Fratrum minorum, & aliorum mendicantium, impresso Neapoli anno 1595. in verbo Communicare: in quam inclinat Nauar. in Manual. c. 21. nu. 45.

Rationes quæ me in hanc trahunt sententiam hę sunt præcipuæ.

Primo, quia Leo X. concessit cuilibet Sacerdoti Fratrum minorum, & aliorum ordinū mendicantium, vt quęuis anni die sacrosanctū Domini Corpus secularib. ministrare possit, excepto solo die Paschatis: & idipsum cōcessit Pius V. in cōst. 38. in prima parte, nu. 4. & 8. vbi sic dicit: ipsique Christi fideles, Sacramentum Eucharistiæ (resurrectionis Dominicę festiuitate dumtaxat excepta) sumere, eisq; illud per Fratres huiusmodi, scilicet mendicantes administrari valeat: Nec ad illud faciendum per locorum ordinarios, aut Ecclesiarum Rectores, seu alios quoscumque illorum licentia minime requisita, etiam sub censuris ecclesiasticis, & aliis penis cogi, uel compelli possint, seu debeant, etiam decernimus, & declaramus. Neque hæc gratia est reuocata per Breue Papæ Gregorii XIII. quo constitutionem illam Pij V. reduxit ad ius cōmune, in iis quę sacro Concilio Tridentino obstant. Nam quoad hoc particulare de danda sacra communione non obstat præfato Concilio, cum nullibi contrarium præcipiat. Solum enim in sess. 13. c. 8. admonet fideles, vt frequenter cōmunicent, sed non præcepit vt in hac potius, quam in illa Ecclesia communicare debeant. Eandem gratiam vt Fratres mēdicantes possint, tam omnibus à se confessis, quam aliis quibusuis personis, omni tempore (præterquam in die Resurrectionis Dominicæ) Sacramentum Eucharistiæ licite ministrare, concessit Paulus IV. per Breue datū prima Iulii 1555. Pontificatus sui anno primo, quod incipit, Ex Clementi Sedis Apostolicæ prouisione: vt videri potest in Bullario. Cū igitur præfati Pontifices excipiant tantum diem Resurrectionis, & exceptio firmet regulam, ff. de milit. test. tribunus §. fin. 32. q. 7. c. Dominus, & c. Exiui, de verborum significationē, §. Cum autem. Sequitur, quod excludēdo solum illum diem Paschatis, voluat vt quocunque alio die, possint fideles in mendicantiū Ecclesiis libere, & licite communicare: & cum per communionem sumptam p dies octo, ante vel post Pascha, satisfiat præcepto Ecclesiæ, de communione sumenda, fit manifestum, fuisse hoc præceptum adimpletum per eos, qui in aliqua mendicantiū Ecclesia illis diebus communicarunt, animo satisfaciendi ecclesiastico præcepto, nec teneri ad iterum in die Paschatis communicandum in Parochiali Ecclesia: Satisque illis esse, vt nullam censuram, aut pœnam incurrāt ostendere fidem, quod à supradictis Fratribus receperunt communionem.

Confirmatur quia nō solum ille, qui vult satisfacere Ecclesiæ pręcepto de cōmunione in die Paschatis, sed etiam qui alijs temporibus ex sua deuotione vult id facere extra propriam Parochiam, indiget licentia proprij Parochi, & qui sine illa communicat, peccat, & administrans incurrit excommunicationem, vt cum cōmuni notat Nauarrus, in Manu. c. 21. num. 52. & c. 27. nu. 101. Syluester verbo Excommunicatio 6. excommuni-

catio

ratio 15 q.3. Et tamen illi, qui in Ecclesiis mendicantium communicant, nō modo absque licentia Parochi, sed etiā illo contradicente, ob suam deuotionē, alijs diebus, non solum non peccant, sed nec præfati fratres censuram aliquam incurrunt: vt Doctores omnes affirmant: ergo neque peccabunt, neq; pœna aliqua affici possunt, qui, vt satisfaciant præcepto Ecclesiæ, in dictis Ecclesiis cōmunicant.

Secundo ex æquo obligat præceptum Ecclesiasticum de confitēdo semel in anno, ac de communicando in Paschate, vt patet ex cap. Omnis. de pænitē. & remiss. vbi vtrumque insimul præcipitur. Immo cognoscere vultum sui pecoris, quæ est cura ꝓprij Parochi, magis ex administratione Sacramēti confessionis, quam Cōmunionis desumitur. Et vtrumq; vt fiat a Parocho, solet ab Episcopis sub excommunicatione præcipi: & tamen qui confitentur fratribus Mendicantium, etiam inuitis Parochis, non incidunt in censuram aliquā, & satisfaciūt præcepto de annua confessione, nec tenentur iterum cōfiteri in propria Parochia, vt est indubitatum, & contrarium asserere esset manifestus error: damnatus à Papa Ioanne XXII. in Extrauaganti. Vas electionis: ergo neque censuram incurret, nec obligatur ad iterū in Parochia sua cōmunicādum, q in monasteriis Mendicantiū eo animo communicauit, vt præceptū Ecclesiæ adimpleret. Vnde Sixtus IV. concessit præfatis fratribus, vt possint confessiones vtriusque sexus Christi fideliū, ad suas Ecclesias occurrentium, & ibi confiteri volentium toties, quoties ibidem cōfitebūtur, liberè audire, & reos ab omnibus, & singulis peccatis absoluere: nec nō Eucharistiæ Sacramentum quocunq; tēpore, (festo Resurrectionis dumtaxat excepto) eorumdem fidelium, Parochialiū Ecclesiarum, Rectorum, & quorumlibet aliorum licentia minimè requisita, ministrare, libere, & licitè possint; refertur in compendio priuilegiorū, verbo Absolutio quoad seculares primo nu. 17. cum ergo hæc constitutio confessionem, & communionem insimul, & ex æquo complectatur, nō videtur maior ratio, quare per confessionē in Ecclesiis fratrum satisfiat pręcepto de annua confessione: & per cōmunionē susceptā in ijsdem Ecclesijs non satisfiat præcepto de Paschali cōmunione. Tertio satisfaciunt præcepto Ecclesię de audienda Missa festiuis diebus, qui illā audiunt in Ecclesijs Fratrū mendicantium, et nō in propria parochia, ut omnes Doctores concedunt. Nec Parochus aut Episcopus possunt hos sic audientes denunciare, vel pœna aliqua afficere, vt notum est, ex Bulla Leonis X. contenta in Supplemēto Priuilegiorū concess. 90. & ex motu proprio Pij V. lato mense Iulio 1567. & refert Nauarr. cap. vigesimo primo, num. 5. Non obstante q Conc. Trid. sess. 4. ca. 4. de reformatione, habeat, teneri quēpiam ad audiendam concionem in propria Parochia & sess. 22. cap. primo de obseruandis, et euitandis in celebratione Missæ, dicat: vt Episcopi moneant populū, vt frequenter saltem Dominicis, & solemnioribus diebus festis, ad suas Parochias accedant, & q circa hoc & alia ibi enumerata, ipsi pro data sibi a sacrosancta Synodo potestate, ac etiā vt delegati Sedis Apostolicæ prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque fidelē populū compellant. Non enim per hoc tollūtur dicta priuilegia mēdicantibus concessa, vt Nauarrus, vbi supra declarat: ac ideo multo minus per c. Omnis vtriusq; sexus, de pænit. in quo præcipitur cōmunio in Paschate, inualidantur priuilegia eisdē Religiosis postea cōcessa de communione administrāda in suis monasterijs, quocumque die, & quod per talem communionē satisfiat dicto præcepto Ecclesiastico. Quod si obijcias ex supradictis priuilegiis, concludi potius oppositum nostræ opinionis quā quod in ea asseritur: Nam cum Summi Pōtifices in dictis priuilegijs excipiant semper festum Paschatis, seu diem Resurrectionis, per quæ verba, quamuis Nauar. (vbi supra) intelligēdum putet, diem illum Dominicū Resurrectionis solum, & non alium: ita quod

K co

eo tantum die non possunt Religiosi cõmunionẽ ministrare fidelibus in suis Ecclesijs, possunt tamen in alio quouis die antecedẽte, seu subsequẽte diẽ illum Dominicum Paschatis: cõmunis tamen opinio habet, intelligendũ esse nõ materialiter de die Paschatis præcise, sed formaliter de communione præcepta lege, q̃ pręcepit semel in Paschate communicare: hoc est à Dominica Palmarũ, vsq; ad Dominicã in Albis inclusiue ꝙ totũ tps, nomine Paschatis comprehenditur, vt, est à Papa Eugenio declaratũ, & tenet Soárez in 3. parte disputat 82. sect. 2. Et Henriquez. tom. 2. lib. 8. de Eucharistia c. 55. Si ergo exceptio, quæ apponitur ĩ dictis priuilegijs, includit pręceptũ communionis Paschatis, vt ĩ sua vi maneat, sequitur neminem posse ad effectum adimplendi dictum præceptum cõmunicare nisi in ꝓpria Parochia, aut de licentia Parochi, & ideo, in Ecclesijs mendicantium communicando non satisfieri huic pręcepto. Ad hanc obiectionem respondemus, eam habere magnam vim in opinione illorum, q̃ tenent, dictam conclusionem diei Paschatis respicere ipsam communionẽ Paschalem, sed tota hæc difficultas, iam sublata est per Nicolaum Quintum, qui speciali quodã priuilegio dato Romę, 4. Calẽdas Octobris, anno Domini 1458. Pontificatus sui anno 4. concessit, ꝙ deputati vel pro tẽpore deputandi confessores in monasterio beatæ Mariæ de Guadalupe, sacramentũ Eucharistiæ, quibuscũq; personis ad prædictũ monasterium confluẽtib. et in die paschatis, ministrare libere, & licitè possint, diæcesanorũ, aut cuiuslibet alterius licentia minimè requisita. Et illustrissimus Cardinalis Antonius cum officio summi pænitẽtiarij fungeretur, anno primo Pontificatus Pauli Tertii, decimo tertio Calẽdas Februarii, de eiusdem Pontificis speciali mandato, viuæ vocis oraculo super hoc ei facto, indulsit, & cõcessit, quod omnes fratres Presbyteri monasterii prædicti Beatę Mariæ de Gaudalupe, tam intra, quam extra in illius capellis, oratoriis, grangeis, & locis aliis eiusdem monasterii (non contradicentẽ Priore, aut in eius absentia, aut sede vacãte, Vicario) possint ministrare sacramẽtum Eucharistiæ, etiam in die Paschatis, subditis eiusdem Monasterii, vel ab eo depẽdẽtibus, & alijs illuc confluentibus vtriusque sexus, diæcesanorum locorum, Curatorum, aut Rectorum, ad hoc licentia minime requisita: & sic pręcepto ecclesiæ satisfaciant, non obstantibus contrariis quibuscumque. Hæc habentur in compendio ordinis Dom. Hieronymi §. 2. & §. 6.

Et hæc priuilegia speciatim concessa ꝑfato Monasterio de Guadalupe ob maximam fidelium multitudinẽ ad illam Ecclesiam confluentem, pro uisitanda miraculosa deiparę Virginis imagine in altari maiori collocata, extensa fuere per Sũmos Pontifices Pium Quartum, & Pium Quintũ, ac Sixtum Quintum ad omnia eiusdem ordinis monasteria, etiamsi in eis nõ militent illæ causæ, ob quas primitus fuere concessa: vt colligitur ex Bullis, quas collector Priuilegiorum ordinis Diui Hieronymi in suo compendio refert, et Frater Emmanuel Rodriquez in libro quæstionum Regularium tom. 1. quæst. 16. artic. 3. Cum igitur statim ac ista priuilegia fuere extensa ad totum ordinem Sancti Hieronymi, intelligantur insimul communicata ordinibus Fratrũ mẽdicantium, vt satis constat ex compendio Priuilegiorum eorundem ordinũ, in uerbo communicatio: sequitur manifeste ꝙ fideles satisfaciunt præcepto, accipientes cõionem Paschalẽ in ecclesiis Mendicãtiũ, quocunq. die eam sumant a Dominica Palmarũ vsq. ad Dominicã in Albis, siue alio die Quadragesimæ, vbi talis fuerit recepta, & præscripta consuetudo, q̃d die quouis Quadragesimæ possit satisfieri huic pręcepto, qualis est in multis nostræ Lusitaniæ diæcesibus, posseque in die ipso Paschatis in præfatis ecclesiis cõmunicare, non solum ob deuotionem, & quando iam in sua Parochia impleuerit præceptum de communione, vt Soto in 4. sentent. distinct. 18. quęst. 4. artic. 2. Et Hen-

Henriquez 2.tom.lib.8.de Eucharist. capit.55.affirmant, sed etiam posse communicare ad effectum satisfaciendi præcepto communionis Paschalis, nec teneri ad communicandum illo anno in Parochia, nullasque ob id pœnas incurrere. Et si Episcopus facta admonitione(vt in capit. Sacris, de senten. excommunic.)vellet omnes illos, qui in Pascha non fuerũt communicati, denuntiare; tunc isti, qui à prædictis fratribus receperunt sacram Communionem, habeant ab eis fidem, et Episcopo illam presentent: & hoc sufficit vt nulla eos censura, & pœna comprehendat. Ita Emmanuel Rodericus in lib. Quæstionum Regularium, quæst. 56.ar. 3. & Hieronymus a Sorbo in compendio Priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum mendicantium, verb. Communicare.

Neque iis obstat, si dicatur, videri absurdum, & contra Papæ intentionem, derogare iurisdictioni, & obedientiæ totali Parochialis Ecclesiæ, eximẽdo fideles, vt cogi numquam possint ad communionem Paschalem sumendam ex vi præcepti in sua Parochia.

Respondemus, quod sicut per confessionem factam Religiosis approbatis, satisfit præcepto annuajis confessionis, nec derogatur iurisdictioni, & obedientiæ debitæ Parochis, eo quod cogi nunquam possit fideles ad confessionem preceptam faciendam, non cum Religiosis, sed cum Parochis: quia cum hoc Sacramẽtum sit principaliter institutum ad salutem animarum: ad quam Summus Pontifex, qui est totius Ecclesię, & oĩum diœcesum, & cuiuslibet Parochiæ immediatus primus, & verus Presbyter, intendens, volens ex speciali indulto, vt qui confiterẽtur fratribus, satisfacerent præcepto de annua confessione. Ita à simili de cõione commiserunt.n. illam Summi Pontifices Religiosis mendicantibus. Tũ quia hoc sacramentũ est magis ad vtilitatẽ subditorũ institutũ, q̃ ad Prelatorum commodũ.

Tum quia iurisdictio requisita ad eucharistiæ Sacramentum administrandũ, non est de substantia illius, vt contingit in confessione: sed est solum requisita ad debitum ordinem, & modum, ita quod, si administretur à simplice Sacerdote non habente ad id authoritatẽ, peccabit sed sacramentum erit validum: hæc aũt modalis iurisdictio suppletur per grauitatem coniunctam cum modestia, zelo, charitate, prudentia, & scientia, quæ vt plurimũ in Religiosis reperiri solet; cui Summi Pontifices attendẽtes, hanc gratiam illis concesserunt, vt in suis Ecclesijs Paschalem communionem administrare fidelibus omnibus possint.

Non etiam obstat si dicatur, esse hoc priuilegium mendicantium sublatum per nõ vsum, cum nullibi administretur in Monasterijs Religiosorum Communio Paschalis fidelibus, nec isti putent adimplere præceptum Ecclesiasticũ nisi communicent in sua Parochia: Et Priuilegia Regularium à Summis Pontificibus eatenus confirmantur, quatenus sunt in vsu.

Respondetur primo: quod Papa etiãsi confirmet priuilegia tantum, quæ sunt in vsu: Non proinde reuocat ea, quæ nõ sunt in vsu: cum differant plurimum nõ confirmare, & reuocare, nec a diuersis fit illatio.

Dico secundo, cum Panormitano in c. Cum accessissent, de constit. quod vt aliquod priuilegium per non vsum, seu per vsum contrarium perdatur, requiruntur multæ conditiones; vna est, vt talis non vsus sit per tempus quadraginta annorum iuxta textum in ca. Accedentibus, de priuilegiis.

Alia est, vt non vtentes habeant scientiam talis priuilegii, & voluntatem non vtendi illo, vt patet in cap. Si de terra, de priuilegiis, in versu. detrahere voluistis; cum ergo à Pio V. & ab aliis successoribus, vsque ad Clementem VIII. inclusiuè, fuerint omnia Mendicantium fratrum priuilegia, à prædecessoribus quomodocumq. concessa de nouo reualidata, & motu proprio, ac ex certa scientia cõfirmata; & pfatũ priuilegiũ de paschali

communione in fratrum mendicantiũ Ecclesiis die etiã Paschatis administrãda, sit per communicationem, & nouam concessionem factum ita proprium eisdem Mendicantibus, ac si specialiter illis fuerit concessum: sequitur deficere in eius non vsu, debitam quadraginta annorum præscriptionem: vt bene notat Panor. post Ioan de Ligna. in c. Cum super de causæ posi & gloss. in c. Cum accessissent. de const. Rosella. tit. Absolutio. 1. §. 121. Deficit etiam secunda conditio, quæ est scientia: Nam Religiosi, ideo non vsi sunt hoc priuilegio, quia illud ignorabãt Nunc autem quod sciunt posse authoritate pontificia administrare communionẽ annual fidelibus in suis monasteriis, possunt absq. vllo scrupulo id facere: sic communicati satisfaciunt præcepto Ecclesiastico, nec tenentur ad communicandum iterum in propria Parochia. Vide Annotationem Cordubæ in conmpendio Priuilegiorum fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, impresso Neapoli anno Domini 1594. tit. Absolutio quoad seculares secũdo, fol. 54. & Fr. Emanuelem Rodericum, in quæstionibus, regularibus, tom. 1. q. 56 art. 3.

Et si quæras, an communionem istam Paschalem possint Mendicantes Ecclesiis non suis administrare fidelibus absq; Parochi licentia.

Respondeo quod non: etsi. n. cõionem illam, quę voluntariè, & ex deuotione à fidelibus suscipitur, possint tam in propriis, quã in alienis ecclesiis administrare per Priuilegium Nicolai Quinti, & Sixti Quarti: & declaratione, ac extensione Leonis Decimi, prout habetur ĩ dicto compendio priuilegiorum. verbo communicare. Attamen ad communionem, quæ est de pręcepto danda, limitarunt sẽper, vt id fieret in propriis Religiosorum ecclesiis, & ideo qui extra monasterium in aliena ecclesia suspiceret a Religioso cõionem in die Paschatis nequaquam satisfaceret præcepto, & dictus Religiosus incideret in excõicationem latam à Clemente V. in c. Religiosi, de priuilegijs.

Quod si rursus petas, an Presbyteri seculares in ecclesiis Mendicantiũ celebrãtes, possint de licentia fratrum, Eucharistiæ sacrum fidelib. ministrare in cõione ẽt Paschali, & in die Paschatis. Rñdeo, q possunt idq. ex priuilegio Iulij II. qui cõcessit fratrib. ordinis Minimorum, vt in Ecclesijs suis, quoties opus fuerit, possint ministrare, & ministrari facere Sacr̃m Eucharistiæ quibuscunq. personis, vt habetur in d. compendio, verbo Cõicare, & ita asserunt Medina in sua instruct. Confess. lib. 1. c. 11. §. 3. & Henriquez to. 2. de Eucharistia, lib. 7. c. 55. vbi dicit, quod sacerdos sæcularis põt de licentia sacristæ celebrare in Ecclesiis mendicantium, & ibi sacramentum, Eucharistiæ fidelibus administrare. Et hoc adeo est verum, quod si celebret tempore interdicti, poterit idipsum efficere, si seculares habent facultatem recipiendi hoc Saccramentũ tali tẽpore, vt aduertit Corduba in additionib. ad compendium, tit. Communicatio Priuileg. Si tandem inquiras; Vtrum, sicut Religiosi communionẽ Paschalem (qua satisfit pręcepto) possunt fidelibus administrare, possint etiam illam, quæ est de pręcepto in ariculo mortis. Ita quod, si ista habeat prope oratorium, in quo Missa dicatur, possit tunc Religiosus Missã celebrare, & communionem huic infirmo præbere absq. Parochi licentia, adeo vt si communicãs satisfacit pręcepto Diuino affirmatiuo de communione sumẽda in articulo mortis.

Respondeo, quod nec Religiosi possũt in tali articulo Sacramentum Eucharistiæ per modum viatici, in articulo mortis administrare & administrãtes peccãt, ac in excommunicationem incidunt, latam in Clement. Religiosi, de priuilegiis: nec suscipientes dictam communionem à Religiosis absque Parochi licẽtia satisfaciunt præcepto.

Tum quia Religiosi nullum habent priuilegium de cõmunione per modum viatici fidelibus administranda vt videre est in Compendio Priuilegiorum.

Tũ quia in priuilegiis non fit extẽsio

de

de causa ad causam etiam ex identitate rationis, cap. Priuilegium, de reg. iur. in 6. notatur in Cle. prima, de cens. Bar. in 6. & alii in l. 1. ff. de constitut. Tum quia Paulus Tertius anno Dom. 1549. in priuilegio quodam Ordini Societatis IESV concesso, vt possint quoscumq. fideles cõmunicare, nominatim excepit communionem viatici in articulo mortis, vt refertur in Compendio priuilegiorũ eiusdem Societatis. Ita Soarez in secũda par. disput. 82. sect. 2. dubio vltimo. Nec obstat, si dicatur, ex concessionib. Nicolai V. & Pauli III. factis vniuerso Ordini sancti Hieronymi (quas iam supra retulimus) colligi posse, Religiosis mendicantibus licitum esse prębere fidelibus non solum communionem Pascalem, sed etiã constitutis in articulo mortis viaticum, irrequisita Parochi licentia; eo quia cum illa prior sit expresse concessa, quæ est de præcepto obligatoria, videtur in illa includi alia etiã præcepta in articulo mortis, cum videamus leges pęnales, quæ stricte debent interpretari, ad casus similes, non per modum extensionis, sed inclusionis sæpissimè extendi, vt probat Couarruias de spons. 2. part. capit. 6. numer. 12. Respondemus, quod argumentum concludit potius oppositum, quam propositum.

Nã ex eo quod præfati Põtifices cõcesserunt communionem Paschalem, & non expresserunt eam, quæ fit per modum viatici, noluerunt hanc concedere: expressio enĩ vnius, fuit exclusio alterius. Et ea, quę a iure cõi exorbitant, nequaquam ad consequentia sunt trahenda. Non enim in exorbitantibus datur extensio, sed casus omissi remanent in dispositione iuris cõmunis, vt tradunt Doctores, l. commodissimum, de lib. & post. Bart. in l. omnes populi, nu. 6. ff. de iust. & in l. Si constante, nu. 45. ff. solu. Matrimon. Neq. lex pænalis, ad casus similes extenditur, quando adest contraria lex speciatim disponens circa illos. Iam autem Clem. Religiosi de priuil. speciatim disponit. sub excommunic. ne a Religiosis communio pro viatico dari possit, absque Parochiali licentia.

CASVS QVINTVS.

Parochus in confinio totius diœcesis habitans, solet liberam suis subditis concedere facultatem, vt cum approbatis non solum a proprio Episcopo, sed alieno possint tempore Quadragesimali confiteri. Et hanc licentiam quam concedit alijs, sibi ipsi assumit, & fere semper cum altero Parocho diuersę diœcesis confitetur Immò cum ab Episcopo authoritatem obtinuerit absoluendi a casibus reseruatis, ipsemet erga se hac eadem authoritate est vsus.

Quęritur, An Parochus tam confitendi licentiam quam absoluendi authoritatem in subditos exercitam, assumere erga se valeat?

Collector priuilegiorum Ordinis Minorum in titulo accedere ad monasteria Monalium, vbi tractat, An quæ Prælatus potest facere erga se ipsum in ea est opinione vt putet; Prælatos indigerè licentia superioris, vel Papæ, vt possint in se ipsos, quę possunt in subditos, et hoc esse speciale priuilegium Summi Põtificis, vt possit in se, quod in subditos, quia non habet superiorem, cuius authoritate vti possit. Probat hanc suam opinionem, tum quia nullus potest esse iudex in sua causa, nec superior sibi ipsi: & ideo neque Episcopus, neque alii Prælati possunt dispensare in votis a se emissis, sicut possunt dispensare in subditorum votis. argu. c. Magne. de voto, & cap. venerabilẽ de elect.

Tum quia ideo concessum est in iure cap. fin. de pænit. & remiss. speciale priuilegium Episcopis, & aliis Prælatis immediate subiectis Papæ, vt possint eligere confessorem, quem maluerint, quia

licet hoc possent concedere suis subditis, nequibant tamẽ hoc ipso vti: sicut etiam quamuis Prouincialibus, & aliis superioribus concessum erat à Papa, vt possit absoluere subditos suos excommunicatos, et dispensare in certis irregularitatibus: fuit impetrata, & obtẽta de nouo alia concessio in ordine ad ipsos Prælatos, vt possint etiam absolui, & dispensari per confessores ab eis electos, prout habetur in mari magno fol. 56. tract. 2. Nos tamẽ cũ Corduba in eodem compendio, & cum communi Doctorum sententia arbitramur in actibus, qui nõ sunt iurisdictionis, seu iudiciariæ potestatis, sed superioratis, tantũ posse Prælatos erga se ipsos, nisi id speciatim sibi prohibeatur, quantũ possunt erga suos subditos: quomodocumque Prælati habeant talem potestatem scilicet ordinariã ex officio, aut ex cõmissione facta sibi, ratione officj, maxime per Papã. Ratio est, quia eo ipso quo illi confiditur, vt possit licentiare alios, confiditur, & conceditur, quod & se ipsum similiter possit licentiare, nisi hoc specialiter ei ex aliqua causa prohibeatur: & ideo sicut potest dare licentiam subditis, accedendi ad monasteria monialium, & ad itinerandum, & vt sint testes in testamẽto, vel in alijs causis, & vt procurent pecuniam pro necessitatibus, vt recipiãt legata, & in alijs similibus, ita propria authoritate potest eadem erga se ipsum. Ita etiam secundũ communem Theologorũ opinionẽ, Prælatus cõcedẽs indulgẽtias, potest eas lucrari, sicut & subditi, quibus eas concedit.

Cõfirmatur hoc ex doctrina Caietani 2. 2. q. 96. art. 5. vbi inquit posse superiorẽ in suis legibus eo modo dispensare, sicut, & cũ subditis. Ita habet Fr. Hieronymus à Sorbo in annotationibus ad cõpendiũ Priuilegiorum fratrum minorum. Et Fr. Emmanuel Rodericus in quæst. regularibus tom. 1. q. 45. art. 3.

Ad rationes autem per collectorem adductas respondetur, eas solum concludere in actibus iurisdictionis, vel iudiciariæ potestatis, quia in his, nemo potest esse iudex sui ipsius, neq; in se exercere tales actus iurisdictionis, seu absolutionis, iudiciariæ, vnde nemo potest absoluere se ipsum, neque dispensare in votis, aut iuramentis à se factis, quamuis possit in votis factis à subdito, quia dispensatio spectat ad actum iudiciarium.

His ergo sic generatim explicatis deueniendum speciatim est ad ea, quæ in præsenti casu proponuntur. Et quod ad primum spectat, An scilicet Parochus dans licentiã subditis, vt confiteantur cum altero parocho eiusdem confinij, sed diuersæ diæcesis, possit eadẽ licentia erga se vti.

Respondemus, posse. Tũ quod et si absoluere, & confessiones audire sit actus iudiciariæ potestatis, dare tamen licentiam subdito vt possit cum alio confiteri, & ab alio absolui, est actus prælationis tãtum, & superioritatis, & hos posse superiorem erga se ipsum exercere, sicut exercet erga subditos, probatum est supra. Vnde Nauar. ait quod illa talis licentia potius est cessio iuris sibi competentis quam iurisdictionis commissio, comment. inc. Placuit de pæniten. distinct. 6. nu. 51. not. 3. & nu. 73. §. ad horum primum.

Tum quod sicut in vsu, & consuetudine est positum, vt vnus Parochus, vicinũ Parochum alterius diœcesis, euocet, vt illum adiuuet in confessionibus suorũ audiendis, quia Concilium Tridentinũ sess. 23. cap. 25. idoneum ipso iure dicit ad cõfessiones audiendas, esse Parochũ, et quãuis sint diuersę diæcesis, consuetudo tamen ab Episcopis scita, & tolerata, dat illis hanc iurisdictionem. Nam vbique in confinibus diuersarum diæcesum solent subditi vnius parochi, confiteri alteri parocho, vt iam supra explicauimus in casu 1. par. 10. & dicitur in candelabro aureo tit. de confessione num. 28. conclus. 1.

Ita consuetudo etiam ante Concilium Tridentinum recepta, nec per eum sublata, concessit præsbyteris secularibus, facultatem eligendi sibi confessorem quẽlibet ex confessoribus approbatis, vt docet Sotus in 4. d. 18. q. 4 ar 2. Cum enim duo essent in vsu, ante Tridentinum Cõciliũ inter Presbyteros: vnum, vt ad inuicem con-

confiterentur, etiam cùm simplicibus sacerdotibus non approbatis: Alterum, vt hoc facerent cum presbyteris eiusdem, vel alienæ diœcesis. Prima consuetudo fuit per Concilium Tridentinum sublata: & voluit vt non possent nisi cum approbatis confiteri. Secundam vero consuetudinem, nõ sustulit, neq; de ea quidpiam egit, & à iure antiquo non est recedẽdum, nisi quatenus inuenitur expressũ in nouo, l. præcipimus, Cod. de appellat. & c. 2. de translat. Prælat.

Et consuetudinem istam, de confitẽdis Presbyteris inter se se quando sunt approbati cuiuscũque sint diœcesis, reliquit iure optimo Conc. Trident. in suo robore: quia Sacerdos quotidie celebrans, cum teneatur iure diuino præmittere confessionem peccati mortalis ante celebrationẽ, si adsit copia cõfessoris, ne hęc deesset, immò facile reperiretur quibus cum cõfiteretur, noluit Cõc. Trident. tollere, aut limitare consuetudinem de Presbyteris confitendis alterutrum, quando essent ex vbicumque approbatis. Vt ẽt sentit idem Martinus Alphonsus de Viualdo, cuius familiaritate vsus sum, cum essemus Bononiæ, In suo Candelabro aureo tit. De confessione nu. 28. concl. 4. estque opinio Nauarri. In comment. de pœnit. cap. Placuit dist. 6. nu. 43. fol. 609 in responsione ad tertiam difficultatem, in qua tractat quomodo consuetudo dare potest hanc actualem absoluẽdi potestatem inter approbatos à diuersis Episcopis.

Quod vero attinet ad secũdum quæsitũ, An ille, cui superior cõcessit authoritatem absoluendi suos subditos à casibus illi reseruatis, possit absque alia licẽtia vti erga se præfata authoritate, ita vt si in peccatum reseruatum incidat possit à quouis confessore absolui?

Respondemus, quod non potest, tum quia hæc absolutio est actus iurisdictionis, quam vt possit quis exercere in se velluti circa alios, requiritur specialis licentia eius, qui eã põt cõcedere arg. c. Ex multa de voto. Tũ quia nullus est iudex ĩ sua causa, nec superior sibi ipsi, arg. c. Nullus 4. q. 4. Tũ quia hæc iurisdictio absoluendi alios à casibus reseruatis est delegata, & non extenditur vltra intentionem delegantis, vt iurisdictio delegata, ad alias personas, q̃ ad eas, quæ continẽtur in rescripto, prorogari non potest. Tex. in c. P. et G. de officio, & potest. iudicis delegati.

Tũ quia etsi Episcopi, & Prælati exempti, quia habent iurisdictionẽ ordinariã, possint eam delegare cõfessori ab ipsis eligendo, qui eos ratione iurisdictionis sic delegatę possit absoluere à casibus, à quibus ipsi possunt suos subditos, vt cõmuniter tenent Doctores, cõtra Abbatem in c. Magna de voto. Attamen in dubio proposito Parochus habet illã ab Episcopo delegatam ad absoluendum à casibus reseruatis subditos, quæ licentia sic absoluendi, cum sit limitata, & contracta ad subditos, & dispensationes sint stricti iuris, & strictè interpretandæ, non potest extendi ad casus, in quos ipse Parochus incidit, neque est ad alium delegabilis glossa in ca. ordinarii de officio ordin. li. 6. Neque enim potestas dispensandi expressis personis, extenditur ad alias non expressas, can. Quod dilectio, de consang. & affin. Et c. 1. & 2. de filiis presbyt. lib. 6. Nec obstat si dicatur, quod Prelatus concedens suam authoritatem Parochis ad absoluẽdum subditos a casibus reseruatis, videtur tacitè illam concedere Parocho, respectu ẽt sui ipsius, quatenus præsumendum est, quod si parochus eam petiisset ad suos casus, Episcopus illã non negasset. R̃ndemus, quod iurisdictio nõ datur per licentiã præsumptam, alias aperiretur quidam aditus patentissimus, ad fundandam, & dilatandam iurisdictionẽ ex sola voluntate præsumpta, & sæpissimè neruosũ uinculũ reseruationis dissolueretur: si ex eo quod cõceditur confessori authoritas ad absoluendum aliquem à casibus reseruatis, posset erga se hac authoritate vti, pręsumendo quod Prælatus ẽt dedisset sibi ad casus eosdem si in illos incurrisset, & illam petiisset. Quod si quæras, vtrũ hanc authoritatem, quã ab Episcopo parochus habet absoluendi subdi-

tos a casibus reseruatis, possit eam committere alteri in ordine ad eosdem subditos? Respondeo quod potest, quia simplex ministerium absoluendi, quale est hoc potest, delegari etiam a delegato ordinarij, & à subdelegato delegati Papæ, quamuis non possint delegare suas iurisdictiones, ratione quarum id illis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem, per c. Super quæstionum §. quem vero, & per Felinum ibidem nu. 4. de officio deleg. Nauarr. in Man. c. 27. n. 45. Hanc tamen cōmissionem, seu authoritatem absoluendi, nō poterit parochus committere generaliter alteri, ita vt quoties cūq. occasio se obtulit, illa vtatur, sed solum particulariter, respectu vnius, vel alterius: quia illud esset subdelegare non simplex ministerium tantum, quod fieri posse diximus, sed iurisdictionem ipsam, quæ non est delegabilis, vt aduertit Corduba sup. regul. c. 7. q. 29. p. 2. Et Emmanuel Rodericus in quæstionibus regularibus to. 1. q. 21. ar. 9.

Vnde colliges, quod quando iura dicunt delegatum ab inferiore a Principe non posse subdelegare, nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarum, vel nisi hoc sibi specialiter concedatur, vt Ioānes Andreas, & alii notant in c. Is cui, de offi. deleg. lib. 6. Intelligendum hoc non esse de simplici ministerio absolutionis, quod conceditur sine alia iurisdictione, vt bene aduertit glossa communiter recepta, in c. fin. de offic. ordinar. vbi in hunc modum conciliat prædictum c. cum c. fin. §. fin. de offic. deleg.

CASVS SEXTVS.

IN Oppido N, duo tantum sunt approbati confessores, soliti alterutrum confiteri: & nunc dæmonis impulsu, tempore quo publicatum erat iubileum amplissimum, irato animo se ad inuicem percusserunt in multorum præsentia. Et sic in excommunicationem lapsi, publicato per totum Oppidum casu, pacem, & amicitiã, altera die publice ineunt, & mutuo confitentur, ac præfati iubilæi authoritate alter alterum ab incursa excommunicatione absoluit, & ita celebrant.

Quæritur, An ambo ex notoria percussione clerici in excommunicationem elapsi, se ipsos potuissent absoluere?

RAtio dubitandi in hoc casu inde oritur, quod licet excommunicatus minori excommunicatione possit alium excommunicatum eadem minore excōmunicatione absoluere, quia hæc solum priuat communicatione passiua sacramentorum, non actiua, vt dicitur in cap. Duobus, de sent. excom. & glossa ibi verbo, non expirat, in fine. Excommunicatus tamen maiore excommunicatione, non ualet alium excommunicatum eadem excommunicatione maiore absoluere, quia ista tollit vsum actiuum sacramentorum, c. Audiuimus, 24. q. 1.

Adde, quod excōmunicatus vtens aliquo actu sui ordinis fit irregularis, iuxta communem in c. 2. de cler. excō. ministr.

Præterea hæc clerici percussio est Papę reseruata: per c. Si quis suadente, 17. q. 4. Et cum sit percussio publica, sunt statim euitandi, vt dicitur in Extrauagan. ad euitanda, quæ est Martini Quinti, quam refert Nauarr. in Man. cap. 27. nu. 35. & in cap. primo, §. laboret, de pænit. dist. 6. nu. 10. Vnde isti Presbyteri non tā sum se percusserint, sed id publicè, & cū scandalo: & tempore publicati iubilęi, et ita prætextu dictæ Bullæ, videtur quod in excommunicationem inciderint, ac proinde quod nequeant per illam absolui, cū non sit Papæ intentio per iubilæa præbere fomentum peccandi. argum. c. Sane de pænit. dist. 3.

Nos tamen arbitramur, hosce præsbyteros se mutuo (vt proponitur) percutientes, si nō habeant alium cum quo possint confiteri, non impediri per excommunicationem, quin vnus valeat absoluere alium, si necessitas, vel celebrandi, vel sacramentum aliud administrandi, vrgeat,

geat, quæ differri sine scandalo nequeat.

Probatur. Tum quia necessitas non hēt legem, & pia mater Ecclesia, quæ solicita est de salute fidelium, non intendit eos priuare remedio possibili, quando extrema quasi necessitas illos vrget, & probabiliter credi pōt, quod nec tollit, nec suspendit iurisdōnē, quoad talis articuli tēpus, quæ videtur propria ratio, ob quam Concilium Trident. sess. 14. c. 7. decreuit, quemlibet Sacerdotem, etiam si sit Excōmunicatus, interdictus, vel suspensus, ēt denuntiatus, posse in mortis articulo absoluere, vt notat Nauar. in Manual. cap. 26. nu. 26. & ca. 27. nu. 272.

Tum quia excommunicatus, nominatim denūciatus, qui æquè est euitandus, ac notorius clerici percussor: vt patet ex dicta Extrauag. Ad euitanda, potest in necessitate baptizare, arg. ca. Præter, 32. dist.

Tum quia irregularis, ad euitandum scandalum, & periculum potest celebrare, vt tenet Nauar. in Manual ca. 27. nu. 279. & quantum ad inhabilitatem administrandi sacramentum quodcunque, pari passu currunt, quoad culpam mortalē excommunicatus, & irregularis.

Tum quia excommunicatus, in casu necessitatis, potest absoluere à peccatis, quæ absolutio necessario sacramentalis esse debet, ergo à fortiori poterit ab excōmunicatione, cuius absolutio ex sui natura non est sacramentalis. Ita Tabiena verbo excommunicatio. §. 3. & Fabianus, verbo absolutio 2. §. 6. Fr. Ieronym. a Sorbo in Compend. Priuilegiorum, tit. Absolutio, fol. 29. Emmanuel Rodericus in quęstionibus regularibus, q. 20. art. 12.

Nec obstat textus in cap. Præter, vers. Sciendum, 32. dist. vbi dicitur, non licere etiam in extrema necessitate confiteri hæretico: & quòd Rex Ermigildus maluit oppetere mortem, quam communionem sacram è manibus Episcopi Arriani sumere, ut refertur in capit. Cæpit. 24. qu. 1. & Diuus Cyprianus baptisma hereticorū, lauacrum diaboli appellat. in d. cap. Præter, §. Sciendum.

Respondemus, disparem esse rationem de hæretico, & de Catholico, quamuis excommunicato, quoad absoluendum in necessitate; nam Sacerdos excommunicatus, est solū priuatus, seu suspensus īterim vsu iurisdictionis. At hæreticus, eradicata fide, iurisdictionē funditus perdidit, ac ideo Ecclesia non permittit huic ēt in necessitate, iurisdōnis vsum, eo maxime in hoc sacro, quod non est tantæ necessitatis, quantæ baptismus; nam hunc accipi posse in necessitate ab hæretico, asserit tota ecclesia contra D. Cypr. & constat in d. c. Pater, sub nu. 32. dist. Ad ea āt, quæ initio dubitationem faciebant, rñdetur: Ad primum quidem, verum esse excōicationem maiorem priuare vsu actiuo sacrorum, & excommunicatum carere iurisdōnis vsu regulariter loquendo: in casu tamen necessitatis, voluisse Ecclesiam, hunc vsum illi non suspendere, vt supra diximus.

Ad secundum concedimus, excommunicatum exercentem actum sui ordinis absque vrgentissima necessitate, incurrere irregularitatem: sed in casu præsente, adest necessitas dicendi Missam populo, deestque copia alterius confessoris.

Ad tertium, dicimus falsum esse, quod peccans spe consequendæ indulgentiæ, non possit eam consequi. Immò potest, nisi in eadem bulla specialiter excludatur, circumstantia enim spei impunitatis integrę, vel partialis, non excludit delinquētem à participatione legis, vel dispositionis eam concedentis: vnde glossa cōmuniter recepta, in c. fi. de immunit. Ecclesiæ tenet, quod delinquens extra vel prope Ecclesiam, etiam spe gaudēdi eius immunitate, gaudet illa. Vide Ledesma 2. 4. q. 29. art 1. Nauar. in comment. de Iubilæo, & Indulg. not. 34. nu. 6.

CASVS SEPTIMVS.

Iacobus beneficia simplicia habens, cum se morti proximum videret, tria Religionis Vota, Ca-

stitatem,

stitatem, Paupertatem, & Obedientiã, præsente Notario, & multis testibus, in manibus Reuerendi Prioris cuiusdam Monasterij emisit; vt sic in habitu illius Religionis, in quam erat maxime affe ctus, sepeliretur: & totius Ordinis suffra gia participaret. Nunc ad sanitatem, Deo adiuuante, reuersus, dubitat, an sit vere Religiosus, aut saltem ad ingredien dam Religionem teneatur, possitq; tuta conscientia cum voto Paupertatis, reti nere illa beneficia, & alia acquirere.

Quæritur, quid illi a confessore sit di cendum?

TRia hic petuntur, quorum primum est, Vtrum sic vouens possit dici ve re Religiosus? Ad quod respondemus ne gatiuè, quòd per illa vota cum tanta so lemnitate in manibus Prioris facta, non efficitur ita vouens, Religiosus vere, id quod ostenditur.

Primo, quia iste non habuit integrum annum probationis, & Nouitiatus, sine quo professio quacumque solemnitate facta nullius est roboris, nec Religiosum efficit, vt decernitur aperte in Côc. Trid. sess. 25. de Regularib. c. 15.

Secundo, quia cessante causa, cessat ef fectus, c. Cum cessante de appellat. & cau sa faciendi verum Religiosum per profes sionem validam, est annualis probatio, qua Nouitius probat rigorem Regulæ, & Monasteriũ probat mores Nouitij, an quadrent cum ipsa Religione, c. Aposto licam, de regular. & iste morti proximus, nec probauit rigorẽ Regulæ, nec mona sterium illius mores.

Tertia, quia illa verba c. 1. de Regula ribus li. 6. Quod si per totum sequentẽ an num in monasterio permanserit, & c. de clarãt requiri ad valorem professionis, vt Nouitius deferat habitum per vnum an num in monasterio, vel extra subobediẽ tia Prælati, vt communiter Doct. in d. c. 1. asseritur.

Quarto, quia incorporare Religioni, & verum Religiosum per professionem facere, non potest solus Prior: sed requi ritur insimul consensus maioris partis conuentus, c. vlt. iuncta glossa de Regu lar. lib. 6. Quia nulla professio potest con stare, nisi duæ personæ concurrant, qua rum altera, se obliget Religioni, altera, Religionem obliget illi, continet siqui dem professio obligationem reciprocam, facientis, & recipientis eam: vt dicitur in d. c. ad Apostolicam, de regul. & ita vltra Priorem, exigitur maior pars eorum, qui in conuẽtu sunt suffragiũ habentes, arg. l. Quod maior. ff ad munic.

Nec obstat si dicatur, quod annus pro bationis concessus est in fauorem tam Re ligionis, quam illam ingressuri: c. ad Apo stolicam, de Regular. Et ita de consensu vtriusque partis renuntiari posse huic fa uori: secundum Regulam iuris, qua di citur, posse quemlibet renunciare fauori suo, l. Si quod ob gratiã, de reg. iur. in 6. & l. Quod fauore, Cod de leg. & l. Si quis in conscribendo, Cod. de pactis. & c. gra tum. de offic. deleg.

Respondemus, quod post Conc. Trid. necessitas annualis probationis in Noui tiatu est introducta, non tam in fauorẽ, & vtilitatem priuatam, quã publicam: eo quod ex anticipata professione, multa in commoda succedebant in magnum dam nũm, & dedecus publicum Religionum quæ sunt magna pars Reipublicæ Chri stianæ, in quo ius publicum consistit, l 1. §. Huius studii, ff. de iustitia, & iur. Et quamuis suo priuato fauori possit quis re nuntiare: nõn tñ iuri, & fauori publico, vt dicitur in c. Si diligenti, de foro com petenti, l. Ius publicum, ff de pact. & ideo præfatum Concil. Trid. in eôdem c. 15. vt doceret, nec profitentem, nec monasteriũ posse huic integro probationis anno re nuntiare: geminauit toties prohibitione dicendo: in quacumque Religione, & iterum; tam virorũ quam mulierum, & deinde: Non fiat, & iterum: Nõ admitta tur, & rursus sit nulla, & tandem. Nul lum effectum operetur, repetitio, & ver borum geminatio, speciale mysterium, & singu-

singularem vim habet, vt notat glossa in Clem. 1. de iure patr. & tradit Felinus, in c. Si quando, de rescrip. vers. geminatio.

Secundum, quod casus petit, illud est: Vtrum concesso, quòd per dictam professionem non sit vere Religiosus, & quod dicta professio fuerit inualida, an saltē maneat obligatus ad ingrediendum Religionem, ita vt iam quod non est votum solemne Religionis, sit tamen votum simplex illius.

Ratio dubitandi sumitur ex c. Nō solū de Regular lib 6. in quo habetur, professū maximè in ordinibus Mendicātiū, ante probationis, annum, licet non sit vere Religiosus, nec professus illius Religionis manere tamen obligatum ad Religionem in genere, id est ad ingrediendum Religionem aliquam, idque tenet glossa ibidem in verbo. vestro ordini, & a iure antiquo non videtur recedēdum, nisi quatenus in nouo sit derogatum. l. Præcipimus, Cod. de appellat.

Præterea, leges generales etiam posteriores, limitantur per leges speciales, etiā priores, l. & posteriores, ff. de leg. & notant glossę receptæ in l. Sciendum, ff. qui satis dare. cog. & in Auth offeratur. Cod. de litis contesta. vbi hæc authen. generaliter loquens, licet posterior sit, limitatur per dictam legem sciendum, quæ prior est. Iam autem prædictum cap. 15. Conc. Trid. annullans professionem ante nouitiatus annum factam est, lex generaliter loquens; & c. Non solum, de Regular. est lex specialis determinans illam valere solam, quoad obligationem religionis in genere. Sed his non obstantibus dicendum est, præfatum vouentem, non esse obligatum, sanitate restituta, religionem aliquam ingredi. Probatur.

Tum quia vouens non debet obligari ad plura, quam sua verba, & intentio se extendunt, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 18. art. 2. & patet ex eo, quod omnis obligatio est restituenda, l. Quidquid astringendo, ff. de verb. oblig. & c. Iura partium, de reg. iur. lib. 6. Iam autem verba huius vouentis, non sunt Religionem ingredi, neque hoc expresse vouit, nec fuit intentio eius alia, quam vouere illa tria vota castitatis, obedientiæ, & paupertatis in manibus Reuerendi Prioris, ad lucranda illius Religionis post mortem suffragia. Et actus agentium, non operantur vltra intentionem eorum. l. Non omnis. ff. de rebus cred. & c. fi. de præbend.

Tum 2. quia professio ab isto Iacobo moribundo facta, non solum fuit nulla, sed nullum etiam inducit effectum, neq; vllam obligationem, vt statuit prędictū Concilium Trident. in dicto c. 15. & ideo, quamuis antea de iure antiquo, inducebat obligationem Religionis in genere, hæc sublata est per dictum Conciliū, vt apertè constat ex illis verbis. Professio antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunque effectus; Per quam tot Nullitatum repetitionem emēdatur aperte antiquum ius, in c. Non solum, de Regul. in 6. Idem enim verbum sæpius in eadem dispositione repetitum, aliquod speciale mysterium iuris denotat, secundum glossam receptam in Clē. 1. de iure patron. verbo Diœcesanus, & c. 1. de cler. ęgrot. lib. 6. & c. cum M. col. 13. de constit. & nullum aliud mysteriū iuris hic significare potest, quam quod non remanet per professionem sic inualidam, obligatus ad ingrediendum aliquā Religionem. Et per hæc facile est respondere ad ea, quæ initio videbantur dubitationem ingerere. Tertium quod inquiritur est, an possit tuta conscientia, cum voto paupertatis retinere beneficia, & alia acquirere. Sunt qui putent, istum sic vouentem posse licite retinere beneficia illa quæ habebat, antequam vouisset. Nō autem aliqua alia quærere per contractus, & quasi contractus, vltimas voluntates, iudicia, & alia iuris ministeria. Ratio horum est, quia vota ab isto facta, obligant illum tanquam vota simplicia: ita quod tenetur seruare castitatem, & paupertatem, quia vtranque vouit, quamuis .n. nō potuit facere quod voluit, hoc est,

esse

esse vere religiosum per professionem solemnem: fecit tamen quod potuit, hoc est, abdicauit à se libertatem vtendi matrimonio, & libertatem quærẽdi per emptionem, & alios contractus, & alios modos, qui dominium includunt alicuius iuris pecuniarii: Ad votum autem obedientiæ, non obligatur, quia hoc non fuit acceptatum, saltem legitimè a prædicto ordine, nec ab eius conuentu: & ipse sic vouens, non habuit animum obligandi se Episcopo, vel alteri Prælato, plus quã erat obligatus ante votum. Ita Nauarrus in consil. lib. 3. tit. de voto, & voti redemptione, consilio 9. num. 3.

Ego vero in ea sum opinione, vt putẽ, istum sic in articulo mortis profitentem, non remanere post restitutam sanitatem obligatum ad aliquod illorum votorum, sed ea nullius esse vigoris aut effectus, ac proinde non teneri sic vouentem, magis ad castitatem, & paupertatem, quam arctabatur antequam vouisset.

Tum quia vt supra est probatum, intentio huius Iacobi non fuit absolutè, & per se vouere, sed conditionaliter, si moreretur, & ad finem tantum lucrandi suffragia, & indulgentias post mortem, quibus gaudent verè Religiosi illius ordinis, ab hac vita discedentes, & actus agentium, non operantur vltra intentionem eorũ, leg. in agris, ff. de acquir. rerum domin. c. fin. de præben.

Tum quia illa professio seu trium substantialium votorum in manibus Reuerendi Prioris emissio, præsente confessore, & notario, fuit nulla, vt supra ostendimus, ob triplicem defectum: primus est, quia ante completum nouitiatus annum: iuxta formam Cõcilij Trident. sess. 25. ca. 5 de reg. secundus, quia acceptata fuit absque consensu conuentus, cap. vlt. adiuncta, glossa. de Regul. lib 6.

Tertius, quia nulla præcessit de vita, & moribus, profitentis indagatio, & diligens examen vt præcipitur in bulla Sixti V. de anno 1587. quę incipit, Cum de omnibus ecclesiasticis, &c.

Et ideo cum triplici iure fuerit actus ille nullus, non potest, Iacobo superstite, producere aliquem effectum: clausula. n. irritans, nisi fiat, vt statuitur in ea, est forma substantialis à lege præstituta, argu. l. Non dubium, & leg. fin. C. de legib. Et actus factus contra formam substantialem a lege præstitutam, non valet c. Cum dolicta. de rescript.

Tum quia præcipua huius intentio fuit mori Religiosus, & ideo veluti accessorie vouit castitatem, paupertatem, & obedientiam, quę nequaquam voluisset, si putaret se vllo modo fieri Religiosum: ac proinde sicut nunc, sanitate recuperata, est liber à Religione, ita etiam est liber a voto castitatis, & paupertatis, quia accessorium sequitur naturam principalis, c. Accessorium, de reg. iur. in 6. & per l. in conditionibus primum locum habet mens testatoris, ff. de condict. & demonstrat. Præterea iste ex æquo promisit obedientiam, castitatem, & paupertatem in manibus pręfati Prioris: nec distinxit, quod euadens mortem, volebat manere obligatus ad paupertatem, & castitatem tantum, & non ad obedientiam, sed indistinctim omnia illa tria vota emisit in ordine ad Religionem, in cuius habitu valebat sepeliri, & suffragia lucrari: & ita Prior illius Monasterij ea acceptauit nomine Religionis: si ergo iuxta opinionẽ Nauarri, votum obedientiæ nullum omnino peperit effectum & prorsus fuit irritum; cur etiam non erunt cętera irrita.

Confirmatur hæc ratio, quia si votum obedientiæ, ideo non obligat Iacobum, quia non fuit acceptatum legitime a Priore, eo quod acceptauit sine consensu conuentus, & intentio vouentis non fuit obligare se per tale votum Episcopo, sed Religioni: ita pari ratione, neque votum castitatis, neque paupertatis obligabit Iacobum, quia fuit acceptatum illegitime à Priore, id est consensu suo tantum, & non conuentus: & intentio sic vouentis, non fuit obligare se castitati, & paupertati in seculo, sed in Religione, & ideo hæc vouit in manibus præfati Prioris. Ex his sequitur, posse prædictum

ctum Iacobum non solum retinere illa beneficia, quæ ante emissa vota obtinebat: sed etiam acquirere quæcumque alia, nec ad simplex votum paupertatis esse astrictum.

CASVS OCTAVVS.

Ludouicus, in grauissimum, & quasi extremum rerum suarum discrimen positus, ad orationem confugiens, Deum his verbis est deprecatus. Domine, si ab hoc periculo eripiar, seruiam tibi, luxuriam fugiam, & continens semper ero; sed à periculo liberatus, & voluntate mutata, ad vomitum est reuersus, ac sponsalia de futuro contraxit: & antequam vxorem ducat, ad confessorem accedens, prędicta enarrat.

Quęritur, An per illa verba, castitatis voto sit astrictus, quod matrimonium impediat?

PRo negatiua parte facit; quòd ad votum non sufficit voluntas, seu propositum quantumuis deliberatum, & firmũ faciendi aliquid, sed vlterius requiritur promissio cum animo se obligandi, vt tradit D. Tho. 2.2. quæstio. 88. artic. 1. & Panor. communiter receptus, in c. Litteraturã, de voto, vbi hoc videtur expresse esse decisum de quodam, qui dixerat, si conualuero, non hic morabor, intendẽdo ingredi Religionem, & statuitur non esse votum.

Præterea, verba omnia illa, Seruiam tibi, luxuriam fugiam, & continens ero, non significat de rigore sermonis promissionem: Et aliud est velle illa facere, aliud promittere illa facere: sicut aliud velle ascendere: vt ait gloss. in l. Vendentis, C. de contrah. empt & vend.

Tertio, cum votum omne habeat triplicem statum, primum originis, qui dicitur deliberatio, de qua est tex. in c. Qui bona agunt, 17. q. 1. secundum progressus, quod dicitur propositũ, quando quis firmiter proponit efficere, id quod deliberauerit, de quo est textus in c. Litterarũ, de voto. Tertiũ consumationis, & dicitur promissio, quando aliquis id, quod firmiter proposuit, promittit animo obligandi se, de quo est tex. in l. Obligationũ, ff. de act. & obl. & l. Si ego, ff. si cert. pet. hinc vr̃, quòd illa verba seruiam, faciã, denotent solũ intentionẽ, & propositum seruiendi, & faciendi, & ideo non constituant rationẽ formalem voti, quæ consistit in promissione, cum animo se obligandi per illã: Ita vt nec etiam satis sit ad votum, habere animũ obligandi se, nisi se per promissionem obliget, siue promissio fiat corde, siue ore.

Pro affirmatiua aũt parte, est Nauarrus in consilijs suis libr. 3. consilio 8. vbi arbitratur, per illa verba: Domine da mihi salutem, & ego seruiam tibi: Votum exprimi, & ideo Ludouicum teneri ad castitatem ex voto simplici, quod matrimonium impedit.

Probant hanc suam opinionem: tum quia, vt aliquis obligetur, non est necessarium, quòd dicat obligo me, sed satis est dicere, dabo, vel faciam, ergo ad hoc etiam vt promittat oportet dicere promitto, sed sufficit quod dicat, faciam.

Confirmatur, quia ita obligatur, qui dicit alteri: tibi dabo centum, si hoc feceris, ac qui dicit, promitto dare centum, si hoc feceris: ergo modo eodem obligatur qui dicit, promitto castitatem, si ad sanitatem fuero restitutus, ac qui dicit seruiam Deo in castitate, & luxuriam fugiam, si ab hoc periculo euadam.

Tum quia, vt ait Caietanus 2.2.q.88. art. 1. non solum fit promissio per actum signatum, & exercitum dicendo, promitto, quòd faciam hoc, sed etiam per solum actum exercitum dicendo, faciam hoc: Ex quibus concludit Nauarr. quòd conditionalis adiuncta huic futuro; faciam, seruiam, dabo, denotant semper ea includere, & significare promissionẽ, & votum nisi aperte constet, sic dicentem habuisse animum non promittendi. Hæc Nauarri opinio non mihi videtur vera, sed puto,

to, quòd per hæc verba de futuro, apposita etiam conditionali, faciam, seruiā, dabo, si hoc euenerit, non declaratur promissio, & votum, ex vi, & natura verborum, nisi quando constat, illa dicentem habuisse intentionem promittendi, & sese per votum obligandi. Et ideo Ludouicus dicens: Domine, si ab hoc periculo eripiar, seruiam tibi, luxuriam fugiam, & continens ero, nō emisit votum simplex continentiæ, nec aliquod ex his impedimentum est ortum ad matrimonium cōtrahendum: nisi aliunde pateat mentem suam fuisse promittere, & se voto astringere. Hæc nostra sententia probatur: Primo, quia de ratione voti, est promissio, vt Theologi omnes fatentur, & constat ex illo Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. vnde ad votum necessaria est vltra deliberationem, & firmum propositum, promissio expressa, seu intentio se obligandi, & promittendi, quæ a Caietano dicitur promissio signata: iam autem verba hæc, Deo seruiam, luxuriam fugiam, continens ero, declarant quidem deliberatum, & firmum ac solidum propositum talia faciendi, sed non exprimūt ex natura sua promissionem exercitam, & explicitam, cum non significent idem, quod promitto, vt satis patet, nec etiam exprimunt promissionem signatam, hoc est, intentionem talia dicentis fuisse, per ea verba se se obligare Deo: quia poterat illa dicere, cum solo proposito ea faciendi, absque vlla addita obligatione, vt per se constat. Secundo probatur, quia ille, qui in infirmitate constitutus, dixerat, Non diu hic morabor, statuens in animo suo Religionem ingredi, postea ad sanitatem reuocatus dubitauit, an per illa verba, Religionis simplex votum emiserit, & Religionem ingredi teneretur, & Papam Alexandrum III. consuluit: respondit Papa, nullum hic fuisse votum, quia propositum, quamuis firmum, non sufficit ad votum, nisi superaddatur intentio obligandi: ita habetur in c. Litteraturam, de voto, & voti redēptione. Et confirmatur ex cap. qui bona. 17. q. 1. vbi quidam presbyter infirmitate grauatus, se fieri velle Monachum, dixit, & ad hunc effectum, beneficium, quod habebat, renunciauit: sed postquam conualuit, noluit Monachus esse. Et Papa Gregorius illic declarat, per illa verba: Fiam Monachus, non fecisse votum, quia aliud est propositum corde concipere, & etiam ore enūciare: aliud est subsequenti obligatione se reum voti facere, hæc ibi.

Tertio, ostenditur ex discrimine inter propositum, & promissionem, nam propositum est actus voluntatis, & ideo neque est affirmatio, neq; loquutio, sed consensus, seu beneplacitum, qui exprimitur per hæc verba futura .s. faciam, seruiam, dabo, & cætera huiusmodi, quæ voluntatem aliquid faciendi significant: sed promissio, est actus intellectus, illa .n. supra propositum addit ligamen, seu obligationem qua vnus ita se astringit, & obligat alteri, vt absque fractione fidei, atque iustitiæ, mutare iam nō possit propositum. Ordo autem vnius personæ ad alteram non est, nisi per rationem, qua homo seipsum, vel sua alteri subijcit, & mancipat, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2. ac proinde ad votum sicut non sufficit firmum propositum, sed requiritur superueniēs promissio; ita neque ad illud satis erit dicere, faciam, seruiā, dabo, sed necesse est, quod adsit ligamen, & obligatio exterius expressa, uel interius intenta.

Ex his colliges, quòd si aliquando in iure dicitur, propositum firmum, & deliberatum obligare: Intelligendum id esse de proposito, adiuncta promissione expressa, seu cum animo se obligandi. Ita Syluester, & alii Summistæ, verbo Votū, 1. q. 2 Sotus de iust. & iure, lib 7. q. 1. art. 2. in fine. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 1. vbi expresse ait, quod hæc verba faciam, dabo, & alia similia de futuro, tunc solum dicunt promissionem, quando animus sic dicentis est per illa verba se obligare: ita vt cū dicitur faciam hoc, non solum significetur propositum firmum id faciendi, sed etiam promissio interior, qua quis alteri

se obligat. Nec obstant quæ in contrariũ a Nauarro, vbi supra, adducuntur: nam illa solum concludunt in casu, quo qui talia verbo de futuro profert, vltra propositum, habuit etiam intentionem se obligandi, ita vt seruiam tibi, luxuriam fugiã, faciam hoc, aut illud, sint signa declaratiua promissionis internæ, quã habuit is, qui talia dixit: sed quando de tali promissione non constat, nec mens dicentis verba illa fuit expresse per ea se obligare: sed ea protulit cum firmo proposito talia exequendi nihil interim cogitans, an per illa obligaretur, nequaquam tunc ex vi sua habent rationem promissionis, & voti: & hoc aperte sentit Caietanus, vbi supra, si attente legatur. Cum enim voces sint signa eorum, quæ sunt in anima; & hæc verba faciam seruiam, dabo, & alia de futuro significent voluntatem firmam, quã quis habet talia agendi, ideo vt extendantur ad declarandam obligationem, quæ est actus intellectus, oportet quod mens promittentis adsit, & per illa declaretur promissio intenta. Nam affirmatio hæc de futuro, faciam, per se sumpta, non est aliud quam deliberatum, & firmum propositum faciendi: quod mutari absque peccato potest, quia non includit obligationẽ, vt Sot. vbi supra declarat diffusius.

CASVS NONVS.

IOannes ludo alearum deditus cum maxima bonorum suorum iactura, votum tandem subita passione motus fecit, de non ludendo in totò vitæ suæ tempore aleis idque per multos annos, postea obseruarit, ruri commorans. Nunc tamen in vrbem rediens, & nobilium societate coactus, nõ potest à tali ludo se abstinere. Et, cùm publicatũ sit iubilęum, cũ facultate dispensandi, & cõmutandi quęcunque vota excepto castitatis, & religionis, instat cum confessore, vt in tali voto de non ludendo aleis, cum ipso dispenset illudque in aliud quoduis commutet.

Quæritur in primo, An illa subita passio excuset ab obligatione voti. Secundò An vigore dicti iubilæi possit cum eo dispensari?

AD primum respondetur, votum illud quamuis subita passione factum, esse validum, & obligatoriũ. Quia licet passio subita, quando est tam vehemens, vt rationem absorbeat, & iudicio hominem priuet, excuset ab obligatione voti, & ab alijs operibus tam meriti quã peccati: quoniam furiosi, & amentes, pro tempore, quo durat illa amentia, nec mereri, nec demereri possunt, quando ea amentia est tanta, vt iudicium penitus auferat: attamen passio quamuis subita, & instantanea, si iudicium non tollit, non excusat ab obligatione voti, vt docent omnes Theologi in 4. sent. dist. 38. & Ioan. Andr. ac Panorm. communiter recepti, in c. Dudum, de conuers. coniug.

Tum quia iste sic repente, & ex passione vouens, cognoscebat id quod faciebat: ad obligationem autem voti ea deliberatio sufficit, qua quis intelligit, id quod facit, vt ait Palud. in 4. sentent. d. 38. q. 1. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1.

Tum quia ea deliberatio requiritur ad vouendum, quæ sufficit ad peccandum mortifere. Non enim maior ætas, nec plenius iudicium exigitur ad merendum, quam ad demerẽdum: iam autem si quis ex ira, vel odio aut repentina iracundia hominem occidat, non excusatur a peccato mortali ex quo non adeo erat alienus a se quin sciret, quid faceret, licet statim postea pæniteat, & nollet fecisse, quoniam pænitere statim de peccato commisso, arguit illud non fuisse perpetratum ex malo habitu, sed non arguit quin sit factum ex electione, quamuis passio perturbauerit iudicium rationis, non tamen eã abstulit. Si ergo ad se obligandum diabolo per delictum mortale, sufficit actus, quamuis subitus, & per passionem elicitus, cur ad se obligandũ per votum Deo,

non

nō sufficiet? Tum quia si quis ex subita, & repentina amoris passione, vxorē duceret præsentibus testibus, & Parocho, verum esset matrimonium, nec excusari postea posset eo quod inconsiderate, & non pen satis plene omnibus circūstantijs, id egisset, cum satis fuerit, quod sciens matrimonium contraxerit. Ergo à simili votum quamuis subita passione emissum, obligat, quia non est Deus remissior, quam homo in exigendis promissis. Confirmatur, quia si Religiosus subita passione contra votum Castitatis ageret, non excusaretur à fractione voti, illa igitur eadem deliberatio, quæ sufficit ad violandum votum, satis erit ad ipsum etiam confirmandum. Tum quia ille, qui ex impetu iurauit, quòd deliberate nō iurasset, seruare tenetur, si licitum est, nā ea quæ in se bona sunt, non indigent longa deliberatione: vt summa confess. & summa Pisana, & Syluest. late probant, verbo iuramē tum, 4. §. 9. Et notant iurisperiti, in c. 1. & 2. de iureiurando. Vbi ēt dicunt, votum, & iuramētum, in hoc pari passu currere.

Tū quia in c. Sunt qui opes 17. q. 4. illi ēt quia tumultuario mentis impulsu, quāuis n on iudicio quieto, opes suas Ecclesiæ contulerunt, ita de leuitate, qua sic vouerunt reprehendūtur, vt tamen tanquā sacrilegi habeantur, si eas reuocant, & uotum non adimplent. Nam ut ibi glossa, verbo. Non iudicio, notat, votum proprio ēt quodam impulsu animi emissum valeat. Adde quod in c. Sicut nobis de regularibus Clericus qui ægritudine nimia laborans, & quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans, votum Religionis emisit, & postea reuocare volebat, compellitur ad illud obseruandū, eo quia sanæ mentis erat, qn̄ vouit, vt notat ibi Glossa, verbo de mortes securus. Ex his colliges, votum ex iracundia, seu alia passione factum, esse validum, si is qui illud fecit, non erat tunc omninò à se alienus: ita Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 2. Syluest. ver. Votum 2. q. 13. Sotus de iust. & iure li. 7. q. 1. ar. 2. Naua in Manuali c. 12. n. 24. & consiliorum lib. 3. tit. de voto, & voti redempt. cons. 7. Archidiaconus: Turrecremata in c. Sunt qui opes 17. q. 4. Neq. obstat, quod Ludouicus Roma. sing. 408. & Iason. in lege si filia, in Cod. de inofficioso testam. existiment, præfata vota ex iracundia, vel alia passione repentina facta non valere, ut quę non fiunt plena deliberatione, qualem ad tā perpetuum vinculum, & tam heroicum actum Religionis, vt est votum, requiri asserunt, quæ ēt videtur sententia glos. in d. c. Sunt qui opes & in c. Dudum, de conuer. coniug. & in c. Ex litteris, de diuortiis, vbi dicitur, acta calore iracundiæ, vel alia perturbatione animi non valere vel esse reuocanda. Respondemus falsam esse illorū Doctorum opinionē, & nullo niti fundamento: quia vt supra diximus, iudiciū, & deliberatio, quæ sufficit ad se aliquem obligandū Diabolo, sufficit ad obligandū se Deo, vt habet g'o. communiter recepta in c. Mulier 32 q. 2. Neque. n. necesse est, vt vouēs oēs facti circumstantias antea perpendat, & consideret, sed sufficit tantū, quod cognoscat id qđ facit, & sit sanæ mentis quamuis ex passione perturbatę: nec requiritur discursus, & longa temporis mora, sed satis est, quod sit cognitio simplex, & actus voluntatis spontaneus, qui elici pōt à subito, & breui momento, differtque à motib. primo primis, qui magis sunt naturales quam liberi. Vnde etiam colliges, nō esse veram regulā, quā tradit Angelus in sua Summa, verbo Votū primo, in qua dicit, quod ad perpendendum, an votū subitū obliget, videndum, est, vtrum sic vouētes statim, transacto periculo seu angustia, sint malè contenti se tale votū emisisse: quia si sunt statim malè contenti, eosq; pænitet vouisse: non erit votum obligatorium. Est. n. hæc regula omnino falsa, & nequaquam sequenda. Tum quia pœnitere facti, non est reddere factum inualidum. Tum quia ēt ille, qui diu deliberat, pōt statim post deliberationem tędere eū facti. Tum quia esse statim pœnitentem de peccato, arguit illud non esse factū ex habitu, nō tamen arguit quin sit factū ex electiōne, licet passione turbante iudiciū ratio-

rationis, vt post alios notat Sylvester. Votum 2.q.13. & nos iam supra diximus.

Non negamus tamen hæc vota calore iracundiæ, vel turbatione animi extra insaniam, subito facta, posse facilè per Prælatos dispensari, & commutari, quia esse sic repentina passione facta, est iusta causa ad dispensandum, & commutandum argumento c. primi, & secundi de voto, vbi decernitur ob pueritiam, & parũ deliberatam mentem, seu propositum vouendi, posse dispensari, vel commutari votum, vt ibidem ostendit Panormitanus, & communiter Doctores. Quod attinet ad secundum, quod petebatur, vtrum dispensari possit in voto non ludendi ad aleas? Ratio dubitandi inde surgit, quòd ludus iste, cum sit principalius introductus ob lucrum, quam propter recreationem habeatque fortuna, quam de industria: & lege tam ciuili, quã Ecclesiastica sit prohibitus, ut patet l. 1. ff. de aleæ vsu; & aleat. Et auth. alearũ vsus. Cod. de relig. & sumpt. fune. & c. Eps 35. dist. Et ca. Clerici. 2. de vita, & honestate Clericorum. Et ideo exerceri a Ioanne nequeat absque peccato mortali, aut veniali, non videtur dispensabile: quia per talem dispensationem daretur illi occasio liberius peccandi, quæ non est danda l. conueniri, ff. de pactis dotalibus ca. Ex parte de consuetud. Adde, quod dispensatio omnis fieri debet ad honorẽ Dei augendum in persona vouentis: vel ad vtilitatem Ecclesiæ, quæ est Christi corpus; vt docet D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 12. Neutrum autem horum reperitur in dispensatione huius voti: vnde sicut non posse à fornicatione abstinere, non est causa iusta ad dispensandum in voto castitatis: ita neq. ad ludum alearum propensio, nec posse ab aleis abstinere, erit sufficiens causa ad dispensandũ in voto non ludendi. Preterea difficultas, & molestia adimplendi votũ, quãdo non prouenit ex natura ipsius rei, sed ex prauo vouentis habitu, non est causa sufficiẽs ad dispensandũ in uoto, vt docet Sotus in li. 1. de iust. & iur. q. 1 art. 3. Vbi concludit, quod quando difficultas absit in endi ab aliqua re fuit causa vouendi, non est eadẽ in causam dispensationis reuocanda. His tamen non obstantibus, existimamus posse virtute iubilęi commutari huiusmodi uotum de non ludendo àleis, in maius, vel æque bonum arbitrio confessoris habentis ad commutanda vota authoritatem. Adducor in hanc sententiã, primò, quia ad commutandũ votum non requiritur de necessitate causa, quę obstet executioni eius, sed sufficit solum, quod id, in quod commutatur, sit melius, nulla alia causa interueniente vt declarat D. Tho. 2. 2. q. 88. art 12. & Caietanus ibi, ac Soto lib. 7. de iustitia, & iure, q. 4. art. 3. Secundo, quia vt commissuro vnũ de duob. peccatis rectè facit ille qui consulit, vt committat minus: vt tradunt omnes Doctores in c. Si quid verius. 33 q. 2. Ita in casu nostro, cum Ioannes commissurus sit duplex peccatum. vnum eb ludum alearum lege humana prohibitum; alterũ ob votum, contra quod agit ludendo, rectè profectò faciet, qui per dispensationem habitam operatur, vt sic possit ludere, quod non committat nisi vnum peccatum. Tertio, quia vna ex legitimis causis ad votum castitatis commutandũ, est magna fragilitas quam vouens in se ipso experitur ad obseruandum votũ, & ob quã mortaliter credit, non adimpleturũ id quod vouit, vt ait Angelus verbo Votum, §. 6. Et ita in Sacra pœnitentiaria admitti solet pro causa legitima dispensandi in voto simplici Castitatis, vrgeri grauibus stimulis carnis ad fornicandum, eo quod putat bonum esse liberari istum a fractione voti per Sanctum matrimoniũ meliusq esse nubere, quã vri; teste D. Paulo ad Corinth. 7. Nauar. in Manu. c. 12. n. 78. & consiliis li. 3. tit. de voto, & voti redemptione, consi. 16. Ad ea verò, quæ in principio tamquam dubia, aduersus hãc nostram sententiam adducebantur; Respondemus ad primùm, quòd non datur per talem dispensationem occasio liberius peccandi mortaliter, aut venialiter, sed solum tollitur occasio comittendi duplex peccatum, alterum lu-

dendi alterum frangendi votum: & sicut illi, qui propenso, & statuto est animo ad committenda duo peccata, possumus iuste, & ordinate suadere, vt non committat, nisi vnum; ita huic obligato per votũ ad non ludendum, potest confessor habens ad id authoritatem, quando videt eum stimulari maximè ad ludendum, cõmutare in rem aliam præfatum votum, & cum eo dispensare, vt sic ludens incurrat in minus peccatum.

Ad secundum dicimus, actum esse bonum in honorem, & obsequium Dei, & in vtilitatem ipsius peccatoris facere per dispensationem voti, quòd vouens excusetur a duplici peccato, & non committat ludendo ad aleas, nisi vnum, quod est ludere ludo prohibito: non autem peccet contra votum: & negamus quod non sit iusta causa dispensandi in voto castitatis propensio, & vrgens stimulus carnis ad fornicandum, immò pro iusta causa hoc solet haberi, quia per talem dispensationem retrahitur à duplici peccato, ad vnũ tantum.

Ad vltimum dicimus, quòd causa, quę induxit ad vouendum sub ea consideratione, & eo respectu absolute, non debet inducere ad dispensandum, sed bene sub alio: & ideo difficultas, & prauus habitus, qui fuit causa voti, bene potest sub diuersa consideratione, hoc est prout inclinat post votum ad duo peccata, esse causa iusta, ut in tali voto dispensetur. Sicut multæ medicinæ prosunt vno respectu, & nocent alio, & actus coniugalis, qui est meritorius, reddit locum sacrum pollutum, si in eo fiat, vt notat glo. in cap. 1. de consecr. Eccl. lib. 6.

CASVS QVARTVS.

Matthiæ quadragesimales cibi plurimum nocent, & ideo dispensatur cum eo, cui tamen vnica in die comestio sufficeret, immò easdem carnes filijs, quorum nullus decimum quintum attingit annum offert, & porrigit, id non facturus, si de iure essent ieiunio astricti, quod ipsum confessori manifestat.

Quæritur An tam cœnando, quàm cibos vetitos filijs dãdo, peccet mortifere?

Respondemus, in vtroque peccare mortaliter, & in primis quod cœnando peccatum incurrat lethale, probatur: Tum quia quando aliquod præceptũ cõtinet multas partes, & diuersas si quis ob iustam causam non potest adimplere vnam, manet adhuc obligatus ad seruandas alias, vt patet in præcepto de celebrãdis dieb. festiuis, in quib. non potens audire Missam, tenetur nihilominus, non laborare. Et est textus in c. Cum dilecti, de dolo, & contum. §. Præterea. Tum quia dispensatio, cum sit stricti iuris, non extẽditur ad dissimilia, & diuersa, in quibus eadem reperitur ratio, arg. c. primo, & ibi glossa de offic. & delegat.

Vnde licet dispensatus ob virium debilitatem, vt carnes in die ieiunij comedat, possit etiam cœnare, quia reparatio virium, & roboris, quæ est causa dispensationis in carnibus, reperitur etiam in cœna; non hæc repetitur in dispensato ob id solum, quia pisces nocent, cũ abstinere a duplici cõmestione non noceat. Tum denique quia prohibitio carnis in dieb. ieiunij, non est diuini iuris, sed humani, & proinde in lege veteri ieiunasse Iudæos cum carnibus, & vnica comestione affirmat Palatius, lib. 4. d. 15. disp. 8. fol. 12. & ideo quando ob id, quod pisces nocent, dispensat Papa in esu carnium, non cẽsetur dispensare ieiunio, sed potius quod remaneat ieiunium cũ esu carnium, & sic seruetur præceptũ de ieiunando. Ita Medina in C. de ieiun. q. 5. & q. 11. Victoria 2. 2. q. 147. ar. 4. Nauar. in Manual. c. 21. n. 25. Angles in sua Sũma tract. de ieiunio. q 9. de abstinentia a cibo. Neq. obstat dicere, qđ cũ abstinentia a carnib. sit substãtia, & essẽtia ieiunii, sublato hoc essentiali, nõ remanere amplius ieiuniũ, quę fuit opinio Caiet. 2. 2. q. 14. art. 7. in fine. Respondemus, quod licet de substantia, hoc

est,

est, de integritate ieiunii, ex institutione Ecclesiæ sit: non tamen est de substantia, hoc est, de essentia, & natura ieiunij, secũdum se, & absolute. Nã in veteri lege erat verum ieiunium constans vna sola comestione, & tamen nullus cibus erat tunc prohibitus: vt idem Caiet. vbi supra, fatetur. Ac proinde cum abstinentia à carnibus potest Papa ex causa dispensare, quia est iuris humani, & adiecta ieiunio ex instituto Ecclesiæ; non autem in duplici comestione, quia hæc est repugnans naturæ ieiunii, quod a primæua sua origine consistit semper ex vnica comestione. Et quãuis id, quod est de essentia alicuius actus ex iure naturali, seu diuino nequeat per Papam mutari, potest tamen, quando est de iure positiuo, & Ecclesiastico, vt notat. glos. in c. 2 de consuet. in 6. commendata per Barbatium in c. 3. col. 9. facit tex. in l. de quib. ff. de legib. & in c fi. de const. Innoc. in c. Cum ad monasterium, de statu Monac. & Doct. in c. Deniq. d. 4. Non etiam officit id quod Palatius in 4. d. 15. q disp. 8. inquit, istum sic ieiunantem cũ esu carnium, ieiunare quidem non ieiunio Christiano, & Ecclesiastico, sed alterius speciei, & nominis: ita vt possit magis dici abstinentia, quam ieiunium, quatenus abstinet a duplici comestione, sed non a carnibus. Respondemus falsum esse, hoc ieiunium cum carnibus, & vnica comestione in die, non esse ieiuniũ Christianum, & Ecclesiasticum: Nam, si ieiunium, quod communiter a Christianis fieri solet, abstinendo a carnibus, & a duplici comestione, ideo dicitur Ecclesiasticũ, quia a Christi vicario, & totius Ecclesiæ capite Summo Pontifice, fuit sic institutum, & præceptum, & per successores semper obseruatum, & confirmatur, cur etiam si idemmet Summus Põtifex ex ista causa ordinat, & decernit, vt quis cum esu carnium, & semel tantum in die comedendo ieiunet, non dicetur huiusmodi ieiunium, sic institutum Christianum, & Ecclesiasticum, cum ab Ecclesiæ capite sit institutum, qui id iure facere põt? Secundum, quod dubitabatur, illud erat, an dando cibos vetitos filiis, quos ætas iuuenilis a ieiunio excusat, peccet mortifere. Ad quod respondemus affirmatiuè, si filij rationis vsum iam habent, quod septẽnio ferè semper contingit Probatur. Tũ quia, etsi Ecclesia non obligat ad ieiunandũ iuuenes ante vigesimum primum annum, ne augmentum quantitatis debitę, quod trino, vt plurimum indiget septennio, impediatur; obligat tamen omnes, qui vsum rationis habent, vt in diebus quibus alii ieiunant, abstineant ipsi a cibis prohibitis, consuetudo inter Christianos recepta hoc ipsum interpretatur. Tũ quia sicut hi pueri, qui sunt doli iam capaces, & si ad communionem ex præcepto Ecclesiæ non arctentur, quousq; iudiciũ habeant tam perfectum, vt sciant discernere inter panem communem, & hunc diuinum; & iudicare, quòd in isto sit verum corpus Christi, idque duodecimo ætatis anno, ut plurimum accidit. Ad confessionis tamen præceptum, vbi primum iudicij usus incipit, ut est in septennio, qñ iam nocumentum lethalis mali discernunt, obligantur ad confessionem: ita a simili, quamuis ob incrementum ætatis non teneantur pueri, etiã rationis usum habẽtes, vsq. ad vigesimũprimũ annũ ieiunare, tenentur tamen ad consuetudinem inter Christianos receptam, de non edẽdis escis prohibitis tempore ieiunii. Ita Syluest. verbo Ieiunium, q. 5. Caiet. 2. 2. q. 147. art. primo. Corduba in summa, q. 60. Nauar. in Manual. c. 12. n. 3. Ledesma 24 q. 17. ar. 6. dub. 2. Quod si pueri nõ peruenerunt ad septennium, non peccat tũc pater dando illis cibos in die ieiunii vetitos, quia isti sicut vsum rationis adhuc nõ habent, ita Ecclesiasticis legibus non obligantur, ut docet Panormitanus, cum aliis in rubrica de obseru. ieiunii, quamuis æquum sit, illos in puerili etiã ętate; quadragesimalibus istis cibis assuefacere.

CASVS VNDECIMVS.

B*Asilius renũtiauit beneficium, quoddam in manus Papæ in fauorẽ Mar-*

ci, cum reseruatione pensionis centum aureorum, interim tamen, quod a Summo Pontifice gratia obtinebatur, indiguit viginti scutis, quę petijt a Marco, & iste, illa dedit pro parte pensionis annuatim soluẽdæ, vt apparet in schedula ab vtroq; conscripta. Nunc fit Basilio scrupulus de simonia, eo quod susceperit pensionis partem, antequam authoritate Pontificia esset confirmata, vel dispensata.

Quæritur, An simonia sit reus, & quid a confessore sit illi iniungendum?

AFfirmatiua pars placet Nauarro in Man. c. 23. nu. 107. § Ad decimum dico, &c. in consiliis lib. 5. cons. 6. vbi asserit, pensionem promissam cum cõditione si Papæ placuerit: si tota, vel in parte soluatur, antequam beneplacitum Papæ accedat, & pręstetur, esse simoniam. Rationes quibus hanc opinionem fulsit, hæ sũt potissimæ. Tum quod positum sub conditione, nihil operatur ante illius euẽtum, § omnis, Instit. de verb. oblig. & c. si pro te, de rescrip. lib. 6. Tum quod sicut pensio non potest constitui super beneficio Ecclesiastico, nisi authoritate Papæ, ita nec peti nec dari potest antequam sit per Papam constituta, id quod latius ostendit Gomez in regula cãcel. de trien. q. 12.

Negatiua tamen pars, quod nulla, in petitione illius pecuniæ pro parte pensionis imponendæ, committatur simonia, videtur nobis verior. Primo, quia pecunię illæ non petuntur sub titulo pensionis debitæ, sed sub mutuo; recompensandæ, & diminuendę, quando pensio fuerit per Papam statuta, & confirmata. Iam autem resignans beneficium, nulla lege prohibetur petere mutuum gratuitum, a resignatario, vt sentit D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 100. art. 3. & Nauar. in Manu c. 23. n. 101. § 6. in fine. Tum quia pensio illa futura; etsi nec dari, nec peti possit, tanquam debita, & veluti iam acquisita, nisi postquã est per Papam confirmata: potest tamen qui illam est habiturus, de ea agere tanquam de re sperata, & quæ communiter est euentura, & habenda: & ideo sicut licitum est cuilibet sub spe mercis futuræ, petere, & accipere mutuum: Ita etiã sub spe pensionis futuræ, arg. l. Nec emptio, ff. de contrah. emp. & l. Quæ nondum. de pignor. & l. Interdum, ff. de verb. obligat.

Tum quia hæc pecuniarum acceptio refertur ad iustam pensionis reseruationem Nec simoniæ definitio illi ex aliqua parte conuenit: & anticipata illa solutio hac conditione intelligitur facta, si pensio a Papa reseruetur, alioquin pecunia restituenda. Nec obstant pro contraria parte adducta. Nam ea veritatem solum habent, in casu quo id quod est inter partes conuentum sub conditione, si Papæ placuerit, accipitur siue totum, siue parte, tanquam debitum, & vt res propria, ante Sedis Apostolicæ beneplacitum: secus autẽ in casu nostro, in quo accipitur sub titulo mutui; & vt restituendum, quando Papa pensionem non imposuerit. Et ratio quare in casu Nauarri est simonia, in nostro non, hæc est: quia in illo accipitur pensio, vt conuenta inter partes, & vt imposita a renunciante beneficium, non expectato Sedis Apostolicæ beneplacito, sed in nostro casu, accipitur, vt mutuata, & restituenda, si Papa illam non imposuerit.

CASVS XII.

AMbrosio impositum est pro pænitentia in præterita confessione, vt singulis hebdomadibus vnius anni ieiunet feria quarta, qui cum pænitentiam adimplere poßet, sæpe tamen, non nisi ferijs sextis ieiunabat, relictis quartis, & per tres hebdomadas scit se nullo die ieiunaße.

Quæritur, an pænitentiam adimpleuerit, non ieiunando die imposito sed alio, & pro relictis diebus, quid sit imponendum a Confeßore?

NOnnullis visum fuit, pœnitentiam iniunctã de ieiunandis certis diebus,

bus; nequaquã adimpleri ab eo, qui illis designatis diebus non ieiunat, nec satis esse, quod aliis ieiunet. Tum quia etsi pænitentia sacramentalis obligatio pendeat à uoluntate acceptantis, vt in cuius opinione diuina clemẽtia posuit, uel in hoc seculo, uel in purgatorio, pro peccatis satisfacere, ut late probat Naua. comment. in c. 1. §. Ponat. de pænitentia. d. 5. nu. 6. postquam tamen impositam pænitentiã confessus acceptauit, tenetur illam adimplere; quia hæc est communis intentio confessariorum, & pænitentium, innititurq; illis verbis Christi, Ioan. 20. Quorum retinueritis, retenta erunt; & declarat Concil. Triden. sess. 14. c. 8. & Can. 15. Iam autem in casu nostro, ieiunia fuerũt imposita, & acceptata pro illis certis diebus, & non pro aliis.

Tum quia non dicitur adimplere pęnitentiam, qui vnam vel alteram eius partem seruat: sed oportet totam, secundum quod imposita est, adimplere; & dispositio copulatiua, ad sui veritatem requirit, vt omnes eius partes sint verę, l. Hæredi plus. §. de condit. institut. §. si plures. Institut. de hæredibus instit.

Tum denique, quia etsi id quod certo tempore debetur, possit cõmuniter antea solui, quando tempus præfigitur in fauorẽ debitoris nõ tñ si statuitur in fauorem creditoris, aut alicuius tertii, l. Cũ pater, §. a filia. ff. de leg. secundo. Iam autem pœnitẽtia de ieiunandis sextis feriis, uidetur præfixa ad illos dies, ad vtilitatẽ aię pœnitentis, quę est quidam tertius, & ad gloriam & honorem Dei, & memoriam passionis eius. In hanc opinionẽ uidetur inclinare Nauar. in Enchiridio de oratione, cap. 3. numer. 13. & in Miscelaneo 92. num. 2.

Nos tamen in ea sumus sententia, vt putemus, istum qui, pænitentiam impositam diebus aliis, quàm pręfinitis, adimpleuit, satisfecisse suæ obligationi: & si ieiunauit tribus diebus, quamuis non fuerint feriæ sextæ, non teneri ad alia ieiunia: idemque de orationibus seu eleemosynis, aut aliis operibus à confessore loco satisfactionis iniũctis, dicẽdũ existimo. Primo, quia sacramẽtalis pœnitentia eatenus solum obligat, quatenus a pęnitẽte acceptatur, adeo quod velut nullus cogi potest ad confitenda sua peccata nisi volens, ita nec ad satisfaciendum in hoc mundo pro illis, nisi velit. Cum enim sacramẽtum istud pęnitentię fuerit a Christo Domino principaliter institutum in salutem animæ; ideo ob magnã erga nos clementiam, respiciens infirmitatem nostram, dedit nobis opinionem satisfaciendi ei pro peccatis nostris, vel in hoc mundo, vel in alio; vt late probat Scotus in 4. dist. 17. & Gabr. dist. 16. q. 2. & Medina in Cod. de confessione, & Nau. in Manual. c. 16. num. 20 §. 15. & comm. in c. primo, §. Ponat, de pœnit. dist. 5. num. 4. Quare cum pœnitentia sit a confessore iniuncta, & a pœnitente acceptata in fauorem suũ, vt potius in hoc mundo per pænas leues satisfaciat, quam in altero per pænas grauissimas, relinquitur manifestum, tanto celerius ab hoc satisfaciendi onere liberari, quanto citius pęnitẽtiam adimplet.

Confirmatur, quia restitutio, quo minus differtur, eo magis grata est creditori: ita satisfactio pro peccatis, tanto magis est accepta Deo, cęteris parib. quãto citius fit; ideo. n. pœnitentię a confessore per opera pœnalia imponuntur, vt peccator offensam, & iniuriam quam Deo intulit, per rebellem transgressionem præceptorum eius, resarciat, quo fit, vt terminus p̃fixus à confessore pro adimplenda pœnitentia, non impediat, si antea adimpleatur, argum. l. qui Romæ, in princip. §. de verbo oblig. & ibi Bart. & communis.

Secundo, quia pro tacito statuto habẽdum est, quod verisimiliter statutum fuisset, si ab statuẽte quæsitum fuisset, vt not. glossa recepta, l. tale pactum. §. fin. ff de pactis Verisimile autem est; si pœnitens diceret confessori, se velle potius ieiunare tribus quartis feriis, quam sextis; velleque pœnitentiam, quam cito poterit adimplere, responsurum confessorem, hoc ipsum sibi etiam placere.

Tertio, q̃a si cõfessor imponat, ut tribus

sextis feriis recitet psalmos pœnitentiales, & nihilominus pœnitens, vt citius se liberet ab hoc onere, illos recitauerit prius, certum est, quod satisfacit, eo quia soluens ante diem statum videtur soluere plus, sicut qui petit ante diem, videtur soluere plus, quā sibi debetur, C. primò, de plus petitio, §. Si quis agens, instit. de actionibus. Quarto, quia id quod primo, & principaliter intenditur a confessore est, vt opus satisfactorium adimpleatur: & tempus præfinit, & non ad obligationem finiendam, sed ad non dilatandam debitam solutionem, ne pœnitentia in lõgius protrahatur. Non enim hæc imponitur tanquam onus annexum diei, quod transit, transacto die: vt ieiunia, horæ Canonicæ, solemnitates festiuæ, & alia huiusmodi ab Ecclesia præcepta; istorum. n. obligatio post præfixum diem non durat: secus est de obligatione iniunctę pænitētiæ, quæ durat etiam post transactos dies, ad illam exequendam præfixos neque obligatio ista post tempus præfixum cessat immò vigorosior efficitur, vt in simili notant Doctores, in c. Cum dilecti, de dolo, & doli contumacia. Cum ergo in hisce pœnitentiis tempus se habeat tanquam accessorium, & accidentale, seruiatque solum vt terminus non dilatandæ vlterius pænitentiæ, sequitur huic obligationi satis superque satisfacere, qui pænitentiam quanto citius adimplet: semper enim attenditur ad id, quod est principale, & per se, quamuis omittatur, quod est accessorium, & quasi per accidens Quinto, ieiunia, orationes, & eleemosyna factę tribus alijs diebus, æquipollent eisdemmet pœnitentiis, si fierent sextis ferijs, cū sint eiusdem quantitatis, & qualitatis, quoad ipsum opus satisfactorium, & regula iuris est, nihil omnino referre, quid de æquipollentibus fiat, c. Licet ex quadam, de testibus, & l. fin. ff. mandati. Nec dici potest maiori meriti esse, si pęnitentia adimpleatur, vno die, quam alio. Nam ratio meriti, non pendet a tempore, sed à subiecto, hoc est à gratia, & deuotione pænitentis, qui quanto citius pęnitentiam adimplet, nec datum à confessore terminum expectat, tanto magis videtur diuino ardere amore, & patrata scelera detestari. Non etiam valet si dicatur, ieiunia in sextis feriis, non tantum videri imposita ob detestationem, & pænam cōmissi peccati, sed etiam in memoriam passionis Christi, ad quam dies alii non ita excitant, cum Dominus noster sexta feria sit passus. Non inquam valet: Tum quia etsi ille dies magis moueat ad recordationem Passionis Christi, non tamen id arguit, quod ieiunium necessario fieri debeat tali die, sicut neque quod recordatio passionis Christi, sit a pænitente de necessitate tunc habenda: sed solum ad bene esse. Vnde, sicut memoria passionis non cadit sub obligatione pœnitentiæ iniunctæ, ita nec feria sexta, sed vtrumque est de consilio. Tum quia si pænitens obligatur ad pænitentiā adimplendam, est, non eo solum, quia a iurisdictione cōfessoris fuit imposita, sed etiam quia illam acceptauit: adeo quod si non acceptasset, nō teneretur ad illam, vt supra declarauimus: Iam autem pęnitens si interrogetur, an intentio sua fuerit obligare se ad pænitentiam illis præfixis diebus, ita vt non alijs prioribus, respondebit quod non: immò quod acceptauit tempus in fauorem suum, vt commodius eam adimpleret. Tum quia in dispositione obligatoria, quando sumus in dubio, vt hic sumus, obligatio interpretanda est de re, vel summa minore, vt dicitur in c. In obscuris, de reg. iur. lib. 6. & leg. Semper in obscuris. leg. Semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. vnde nummis legatis, exiliores debētur. leg. Nummis. ff. de legat. 3. & votum de soluendo sextario tritici, de solutione sextarii minoris intelligitur. c. Ex parte, Cum notatis per Panormitanu. 4. de censibus.

Non item obstat, si dicatur, quod quādo ad lucrandum aliquod Iubilæum, pręcipitur ieiunium tribus certis diebus, nō posse illud anticipari, nec aliis diebus, quam in illis statutis fieri, idque ipsum videri dicendum de pęnitentiali satisfactione. Respondemus, dispare esse vtrius,

&

& alterius rationem. Primo, quia Iubilæum datur sub illa conditione, vt tres statuti illi dies ieiunentur: non lucraturus aliàs Iubilæum: sed Sacramentum pœnitentiæ, neque quoad absolutionem a culpa, neque quoad satisfactionem à pœna, datur sub conditione. Secundo, quia in Iubilæo, Ieiunia, & alia opera præscripta, in illis tribus diebus imponuntur pro forma, & cõditione necessaria acquirendi Iubilæum; & ideo debet adimpleri, in forma specifica, & non in æquipollenti, leg. Qui hæredi, & leg. Mæuius, ff. de condit. & demonstr. sed in pœnitentia non apponuntur dies pro forma, & conditione necessaria ad satisfaciendum, sed solum pro commodiori opportunitate ipsius pænitentis, vt facilius, & aptiori modo satisfaciat. Non officiunt demum omnia illa, quę pro contraria parte fuerunt in principio adducta. Quia ad primum fatemur, pœnitentiam acceptatam obligare in conscientia. Sed negamus quod dies præfiniti ad illam adimplendam, se habeant vt forma, seu conditio intrinseca, aut necessaria, immò potius se habet, vt terminus dilatandæ debitæ solutionis: quasi quod non sit opus illud pænitētiale vlterius prorogandum, possit tamen citius pro libito adimpleri, vt qui dies magis statuuntur in commodum pœnitentis, quam in eius damnum, vel tertii alicuius vtilitatem. Ad secundum respondemus, dies non esse præfixos a confessore, tamquam partem aliquam satisfactionis, & pęnitentiæ, sed solum tanquam terminum non dilatandæ vlterius poenitentiæ: & tamquam quid condecens vtilitati ipsius poenitentis: & ideo, si in aliis diebus prioribus visum sit poenitenti ieiunare, & alia satisfactionis opera facere, liberum illi erit: cum quilibet possit renunciare tempori concesso in suum fauorem. c. Statuimus, de regular. & c. Si diligenti, de foro competenti. Ad tertium dicimus, id verum esse, quando tempus præfigitur principaliter, & ex primaria intentione, in vtilitatem creditoris, & tertij: & ita quando constaret apertè confessorem imposuisse illos ieiunii dies limitate ad vtilitatem animæ, & ad gloriam Dei, & poenitens id sciret, & eodem principali fine eos acceptasset, non posset tunc aliis prioribus ieiunare: sed in casu nostro, non ita accidit, nec communiter loquendo talis est confessorum, & poenitentium intentio: sed solum vt pro peccatis confessis satisfaciat, & hoc vt commodius fiat, statuit illi dies ieiunandi, seu orandi, attendendo accessorie, & secundario ad deuotionem, ad quam dies talis inclinat, sed cum hoc sit quasi per accidens, non includuntur necessario in actu pænitentiali, nisi tanquam terminus ad poenitentiam, vlterius non differendam.

Ex his colliges opinionem Nauarri esse solum veram, quando intentio præcipua confessoris, in statuendis sextis ferijs ad ieiunandum, fuit respicere vtilitatem animæ pænitentis, vel honorem Dei, aut aliquod aliud tertium, cui ex anticipata solutione fiebat præiudicium, & hoc declarauit poenitenti, qui eadem etiam intentione dies sic statutos acceptauit. Secus autem est, quando alterum horum defuit, ita vt neque de tali confessoris intentione constet: neque poenitentis acceptatio ad dies sic limitatos se coarctauerit, quia in hoc casu, dies statuti habent se veluti accidentarii, & accessorii, & non vt principaliter intenti, & dantur ad fauorē poenitentis, vt commode pænitentiæ opera, ad quæ se obligauit, adimplere valeat & sic intelligenda est nostra sententia.

CASVS XIII.

Prior generalis religionis cuiusdam approbatæ, sciens subditum quendā inclinatum esse maxime ad vota emittenda, quæ postea seruare non nisi difficile potest: illius omnia vota simplicia, quocūque tempore, & quauis ex causa, etiam de licentia aliorum Prælatorum facta, irritauit: & etiam prohibuit, ne in futurum quidpiam voueret, annullando ex

nunc pro ex tunc omnia; subdito tamen ingeritur scrupulus; quòd hac Prælati votorum annullatio tam ampla, nec sufficienti ex causa facta, non sit valida; & Doctorem consulit.

Quæritur, An talis irritatio, tam quoad præterita omnia vota, quàm quoad futura, sit tuta in conscientia?

RESpondemus affirmatiuè. Et primò quod Prælatus possit vota omnia simplicia sui subditi irritare quoad præteritum, patet. Tum quia Religiosus per professionem obligauit voluntatem suã Prælati arbitrio, ita vt quoad voluntarias operationes, ius omne tradiderit religioni, ac proinde voluntas, quam voto subijcit, non est iam sua, sed religionis, cui per professionem solemnem se addixit, & sic vouens de re aliena, & quæ est Prælati, potest Prælati vt dominus voluntatis subditi, irritare omnia, ad quæ se voto astrinxit, vt expresse decernitur in Concilio Agathensi, c. Monacho, 20. q. 4. vbi sic dicitur: Monacho non licet votum vouere sine licentia Abbatis sui, si autem vouerit, frangendum erit. Tum quia tempus nullum est exceptum, in quo Prælatus non possit Religiosum aliquo officio occupare, & ideo omni tẽpore est subiectus obedientiæ Prælati, a qua per nullum votũ simplex potest se eximere. Iam autem si Prælatus nequiret cassare, & irritare Religiosi vota, non posset illi pro tempore, quo est adimpleturus votum, aliquid faciendum imponere, & sic pro aliquo tẽpore, esset liber a voto solemni obedientiæ, quod est falsum. Cum ergo Prælatus valeat, quoties sibi libuerit, exequutionẽ voti impedire, poterit etiam votum tollere, vt quod obedientiæ professæ aliquatenus aduersari videtur, vt recte docet Sot. de iustitia, & iure lib. 7. q. 3. artic. 1. in respon. ad 3.

Tum quia de ratione voti, est libertas, oportet enim vt sit actus voluntatis deliberatus, ac proinde liber. At Religiosus per professionem reiecit a se omnem libertatem, eamq; collocauit in arbitrio superioris: igitur sine huius consensu, non poterit voto se astringere, immò quicquid vouet, sub hac conditione semper fit, si Prælato placuerit. Ita vterque Tho. 2. 2. q. 88. art. 8. Innoc. communiter receptus, in c. Scripturæ, de voto. Palud. in 4. dist. 38. q. 2.

Tum demum quia considerata humana fragilitate, & Religionis onere, nulla obligatio addi potest, sine præiuditio obseruationis regulæ, & constitutionum, ad quam tenetur, & sine periculo reddendi se onerosum aliquando Prælato, vel fratri suo. Adde etiam, quòd cum votum Religionis sit tantæ excellentiæ, & arctitudinis, vt alia omnia in illud commutari valeant, idcirco pia mater Ecclesia, & voti huius eminentiam considerans, & humanam fragilitatem perpendens, decreuit authoritate Christi, vt nullum aliud votum possit sine consensu Prælati superaddi, propter euitandum periculum transgressionis, vt colligitur ex c. Nouit. 33. q. 5. Richardus in 4. dist. 38. Tabiena, verbo Votum, 5. §. 4. Ang. eo 2. §. 3.

Hanc autem irritationem posse à Prælato fieri etiam sine causa ad libitum suũ, vel petentis, ita quod neque ipse Prælatus irritando peccet, cum vtatur iure suo: neque alius votum non adimplendo, cum à principio habuerit hanc conditionem inclusam, si Prælato placuerit, concludũt omnes fere Theologi, in 4. sent. & maxime Paludanus, dist. 38 q. 4. S. Antonin. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 7. Syluest. votum, 4. §. primo Nauar. in Manual. c. 12. n. 63. & Canonistæ in c. Puella. 20. q. 2. & c. Manifestum. 33. q. 5.

Quod vero cessante ab officio Prælato, & aduenìente altero, non teneatur huiusmodi Religiosus irritationem de nouo postulare: constat ex eo, quia obligatio extincta, non reuiuiscit, C. de remiss. pign. l. cum ex causa, & votum quod semel est irritum factum, nunquam amplius obligat, nisi noua vouentis voluntate iterũ ratificetur, vt docet Syluester, verbo Religio, 2. §. 15. Nauar. in Man. c.

12. nu.

12. nu. 63. Sed quantum ad id, quod secũdo quæritur: an prædictus Prælatus valeat subdito prohibere, ne in futurum võueat? & nunc pro ex tunc irritare, quæcumque in futurum Religiosus vouerit?

Respondemus affirmatiuè. Tum quia vota subditorum, cùm habeant semper inclusam hanc conditionem, si Prælatus non contradixerit, sequitur, quod sicut eo contradicente, irrita fiunt præterita, ita illo repugnante irrita erunt futura. Veluti enim nullus potest vouere de re alterius sine consensu domini, qui valet tam prę ter ita vota de rebus suis ab alio facta irritare, quàm inualidare quæ in futurum absque expresso consensu suo fient: ita potest Prælatus vota Religiosi, in quẽ habet iurisdictionem, non solum ratione sui præiudicij, sed etiam ratione subiectionis, irritare in præteritum; & inualidare in futurum.

Tum etiam quia Concilium Agathense, c. Monacho. 20 q. 4. ideo inquit Monacho non esse licitum vouere; quia etsi dũ specialiter illi non prohibetur, sit validũ id quod vouet, quousque per superiorem annulletur, quando tamen à Prę lato speciatim prohibetur, non est licitum, nec obligat, nisi de nouo per Prælatum illum, seu alium approbetur expressè: cui tamen non tenebitur subditus tale votum explicare, cum satis constet fuisse prohibitum, & inualidum: nisi declaret in futurum, se velle omnia vota cognoscere. Nauarr. vbi supra num. 67.

Neque pręsens Prælatus in abrogandis in futurum omnibus Religiosi subditi votis, derogat aut detrahit quidpiam de authoritate, successoris, & futuri Pręlati. Tum quia hoc fit ad salutem animæ dicti Religiosi, vt eiusdem scrupulosæ cõscientiæ prouideatur, cui bono præsumitur quemlibet superiorem debere consulere. Tum quia id fit in vtilitatem Religionis, cui ob grauamen multorum votorum, non poterit dictus Religiosus commode inseruire: & ideo sicut qui præciperet, vt venturis Prælatis obedientia debita præstaretur, vel mandaret, vt nullus sine expressa eius licentia, rem monasterij alteri obligaret: non diceretur detrahere de potestate futuri Prælati, immò accresceret, & augeret eandem: ita prohibẽdo huic Religioso, ne ab obedientia solemniter professa vnquam recedat, nec se voto alio obstringat sine speciali venturi Prælati expressa licentia, non diminuit, detrahit de authoritate, ac iurisdictione Prælatorum, sed magis eandẽ conseruat, & corroborat. Nec ex eo, quod dictus generalis triennio duret, eo finito, expirat huiusmodi inhibitio: cum sit facta ex officio, & in bonum animæ, argumen. ca. 51. gratiosi extrauag. de rescript. & in fauorẽ obedientiæ, quam præstitit. vide Innoc. in c. Quod translatione de offic. leg. 1. & Lup. ac Geminianũ in c. fi. de Rescri. li. 6.

CASVS XIV.

Ambrosius cõsueuit à multis iam annis, sacram communionem bis in hebdomada sumere in quacumque Ecclesia, seu oratorio priuato, a simplice sacerdote, & solum in Paschate, in propria Parochia communicat: Nunc mouetur illi scrupulus, quod sicut alteri, quàm confessori ab Episcopo approbato, nequit confiteri, ita nec ab alio, quàm a suo Parocho, aut de eius licentia, sacram Eucharistiam accipere.

Quæritur, an voluntarie, & ex deuotione sæpius communicanti possit quilibet sacerdos Eucharistiam ministrare absque peccato?

MVlti, & graues Doctores putant, quòd non solum in Paschate, & mortis articulo, quando sacram Eucharistiam sumere est de præcepto, sed etiam si ob solam deuotionem, & voluntarie sumatur ab alio, quàm a proprio Parocho, vel de eius licentia, vel in Ecclesiis eorum Religiosorum, qui ad id habent speciale priuilegium, peccatum esse lethale, tam in dante, quàm in accipiente. Ita

Cardi-

Cardinalis in Clemen. 1. de priuilegiis, quæ. 11. Syluest. & alij Summistæ. verbo Eucharistia. Et verbo excommunicatio sexto. excom. 15. q. 3. Nauarrus in Man. c. 21. nu. 52. Rationes quibus ad hoc sentiendum mouentur, hęc sunt potiores. Prima, quia administratio huius sacramẽti requirit iurisdictionẽ respectu eius cui ministratur, nõ vt actus valeat, sed vt debite, & ordinate fiat: & est quod Summi Pontifices concesserunt ex priuilegio Religiosis, vt possint Eucharistiã fidelib. administrare, vt Nicolaus Quĩtus, Sixtus Quartus, Iulius Secũdus, Leo X & alii, ꝙ priuilegium non esset necessarium, si alias posset simplex sacerdos sacram communionem cuicumque petenti dare.

Secunda, quia in Concilio Carthaginẽsi 1. c. 7. Sic legitur, statuat grauitas vestra, vt vnusquisque Clericus, vel laicus, non communicet in aliena plebe, sine litteris Episcopi sui, & omnes Episcopi responderũt in hoc, & clericis, & laicis conuenientissime prouideri: ꝙ ipsum decernitur in Conc. Mileuitano, cap. 8.

Tantem in Clementina Religiosi, de priuileg. excommunicãtur ipso facto Religiosi, qui clericis vel laicus Sacramentum Extremæ vnctionis seu Eucharistiæ ministrare, aut matrimonia solennizare, non habita Parochialis presbyteri licentia, præsumpserint, &c. Iam autẽ excommunicatio maior, supponit peccatũ mortale, vt satis constat. Igitur ministrare sacram Eucharistiam laicis non subditis, erit ex se culpa mortalis.

Oppositum tamen ꝙ vel nullum hoc sit peccatum, vel nõ nisi veniale existimo esse verius. Tũ quia in administratione huius sacramenti in casu voluntario, & deuotionis, & non necessitatis, vel nulla fit iniuria authoritati, & iurisdictioni Parochi, vel fit parua ad modum.

Tum quia in exhibitione istius sacramẽti extra tempus præcepti, iusta potest semper esse præsumptio, quod Parochus consentiat, & id velit. Nam in sacramento pœnitentiæ, ideo ratihabitio nisi sit pręterea, aut præsens non valet, quia iurisdictio est de eius substantia, & ita iurisdictionis defectus annullat omninò actũ: sed in Eucharistiæ administratione, qa iurisdictio non est de substãtia actus, sed solum requiritur quoad debitum ordinem, & modum ideo ratihabitio de futuro iuste præsumpta, sufficit ad illã administrandam. Ac proinde communicaturus volũtariè, & ex deuotione ab alio, quã a Parocho, potest rationabiliter credere, & sperare, Parochum non ægre laturũ id, quod gestum est, quæ spes, & præsũptio fundatur probabiliter in hoc, quod gratum debeat esse pastori, si confessus, sæpè sæpius sacra Eucharistia reficiatur, cum hoc nihil noceat Parocho, & multũ prosit subdito, & sub hac ratihabitione, nullum erit peccatũ, vt colligitur ex Nauarr. in Manual. c. 21. tit. de Quinto pręcepto Ecclesiæ, de communicando in Paschate, nu. 52. in fine. vbi expresse, dicit, se non condemnatum illum, qui acciperet, aut ministraret sanctissimum Sacramentũ, quãdo eiusmodi essent personæ, tempus, & causa, vt iudicio boni viri credi possit, Parochum eo cõtẽtum fore. Idem sentit Fr. Emmanuel Rodericus in tomo primo quæstionum regulariũ, q. 56 ar. 2.

Tum quia si fideles peccarent mortifere, sumendo non parochis ex deuotione hoc sacramentorum, non erat quod Ecclesia reseruaret Parochis cõmunionem Paschalem: neq. quod Theologi insudarent in probando communionem in articulo mortis per modum viatici esse solius Parochi; sed cum inclusio vnius, sit exclusio alterius, satis manifestè concluditur, ideo obligari fideles, ad cõmunionem sacrã sumendã à Parochis in paschate, & articulo mortis quia tunc communio erat de præcepto: & ideo quando nõ est præcepta, sed ex deuotione aliis temporibus sumitur, non videtur hęc obligatio currere. Tum quia vsus, & consuetudo interpretantur ius commune, c. Cum dilectus de consuetudine, iam autem receptissima consuetudine vbiq; seruatur, dari a quibusuis sacerdotibus in priuatis Missis, huiusmodi sacramentum ex deuo-

tione illud petentibus. Confirmatur hoc ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 6. Vbi adhortatur fideles, vt in singulis missis priuatis astantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiã Eucharistiæ perceptione communicent, quoad eos sãctissimi huius sacrificij fructus vberior perueniat, quæ exhortatio non esset sequenda si illi qui communicãt in missis sacerdotum, qui non sunt proprij Parochi, peccarent in hoc lethaliter.

Præterea in sess. 13. c. 8. vbi agitur de vsu huius sacramenti, ita dicitur. In sacramẽtali autẽ sumptione, semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici a sacerdotibus cõionem acciperent: sacerdotes aũt celebrantes, se ipsos cõicarent: qui mos tanquã ex traditione Apostolica descendens, iure, & merito retineri debet: ergo cum concilium dicat hic ministros huius sacramẽti, quoad vsum, & sumptionem fidelium esse sacerdotes celebrantes, & non dixit Parochos tantum, sed sacerdotes absolute: sequitur non esse peccatum mortale sumere hoc sacramentum a simplicibus sacerdotibus. Etenim si ius dandi hoc sacramentum esset in solis Parochis extra tempus præcepti, id expressisset aliquando Conc. Trid. sicut in sacramento pœnitentiæ expressit, ius absoluendi non esse nisi in Parocho, & confessore approbato ab Episcopo.

Nec obstant rationes in contrarium adductæ: quia omnes concludunt solum nõ posse simplices sacerdotes sacram Eucharistiam ministrare temporibus, quibus eius sumptio est in præcepto: tunc .n. requiritur consensus Parochi; cum id sit a iure prohibitum: voluerunt siquidem Pontifices, vt Parochus, cui est iniuncta animarum cura, tempore quo sacramentum hoc est sub præcepto, administret illud subditis, vt sic cognoscat vultum sui pecoris, de quo est Deo strictam rationẽ redditus. Vnde sicut ex officio incumbit Parocho, administrare sacramenta subditis tempore necessitatis: ita eodem necessitatis præcepto, seu mortis articulo nequeunt subditi ab alio sacramenta petere, quam a Parocho, si copia eius adesset, & hoc statuit Concilium Carthaginense, & Mileuitanum, vltra alias Pontificum sanctiones.

Neque priuilegium concessum per varios Pontifices Religiosis, vt libere valeant quibusuis fidelibus administrare in suis Ecclesiis hoc sacramentũ in quocunque anni die arguit contrarium esse iure communi prohibitum, & hoc non potuisse absque tali priuilegio. Nam vel dictum priuilegium intelligitur de communione Paschali, quæ in aliquibus diœcesibus sumi solet die quocumque quadragesimæ, & si in Ecclesijs religiosorum accipiatur, satisfit dicto præcepto, vt iam alibi diximus: uel sit intelligatur de quauis communione etiam nõ præcepta, sed ex deuotione sumpta, negandum est, tale priuilegium esse præter, aut contra ius cõmune, immò est iuris cõmunis expressio, et confirmatio. Non enim oportet omnia in priuilegijs contenta, esse iure communi aduersa, immò quæ ius ipsum permittit, & concedit, aliquando etiam particulari priuilegio conceduntur. Tũ quia magis solet timeri, quod specialiter cauetur, quàm quod generaliter. Tum quia multi sciunt talia priuilegia, ignorantes iura communia. Tum quia cum pleraq; iura seruentur, in priuilegia innouãtur. Ita Syluester, verbo Priuilegium nu. 4.

CASVS XV.

ANdreas presbyter remorsu cõsciẽtiæ ab aliquot annis turbatur, quod eo tempore quo minores ordines suscepit, cæremonias nonnullas prætermisit; & præcipuè quod cãpanã, nec tetigit, nec pulsauit, et ista dubitatio insurrexit illi, post sacrũ Presbyteratus ordinem adeptum.

Queritur nunc, an teneatur sub pœna peccati mortalis, talem defectũ supplere?

PRo parte affirmatiua facit, quod omnis ille, qui ordinatur, omisso aliquo necessario, necessitate præcepti, etiã si non

sit

sit de necessitate Sacramenti, & non suppleto defectu, tali ordine vtitur, peccat mortifere arg. c. Solicitudo. dist. 52. quãuis non fiat irregularis, vt ait Syluester, verbo iregularitas, q. 12. Nauarr. in Manu. ca. 29. num. 31. & videtur textus expressus in c. presbyter. de sacr. non iter.

Adde, communem esse Doctorum opinioné requiri in omnibus ordinibus etiam minoribus, vt visibilia instruméta, non solum porrigantur, sed etiam tangãtur: id quod constat.

Tum quia in cæremoniali semper dicitur, Accipite hoc, vel illud. Tũ quia dist. 25. cap. Subdiaconus, & cap. Acholitus, & sequentibus expresse dicitur, quod ordinandus debet accipere de manu Episcopi, vel Archidiaconi, Pręterea sonitus campanæ, etsi videatur non esse de substantia alicuius ordinis, cum in tali campanæ contactu non consistat ratio materiæ proprię ostiarij, sed potius in tactu ostij, aperiendi, & claudendi, vt notat D. Thom. in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 4. est tamen de Ecclesiæ pręcepto, & ideo supplẽdum, quamuis totũ non iterandum: sicut iteraretur, si esset defectus in substantia materiæ, vel formæ, vt dicitur de consecra. dist. 1. c. 1. & extrauagã. de sacr. nõ iteran. c. Presbyter. & Innoc. in glos. dicti cap. Syluest. verbo. Ordo. 2. q. 10. S. Ant. 3. par. tit. 14 cap. 16. §. 5.

Negatiua tamen, quã putamus sequendam, & veriorem, quod scilicet non peccet mortaliter ille, qui non supplet istum tactũ cãpanæ, de quo sibi nõ satis cõstat, probatur. Primo, quia cum à multo iam tempore in pueritia illos minores, ordines susceperit, nec satis possit recordari, an campanam tetigerit, deponere debet scrupulosam conscientiam, & credere se cum aliis tetigisse. In dubio enim nõ est præsumendum delictũ, l. Si procurator, ff. de condict. indeb. & c. 2. de regul. iur.

Secundo, quia multi grauissimi Doctores affirmant, minores ordines non esse sacramentum, nec characterem imprimere, neque ad sui essentiam, & substantiã requirere, vt illos assumens, aliquid faciat, sed satis esse, quod Episcopus cõferat potestaté per verba ad id necessaria. Ita Sotus in 4. sent. dist. 24. q. 1. art. 2. concl. 2. Nauar. in consiliis lib. 1. tit. de tẽp. ord. consil. 12. & consil. 32. & 33.

Tertio, quia dato etiam quòd essent sacramenta, non desunt qui putẽt exhibitionem determinatæ materiæ esse necessariam, sed non contactum, vt Ledesma. 24. q. 36. art. 5. §. alia difficultas Soto in 4. dist. 24 q. 1. art. 2. §. vnum auté hic suboritur dubium. Et quamuis hæc opinio non videatur sequenda in contactu materię necessarię per quam imponitur character, videtur tamen amplectenda in casu proposito, in quo agitur de contactu campanę, per quem non imprimitur character ostiarii, sed per contactum clauium, & ideo alius contactus non est de substãtia, sed ad bene esse arg. ca. fin. de sacr. nõ itera. Et tradit. Syluest. ver. Ordo 2. q. 2. §. Tertio vtrum, estque expressa sentẽtia Angeli, verbo Ordo q. 3. vbi inquit quòd licet in impositione manuũ non tangat, non est ob id aliquid supplendum, & similiter in instrumentis, in quibus character ex eorum impositione non imprimitur, sed sufficit porrectio, licet sit melius tangere, hæc ille. Quarto denique, quia, tangere ostium, pulsare campanam & similia omissa, sunt leuia, & ideo non obsunt ordinato. arg. ff. de uẽtre inspir. l. 1. §. fi. maximè cũ hæc tradantur in signum executionis concessæ, arg. de consuetudine c. 1. Ita Hostiensis in sua Summa tit. de sacra vnctione §. Hoc si probabiliter dubitatur. Vbi dicit, quędam omissa esse de substantia, & in his totum est reiterandum, quędam de solemnitate, & in his solum omissum est supplendum, quædã de honestate siue leuia; quorum omissionis occasione nihil de necessitate putamus supplendum.

Nec obstant pro aduersa parte adducta, non quidem primum, quia cęremoniale docet, & vult fieri tam quę de necessitate ordinis sunt, quam quæ de solẽnitate, siue de honestate: sed non inde colligitur, hæc ex ęquo obligare. Nam de-

fectus

fectus necessarij obligant ad reiterandũ totum,& defectus solẽnitatis, ad supplendum ipsum, sed defectus illius, quod est de honestate ad nullum istorum obligat: ac proinde ex leuitate materiæ omissio illius, non est mortifera: nec oportet vt in ordinib. minoribus, si deficit aliquid quod Ecclesia statuit,& nõ est necessariũ vel de necessitate sacramenti, vel ad minus de necessitate præcepti obligantis ad mortale, quod reiteretur, aut suppleatur: vt iam supra ostendimus; & per hæc dissoluitur secundum, & tertium argumentum.

CASVS XVI.

IN confraternitate cuiusdam Sancti, q̃ multis & varijs indulgentijs, ac priuilegijs à Summis Pontificibus est ornata, statutum extat, vt si quis fidelium in eã ingredi voluerit soluat pro ingressu certã pecuniæ quotam, & singulis etiam annis aliam. Nunc fit à quibusdã confratribus dubitatio, ꝗ p̃fatũ statutũ sit Simoniacũ. Quæritur quid dicendum?

RAtio dubitationis in præsenti casu tota consistit in eo, quod hæ confraternitates in honorem Sanctorũ institutæ, sint spirituale quid,& maximè quãdo per sedẽ Apostolicã sunt indulgentiis,& priuilegiis cõfirmatæ: & ideo pro ĩgressu dictã confraternitatem petere aliquid tẽporale, videtur expressa Simonia: præsertim quod fideles in eam describuntur ad lucrandas indulgentias, & per statutũ illud pauperibus, qui non possunt quotam soluere, intercluditur omnino aditus, ad has indulgentias acquirendas: quod videtur iniustum,& Simoniacum.

Nos in ea sumus opinione, vt putemus huiusmodi statutum, non esse Simoniacum, neque illicitum.

Primo, quia illa confraternitas non est religio, sed quædam potius congregatio hominum secularium ad bene faciendum.

Secundo, quia si pro ingressu monasterii indigentis, detur, vel recipiatur aliquid ex pacto nulla est Simonia. Vnde ꝑ ingressum monialium, si ex pacto petantur,& dentur expensæ necessariæ,& tempore professionis pro dote accipiantur mille aurei non est peccatum, cũ hęc non ꝑ ingressu absolute, sed magis pro sustẽtatione monasterii pauperis exigãtur, nec per hoc ꝓcluditur via aliis, ne possint moniales fieri, sed subleuatur onus, & paupertas monasterii, vt inquit. Caiet. 2. 2. q. 100. ar. 3. Tertio, q̃a imponere vt aliquid tp̃ale detur pro eleemosynis faciẽdis, vel pro alẽdis pauperibus in Seminario, vel ꝑ aliqua alia honesta causa, licitũ,& laudabile est, huiusmodiq; cõfraternitatum statuta, optimo iure decernuntur, si per ea excludi pietas receptionis non intenditur, sed vel confraternitatis expẽsis, vel pauperum eleemosynis prouideri, vt colligitur ex c. *Si q̃s despicit*, dist. 42. estque hæc exp̃ssa sentẽtia sancti Anton. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 19. in fine, Syluestri verbo confraternitas, q. 2. & Verbo Simonia. q. 15. nu. 7. Armillę verbo Societas nu. 28. Tabienæ verbo confraternitas nu. 1. Pisani verbo Simonia, 6. nu. 11. id ipsum ẽt videtur sentire Nauarr. in Manual. cap. 23. num. 100. §. Quarto: &c. vbi inquit quod quãdo prępositio, pro, significat pretium, vel causam principalem immediatam, tunc est Simonia dare, vel accipere aliquid pro spirituali, secus autem quando significat causam impulsiuam, vel remotam: vt sustentationem ministrorum, vel liberalitatem, vel eleemosynam, vel solutionem obligationis legis, vel consuetudinis, causam verò impulsiuam appellat etiam illam, sine qua non fieret actus, modo fiat ille principalius ob aliam, quàm ob illam. Ex quibus tandẽ concludit, neminẽ qui alia ratione,& minus principaliter dat, vel accipit etiam temporale, pro spirituali, iure coram Deo & in foro conscientiæ Simoniam committere. Idque probat ex D. Th. 2. 2. q. 100. art. 3. & Caiet. ibi. Nec non per gl. & textum in c. Iudices, 1. q. 1. & c. Agatho. 63. d. vbi ẽt Archid. & communis in ca. ad Apostolicam de Simonia.

Ad

Ad omnem vero ambiguitatẽ in hoc casu tollendam, consulunt Doctores prædicti, tutissimũ esse, vt huiusmodi statuta fiant sub forma affirmatiua, videlicet, Si quis dederit tantum recipiatur in confratrem, & non per verba negatiua, nempe qui non dederit tantum, non recipiatur: quia per hoc præcluderetur via ad huiusmodi confraternitatem, haberetque speciem exactionis; illud autem primum habet solum rationem voluntariæ recognitionis, & speciem gratuitæ retributionis, vt colligitur ex doctrina D. Thom. 2.2. quæst. 100. art. 3. quã magnopere commendat Sotus de iust. & iur. li. 9. quæst. 6. art. 2. in responsione ad secundum, & latè confirmat Petrus de Perusio in tract. de Canonica portione.

Iuramentum tamen de soluenda illa eleemosyna annuatim non approbatur a Raymundo, vt ait Summa Pisana, vbi supra, et Syluester verbo Simonia, q. 15. n. 7. propter periculum periurij in quod seculares labi facile possent.

Deberẽt autem Episcopi, ad quos decreto Concilij Tridentini sess. 22. cap. 8. visitatio confraternitatum, & piorum omnium locorũ pertinet, statuta, si quæ in illis fuerint de quota soluẽda, videre, & reformare, & si aliquod inuenerint, quod pietatem receptionis impediat, illud corrigere, aut irritare, vt ait Syluester verbo confraternitas quæstion. 2.

CASVS XVII.

Religioso cuidam, consanguineus reliquit cum Prælati licentia quosdã certos annuos redditus ad proprium vsum, & hanc licentiã vt illis libere vti possit, alij Prælati confirmarunt: sed iste amicorum suasu, qui eum ad ludendum prouocarunt perdidit in ludo centum scuta, & multa, quæ detrahit de suo licito vsu, in illicita expendit: nunc fit illi scrupulus tam de pensione, quæ voto paupertatis videtur repugnare, quàm de restitutione omnium in ludo, & alijs illicitis consumptorum.

Quæritur, An huius pensionis vsus, sit Religioso licitus; & num de illicitè consumptis teneatur, vel ipse, vel qui acceperunt ad restitutionem?

AD primum, quod in præsenti casu inquiritur, respondemus, posse non solum Papam, sed Prælatũ, cõcedere Religioso suo subdito licentiam habẽdi certos annuos redditus, in licitũ vsum suũ conuertendos: Nec prelatus, talem licẽtiam dans iusta ex causa, nec subditus illa vtens, peccatum aliquod incurrunt.

Probatur primo, quia Religiosus est capax huius annuæ pẽsionis, vt cui libros vestes, imagines, & alia suæ personæ conuenientia, habere, & possidere, de licentia superiorum non est prohibitũ, vt definitur in Concilio Lateranẽsi, relato in cap. Monachi de statu Monach. & nulla est Religio tam arcta, in qua Religiosi de licentia expressa, vel tacita superiorũ, nõ habeant peculium aliquod proprium, suis vsibus consignatũ, saltem calceos, vestes, libros, imagines, vel reliquiaria Sãctorum, & alia huiusmodi, quæ pecuniaria sũt, & pecunijs estimabilia. Vnde licitam esse constitutionem, seu consuetudinem, quæ in quibus Religionibus seruatur, vt certum quid annuum, pro vestitu annuo Religiosis tradatur, affirmant Panorm. & Decius communiter recepti, in c. Cũ ad Monasteriũ, de statu Monach.

Secundo, quia huiusmodi pẽsio, nulla naturali vel diuina lege, Religiosis vetatur, nec voto paupertatis est cõtraria: quia ille solus Monachus dicitur proprietarius qui tenet occulte, vel contra voluntatem superioris aliquid: vt ait Io. Andr. in d. c. Cum ad Monasterium, & illud: propriũ repugnat solũ voto paupertatis, quo aliquid possidetur, quoad verum dominiũ & veram proprietatem, qualẽ habent homines seculares, vt libere possint de reb. suis disponere, iuxta c. Quo iure, 8. d. & toto tit. ff. de acquir. rerum domin.

Tertio, quia professio a muliere, adiecto isto pacto per viam modi, non autem per viam conditionis actum suspendentis,

tis, vt viuat extra monasterium, cum vsu bonorum & redditüum eorum, quæ ante professionē habebat: approbatur à Papa Cælestino, in ca. insinuante, qui cler. vel vouentes, & in cap. de Viduis, 27. quæstione 2. & tradit Panorm. in capit. Monachi, de statu Monach & Bart. communiter receptus, in Authen. Ingressi. Cod. de sacrosanct. Eccles. Nauarr. in cōmēt. 2. de Regularib. notabili tertio, nu. 14. Quarto, quod Papa frequenter concedit Regularibus pensiones, in beneficiis Ecclesiasticis, cum facultate expendendi eas in suos peculiares vsus: & hanc concessionem esse iustam, probant Doctores in c. Nisi essent. de præbend. quę tamen iusta non esset, neq; per Papam concederetur huiusmodi pensio, si voto paupertatis repugnaret. Immò Abbas, in d. c. Nisi essent, probat non posse Prælatū priuare subditum vsu præfatæ pēsionis per Papam concessę.

Quinto, quia in multis, & valde reformatis sanctionialium conuentibus, conceditur aliquibus ditioribus, & nobilioribus, vt pręter dotem, quā parentes cōsignant monasterio, instituant etiā certos quosdā annuos redditus, soluendos interim, q̄ illa monialis viuit in suos licitos vsus, de licentia Abbatissæ cōuertendos. Nec Episcopi, & alii Prælati, qui præfatis monasterijs præsunt, hoc damnant; q̄ facerent, si tale peculium contraueniret voto, aut legi de non habendo proprio. Vnde legatum factum religioso de certa annua peccunia, cōuertenda in proprios vsus, donec Prælatus permittat, esse licitum, tradit Bar. & alii, in l. Lucius, §. Hæredes, ff. de Trebell. Sexto confirmatur, ex illo iusto, & religioso facto, quod insignis Doctor Iordanus de Saxonia in libro de vitis siue gestis patrum, parte 3. c. 9. enarrat de quodam benemerito Lectore, & quodam prudentissimo Prouinciali nostri Ordinis Eremitarum S. Augustini, cum. n. Lector vellet necessitati tam suæ, quàm monasterii prouidere, ex patrimonio suo, & donatione amicorum, magnam pecuniæ summam, de licentia superioris impendit in emendis libris, & aliis quibusdam mobilibus suo vsui necessariis: & de reliquo, quod adhuc superat, emit certos annuos redditus, nomine monasterii sui, & instrumēta ac literas de his cōfectas, eidem tradidit Prouincialis autem postea ex officio suo, cū consensu Prioris & Cōuētus ordinauit, quòd procurator conuentus, redditus illos acciperet, annuatī, & traderet eos p̄fato Lectori ad suos vsus, quoad viueret expendendos: eo tamen mortuo ijdem redditus, & libri seruirent bibliothecæ eiusdem conuentus. Et hoc quod Prouincialis, & Conuentus fecit, fuisse licite ordinatum, & statutum, ostendit Naua. cōment 2. de Regularibus nu. 15. § Ex quibus inferri potest.

Confirmat hoc ipsum receptus vsus in prouincijs Hispaniæ, & Lusitaniæ, nostri Ord. Eremitarum S. Augustini, in quibus pręcipue morum obseruantia viget, & solent Magistris eiusdem Ordinis Cathedras Salmaticensis, & Conimbricensis Academiæ, seu aliarum Vniuersitatum legentibus, etiam si magnorum sint redditusum, vel in totum, vel in partem concedere, vt in licitos, & honestos vsus, redditus illos expendant.

Neque his obstat textus in ca. Non dicatis, 12. q. prima, vbi dicitur absque vlla limitatione. Non dicatis aliquid proprium. Negatiua enim illa, Non, pręposita illi dictioni aliquid, destruit, & negat omnia, ita vt nihil omnino debeat religiosus proprium habere.

Respondemus textum illum intelligēdum esse, de proprio simpliciter, prout dicit verum dominium, & veram proprietatem, qualem habent homines seculares distrahendi pro libito res suas, easq; per quosuis cōtractus alienandi: iuxta c. Quo iure, §. d. & toto tit. de acquirendo rerum dominio, hoc enim proprium, neque Prælatus, neque etiam Papa concedere, pōt Religiosos Nos autem loquimur de proprio largo modo sumpto, prout dicit Ecclesiasticam administrationem, seu vsum fructum, & possessionem, facti tantum, quod

quod proprium iuste à Prælato concessum, non repugnat uoto paupertatis: neque de isto loquitur d. c. Non dicatis.

Non etiam obstat, c. Monachi, de statu Monach. quatenus habet. Peculium non esse Monachis permittendum. Respondemus, illud intelligi de peculio, quod sine iusta causa conceditur, tale enim non est Monachis permittendum: uel de peculio concesso cum facultate, vt Religiosus pro libito in quoscumq; usus etiam profanos, illud distrahere possit, ut secularis de re sibi propria disponit, peculium siquidem isto modo, contrariatur paupertatis uoto.

Non denique officio decretum Conc. Trid. cap 2. de Regularibus, sess. 25. quod habet nemini Regulariū licere bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiā nomine conuentus possidere, vel tenere: & quod deinceps non liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsū administrationem; & infra subdit, mobilium uero vsū ita superiores permittant, vt eorū supellex, statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat.

Respondemus, Cōcil. Trid. illis in locis nullum ius nouum statuere, sed solū declarare, id quod iura antiqua precipiebant quoad votum paupertatis à regularibus emissum, & ita prohibere Religiosis, ne proprium quoad dominium habeant, quia hoc tam in bonis mobilibus, quam immobilibus, est contrarium professæ paupertati: sed non prohibet peculium, quoad administrationem iusta de causa, à superioribus concessū: quod iura antiqua permittebant. Et quando dicit, non licere Prælatis concedere bona stabilia, etiam ad vsum & administrationē, neq. etiam mobilia, nisi prout conuenit paupertatis: intelligitur hoc de concessione sine iusta causa facta: Nam qui iuste concedit, non dat facultatem utendi, & administrandi pro libito etiam in profanis, vt seculares faciunt, neq. concedit superfluum, & plus quā necessitas, & vtilitas Religiosi exigat, non enim potest esse superfluum, & iuste concessum.

Pro hac nostra opinione est Ioan. Andreas in Mercur. Regulæ non est obligatorium, de regu iur. in 6. vbi multis rationibus concludit licitum esse statutum, quo decernitur, vt certa quantitas detur cuilibet Religioso quotannis pro suo vestitu, & victu, & in c. Cū ad monasteriū, de statu Monach. asserit obseruari hoc ipsum in quibusdam monasterijs Monialium, vt vestimenta sibi acquirant ex lucro manuum suarum. Idem aperte sentit Card. cons. 2. de Regularibus, & Panormit. cons. 88. p. p. & in c. Cum ad monasterium, de statu Monach. num. 8. & Felin. in cap. Nam, de constit. & Decius in cap. Edoceri, de rescript. Petrus Andreas Gambara, in tractatu de officio, & authoritate Legati à latere lib. 6. num. 271. casu 4 & clarius nu. 254. Gigas de pensionibus q. 15. Nauarr. comment. de Regularibus in c. Non dicatis, 12. q. prima. nu. 14. & 18. & cons. li. 5. titulo de Magistris cons. 9. & lib. 9. titulo de Regular. cōs. 47.

Quod attinet ad id secūdo loco quærebatur. Vtrum de illicite consumptis, teneatur vel ipse, vel qui acceperunt ad restitutionem.

Respondeo, quod tam Religiosus, qui illicite cōsumpsit quam qui sic illicite ab eo accepit, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur monasterio, si peculium erat ex rebus monasterijs, vel ex aliis acquisitis, & suo vsui de licētia Prelati applicatis. Tū quia Religiosi si quid illicite donant, est cōtra voluntatem Prelatorum, qui nequaquam volūt nec velle possunt ut bona, que sunt Religionis, in profanos, & malos vsus expendantur, dominium enim eorum, quæ conceduntur Religioso ad vsum non est penes Religiosum, qui solemnem paupertatem vouit, sed penes Christum, & Religionem, cui Religiosus illa acquirit, arg. c. Abbates. 18. q. prima, & c. In presentia, de probat. & tradit Innocent. c. Cum super, de caus. posses. communiter receptus, per

citatos

citatos a Decio in ca. Constitutus, de rescript. qui asserunt. Religiosum eorum omnium, quæ acquirit, verum dominiũ acquirere Christo, & ius vniuersale administrandi, Papæ, & particulare, Ordini, seu monasterio, Nauar. cóment secũdo: de Regular. cap. primo, num. 3.

Tum quia hoc peculium, cum sit alienum quoad dominium, vt diximus, non potest Religiosus, cui administratio conceditur, in alios vsus illud expédere, quã sit voluntas saltem interpretatiua domini, vt satis patet. Et facultas concessa per Prælatum, nequaquã extenditur ad vsus profanos, & illicitos. Tum quia Religiosus habet tale peculium cum pacto, & onere expẽdendi illud in vsus suos licitos, & religiosæ personæ conuenientes; & ita tenetur seruare pactum istud lege iustitiæ naturali, quę iubet pacta seruari, capit. primo, de pact. & l. 1. ff. eod.

Tũ quia Abbas monasterii, & quiuis alius Prælatus regularis, prodigens redditus ipsius monasterij, suę administrationi cõmissos, in malos, & illicitos vsus videtur esse maxime proprietarius, vt ait Maior, in 4. dist. 38. affirmans tam Pręlatum, quã illos qui male ab eo acceperunt (nisi probabilis ignorantia excuset) non solum peccare mortaliter, sed ad restituẽdum obligari, non alia ratione, quam ꝙ contra regulam, & constitutiones sui ordinis, de bonis Monasterii disponunt: cũ ergo regularis vtatur rebus ad suum vsũ deputatis illicitè, & in alios vsus, ad quos licentia Prælati se non extendit, non solũ in peccatum proprietatis incidit, sed restitutioni manet obnoxius.

Tandem Prælatus, & Capitula nequeunt cõcedere Religioso facultatem, vt det alteri aliqua, quæ directè, vel indirectè non vergunt in vtilitatem monasterii, vel in eleemosinam, vel remunerationem, quam ipsi facere non possunt, quia nequeũt maiorem authoritatem, et facultatem concedere subdito, quam ipsi habent: nullus si quidẽ dat, ꝙ non habet. c. Quod autẽ de iure patro. l. Si vniuersę, Cod. de legat. & ita non possunt facere religioso facultatem, vt disponat de rebus suis illicite. Hinc est, ꝙ Religiosus, qui ludẽdo, meretricando, & alia inhonesta, & illicita agendo, res suæ administrationi, & vsui commissas, expendit: non solũ læthaliter delinquit, sed ad restituendum tenetur. Ita Alocer. de ludo, ca. 12. & 14. Medina in Summa, fol. 153. Fr. Ludouicus Lopez, in Sũma. p. 2. c. 33. Nauarr. in Manual. c. 17. nu. 41. in fine, & nu. 49. & comment. secundo, de Regularibus n. 9. & 12. Notab. 3 & trac. de redditib. Ecclesiast. q. 1. 13. monit. & q. ea mon. 29. & q. 2. moni. 20. Nec obstat, si dicatur, Religiosũ peculij sibi a Pręlato ad vsum assignati, esse dominum, seu absolutum administratorem, & ita disponere posse de toto illo, pro suo libito, vt saltem nõ teneatur, etiamsi male disponat restituere, arg. leg. Si quis vi, §. Differentia. de acqu. posses.

Respondemus, falsum in primis esse quemcunq. dñm rei, posse pro libito de ea disponere, quando non est integer, & absolutus dominus, sed cũ onere & vinculo annexo. Nam fideicommissarius, & Maioratus, sunt vero domini tam vtilis, quam proprietatis, & tamen nõ possunt pro libito disponere; sed secundum volũtatem, onera, & vincula per institutores imposita. Falsum est etiam Religiosum esse vere dominum, immò est dominus impropriè, quia habet dominium restrictum, & obligatum ad expẽdendas illas res, in vsus tantum licitos, secundum facultatem Prælatorum ei datam.

Quod si obiiciatur Religiosum nulla habere bona, quib. possit restitutionẽ facere, quia quicquid hẽt ante professionẽ, vel post eam est monasterii, & ordinis. c. In præsentia. de probat. & authent. Ingressi. Cod. de sacrosanct. & ideo quicquid vndecumque quęrit, quærit ordini, & monasterio, & cum nihil habeat suũ, impotens est ad restituẽdũ. R̃ndetur ꝙ ẽt Regularis potest restituere de illis, q ex sibi necessariis detrahit, parce viuẽdo, vel ꝑ sacrificia, et orões, vel rogãdo amicos, & cõsanguineos, vt ꝓ eo soluant, vel ẽt de reb. quas i suos honestos vsus de

N licen-

licentia iusta superiorum, impendere potest, solutio enim debitorum, vsus est iustus, & honestus, vel deniq. petēdo per se, aut per alios humiliter remissionem debiti, quam restitutioni æquiparat, glos. in c. Peccatum de reg. iur lib. 6. verbo Restituatur. Illi autem, qui à Religioso ex donatione, seu causa iniusta, & iniqua, aliquid acceperunt, debent illud monasterio restituere, si sciant Religiosum, nec restitutionem fecisse, nec omnino habere vnde possit soluere: Et crediderim satis excusari restituendo ipsi Religioso, vt in vsus licitos ea cōuertat: Immo si isti, qui sic acceperunt sunt pauperes: & quātitas rei acceptæ nō excedit eā quantitatē, quā Religiosus, talis status, & cōditionis, pōt in eleemosynam dare, non tenebuntur, tunc ad restitutionem, sed possunt titulo eleemosynæ illud retinere, veluti si cuiuis alteri pauperi esset donatum, moderata siquidem eleemosynæ elargitio, videtur fieri posse ab eo Religioso, qui certum peculium habet, iuxta glos. in cap. Non dicatis. 12. q. 1. & clement. 2. de vita, & honestate cleric. Aduertendum est tamen in casu præsente, quod quādo peculium non est in quantitate superflua, sed in ea solum quæ Prælatorum iudicio visa est cōueniens, & sufficiens vt Religiosus, attenta ætate, & qualitate personę, sibi in necessariis prouideat, si Religiosus de hac parte suo vsui deputato aliquid detrahit, & illud ludendo, aut meretricando, aut illicite donando consumit, & impendit, peccabit quidem, sed non tenetur ad restitutionē, neque ij qui sic accipiunt, si hoc sciant.

Probatur primo, quia per hoc quod reliquat, seu acquirit ex detractione necessariorum, nō præiudicat monasterio, nec pauperibus, nec aliis operibus piis, sed solum genio, siue ventri, & suæ personæ, & ideo cum sibi tantum præiudicet, & noceat, non est quod restitutioni sit alteri obnoxius.

Secundo, quia eandem potestatē, quā habent beneficiarij seculares disponendi de eo, quod reliquauerint parcius viuendo, de parte fructū beneficii deputata suo vsui, habet etiam Religiosus simplex de illo, quod parcius viuendo detrahit, et reliquat, de peculio sibi ad honestam sustētationem a Prælato, seu à Papa ad suos vsus assignato. Nā ratio propter quā clericus illud potest, non est, quia sit absolutus dominus fructuū beneficii, sed ideo q̄ ecclesia cui vniuersalis administratio Ecclesiasticorū bonorum est a Christo Domino commissa, dat facultatem beneficiario, vt illud sic deputatum, & reliquatū, pro voluntate sua possit expēdere. Et hęc eadem facultas, cum non repugnet voto paupertatis potest æque cōcedi Religioso ac seculari: cum nullum absolutum dominium per hoc illi tribuatur. Ita Nauarrus tractatu de redditibus ecclesiasticis, q. 1. Monito 33. nu. 2. Nec obstat si dicatur, quod Religiosus non est dominij capax, & ideo nequit esse dominus illius, quod parcius viuendo acquirit sicut clericus secularis est dominus.

Respondetur, quod rō propria, quare clericus secularis potest libere disponere de illo, quod de sibi necessarijs detrahendo, & parcius viuendo acquirit, non est q̄ ipse sit integer dominus illorum fructuum: sed eo quod Ecclesia iustis de causis, nempe vt libentius ieiunijs, frugalitati, abiectioni, hospitalitati, & aliis virtutibus insudet, sciens, ea omnia, quę de suo decenti sūptu, & statu detrahit, & acquirit, expendere posse pro libito absq. vllo restitutionis onere, facit ei amplam facultatem disponendi de illo: quę ratio ex æquo, immò tanto magis in Religioso militat habēte peculium, quanto illæ virtutes sunt professioni suę magis conuenientes.

Nec rursus sufficit si dicatur, quod cū hæc bona, quantumcumque sic reliquata, sint monasterii, nō potest Religiosus absque Prælati tacita saltem licentia, illa expendere; nullus autem Pręlatus facultatem dare pōt, expendendi ea illicite, ac proinde non videtur maior ratio, quare Religiosus debeat restituere alia si male expendat, & non hęc reliquata ex concesso

so peculio. Respondemus, disparem esse rationem de reliquatis, & de aliis, quæ habet religiosus. Nam alia, vltra partem v sui necessariam, conceduntur cum onere administrandi, & impendendi illam in vsus licitos, & honestos: & ideo si expendat in illicita, & inhonesta, tenetur restituere aliis licitis, & honestis, quibus illa erant quasi debita, sed ea, quæ reliquat, & acquirit, detrahendo ex necessariis sibi, non sunt de putata alteri quã suæ personæ, nec habẽt aliud onus, quam quod in proprios vsus cõuertantur, ac proinde si in tales proprios vsus non consumuntur, non nocet Religiosus alteri, quam sibi ipsi, & ex generali Ecclesię licentia, carent hęc reliquata onere restitutionis, ob iustas causas supra enarratas. Vide Nauarrum tractatu de redditibus Ecclesiasticis, q. 1. monito 26. & 33. & 44. ac quæst 3. monito 34.

Non denique obest dicere, talem Religiosum respectu peculii concessi esse tantum vsuarium, sicut est respectu panis, & vini in mensa communi ad suũ vsum appositi, & respectu calceamentorum, & vestium, quę Pręlatus illi concedit. Et vsuarium nihil capere posse ex iis, in qu:b. vsum solum quotidianum: instit. de vsu & habit. in princ.

Respondemus, Religiosum (excipio semper eos Franciscanos, qui neque in communi, neque in particulari bona possident) si peculium ei à Papa, seu Pręlato concedatur, non esse illius solum vsuarium, sed administratorem; cum facultate expendendi in licitos vsus, & ideo posse donare, & alienare, quod repugnat vsuario. Ius autem administrandi, nõ est dominiũ, nec vsus fructus, nec vsus tantum, sed est ius disponendi de re aliena, nomine alieno: & ita habere peculium monasticum, non est aliud, quam habere administrationem aliquorum bonorum monasterii: iuxta c. Cũ olim 2. de priuileg. & docet Nauarrus Commentario 1. de Regularibus, nota. 13 nu. 14.

Aduertant tamẽ Religiosi, qui huiusmodi peculio fruũtur, vt animo sint semper parati, illud ad nutũ superiorũ relinquere, aliàs delinquunt mortifere cõtra paupertatis votũ; & tenẽtur illud restituere, & à se oĩno abdicare. Et rõ est manifesta, quia possidere illud animo, & intentione non relinquendi etiamsi Prælatus relinquere iubeat, est habere proprietatem, & esse absolutum dominum sine dependentia aliqua à voluntate superioris: quod repugnat voto paupertatis.

Nec tutũ existimo esse in conscientia, qui licet paratus sit ad iussum superioris peculium, & bona ad vsum concessa, tandem relinquere, ita tamen obmurmurat, & tot querellas fundit, vt non audeat Pręlatus bona illa amouere, nec licentiã denegare. Ratio est, quia talis licentia, non est simpliciter libera, sed quasi coacta, & potestque dici permissio: sicut mala alia permittuntur, vt maiora euitentur.

CASVS XVIII.

Religiosus cuiusdam ordinis a decem iam annis professus, fit illi nunc scrupulus quod emissa professio nulla fuerit, eo quod ante illam, nulla omnino facta fuerit iuridica informatio per dictæ Religionis Superiores de vita, & moribus ipsius, prout Sixti Quinti diuersis constitutionibus sancitur, adductoque hoc negocio ad Prouincialem, & Episcopi vicarium iudicarunt ambo professionem extitisse nullã, qua data sententia dimisit habitum, & secularis est effectus: non desunt tamen quam plurimi, qui illi dicant, teneri adhuc ad Religionem suam redire, & in ea permanere, Tum quod intra quinquennium non reclamauerit: tum quod professio omnis ex solo informationis defectu, non sit irrita, consulit ob hoc Doctorem.

Quæritur quid illi sit dicendum?

PRæsupponẽdũ in primis hic est, Sixtũ V. eo q multi criminosi, vel suspecti, aut ære alieno, vel rationibus redden dis obligati, quia tuto i seculo viuere nõ

poterant ad religionem confugiebant,& suscepto habitu, professionem emittebāt, constitutiones varia edidisse,quibus non solum hos ad religionem perpetuo inhabiles declarauit, & tam habitus susceptionem,quam professionem, ac omnia inde sequuta,irrita esse sanciuit, verum etiam sub grauissimis pœnis Prælatis omnibus iniunxit, vt nullum post decimum sextū ætatis annum expletum,ad habitum, seu professionem admitterent, nisi facta de vita,& moribus,prius inquisitione, & seruata forma in ipsa constitutione præscripta. Supponendum deinde Gregorium XIV.& Clementem VIII. alias constitutiones in eadem hac materia postea promulgasse moderatiuas,& declaratiuas illarum Sixti V. omnes tamen in hoc vno persistere: vt ante professionem, talis inquisitio seu informatio de vita, & morib. iuridice fiat, sub eiusdem pœnis à Sixto Quinto impositis. Aduertendum tādem non satis esse huiusmodi inquisitionē, seu informationem fieri per iudicem secularem ad instantiam illius,qui habitum est suscepturus: sed necessarium omnino esse, vt per fratres ad hoc per superiorem deputatos, talis inquisitio fiat, qui, vocatis testibus, & recepto ab eis iuramento de moribus, vita, & aliis requisitis, diligenter inquirant, & processum, ac informationem captam, Prouinciali, ac Diffinitoribus ex antiquioribus illius conuentus, in quo iuuenis recipiendus est quorum consensu recipi debet, fideliter referre teneantur. Et qui superiores aut fratres ad hoc deputati contra fecerint, voce actiua,& passiua,nec non officiis,gradibus,& honoribus,ac dignitatibus, quibuscunque per eos obtentis eo ipso in perpetuum priuati: & tā ad illa, quam ad alia quæcunque in posterium obtinenda perpetuo inhabiles,& incapaces: ac sententia excommunicationis innodati ipso facto existunt: ita Clemens VIII. in Breui.quod incipit. Altissimę paupertatis via, sub datum Romę 14. Aprilis 1592. Pontificatus sui anno primo.

His suppositis, non defuerunt aliqui litteram magis prædictarum constitutionū Sixti V attendentes,quàm verū earū sensum penetrantes, qui existimarūt professionem illius, qui post decimum sextū ætatis annum suscepit habitū ēt si aliàs esset habilis,& nullo crimine impeditus esse irritam, & inualidam, ob id tantum, quod ante dictam professionem, iuridica inquisitio,& informatio de vita, & moribus, ac aliis prærequisitis iuxta formam prædictarum constitutionum non sit facta. Fundamentum in quo isti maxime nituntur, est constitutio secunda Sixti Quinti declaratoria primæ,in qua absolute, videtur declarare professiones omnes esse nullas, in quibus non pręcessit exacta inquisitio, iuxta formam in eadē constitutione pręscriptam. Sunt autem in dicta constitutione hæc expressa verba. Quod aūt pertinet ad professionē, tā illegitimorum, quam eorum,qui post decimum sextum ætatis annum expletum, regularem habitum susceperunt, quia tunc demum vere, & proprie Religiosi effici dicuntur cum professionem emittunt,declaramus eos, qui ante prædictā constitutionem nostram editam habitum susceperint, & post ipsius promulgationem cupiunt profiteri non aliàs ad professionem admittendos esse quam facta inquisitione,& seruata forma in ipsa constitutione præscripta, & eorum qui post dictam ꝓmulgationem ēt ignorāter, non habita dicta inquisitione,& nō seruata forma, ad professionē admissi fuerint, professionem nullius esse roboris,& momēti. Hæc Sixtus V. quibus verbis persuasi sunt multi iudices, ī variis Hispanię partibus, irritam, & nullā fuisse illorū professionē, qui licet nullis essent criminibus impliciti, facta tamen non antea diligens de illorū moribus inquisitio. Nos tñ contrariū existimamus esse verū,& oīno tenēdum, illorūq. religiosorū professiones, tā in foro interiori, quā exteriori, esse validas, & firmas, qui aliū non habent iuris defectū, quā quod de illorū vita,& moribus iuridica inquisitio nō fit antea facta. Probatur hæc veritas. Tum q̄a Sixtus V. in

in prima constitutione irritat solum professionem illorum, qui sunt inhabiles ob aliqua delicta, & non inualidat eam, in qua deficit inquisitio morum. Sed afficit tantum grauissimis pœnis Prælatos, qui in illa facienda deficiunt. Neque est credendum legislatorem prudentissimum, qui Cardinalium consilio constitutionē vtramque edidit, voluisse in secunda, q̄ solū est declaratiua prioris, solemne uotum Religionis, ob tam leuem causam irritare, vt est defectus inquisitionis, in nō criminoso, & aliàs habili: cum hoc sit a iure cōmuni exorbitans: et ex dubijs, quę in præfata constitutione proponuntur declaranda, nullum sit istud defectu probationis in persona habili.

Tum quia clausulæ irritantes non debent referri ad id, quod incidenter, & accessorie tractatur, sed ad id, quod ex consulto, & principaliter intenditur, vt ait Bar. in l. fin. §. Titia ff. de libertate legata. Felyn. in c. causa quæ, de rescript. Iā autē in vtraq. Sixti cōstitutione, principaliter intenditur obuiare, ne illegitimi, criminosi, & debitis, ac ratiocinijs obnoxii, ad Religionem admittantur, & ideo horū professionem tanquam personarum inhabilium irritat: & diligentia inquisitionis ponitur aliis tanquam accessorium, & opportunum medium, ad finem intētum assequendum.

Confirmatur ex doctrina Panormit. in c. Ecclesia, de elect. & c. Quia propter eo, vbi dicit, quòd clausulæ irritatorię, cū sint odiosæ, & iuris communis correctoriæ, non possunt, nec debent referri ad omne, quod in lege dicitur: sed ad ea sola, in quibus maior ratio dictat, vt referātur: cum ergo clausula irritans professionem, sit nimis odiosa, referri tantum debet ad impeditos, & inhabiles aliquo crimine in Sixti constitutionibus expresso, non autem ad habiles, qui admissi fuerūt ad professionem absque debita informatione, cum hęc præcipiatur solum, vt medium ad cognoscendos illos criminosos, non aūt vt principaliter intenta. Adde, quod præfata inquisitio in persona habili, non est substantialis ad actum professionis: cuius substantia maximè consistit in quadam traditione in manu Prelati, per tria vota substātialia, sm̄ regulā ab Ecclesia apꝓbatā. Sed est tātū q̄dā solemnitas ꝓbatoria, eo modo quo a Baldo ĩ c. 1. Quæ sit inuestit. col. vl. & ab aliis Doctorib. dicitur, ꝙ solēnitas testiū in dubio est ꝓbatoria, non aūt substātialis, nisi lex vltra annullādo procedat. Et ideo quamuis illæ Sixti V. constitutiones obligent Prælatos ad seruandā p̄scriptam formam inq̄sitionis, non tn̄ obligant quatenus sunt pœnales irritantes ꝓfessionem, qn̄ constat de veritate personæ habilis, & nullo crimine irritāte laqueatę. Tādē, vtraq. cōstitutio Sixti V. quoad ꝓfessionis annullationē, est fundata p̄sumptione, vt legēti patebit maximè in illis verbis, nō pia intentione, sed ad euitandam legum, & iudiciorum seueritatē, q̄a tuto in seculo uiuere nō possūt, ex quib. declaratur ideo illos, quia commiserunt aliquod delictū in seculo, quod per viam denunciationis inquisitionis, aut accusationis est deductum in iudicium, non posse in religionibus profiteri, quia presumuntur ad religionem fugere, vt legum, & iudiciorum seueritatem euitent. Iam autem lex fundata in pręsumptione etiam si sit irritās, & annullatiua actus, cessat in foro conscientiæ, quādo de veritate constat, vt tradit Felinus in c. 1. de constit. Innocentius in c. Quia propter de elect. vbi dicit, q̄d etsi in electione non sit seruata forma p̄scripta a iure Canonico, dummodo interueniat purus consensus eligētium, tenet in foro conscientiæ. Hoc ipsum repetit Innocentius in cap. Qui celebrat. de Clerico excommunicato. Et sequitur Dominicus in c. 1. de Spōsal. in 6. & Ancharanus in c. possessor. de reg. iuris in 6. & libro de hęrede ex testō, carente solēnitate iuris, & habēte cōsēsū purū testatoris, an .s. teneat in cōsciētia, cōcludit ꝙ sic cessante fraude. Idē tenet Couarruuias, in c. Cū esses, de test. & Soto lib. 4. de iust. q. 5. ar. 3. Et abbas ĩ c. Relatū. 1. de test. et ĩ c. Porrectū de Reg. post gl. ibi dicit, ꝙ ꝓfessio fa-

Cardinalis in Clemen. 1. de priuilegiis, quæ. 11. Syluest. & alij Summistæ. verbo Eucharistia. Et verbo excommunicatio sexto. excom. 15. q. 3. Nauarrus in Man. c. 21. nu. 52. Rationes quibus ad hoc sentiendum mouentur, hæc sunt potiores. Prima, quia administratio huius sacramēti requirit iurisdictionē respectu eius cui ministratur, nō vt actus valeat, sed vt debite, & ordinate fiat: & est quod Summi Pontifices concesserunt ex priuilegio Religiosis, vt possint Eucharistiā fidelib. administrare, vt Nicolaus Quītus, Sixtus Quartus, Iulius Secūdus, Leo X & alii, ꝙ priuilegium non esset necessarium, si alias posset simplex sacerdos sacram communionem cuicumque petenti dare.

Secunda, quia in Concilio Carthaginēsi 1. c. 7. Sic legitur, statuat grauitas vestra, vt vnusquisque Clericus, vel laicus, non communicet in aliena plebe, sine litteris Episcopi sui, & omnes Episcopi responderūt in hoc, & clericis, & laicis conuenientissime prouideri: ꝙ ipsum decernitur in Conc. Mileuitano, cap. 8.

Tantem in Clementina Religiosi, de priuileg. excommunicātur ipso facto Religiosi, qui clericis vel laicus Sacramentum Extremæ vnctionis seu Eucharistiæ ministrare, aut matrimonia solennizare, non habita Parochialis presbyteri licentia, præsumpserint, &c. Iam autē excommunicatio maior, supponit peccatū mortale, vt satis constat. Igitur ministrare sacram Eucharistiam laicis non subditis, erit ex se culpa mortalis.

Oppositum tamen ꝙ vel nullum hoc sit peccatum, vel nōnisi veniale existimo esse verius. Tū quia in administratione huius sacramenti in casu voluntario, & deuotionis, & non necessitatis, vel nulla fit iniuria authoritati, & iurisdictioni Parochi, vel fit parua ad modum.

Tum quia in exhibitione istius sacramēti extra tempus præcepti, iusta potest semper esse præsumptio, quod Parochus consentiat, & id velit. Nam in sacramento pœnitentiæ, ideo ratihabitio nisi sit preterea, aut præsens non valet, quia iurisdictio est de eius substantia, & ita iurisdictionis defectus annullat omninò actū: sed in Eucharistiæ administratione, qa iurisdictio non est de substātia actus, sed solum requiritur quoad debitum ordinem, & modum ideo ratihabitio de futuro iuste præsumpta, sufficit ad illā administrandam. Ac proinde communicaturus volūtariè, & ex deuotione ab alio, quā a Parocho, potest rationabiliter credere, & sperare, Parochum non ægre laturū id, quod gestum est, quæ spes, & præsūptio fundatur probabiliter in hoc, quod gratum debeat esse pastori, si confessus, sæpè sæpius sacra Eucharistia reficiatur, cum hoc nihil noceat Parocho, & multū prosit subdito, & sub hac ratihabitione, nullum erit peccatū, vt colligitur ex Nauarr. in Manual. c. 21. tit. de Quinto præcepto Ecclesiæ, de communicando in Paschate, nu. 52. in fine. vbi expresse, dicit, se non condemnatum illum, qui acciperet, aut ministraret sanctissimum Sacramentū, quādo eiusmodi essent personæ, tempus, & causa, vt iudicio boni viri credi possit, Parochum eo cōtētum fore. Idem sentit Fr. Emmanuel Rodericus in tomo primo quæstionum regulariū, q. 56 ar. 2.

Tum quia si fideles peccarent mortifere, sumendo non parochis ex deuotione hoc sacramenterum, non erat quod Ecclesia reseruaret Parochis cōmunionem Paschalem: neq. quod Theologi insudarent in probando communionem in articulo mortis per modum viatici esse solius Parochi; sed cum inclusio vnius, sit exclusio alterius, satis manifestè concluditur, ideo obligari fideles, ad cōmunionem sacrā sumendā à Parochis in paschate, & articulo mortis quia tunc communio erat de præcepto: & ideo quando nō est præcepta, sed ex deuotione aliis temporibus sumitur, non videtur hec obligatio currere. Tum quia vsus, & consuetudo interpretantur ius commune, c. Cum dilectus de consuetudine, iam autem receptissima consuetudine vbiq; seruatur, dari a quibusuis sacerdotibus in priuatis Missis, huiusmodi sacramentum ex deuotione

tione

tione illud petentibus. Confirmatur hoc ex Concilio Trident. sess. 22. cap. 6. Vbi adhortatur fideles, vt in singulis missis priuatis astantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiã Eucharistiæ perceptione communicent, quoad eos sãctissimi huius sacrificii fructus vberior perueniat, quæ exhortatio non esset sequenda si illi qui communicãt in missis sacerdotum, qui non sunt proprii Parochi, peccarent in hoc lethaliter.

Præterea in sess. 13. c. 8. vbi agitur de vsu huius sacramenti, ita dicitur. In sacramẽtali autẽ sumptione, semper in Ecclesia Dei mos fuit, vt laici a sacerdotibus cõionem acciperent: sacerdotes aũt celebrantes, se ipsos cõicarent: qui mos tanquã ex traditione Apostolica descendens, iure, & merito retineri debet: ergo cum concilium dicat hic ministros huius sacramẽti, quoad vsum, & sumptionem fidelium esse sacerdotes celebrantes, & non dixit Parochos tantum, sed sacerdotes absolute: sequitur non esse peccatum mortale sumere hoc sacramentum a simplicibus sacerdotibus. Etenim si ius dandi hoc sacramentum esset in solis Parochis extra tempus præcepti, id expressisset aliquando Conc. Trid. sicut in sacramento pœnitentiæ expressit, ius absoluendi non esse nisi in Parocho, & confessore approbato ab Episcopo.

Nec obstant rationes in contrarium adductæ: quia omnes concludunt solum nõ posse simplices sacerdotes sacram Eucharistiam ministrare temporibus, quibus eius sumptio est in pręcepto: tunc .n. requiritur consensus Parochi; cum id sit a iure prohibitum: voluerunt siquidem Pontifices, vt Parochus, cui est iniuncta animarum cura, tempore quo sacramentum hoc est sub præcepto, administret illud subditis, vt sic cognoscat vultum sui pecoris, de quo est Deo strictam rationẽ redditus. Vnde sicut ex officio incumbit Parocho, administrare sacramenta subditis tempore necessitatis: ita eodem necessitatis præcepto, seu mortis articulo nequeunt subditi ab alio sacramenta petere, quam a Parocho, si copia eius adest, & hoc statuit Concilium Carthaginense, & Mileuitanum, vltra alias Pontificum sanctiones.

Neque priuilegium concessum per varios Pontifices Religiosis, vt libere valeant quibusuis fidelibus administrare in suis Ecclesiis hoc sacramentũ in quocunque anni die arguit contrarium esse iure communi prohibitum, & hoc non potuisse absque tali priuilegio. Nam vel dictum priuilegium intelligitur de communione Paschali, quæ in aliquibus diæcesibus sumi solet die quocumque quadragesimæ, & si in Ecclesijs religiosorum accipiatur, satisfit dicto præcepto, vt iam alibi diximus: uel sit intelligatur de quauis communione etiam nõ pręcepta, sed ex deuotione sumpta, negandum est, tale priuilegium esse præter, aut contra ius cõmune, immò est iuris cõmunis expressio, et confirmatio. Non enim oportet omnia in priuilegiis contenta, esse iure communi aduersa, immò quæ ius ipsum permittit, & concedit, aliquando etiam particulari priuilegio conceduntur. Tũ quia magis solet timeri, quod specialiter cauetur, quàm quod generaliter. Tum quia multi sciunt talia priuilegia, ignorantes iura communia. Tum quia cum pleraq; iura seruentur, in priuilegia innouãtur. Ita Syluester, verbo Priuilegium nu. 4.

CASVS XV.

Andreas presbyter remorsu cõsciẽtiæ ab aliquot annis turbatur, quod eo tempore quo minores ordines suscepit, cæremonias nonnullas prætermisit; & pręcipuè quod cãpanã, nec tetigit, nec pulsauit, et ista dubitatio insurrexit illi, post sacrũ Presbyteratus ordinem adeptum.

Queritur nunc, an teneatur sub pœna peccati mortalis, talem defectũ supplere?

Pro parte affirmatiua facit, quod omnis ille, qui ordinatur, omisso aliquo necessario, necessitate pręcepti, etiã si non

sit

sit de necessitate Sacramenti, & non suppleto defectu, tali ordine vtitur, peccat mortifere arg. c. Solicitudo. dist. 52. quãuis non fiat irregularis, vt ait Syluester, verbo iregularitas, q. 12. Nauarr. in Manu. ca. 29. num. 31. & videtur textus expressus in c. presbyter. de sacr. non iter.

Adde, communem esse Doctorum opinioné requiri in omnibus ordinibus etiam minoribus, vt visibilia instruméta, non solum porrigantur, sed etiam tangãtur id quod constat.

Tum quia in cæremoniali semper dicitur, Accipite hoc, vel illud. Tũ quia dist. 25. cap. Subdiaconus, & cap. Acholitus, & sequentibus expresse dicitur, quod ordinandus debet accipere de manu Episcopi, vel Archidiaconi, Prętereà sonitus campanæ, etsi videatur non esse de substantia alicuius ordinis, cum in tali campanæ contactu non consistat ratio materiæ proprię ostiarij, sed potius in tactu ostij, aperiendi, & claudendi, vt notat D. Thom. in 4. sent. dist. 24. q. 2. art. 4. est tamen de Ecclesiæ pręcepto, & ideo supplédum, quamuis totũ non iterandum: sicut iteraretur, si esset defectus in substantia materiæ, vel formæ, vt dicitur de consecra. dist. 1. c. 1. & extrauagã. de sacr. nõ iteran. c. Presbyter. & Innoc. in glos. dicti cap. Syluest. verbo. Ordo. 2. q. 10. S. Ant. 3. par. tit. 14 cap. 16. §. 5.

Negatiua tamen, quã putamus sequendam, & veriorem, quod scilicet non peccet mortaliter ille, qui non supplet istum tactũ cãpanæ, de quo sibi nõ satis cõstat, probatur. Primo, quia cum à multo iam tempore in pueritia illos minores, ordines susceperit, nec satis possit recordari, an campanam tetigerit, deponere debet scrupulosam conscientiam, & credere se cum aliis tetigisse. In dubio enim nõ est præsumendum delictũ, l. Si procurator, ff. de condict. indeb. & c. 2. de regul. iur.

Secundo, quia multi grauissimi Doctores affirmant, minores ordines non esse sacramentum, nec characterem imprimere, neque ad sui essentiam, & substantiã requirere, vt illos assumens, aliquid faciat, sed satis esse, quod Episcopus cõferat potestaté per verba ad id necessaria. Ita Sotus in 4. sent. dist. 24. q. 1. art. 2. concl. 2. Nauar. in consiliis lib. 1. tit. de tẽp. ord. consil. 12. & consil. 32. & 33.

Tertio, quia dato etiam quòd essent sacramenta, non desunt qui putẽt exhibitionem determinatæ materiæ esse necessariam, sed non contactum, vt Ledesma. 24. q. 36. art. 5. §. alia difficultas Soto in 4. dist. 24 q. 1. art. 2. §. vnum autẽ hic suboritur dubium. Et quamuis hæc opinio non videatur sequenda in contactu materię necessarię per quam imponitur character, videtur tamen amplectenda in casu proposito, in quo agitur de contactu campanę, per quem non imprimitur character ostiarii, sed per contactum clauium, & ideo alius contactus non est de substãtia, sed ad bene esse arg. ca. fin. de sacr. nõ itera. Et tradit. Syluest. ver. Ordo 2. q. 2. §. Tertio vtrum, estque expressa sentẽtia Angeli, verbo Ordo q. 3. vbi inquit quòd licet in impositione manuũ non tangat, non est ob id aliquid supplendum, & similiter in instrumentis, in quibus character ex eorum impositione non imprimitur, sed sufficit porrectio, licet sit melius tangere, hæc ille. Quarto denique, quia tangere ostium, pulsare campanam & similia omissa, sunt leuia, & ideo non obsunt ordinato. arg. ff. de nẽtre inspir. l. 1. §. fi. maximè cũ hæc tradantur in signum executionis concessæ, arg. de consuetudine c. 2. Ita Hostiensis in sua Summa tit. de sacra vnctione §. Hoc si probabiliter dubitatur. Vbi dicit, quędam omissa esse de substantia, & in his totum est reiterandum, quędam de solemnitate, & in his solum omissum est supplendum, quædã de honestate siue leuia; quorum omissionis occasione nihil de necessitate putamus supplendum.

Nec obstant pro aduersa parte adducta, non quidem primum, quia cęremoniale docet, & vult fieri tam quę de necessitate ordinis sunt, quam quæ de solẽnitate, siue de honestate: sed non inde colligitur, hæc ex ęquo obligare. Nam de-

fectus

fectus necessarij obligant ad reiterandũ totum,& defectus solẽnitatis, ad supplendum ipsum, sed defectus illius, quod est de honestate ad nullum istorum obligat: ac proinde ex leuitate materiæ omissio illius, non est mortifera: nec oportet vt in ordinib. minoribus, si deficit aliquid quod Ecclesia statuit,& nõ est necessariũ vel de necessitate sacramenti, vel ad minus de necessitate præcepti obligantis ad mortale, quod reiteretur, aut suppleatur: vt iam supra ostendimus; & per hæc dissoluitur secundum, & tertium argumentum.

CASVS XVI.

IN confraternitate cuiusdam Sancti, q̃ multis & varijs indulgentijs, ac priuilegijs à Summis Pontificibus est ornata, statutum extat, vt si quis fidelium in eã ingredi voluerit soluat pro ingressu certã pecuniæ quotam, & singulis etiam annis aliam. Nunc fit à quibusdã confratribus dubitatio, ꝙ p̃fatũ statutũ sit Simoniacũ. Quæritur quid dicendum?

RAtio dubitationis in præsenti casu tota consistit in eo, quod hæ confraternitates in honorem Sanctorũ institutæ, sint spirituale quid, & maximè quãdo per sedẽ Apostolicã sunt indulgentiis, & priuilegiis cõfirmatæ: & ideo pro ĩgressu dictã confraternitatem petere aliquid tẽporale, videtur expressa Simonia: præsertim quod fideles in eam describuntur ad lucrandas indulgentias, & per statutũ illud pauperibus, qui non possunt quotam soluere, intercluditur omnino aditus, ad has indulgentias acquirendas: quod videtur iniustum, & Simoniacum.

Nos in ea sumus opinione, vt putemus huiusmodi statutum, non esse Simoniacum, neque illicitum.

Primo, quia illa confraternitas non est religio, sed quædam potius congregatio hominum secularium ad bene faciendum.

Secundo, quia si pro ingressu monasterii indigentis, detur, vel recipiatur aliquid ex pacto nulla est Simonia. Vnde ꝓ ingressum monialium, si ex pacto petantur, & dentur expensæ necessariæ, & tempore professionis pro dote accipiantur mille aurei non est peccatum, cũ hęc non ꝓ ingressu absolute, sed magis pro sustẽtatione monasterii pauperis exigãtur, nec per hoc p̃cluditur via aliis, ne possint moniales fieri, sed subleuatur onus, & paupertas monasterii, vt inquit. Caiet. 2. 2. q. 100. ar. 3. Tertio, q̃a imponere vt aliquid tẽpale detur pro eleemosynis faciẽdis, vel pro alẽdis pauperibus in Seminario, vel ꝓ aliqua alia honesta causa, licitũ, & laudabile est, huiusmodiq; cõfraternitatum statuta, optimo iure decernuntur, si per ea excludi pietas receptionis non intenditur, sed vel confraternitatis expẽsis, vel pauperum eleemosynis prouideri, vt colligitur ex c. Si q̃s despicit, dist. 42. estque hæc exp̃ssa sẽtẽtia sancti Anton. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 19. in fine, Syluestri verbo confraternitas, q. 2. & Verbo Simonia. q. 15. nu. 7. Armillę verbo Societas nu. 28. Tabienæ verbo confraternitas nu. 1. Pisani verbo Simonia, 6. nu. 11. id ipsum ẽt videtur sentire Nauarr. in Manual. cap. 23. num. 100. §. Quarto: &c. vbi inquit quod quãdo prępositio, pro, significat pretium, vel causam principalem immediatam, tunc est Simonia dare, vel accipere aliquid pro spirituali, secus autem quando significat causam impulsiuam, vel remotam: vt sustentationem ministrorum, vel liberalitatem, vel eleemosynam, vel solutionem obligationis legis, vel consuetudinis, causam verò impulsiuam appellat etiam illam, sine qua non fieret actus, modo fiat ille principalius ob aliam, quàm ob illam. Ex quibus tandẽ concludit, neminẽ qui alia ratione, & minus principaliter dat, vel accipit etiam temporale, pro spirituali, iure coram Deo & in foro conscientiæ Simoniam committere. Idque probat ex D. Th. 2. 2. q. 100. art. 3. & Caiet. ibi. Nec non per gl. & textum in c. Iudices, 1. q. 1. & c. Agatho. 63. d. vbi ẽt Archid. & communis in ca. ad Apostolicam de Simonia.

Ad

Ad omnem vero ambiguitatē in hoc casu tollendam, consulunt Doctores prædicti, tutissimū esse, vt huiusmodi statuta fiant sub forma affirmatiua, videlicet, Si quis dederit tantum recipiatur in confratrem, & non per verba negatiua, nempe qui non dederit tantum, non recipiatur, quia per hoc præcluderetur via ad huiusmodi confraternitatem, haberetque speciem exactionis; illud autem primum habet solum rationem voluntariæ recognitionis, & speciem gratuitæ retributionis, vt colligitur ex doctrina D. Thom. 2.2. quæst. 100. art. 3. quā magnopere commendat Sotus de iust. & iur. li. 9. quæst. 6. art. 2. in responsione ad secundum, & latè confirmat Petrus de Perusio in tract. de Canonica portione.

Iuramentum tamen de soluenda illa eleemosyna annuatim non approbatur à Raymundo, vt ait Summa Pisana, vbi supra, et Syluester verbo Simonia, q. 15. n. 7. propter periculum periurij in quod seculares labi facile possent.

Deberēt autem Episcopi, ad quos decreto Concilij Tridentini sess. 22. cap. 8. visitatio confraternitatum, & piorum omnium locorū pertinet, statuta, si quæ in illis fuerint de quota soluēda, videre, & reformare, & si aliquod inuenerint, q̃ pietatem receptionis impediat, illud corrigere, aut irritare, vt ait Syluester verbo confraternitas quæstion. 1.

CASVS XVII.

Religioso cuidam, consanguineus reliquit cum Prælati licentia quosdā certos annuos redditus ad proprium vsum, & hanc licentiā vt illis libere vti possit, alij Prælati confirmarunt: sed iste amicorum suasu, qui eum ad ludendum prouocarunt perdidit in ludo centum scuta, & multa, quæ detrahit de suo licito usu, in illicita expendit: nunc fit illi scrupulus tam de pensione, quæ voto paupertatis videtur repugnare, quàm de restitutione omnium in ludo, & alijs illicitis consumptorum.

Quæritur, An huius pensionis vsus, sit Religioso licitus; & num de illicitè consumptis teneatur, vel ipse, vel qui acceperunt ad restitutionem?

AD primum, q̃ in præsenti casu inquiritur, respondemus, posse non solum Papam, sed Prælatū, cōcedere Religioso suo subdito licentiam habēdi certos annuos redditus, in licitū vsum suū conuertendos: Nec prælatus, talem licētiam dans iusta ex causa, nec subditus illa vtens, peccatum aliquod incurrunt.

Probatur primo, quia Religiosus est capax huius annuæ pēsionis, vt cui libros vestes, imagines, & alia suæ personæ conuenientia, habere, & possidere, de licentia superiorum non est prohibitū, vt definitur in Concilio Lateranēsi, relato in cap. Monachi de statu Monach. & nulla est Religio tam arcta, in qua Religiosi de licentia expressa, vel tacita superiorū, nō habeant peculium aliquod proprium suis vsibus consignatū, saltem calceos, vestes, libros, imagines, vel reliquiaria Sāctorum, & alia huiusmodi, quæ pecuniaria sūt, & pecunijs estimabilia. Vnde licitam esse constitutionem, seu consuetudinem, quæ in quibus Religionibus seruatur, vt certum quid annutim, pro vestitu annuo Religiosis tradatur, affirmant Panorm. & Decius communiter recepti, in c. Cū ad Monasteriū, de statu Monach.

Secundo, quia huiusmodi pēsio, nulla naturali vel diuina lege, Religiosis vetatur, nec voto paupertatis est cōtraria: q̃a ille solus Monachus dicitur ꝓprietarius qui tenet occulte, vel contra voluntatem superioris aliquid: vt ait Io. Andr. in d. c. Cum ad Monasterium, & illud: propriū repugnat solū voto paupertatis, quo aliquid possidetur, quoad verum dominiū & veram proprietatem, qualē habent homines seculares, vt libere possint de reb. suis disponere, iuxta c. Quo iure, 8. d. & toto tit. ff. de acquir. rerum domin.

Tertio, quia professio a muliere, adiecto isto pacto per viam modi, non autem per viam conditionis actum suspendentis,

tis, vt viuat extra monasterium, cum vsu bonorum & redditum eorum, quæ ante professionē habebat: approbatur à Papa Cælestino, in ca. insinuante, qui cler. vel vouentes, & in cap. de Viduis, 27. quæstione 2 & tradit Panorm. in capit. Monachi, de statu Monach & Bart. communiter receptus, in Authen. Ingressi. Cod. de sacrosanct. Eccles. Nauarr. in cōmēt. 2. de Regularib. notabili tertio, nu. 14. Quarto, quod Papa frequenter concedit Regularibus pensiones, in beneficiis Ecclesiasticis, cum facultate expendendi eas in suos peculiares vsus: & hanc concessionem esse iustam, probant Doctores in c. Nisi essent, de præbend. quę tamen iusta non esset, neq; per Papam concederetur huiusmodi pensio, si voto paupertatis repugnaret. Immò Abbas, in d. c. Nisi essent, probat non posse Prælatū priuare subditum vsu præfatæ pēsionis per Papam concessę.

Quinto, quia in multis, & valde reformatis sanctionialium conuentibus, conceditur aliquibus ditioribus, & nobilioribus, vt pręter dotem, quā parentes cōsignant monasterio, instituant etiā certos quosdā annuos redditus, soluendos interim, q̄ illa monialis viuit in suos licitos vsus, de licentia Abbatissæ cōuertendos. Nec Episcopi, & alii Prælati, qui præfatis monasterijs præsunt, hoc damnant; q̄ facerent, si tale peculium contrauenires voto, aut legi de non habendo proprio. Vnde legatum factum religioso de certa annua peccunia, cōuertenda in proprios vsus, donec Prælatus permittat, esse licitum, tradit Bar. & alii, in l. Lucius, §. Hæredes, ff. de Trebell. Sexto confirmatur, ex illo iusto, & religioso facto, quod insignis Doctor Iordanus de Saxonia in libro de vitis siue gestis patrum, parte 3. c. 9. enarrat de quodam benemerito Lectore, & quodam prudentissimo Prouinciali nostri Ordinis Eremitarum s. Augustini, cum. n. Lector vellet necessitati tam suæ, quàm monasterii prouidere, ex patrimonio suo, & donatione amicorum, magnam pecuniæ summam, de licentia superioris impendit in emendis libris, & aliis quibusdam mobilibus suo vsui necessariis: & de reliquo, quod adhuc superat, emit certos annuos redditus, nomine monasterii sui, & instrumēta ac literas de his cōfectas, eidem tradidit Prouincialis autem postea ex officio suo, cū consensu Prioris & Cōuētus ordinauit, quòd procurator conuentus, redditus illos acciperet, annuatī, & traderet eos p̄fato Lectori ad suos vsus, quoad viueret expendendos: eo tamen mortuo ijdem redditus, & libri seruirent bibilothecæ eiusdem conuentus. Et hoc quod Prouincialis, & Conuentus fecit, fuisse licite ordinatum, & statutum, ostendit Naua. cōment 2. de Regularibus nu. 15. § Ex quibus inferri potest.

Confirmat hoc ipsum receptus vsus in prouincijs Hispaniæ, & Lusitaniæ, nostri Ord. Eremitarum S. Augustini, in quibus pręcipue morum obseruantia viget, & solent Magistris eiusdem Ordinis Cathedras Salmaticensis, & Conimbricensis Academiæ, seu aliarum Vniuersitatum legentibus, etiam si magnorum sint redditum, vel in totum, vel in partem concedere, vt in licitos, & honestos vsus, redditus illos expendant.

Neque his obstat textus in ca. Non dicatis, 12. q. prima, vbi dicitur absque vlla limitatione. Non dicatis aliquid proprium. Negatiua enim illa, Non, pręposita illi dictioni aliquid, destruit, & negat omnia, ita vt nihil omnino debeat religiosus proprium habere.

Respondemus textum illum intelligēdum esse, de proprio simpliciter, prout dicit verum dominium, & veram proprietatem, qualem habent homines seculares distrahendi pro libito res suas, easq; per quosuis cōtractus alienandi: iuxta c. Quo iure, §. d. & toto tit. de acquirendo rerum dominio, hoc enim proprium, neque Prælatus, neque etiam Papa concedere, pōt Religiosos Nos autem loquimur de proprio largo modo sumpto, prout dicit Ecclesiasticam administrationem, seu vsum fructum, & possessionem, facti tantum,

quod

quod proprium iuste à Prælato concessum, non repugnat uoto paupertatis: neque de isto loquitur d. c. Non dicatis.

Non etiam obstat, c. Monachi, de statu Monach. quatenus habet. Peculium non esse Monachis permittendum. Respondemus, illud intelligi de peculio, quod sine iusta causa conceditur, tale enim non est Monachis permittendum: uel de peculio concesso cum facultate, vt Religiosus pro libito in quoscumq; usus etiam profanos, illud distrahere possit, ut secularis de re sibi propria disponit, peculium siquidem isto modo, contrariatur paupertatis uoto.

Non denique officio decretum Conc. Trid. cap 2. de Regularibus, sess. 25. quod habet nemini Regulariū licere bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiā nomine conuentus possidere, vel tenere: & quod deinceps non liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsū administrationem; & infra subdit, mobilium uero vsū ita superiores permittant, vt eorū supellex, statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat.

Respondemus, Cōcil. Trid. illis in locis nullum ius nouum statuere, sed solū declarare, id quod iura antiqua pręcipiebant quoad votum paupertatis à regularibus emissum, & ita prohibere Religiosis, ne proprium quoad dominium habeant, quia hoc tam in bonis mobilibus, quam immobilibus, est contrarium professæ paupertati: sed non prohibet peculium, quoad administrationem iusta de causa, à superioribus concessū: quod iura antiqua permittebant. Et quando dicit, non licere Prælatis concedere bona stabilia, etiam ad vsum & administrationē, neq. etiam mobilia, nisi prout conuenit paupertatis: intelligitur hoc de concessione sine iusta causa facta: Nam qui iuste concedit, non dat facultatem utendi, & administrandi pro libito etiam in profanis, vt seculares faciunt, neq. concedit superfluum, & plus quā necessitas, & vtilitas Religiosi exigat, non enim potest esse superfluum, & iuste concessum.

Pro hac nostra opinione est Ioan. Andreas in Mercur. Regulæ non est obligatorium, de regu iur. in 6. vbi multis rationibus concludit licitum esse statutum, quo decernitur, vt certa quantitas detur cuilibet Religioso quotannis pro suo vestitu, & victu, & in c. Cū ad monasteriū, de statu Monach. asserit obseruari hoc ipsum in quibusdam monasterijs Monialium, vt vestimenta sibi acquirant ex lucro manuum suarum. Idem aperte sentit Card. cons. 2. de Regularibus, & Panormit. cons. 88. p. p. & in c. Cum ad monasterium, de statu Monach. num. 8. & Felin. in cap. Nam, de constit. & Decius in cap. Edoceri, de rescript. Petrus Andreas Gambara, in tractatu de officio, & authoritate Legati à latere lib. 6. num. 271. casu 4 & clarius nu. 254. Gigas de pensionibus q. 15. Nauarr. comment. de Regularibus in c. Non dicatis, 12. q. prima. nu. 14. & 18. & cons. li. 5. titulo de Magistris cons. 9. & lib. 9. titulo de Regular. cōs. 47.

Quod attinet ad id secūdo loco quærebatur. Vtrum de illicite consumptis, teneatur vel ipse, vel qui acceperunt ad restitutionem.

Respondeo, quod tam Religiosus, qui illicite cōsumpsit quam qui sic ilicite ab eo accepit, peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur monasterio, si peculium erat ex rebus monasterijs, vel ex aliis acquisitis, & suo vsui de licētia Pręlati applicatis. Tū quia Religiosi si quid illicite donant, est cōtra voluntatem Pręlatorum, qui nequaquam volūt nec velle possunt ut bona, quę sunt Religionis, in profanos, & malos vsus expendantur, dominium enim eorum, quæ concedūtur Religioso ad vsum non est penes Religiosum, qui solemnem paupertatem vouit, sed penes Christum, & Religionem, cui Religiosus illa acquirit, arg. c. Abbates. 18. q. prima, & c. In pręsentia, de probat. & tradit Innocent. c. Cum super, de caus. possess. communiter receptus, per

citatos

citatos a Decio in ca. Constitutus, de rescript. qui asserunt. Religiosum eorum omnium, quæ acquirit, verum dominiũ acquirere Christo, & ius vniuersale administrandi, Papæ, & particulare, Ordini, seu monasterio, Nauar. cōment. secũdo: de Regular. cap. primo, num. 3.

Tum quia hoc peculium, cum sit alienum quoad dominium, vt diximus, non potest Religiosus, cui administratio conceditur, in alios vsus illud expēdere, quã sit voluntas saltem interpretatiua domini, vt satis patet. Et facultas concessa per Prælatum, nequaquã extenditur ad vsus profanos, & illicitos. Tum quia Religiosus habet tale peculium cum pacto, & onere expēdendi illud in vsus suos licitos, & religiosæ personæ conuenientes; & ita tenetur seruare pactum istud lege iustitiæ naturali, quę iubet pacta seruari, capit. primo, de pact. & l. 1. ff. eod.

Tũ quia Abbas monasterii, & quiuis alius Prælatus regularis, prodigens redditus ipsius monasterij, suę administrationi cōmissos, in malos, & illicitos vsus videtur esse maxime proprietarius, vt ait Maior, in 4. dist. 38. affirmans tam Pręlatum, quã illos qui male ab eo acceperunt (nisi probabilis ignorantia excuset) non solum peccare mortaliter, sed ad restituẽdum obligari, non alia ratione, quam ꝙ contra regulam, & constitutiones sui ordinis, de bonis Monasterii disponunt: cũ ergo regularis vtatur rebus ad suum vsũ deputatis illicitè, & in alios vsus, ad quos licentia Prælati se non extendit, non solũ in peccatum proprietatis incidit, sed restitutioni manet obnoxius.

Tandem Prælatus, & Capitula nequeunt cōcedere Religioso facultatem, vt det alteri aliqua, quæ directè, vel indirectè non vergunt in vtilitatem monasterii, vel in eleemosinam, vel remunerationem, quam ipsi facere non possunt, quia nequeũt maiorem authoritatem, et facultatem concedere subdito, quam ipsi habent: nullus si quidẽ dat, ꝙ non habet. c. Quod autẽ de iure patro. l. Si vniuersę, Cod. de legat. & ita non possunt facere religioso facultatem, vt disponat de rebus suis illicite. Hinc est, ꝙ Religiosus, qui ludẽdo, meretricando, & alia inhonesta, & illicita agendo, res suæ administrationi, & vsui commissas, expendit: non solũ læthaliter delinquit, sed ad restituendum tenetur. Ita Alocer. de ludo, ca. 12. & 14. Medina in Summa, fol. 153. Fr. Ludouicus Lopez, in Sũma. p. 2. c. 33. Nauarr. in Manual. c. 17. nu. 41. in fine, & nu. 49. & comment. secundo, de Regularibus n. 9. & 12. Notab. 3 & trac. de redditib. Ecclesiast. q. 1. 13. monit. & q. ea mon. 29. & q. 2. moni. 20. Nec obstat, si dicatur, Religiosũ peculij sibi a Pręlato ad vsum assignati, esse dominum, seu absolutum administratorem, & ita disponere posse de toto illo, pro suo libito, vt saltem nō teneatur, etiamsi male disponat restituere, arg. leg. Si quis vi, §. Differentia. de acqu. possess.

Respondemus, falsum in primis esse quemcunq. dñm rei, posse pro libito de ea disponere, quando non est integer, & absolutus dominus, sed cũ onere, & vinculo annexo. Nam fideicommissarius, & Maioratus, sunt vero domini tam vtilis, quam proprietatis, & tamen nō possunt pro libito disponere; sed secundum volũtatem, onera, & vincula per institutores imposita. Falsum est etiam Religiosum esse vere dominum, immò est dominus impropriè, quia habet dominium restrictum, & obligatum ad expēdendas illas res, in vsus tantum licitos, secundum facultatem Prælatorum ei datam.

Quod si obiiciatur Religiosum nulla habere bona, quib. possit restitutionẽ facere, quia quicquid hẽt ante professionẽ, vel post eam est monasterii, & ordinis. c. In præsentia. de probat. & authent. Ingressi. Cod. de sacrosanct. & ideo quicquid vndecumque querit, quærit ordini, & monasterio, & cum nihil habeat suũ, impotens est ad restituẽdũ. Rñdetur ꝙ ẽt Regularis potest restituere de illis, q ex sibi necessariis detrahit, parce viuẽdo, vel p sacrificia, et orōnes, vel rogãdo amicos, & cōsanguineos, vt ꝑ eo soluant, vel ẽt de reb. quas i suos honestos vsus de

N licen-

licentia iusta superiorum, impendere potest, solutio enim debitorum, vsus est iustus, & honestus, vel deniq. petēdo per se, aut per alios humiliter remissionem debiti, quam restitutioni æquiparat, gloss. in c. Peccatum de reg. iur lib. 6. verbo Restituatur. Illi autem, qui à Religioso ex donatione, seu causa iniusta, & iniqua, aliquid acceperunt, debent illud monasterio restituere, si sciant Religiosum, nec restitutionem fecisse, nec omnino habere vnde possit soluere: Et crediderim satis excusari restituendo ipsi Religioso, vt in vsus licitos ea cōuertat: Immo si isti, qui sic acceperunt sunt pauperes: & quātitas rei acceptæ nō excedit eā quantitatē, quā Religiosus, talis status, & cōditionis, pōt in eleemosynam dare, non tenebuntur, tunc ad restitutionem, sed possunt titulo eleemosynæ illud retinere, veluti si cuius alteri pauperi esset donatum, moderata siquidem eleemosynæ elargitio, videtur fieri posse ab eo Religioso, qui certum peculium habet, iuxta glos. in cap. Non dicatis. 12. q. 1. & clement. 2. de vita, & honestate cleric. Aduertendum est tamen in casu præsente, quod quādo peculium non est in quantitate superflua, sed in ea solum quæ Prælatorum iudicio visa est cōueniens, & sufficiens vt Religiosus, attenta ætate, & qualitate personę, sibi in necessariis prouideat, si Religiosus de hac parte suo vsui deputato aliquid detrahit, & illud ludendo, aut meretricando, aut illicite donando consumit, & impendit, peccabit quidem, sed non tenetur ad restitutionē, neque ij qui sic accipiunt, si hoc sciant.

Probatur primo, quia per hoc quod reliquat, seu acquirit ex detractione necessariorum, nō præiudicat monasterio, nec pauperibus, nec aliis operibus piis, sed solum genio, siue ventri, & suæ personæ, & ideo cum sibi tantum præiudicet, & noceat, non est quod restitutioni sit alteri obnoxius.

Secundo, quia eandem potestatē, quā habent beneficiarij seculares disponendi de eo, quod reliquauerint parcius viuendo, de parte fructū beneficii deputata suo vsui, habet etiam Religiosus simplex de illo, quod parcius viuendo detrahit, et reliquat, de peculio sibi ad honestam sustētationem a Prælato, seu à Papa ad suos vsus assignato. Nā ratio propter quā clericus illud potest, non est, quia sit absolutus dominus fructuū beneficii, sed ideo ꝙ ecclesia cui vniuersalis administratio Ecclesiasticorū bonorum est a Christo Domino commissa, dat facultatem beneficiario, vt illud sic deputatum, & reliquatū, pro voluntate sua possit expēdere. Et hęc eadem facultas, cum non repugnet voto paupertatis potest æque cōcedi Religioso ac seculari: cum nullum absolutum dominium per hoc illi tribuatur. Ita Nauarrus tractatu de redditibus ecclesiasticis, q. 1. Monito 33. nu. 2. Nec obstat si dicatur, quod Religiosus non est dominij capax, & ideo nequit esse dominus illius, quod parcius viuendo acquirit sicut clericus secularis est dominus.

Respondetur, quod rō propria, quare clericus secularis potest libere disponere de illo, quod de sibi necessarijs detrahendo, & parcius viuendo acquirit, non est ꝙ ipse sit integer dominus illorum fructuum: sed eo quod Ecclesia iustis de causis, nempe vt libentius ieiunijs, frugalitati, abiectioni, hospitalitati, & aliis virtutibus inseruiat, sciens, ea omnia, quę de suo decenti sūptu, & statu detrahit, & acquirit, expendere posse pro libito absq. vllo restitutionis onere, facit ei amplam facultatem disponendi de illo: quę ratio ex æquo, immò tanto magis in Religioso militat habēte peculium, quanto illæ virtutes sunt professioni suę magis conuenientes.

Nec rursus sufficit si dicatur, quod cū hæc bona, quantumcumque sic reliquata, sint monasterii, nō potest Religiosus absque Prælati tacita saltem licentia, illa expendere; nullus autem Pręlatus facultatem dare pōt, expendendi ea illicite, ac proinde non videtur maior ratio, quare Religiosus debeat restituere alia si male expendat, & non hęc reliquata ex conces-

so peculio. Respondemus, disparem esse rationem de reliquatis, & de aliis, quæ habet religiosus. Nam alia, vltra partem vsui necessariam, conceduntur cum onere administrandi, & impendendi illam in vsus licitos, & honestos: & ideo si expendat in illicita, & inhonesta, tenetur restituere aliis licitis, & honestis, quibus illa erant quasi debita, sed ea, quæ reliquat, & acquirit, detrahendo ex necessariis sibi, non sunt de putata alteri quā suæ personæ, nec habēt aliud onus, quam quod in proprios vsus cōuertantur, ac proinde si in tales proprios vsus non consumuntur, non nocet Religiosus alteri, quam sibi ipsi, & ex generali Ecclesię licentia, carent hęc reliquata onere restitutionis, ob iustas causas supra enarratas. Vide Nauarrum tractatu de redditibus Ecclesiasticis, q. 1. monito 26. & 33. & 44. ac quæst 3. monito 34.

Non denique obest dicere, talem Religiosum respectu peculii concessi, esse tantum vsuarium, sicut est respectu panis, & vini in mensa communi ad suū vsum appositi, & respectu calceamentorum, & vestium, quę Pręlatus illi concedit. Et vsuarium nihil capere posse ex iis, in quib. vsum solum quotidianum: instit. de vsu & habit. in princ.

Respondemus, Religiosum (excipio semper eos Franciscanos, qui neque in communi, neque in particulari bona possident) si peculium ei à Papa, seu Pręlato concedatur, non esse illius solum vsuarium, sed administratorem; cum facultate expendendi in licitos vsus, & ideo posse donare, & alienare, quod repugnat vsuario. Ius autem administrandi, nō est dominiū, nec vsus fructus, nec vsus tantum, sed est ius disponendi de re aliena, nomine alieno: & ita habere peculium monasticum, non est aliud, quam habere administrationem aliquorum bonorum monasterii: iuxta c. Cū olim 2. de priuileg & docet Nauarrus Commentario 1. de Regularibus, nota. 13 nu. 14.

Aduertant tamē Religiosi, qui huiusmodi peculio fruūtur, vt animo sint semper parati, illud ad nutū superiorū relinquere, aliàs delinquunt mortifere cōtra paupertatis votū; & tenētur illud restituere, & à se oīno abdicare. Et rō est manifesta, quia possidere illud animo, & intentione non relinquendi etiamsi Prælatus relinquere iubeat, est habere proprietatem, & esse absolutum dominum sine dependentia aliqua à voluntate superioris: quod repugnat voto paupertatis.

Nec tutū existimo esse in conscientia, qui licet paratus sit ad iussum superioris peculium, & bona ad vsum concessa, tandem relinquere, ita tamen obmurmurat, & tot querellas fundit, vt non audeat Prę latus bona illa amouere, nec licentiā denegare. Ratio est, quia talis licentia, non est simpliciter libera, sed quasi coacta, potestque dici permissio: sicut mala alia permittuntur, vt maiora euitentur.

CASVS XVIII.

Religiosus cuiusdam ordinis a decem iam annis professus, fit illi nunc scrupulus quod emissa professio nulla fuerit, eo quod ante illam, nulla omnino facta fuerit iuridica informatio per dictæ Religionis Superiores de vita, & moribus ipsius, prout Sixti Quinti diuersis constitutionibus sancitur, adductoque hoc negocio ad Prouincialem, & Episcopi vicarium iudicarunt ambo professionem extitiße nullā, qua data sententia dimisit habitum, & secularis est effectus: non desunt tamen quam plurimi, qui illi dicant, teneri adhuc ad Religionem suam redire, & in ea permanere, Tum quod intra quinquennium non reclamauerit: tum quod professio omnis ex solo informationis defectu, non sit irrita, consulit ob hoc Doctorem.

Quæritur quid illi sit dicendum?

Præsupponēdū in primis hic est, Sixtū V. eo q̄ multi criminosi, vel sui pecti, aut æri alieno, vel rationibus reddendis obligati, quia tuto i seculo viuere nō

 pote-

in prima constitutione irritat solum professionem illorum, qui sunt inhabiles ob aliqua delicta, & non inualidat eam, in qua deficit inquisitio morum. Sed afficit tantum grauissimis pœnis Prælatos, qui in illa facienda deficiunt. Neque est credendum legislatorem prudentissimum, qui Cardinalium consilio constitutionē vtramque edidit, voluisse in secunda, q̃ solū est declaratiua prioris, solemne uotum Religionis, ob tam leuem causam irritare, vt est defectus inquisitionis, in nō criminoso, & aliàs habili: cum hoc sit a iure cōmuni exorbitans: et ex dubijs, quę in præfata constitutione proponuntur declaranda, nullum sit istud defectu probationis in persona habili.

Tum quia clausulæ irritantes non debent referri ad id, quod incidenter, & accessorie tractatur, sed ad id, quod ex consulto, & principaliter intenditur, vt ait Bar. in l. fin. §. Titia ff. de libertate legata. Felyn. in c. causa quæ, de rescript. Iā autē in vtraq. Sixti cōstitutione, principaliter intenditur obuiare, ne illegitimi, criminosi, & debitis, ac ratiocinijs obnoxii, ad Religionem admittantur, & ideo horū professionem tanquam personarum inhabilium irritat: & diligentia inquisitionis ponitur aliis tanquam accessorium, & opportunum medium, ad finem intētum assequendum.

Confirmatur ex doctrina Panormit. in c. Ecclesia, de elect. & c. Quia propter eo, vbi dicit, quòd clausulæ irritatorię, cū sint odiosæ, & iuris communis correctoriæ, non possunt, nec debent referri ad omne, quod in lege dicitur: sed ad ea sola, in quibus maior ratio dictat, vt referātur: cum ergo clausula irritans professionem, sit nimis odiosa, referri tantum debet ad impeditos, & inhabiles aliquo crimine in Sixti constitutionibus expresso, non autem ad habiles, qui admissi fuerūt ad professionem absque debita informatione, cum hęc præcipiatur solum, vt medium ad cognoscendos illos criminosos, non aūt vt principaliter intenta. Adde, quod præfata inquisitio in persona habili, non est substantialis ad actum professionis: cuius substantia maximè consistit in quadam traditione in manu Prælati, per tria vota substātialia, sm̄ regulā ab Ecclesia apꝓbatā. Sed est tātū q̄dā solemnitas ꝓbatoria, eo modo quo a Baldo ī c. 1. Quæ sit inue stit. col. vl. & ab aliis Doctorib. dicitur, ꝙ solēnitas testiū in dubio est ꝓbatoria, non aūt substātialis, nisi lex vltra annullādo procedat. Et ideo quamuis illæ Sixti V. constitutiones obligent Prælatos ad seruandā p̄scriptam formam inq̄sitionis, non tñ obligant quatenus sunt pœnales irritantes ꝓfessionem, qñ constat de veritate personæ habilis, & nullo crimine irritāte laqueatę. Tādē, vtraq. cōstitutio Sixti V. quoad ꝓfessionis annullationē, est fundata p̄sumptione, vt legēti patebit maximè in illis verbis, nō pia intentione, sed ad eiutandam legum, & iudiciorum seueritatē, q̄ a tuto in seculo uiuere nō possūt, ex quib. declaratur ideo illos, quia commiserunt aliquod delictū in seculo, quod per viam denunciationis inquisitionis, aut accusationis est deductum in iudicium, non posse in religionibus profiteri, quia presumuntur ad religionem fugere, vt legum, & iudiciorum seueritatem euitent. Iam autem lex fundata in pręsumptione etiam si sit irritās, & annullatiua actus, cessat in foro conscientiæ, quādo de veritate constat, vt tradit Felinus in c. 1. de constit. Innocentius in c. Quia propter de elect. vbi dicit, q̄d etsi in electione non sit seruata forma p̄scripta a iure Canonico, dummodo interueniat purus consensus eligētium, tenet in foro conscientiæ. Hoc ipsum repetit Innocentius in cap. Qui celebrat. de Clerico excommunicato. Et sequitur Dominicus in c. 1. de Spōsal. in 6. & Ancharanus in c. possessor. de reg. iuris in 6. & libro de hęrede ex testō, carente solēnitate iuris, & habēte cōsēsū purū testatoris, an .s. teneat in cōsciētia, cōcludit ꝙ sic cessante fraude. Idē tenet Couarruuias, in c. Cū esses, de test. & Soto lib. 4. de iust. q. 5 ar. 3. Et abbas ī c. Relatū. 1. de test. et ī c. Porrectū de Reg. post gl. ibi dicit, ꝙ ꝓfessio fa-

ris penetrantes, tales sententias tulisse, cũ enim isti exterioris solùm fori negocia agant: & præfatæ Sixti Quinti constitutiones sint pœnales, & fundatæ in præsumptione cõmissi delicti, quando inquisitionis debita forma prætermittitur, ideo veritatem diuino iudicio relinquentes, neque ad id, quod conscientiæ forum requirit, sed ad illud, quod lex ipsa iuxta verborum rigorem statuere primo aspectu videbatur, respicientes, neq; priorem constitutionem Sixti V. attente legentes, professiones ex defectu inquisitionis irritas esse perperam iudicarunt. Nihilominus tamen Religiosi ipsi, qui tales sñias cõtra suas Religiones obtinuerunt, nequaquã tuti sunt in cõsciẽtia, & tenẽtur ad Religionẽ redire, in qua professi sunt, si eis cõstat, non alium extitisse circa professionẽ defectum, quam quod forma in ipsis constitutionibus præscripta non fuerit seruata. Nam præfatæ constitutiones, cum sint pœnales, & in præsumptione fundantur neque expresse irritent professionem aliorum, quam criminosorum, & inhabilium, cessante præsumptione, cõstando de rei veritate, & quod personæ alias habiles habitum Religionis suscipiunt, & professionem emittunt, nõ vt delictorum in seculo commissorum debitas pœnas effugiant, sed vt diuino obsequio se totas tradant, nequaquam in foro conscientiæ locum habent, & remanent illa dictorum habilium professio iure diuino valida.

Sed vtrum post quinquennium possint isti aliàs habiles reclamare in foro exteriore, quod sint nulliter professi ob defectum non seruatæ formæ constitutionis Sixti V. Respondemus, quod transacto quinquennio non possunt reclamare, quia in Conc. Triden. tit. de Regularib. sess. 25. c. 19. dicitur, quòd quicumque regularis prætenderit se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitã professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere, quacumque de causa non audiatur, nisi intra quinquennium tantum &c. Cũ ergo defectus informationis in persona aliàs habili comprehendatur sub illis verbis, aut quid simile: vt enim defectus tacitis resarcitur tempore quinquennii post professionem continuato; & tale quinquennium inducit tacitam, & præsumptã in foro exteriori professionem. Ita defectus inquisitionis de vita & moribus, suppletur & reficitur experiẽtia sũpta in Religione per quinquennium post professionem continuatum, & in foro exteriore professio valida iudicabitur, vt saltem allegari iam amplius ille defectus apud iudicem nequeat: secus tamen est, si intra quinquennium reclamatur.

Neq; obstat, quod in secunda constitutione Sixti V. contrarium huius, quòd dicimus, videatur decerni his verbis: Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quòd in quibusuis Ordinibus, & Religionibus, nec etiam tacita professio quoruncumq; Religiosorũ induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma constitutionis seruata fuerit. Hæc Sixtus, quibus verbis aperte satis videtur diffinire, quod allegatio quinquennii non est in hoc casu admittenda, cum talis allegatio saltem in foro exteriori inducat tacitam professionem in illis, de quibus non reperitur alius defectus, quam inquisitionis non factæ. Respondemus decretum illud Sixti V. esse intelligẽdum de illis, qui erant inhabiles, & criminosi, quorum professionem in priori constitutione omnino annullat: nam respectu horum, quinquennium non purgat inhabilitatẽ ex delicto contractam, neq; facit vt professio, quæ in vtroq; foro fuit irrita, processu quinquennii reualidetur. Et ideo in istis, continuatio per quinquẽnium in nullo foro inducit tacitam professionem: sed secus est in ijs, qui aliàs sũt habiles, & nullo crimine implicati, neq; habent alium defectum, quam istũ non factæ antea inquisitionis, & informationis: non .n. decretum illud de eis intelligitur, cũ sint vere professi. Tum quod ille informationis defectus, suppletur per experientiam sumptam in quinquennio de mo ri-

moribus professi. Tum quod Sixtus Quintus horum professionē non irritat, vt iam supra probauimus, & ita fuisse definitū per congregationē Illustriss. Cardin. qui Regulariū, et Episcoporū causis, & negocijs pſunt accepimus. Ex his colliges, nequaquā esse a confessore absoluendos illos, q ad Ecclesiastica tribunalia recurrunt, vt professio solemnis, quam in Religione emiserūt, annulletur, nō aliū allegantes defectum, quam ꝙ debita inquisitio de illorū vita, & morib. non sit iuxta pfatas Sixti. V. cōstitutiones suscepta, persistūt enim in peccato mortali volentes habitū Religionis deserere, & vota, q̄ omnino valida sunt, nulla, & inualida reddere. Immò etiamsi iudicum sententia declarentur in foro exteriori non Religiosi, neq. ꝓfessi, non sunt tuti in conscientia, & tenentur ad Religionē redire, & in ea perseuerare cum vere apud Deum sint ꝓfessi, & non ad fugiendas pœnas delictis debitas, sed ad seruiendum Deo, ad Religionem cōfugerint: & ita cesset omnino prȩsumptio, i qua nullitas professionis, in dictis constitutionib. fundatur: vt in simili docet Soto de iust. lib. 4. q. 5. art. 3. & Couar. in c. cū esses, de testa. nu. 4 & Panorm. in c. 1. de restit in integrū. Aduertant ēt confessores, ne eos absoluāt, q de nullitate professionis agunt coram solo Ordinario, proprio suo Prælato relicto: huius enim causæ non est ordinarius solus iudex, sed insimul cū Prælato: Tū q a ita decernitur in Concil. Triden. de Regularib. sess. 25. c. 19. in illis verbis, & tūc non aliter nisi causas, quas ptenderit, deduxerit coram suo Superiore, et Ordinario: quib. verbis aperte significatur, tàm Prælatū, quàm Ordinarium insimul & coniunctim, debere esse iudices earum causarum, & rationum, quas Religiosus allegat ad irritandam suam professionē, vt integrum, & ualidum sit eorum iudiciū: & ideo si Ordinarius solus ferat sententiam, ꝙ ꝓfessio alicuius Religiosi sit inualida. nulla, non poterit Religiosus, p talem sententiam habitum relinquere, et Religionem suam deserere: quia iurisdictio, quæ Ordinario in hac causa competit, est coniunctim cum Superiore, & Prȩlato dicti religiosi: sicut dicitur de pluribus arbitris constitutis, quòd aut omnes pronunciabūt, aut nullus, l. item si unus, §. item si plures, ff. de recept. arbit. in c. 2. de arbitris lib. 6. Tum quod in casu contingente in Olisiponensi diæcesi, cū Vicarius Illustriss. Archiepi tentaret solus iudicare causam Religiosi, allegantis nullam extitisse eius professionem ob defectum non seruatȩ formæ constitutionum Sixti Quinti sententia tandem lata fuit per Illustriss. Sedis Apostolicæ Nuncium, & Legatum, non posse prȩfatum vicariū causas allegatas a Religioso de nullitate professionis audire, neque id iudicare absque Prælato eiusdem Religiosi, & hoc ipsum definitū postea sic fuit Romȩ per Illustr. Cardin. Congregationis sacri Conc. Trident. quorum decretum vidi, & perlegi. Notādum hic est sanctissimum D. N. Clementē VIII. die 14. Aprilis 1602. Pontificatus sui anno primo constitutionem fecisse, quæ incipit, Altissimæ paupertatis viæ, &c. in qua concedit Ministro, & Cōmissariis Generalib. ac etiam Prouincialibus Ordinis minorum de obseruantia, quod extra Capitulum quocunq. tempore (in Hispanijs tantum) possint recipere iuuenes ad habitū de consensu Patrum Definitorum, vel de cōsensu quatuor Fratrum illius domus, in qua iuuenes sunt recipiendi; & quod ipsi coram Notario, vel fratres per eos ad hoc deputati, possint, & debeant facere inquisitionem, vocare testes, & ab eis recipere iuramentum de vita, & moribus recipiendi, & quod Superiores, & ab eis deputati contra faciētes voce actiua, & passiua, necnon officiis, gradibus, honoribus, & dignitatibus obtentis sint eo ipso in perpetuum priuati, & ad alia in posterum obtinenda perpetuo inhabiles, & excommunicationis sententia innodati ipso facto existant: decernitq; susceptionem habitus, & ꝓfessionem, ac inde sequenda quæcumque valere; non obstantibus constitutionibus Sixti V.

&

& Gregorij XIV. quas in omnibus aliis sub pęnis in illis contentis obseruari prot sus vult, & mandat. Ex quibus verbis cōstat, professionem esse validam, quamuis non fiat inquisitio, secundū formam Sixti V. & Gregorii XIV. dummodo fiat iuxta hanc form. Clemen. VIII. nec oportet Notarium esse publicū, sed sufficit quod sit Frater eiusdem Ordinis, constitutus ad id per Prouincialem, & dictos deputatos; & quamuis ante susceptionem habitus sufficiat inquisitio summaria; necessaria tamen est hæc plenaria ante professionem, ita vt dicti Patres tamquam iudices coram dicto Notario examinent sub iuramento testes, si sunt inducti, consanguinei, vel inimici ipsius Nouitij, &c. aliàs facta professio erit nulla, & irrita, sicut erat per constitutiones Sixti V. & quamuis Clemens Octauus videatur hic velle, vt talis inquisitio fiat per Prælatum, vel per Religiosum à dictis Patribus deputatū, satis tamen erit, si videant & approbent eas informationes, quas Nouitii deferūt factas per Notarium publicum auctoritate iudicis; quia vtrobiq; eadem est ratio, l. Non possunt, ff. de legibus, ca. Dudum, el 2. da elect. attamen eæ, quas ipsi faciūt, necesse est, vt sint, & fiant testibus iuratis, quia nullius testimonium absq; iuramento est validum quamuis sit Cardinalis, vt ait gloss. c. Cum olim, verbo Fratrum, de priuileg. & Fel. in c. Non constitutis, de rescript. Aduertant tamen diligenter cōfessores, & iudices, quibus causa aliqua nullitatis professionis fuerit commissa, quod idem Clem. VIII. fecit aliam constitutionem, quæ incipit: In suprema Ecclesiæ Apostolicę specula, &c. sub datum Romæ die 2. Aprilis 1602. Pontificatus sui anno vndecimo, in qua dictas constitutiones prędecessorum suorum, tum ob nimiam facilitatem, & multitudinem casuum in quibus professio declarabatur à iudicibus nulla, ex quo nonnulli, regulares Ordines & instituta in variis locis, cū maximo scandalo deseruerunt, tū vt hęc scandala & incommodata remoueret, & ne in posterum alia hac de causa orientur, prouidere cupiens, prędictas Sixti V. & Gregorii XIV. consti tutiones quoad eam partem, per quam eorum, qui formā in eisdem constitutionibus præscriptam de cætero nō seruauerint, & quoad alios etiam casus ibi expressos, in quibus receptorum, in quibuscumque etiam mendicantium Ordinibus professio, nulla declaratur, ad terminos iuris, & sacrorum Canonum, perinde ac si dictæ constitutiones in illa parte editæ non fuissent, reducit. Cæterum pœnas contra superiores, qui in admittendis regularibus ad habitum, & professionem, earumdem constitutionum formam non seruauerint, in suo robore manere, vult & statuit, sublata quauis facultate aliter iudicādi: decernensque irritum & inane esse quicquid in contrarium scienter, vel ignoranter attentari contigerit. Tria hic sunt notanda: primum est, verum esse id, quod supra diximus, Sixtum non annullasse omnem professionem, nō seruata antea forma inquisitionis ab ipso præscriptæ, nisi solum eorum, qui erant criminosi, id quod probant illa verba, Et quoad alios casus ibidem expressos, in quibus receptorum professio nulla declaratur: ergo non declarabatur nulla, quando nō erant dicti casus.

Secūdū est, quod hic Clemēs Octauus, etsi ob scandala præterita sumpserit occasionem, reducendi professiones criminosorum ad terminos iuris communis, non tamen factas ante suum hoc Breue, promulgatum 2. April. 1602. ratificat, quia ad sui valorem, requirunt legitimū nouū consensum. Tertium est, quod pœnæ impositæ Prælatis, non comprehendunt, nisi eos, qui temere contra formam præscriptā faciunt. Fr. Emmanuel Rodriquez, 3. tom. quæst. regul. q. 54. & in comment. particulari supra idem.

CASVS XIX.

Emanueli relicta est ab auunculo quędam hæreditas, si vnam ex filiabus Elisabethæ in vxorem duceret, qui

rum

cum per multum temporis instanter per se, & amicos ageret cum Elisabetha, legati huius conscia, vt filiam Catherinã, in quam ipse erat maxime propensus, sibi sponsam concederet; renuit tam mater, quàm filia. offerebat tamen illi filiam alteram natu maiorem, quam Emmanuel acceptare in coniugem noluit, non alium ob defectum, quam quod animo suo non erat conformis: adeo vt viuente etiam auunculo, & agente, vt cum ista contraheret, persuaderi nunquam potuerit. Qua re persistente diu matre in neganda illi Catherina, quandam aliam in vxorem duxit, quæ non erat Elisabethæ filia: sed nunc fit illi scrupulus, quod tuta conscientia hæreditatem illam obtinere, & possidere nequeat.

Quæritur, An satis fuerit petiisse vnã ex filiabus, & hanc denegari, vt tuta conscientia obtineat legatum?

TRia sunt, quæ præsentem casum dubium efficiunt: primum est, quod cum legatum istud sit conditionale, cessat, nullumque robor habet, conditione non adimpleta, ff. de cond. & demonst. qui hæred. & l. qui sub conditione, arg. c. super eo, & c. per tuas. de cond. appos.

Secundum, quia huiusmodi legatum, videtur principaliter factum in fauorem filiarum Elisabethæ, & pro dote matrimonii, & ideo si Emmanuel nullam illarum in vxorem ducat, & non acquiret legatum, vt quod illi non est relictum, nisi propter vnam ex filiabus Elisabethæ matrimonio copulandam. Accessorium. n. sequitur principale, & non è contra: Iam autem principalis causa legati est, vt vna ex filiabus Elisabethæ nubat: accessoria est, vt nubat Emmanueli: & vltima volũtas testatoris, pro lege seruanda est, 13. q. 2. c. vltimo. Tertium, quia vsus, & consuetu lo communiter recepta est, vt maior natu, prius nubat, quàm minor natu: iuxta illud Genes 29. quod Laban respondit Iacob petenti in vxorem Rachel. Non est in loco nostro consuetudo, vt minores ante tradamus ad nuptias: Iam aũt mens testatoris, debet interpretari secundum cõmunem vsum loquendi, quãdo aliud expresse non constat: vt notant Doctores in l. Labeo ff. de supe. lega. & in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure, & Innoc. in c. olim, de verb. signific. & glossa in c. nonnulli, de rescript. Nam communis vsus loquendi, præfertur propriæ significationi verborum in quacunque materia.

Quibus non obstantibus, dicendũ est, Emanuelem, petita, & denegata sibi filia natu minore ab Elisabetha, posse tuta cõscientia obtinere legatum, quamuis aliã extraneam in vxorem ducat.

Probatur. Tum quia veluti ex duabus alteram in vxorem ducens; & de facto relicta maiore, si matrimonio cum minore copularetur, legatum haberet, l. in eo q. ibi, vbi verba. ff. de regul. iur. l. cum pupillus §. disiunctè. ff. de condit. & dem. ita ẽt ducere illam paratus cum esset, legatum ei debetur, l. in testamento ff. de cond. & demonst. Tum quia conditio apposita, non obligat Emanuelem, de necessitate, ad contrahendum cum hac determinate: sed disiunctiue cum vna, vel alia, & in alternatiuis, debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri, de reg. iur. in 6. c. in alternatiuis. Tum quia si electio spectaret ad matrem, ita vt cogendus esset Emanuel ad ducendã vxorem secundum arbitrium Elisabethę: talis conditio apposita legato, esset iniusta, & haberetur pro non adiecta. l. filiæ suę. ff. de cond. & demon. Angel. verbo Legatum. 1. nu 54. Sylu. eo. q. 3. in fi. & alij Summistæ oẽs, qui vnanimi consensu affirmant, legatum relictum alicui, vt nubat secundum arbitrium Sẽpronii, valere, ẽt si non nubat, quia proinde est, ac si non sit adiecta cõditio, vt quæ cogeret ad contrahendum cum illa, quæ nullo modo placeret, & libertatem matrimonij aliquo modo impediret. Tandẽ, cum Emanuel oblatam a testatore dum viueret, natu maiorem, sępe sæpius reiecerit, non videtur per conditionem in lega-

to adiectam, obligari ad aliud, quam vt saltem alteram sororem ducat, neque legantis mentem aliam fuisse, arg. l. cum tale legatum. §. Meuiæ. ff. de condit. & demon. & ideo cum per ipsum non steterit, quin eam duceret, lagatum habebit.

Et pro soluendis ijs, quæ initio dubitationem faciebant, est aduertendum, conditionem in hoc legato positam, non solũ esse alternatiuam, sufficereque vnam, vel alteram ducere: sed cum illius exequutio pendeat a voluntate Elisabethæ, absq; cuius consensu filia natu minor, quam Emanuel in vxorẽ postulat, nolit illi nubere. & ideo non est per Emanuelem, quod cõditio non impleatur, sed id eueniat tam ex matre, quàm ex filia: non potest dici, quòd perdat legatum, quia impossibiliũ non est obligatio. de Regul. iuris, li 6. & moraliter ac ciuiliter loquendo, secundũ iura, impossibile dicitur, quod vix, aut nõ nisi cum magno detrimento fieri potest. Et ideo dicunt Doctores, quòd quando conditio adiuncta legato, pendet ex facto eius, cui legatum relinquitur, & ex facto etiam alterius, tunc si non adimpletur per factum, seu defectum alterius, nõ perdit, sed habebit legatum: quia in hoc casu, culpa alterius, non debet legatario nocere, arg. l. in testamento. ff. de condit. & demonst & in gloss & in l. prima, Cod. de instit & substit. Et quamuis in vsu, & consuetudine sit positum, filias natu grãdiores prius nubere, ex conditione tamẽ disiunctiua, quam testator posuit, vt vnã ex filiabus Elisabethę duceret, non determinando seniorem, vel iuniorem, sed vnã ex illis: & ex illo, quod in casu dicitur, testatore viuente, fuisse sape persuasum Emanueli, vt grãdiorem duceret, nec vmquam voluisse; colligitur apertè testatoris animum non fuisse obligare Emanuelem determinatè ad istam accipiendam in vxorem, sed ad vnam ex illis, quam vellet; & ideo petendo instanter minorem, satisfecisse legantis intentioni, & per hęc remanet dubitationum nodus explicatus, & rationis initio positę dissolutæ.

CASVS XX.

PArochus Sabinensis, cum ad quędam negocia in Vrbem venerit, vbi ad confessiones audiendas non est admissus; publicato tamen in Vrbe Iubilæo, quo conceditur ampla facultas eligendi confessorem idoneum, & approbatum, multorum confessiones ab amicis precatus audiuit, & à reseruatis casibus absoluit. Reuersus postea in suam Parochiam, cõmunicataq; re cum alijs, addubitat, num vigore Iubilæ, potuerit in Vrbe, in qua non erat approbatus, confessiones audire, doctum consulit.

Quæritur, An dictæ absolutiones fuerint validæ, & quid Parocho sit consulendum?

PEtit casus præsens decisionem quæstionis satis difficilis, & inter Doctores controuersæ: an approbatus in vno Episcopatu, possit in quocumque alio, cõfessiones illorum audire, qui per Iubilęũ, vel aliam Bullam, facultatem habent eligendi confessorem idoneum, & ab Ordinario approbatum.

Partem affirmantem defendunt multi grauissimi Doctores, his adducti rationibus. Prima, quia approbatus ab Ordinario in aliquo Episcopatu, vltra potestatẽ absoluendi habitualem, quã in presbyterali caractere, dum fuit ordinatus, obtinuit, datur illi in tali Episcopatu materia, in quã actu potestatẽ illam exerceat: & cum per Iubilæum, seu per Bullam cõcedatur facultas pœnitenti, vt possit sese subiicere cuicumque approbato: ille ex vbilibet approbatis, poterit eum eligere, & ab eo absolui, cui ille se per cõfessionẽ; submiserit, cum ad absolutionis valorẽ, non aliud requiratur, quam potestas, & materia. Secunda, quia Summus Pontifex est vniuersalis totius orbis Episcopus; vnde sicut quando Episcopus Sabinensis concedit facultatẽ alicui subdito, vt elige-

re possit quemcunq; cōfessorem approbatum: poterit iste vigore talis ex omnibus in illa diœcesi approbatis, eligere quem voluerit in confessorem,& absolutio a sic electo data, erit valida; ita, quando Papa dat facultatem, vt quilibet valeat eligere sibi confessorem idoneum,& approbatū, intelliget ex approbatis in toto orbe, suo Episcopatui subiectis.

Confirmatur, quia sicut potestas Papæ respectu Ecclesiæ vniuersalis, non est minor, immò maior, quàm potestas alicuius Episcopi, respectu suæ diœcesis: ita facultas, quæ alicui datur à Papa, ad eligendū confessorem approbatum, non est restringenda, neq; coarctanda magis, quam quę daretur, a particulari Episcopo. Iam autem data ab Episcopo alicui, vt eligat quē cunque confessorem approbatum, extenditur ad approbatos in toto illo Episcopatu, nec limitatur ad approbatos in Ciuitate, seu Oppido: ergo multo magis concessa à Papa, extendetur ad omnes diæceses, & non arctabitur ad confessorem approbatum in hoc tantum Episcopatu, sed ad approbatos vbilibet.

Tandem si Iubilæi tempore, approbàtus in Episcopatu vno, non posset in alio confessiones audire: profecto nulla gratia quantum ad hoc concederetur iis, qui volunt Iubilæum assequi, frustraque in Bulla daretur eis facultas eligendi quēcunque confessorem, idoneum & approbatū. Nam eligere approbatos tantum in Episcopatu pænitentis, potest quilibet pęnitens absq; Bulla, & Priuilegio.

Adde, quòd communis erat ante Concilium Tridentinum opinio, & vsu ipso recepta, quod habens facultatem eligendi confessarium à Papa, poterat eligere quemlibet simplicem cuiusuis diæcesis Sacerdotem, lege naturali, & diuina idoneum: hoc est, prudentem, & sufficienter doctū, etiamsi nūquam fuerit ab aliquo Episcopo examinatus, & approbatus: cum ergo iste vsus, qui duo continebat, nempe eligere Sacerdotem cuiusuis diæcesis, & non approbatum, limitetur nunc à Papa, solum quoad eligendum approbatum; remanebit quantum ad aliud in suo robore, vt satis sit esse approbatum in quocunq; Episcopatu; quia a iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus inuenitur expressum, l. præcipimus, Cod. de appel. & c. 2. de translat. Prælat.

Hanc opinionem defendit Gabriel. in 4. d. 17. q. 2. ar. 3. & Adrianus in 4. dub. 1. post. 5. q. de confessione, Syluest verbo confessor, 1. q. 3. Ledesma 2 4. q. 7. artic. 5. dub. 4. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 3. Host. & Panor. extra de pænit. & remiss. c. omnis. Et in proprijs terminis hanc opinionem tenet Cordub. in sua Summa, q. 10. in Responsione ad secundum dubium, & eandem in vniuersitate Salmanticensi tenuisse Doctores Theologos, & Canonistas, affirmat Fr. Emmanuel Rodriquez in expositione Bullæ Cruciatæ §. 9. dub. 2.

Negatiua tamen pars videtur nobis verior, & omnino tenenda, quod approbatus in alio Episcopatu, non possit virtute cuiusuis Bullæ, aut Iubilæi, confessiones audire in illo Episcopatu, in quo non est approbatus, & quod data absolutio, erit nullius valoris.

Probatur. Tum quia hęc clausula posita in Bulla, vt non possit eligi confessor nisi approbatus, sicut non fuit solita apponi, nisi post Concilium Triden. ita intelligi debet, iuxta terminos approbationis requisitę, & expressæ in Concilio Trid. sess. 23. ca. 15. quia Priuilegia, & Bullæ in materia odiosa, limitanda sunt, & interpretanda, secundum ius, leg. si procurator, ff. de cond. indeb. c. causam quæ, de rescription. Iam autem confessoris approbatio, præcipitur in Concil. Trid. vt fiat ab Episcopo illo, cuius pœnitens absoluendus, est subditus, vt satis patet.

Confirmatur, quia clausula, quæ ponitur in Bulla, secundum aliquam iuris cōstitutionē debet regulari, & intelligi iuxta terminos dictę constitutionis: vt notat gloss. in Clement. statutum, in verbo Consuetudine, de elect. & ideo clausula illa, quæ habetur in Bulla Iubilæi, de eligendo confessore approbato, restringenda, & regulanda erit, de approbato ab Ordina-

rio

rio pœnitentis: vt Concilium Tridentinum intelligit. Tum quia in Bulla, non datur facultas eligendi approbatum ab vno Ordinario, sed approbatum ab Ordinario: per quod verbum absolute sumptum, clarè significatur, in qualibet diœcesi eligendum esse approbatum per Episcopum illius diœcesis, in qua confessiones audiuntur. Nam si approbatus ab vno tantum Episcopo, posset vbilibet in alienis etiam Episcopatibus eligi in confessore, cum hoc sit contra decretum Concilii Tridentini, deberet profectò clarioribus verbis à Papa exprimi. Et quod repugnat iuri communi, ad illud quantum est possibile reduci debet, c. cum dilectus, de consuetudine.

Tum quia post Concilium Tridentinum habent Episcopi ius hoc quęsitum, vt nullus confiteatur subditos suos, nisi vel habeat Parochiale beneficium, vel sit approbatus per eos: Iam autem Priuilegium, numquam debet interpretari ita ample, vt noceat tertio, in iure quęsito, de præbend. c. Quamuis, lib. 6 l. quoties C. de præc. imp. off. & c. suggestum, de decimis, & c. olim, de verb. signif.

Tandem præsens dubitatio est iam sublata, & omnino decisa per Illustrissimos Cardinales super concil. reform. qui de præsenti casu consulti ab Archiepiscopo Valentiæ, Ioanne de Ribera: sic responderunt. Approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario.

Hanc responsionem testatur propriis oculis vidisse, & per publicum Notarũ fuisse omnibus Monasteriis Ciuitatis Valentiæ intimatam: Fr. Emanuel Rodriquez in expositione Bullæ Cruciatæ, §. 9. dub. 2. eamque refert Fr. Hieronymus à Sorbo in Compendio Priuileg. tit. resolutiones materiæ absolutionum quoad Fratres, & seculares, Not. 2. fol. 82.

Hanc nostram opinionem defendit Canus. p. 5. relectionis de pœnitentia. & Ioannes Gutierez in suis quæstionibus Canonicis, in 4. can. c. 27. nu. 9. & Archiepiscopus Granatẽsis Guerrero, & D. Delgado, Episcopus Gienensis, & D. Torres Episcopus Canariæ, Angles in sua Summa quæstione de confess. par. 8. Palatius in quarta distinctione 17. disp. 6. & hanc eandem vt veriorem, & tutiorem tenet Complutensis Academia. Fauet huic sententiæ tex in Clem. dudum, de sepult. vbi dicitur, Quod Religiosi ab vno Episcopo approbati, non possunt audire confessiones extra loca, ad quæ sunt approbati, & designati.

Nec valet Responsio, quam Author Candelabri aurei, titu. de Confessione, num. 28. affert, quod textus ibi loquitur de iurisdictione, quam Religiosi accipiũt ab Episcopo, non autem de illa, quæ datur eis per Bullam, seu aliud Papę Priuilegium, quia hanc possunt exercere extra loca illius diœcesis.

Non placet mihi, hæc Responsio. Tum quia falsum est Religiosos potestatem, seu iurisdictionem, quam exercent in absoluendo, habere eam ab Episcopo, immò eam habent à Papa, & Episcopi, quando per examen eos approbant, non conferunt illi iurisdictionem, sed tantum exercent nudum ministerium, veluti quando Papa concedit alicui clerico aliquod beneficium, hac conditione, si Episcopus inuenerit eum per examen sufficientẽ; clarum est, quod talis Clericus non habet beneficium ab Episcopo, sed a Papa, hoc tantum ministerium examinis commissum est Episcopo, & ideo quod Religiosi audiant confessiones secularium, & eos absoluant, per Papam fuit illis concessum, vt constat ex variis eorum Priuilegiis.

Tum quia in Bulla Iubilæi Summus Pontifex non approbat Religiosum in confessorem, nec dat iurisdictionem cuicumque Religioso absolute; sed supponit, quod debet esse approbatus per Ordinarium: vel ergo nomine Ordinarii approbantis intelligitur Ordinarius ipsius Religiosi, qui est suus Prouincialis: & hoc dici non potest, quia post Concilium Tridentinum non sufficit Religiosum esse approbatum a suo Prælato, siue Prouinciali, siue Generali, vt secularium

con-

confessiones audiat: vel intelligitur Ordinarius loci, in quo confessiones audit, etsi hoc est, vt dici debet, sequitur quod in loco in quo non fuerit ab Epo talis loci approbatus nequaquam poterit, virtute Bullę eligi in confessorem, cum verũ sit, quod ibi nõ est approbatus. Vide Cordubam in annot. ad compẽd. tit. præsent.

Notandum tamen est, quod Religiosi mendicantes, qui gaudent Priuilegiis cuicumque Religioni concessis, possunt in itinere, non habentes Ordinarii copiam, confessiones audire, & absoluere etiam in Episcopatibus, vbi non fuerint præsentati: quia hoc a Gregorio Decimo tertio, fuit concessum Religionis Societatis IESV, & Religiones Fratrum mẽdicantium communicant cum illis in Priuilegiis, de hac concessione, & communicatione mentionem, faciunt, Gutier. in quæstionibus Canonicis ca 29. nu. 21. & Fratr. Emanuel Rodriquez in expositione Bullæ Cruciatæ § 9. dub 2 & Fr. Hieronymus a Sorbo in Compendio Priuilegiorum tit. Absolutio quoad sæculares 2. in fine. Qua tamẽ Gregorii Papæ concessione consulerem Religiosos, ne de facile vterentur: sed maxima, & vrgenti oblata occasione, & quando ad Episcopum distans aut difficilis fuerit accessus.

Quæ autem argumenta pro opinione contraria fuerunt adducta, quamuis probabilitate non careant, nec omnino damnarem, qui illam sententiam amplecteretur, nostram tamen veriorem, & tutiorem esse existimamus, & ideo in foro conscientiæ, in quo oẽ peccati periculum est euitandum, & absolutionis valor non est in discrimen ponendus, nec tam carnis, quàm spiritus libertas, & conscientiæ securitas, est quærenda non debent confessores in Episcopatibus, in quibus nõ sunt approbati, audire etiam virtute Iubilæi, seu alterius cuiusuis Bullæ, cõfessiones secularium. Et ad primam contrariam rationem dicimus, quod Bullæ omnes per confessorem approbatum intelligunt approbatum iuxta terminos Conc. Tridentini, ab Episcopo loci, seu pœnitentis. Et falsum est, quod per Iubilęum detur facultas eligendi quemcumque vbilibet approbatum: sed solum quemuis ex illis, qui sunt approbati in illa diœcesi, in qua fit confessio: quia ille, qui est approbatus ab Archiepiscopo Bononiensi, nõ est approbatus Romæ, & ideo Romę non potest eligi. Ad secundam similiter respondetur, quod etiamsi Papa sit Episcopus totius orbis, & ideo in Iubilæo concedat omnibus fidelibus, vt possint eligere confessorem approbatũ, id intelligitur vniuersaliter distributiuè pro singulis diœcesibus: ita vt qui est Sabinensis, poterit eligere quẽcumque approbatum ab Episcopo Sabinensi, & qui est Olisipponensis, quemcumq; ex approbatis ab Episcopo Olisipponẽsi: adeo quod confessor eligendus, debet esse approbatus ab ordinario loci in quo confessio fit. Et per hoc respondetur ad confirmationem concedendo maiorem multo esse Papę authoritatem quã Episcopi: & ita quamuis posset concedere facultatem eligendi, quemcumque sacerdotem in confessorem, quod Episcopus non potest: nõ vult tamen nisi vt iuxta terminos Concilii Tridentini eligatur approbatus, adeo quod eligendus, debet esse approbatus ab ordinario loci in quo eligitur. Ad tertiam dicimus, magnam in iubilęo etiam quoad eligendi confessorẽ, concedi a Papa gratiam, quia cum de iure Parochus vnius Ecclesiæ non possit audire confessiones subditorum alterius Parochiæ, neq. approbatus ad audiendas cõfessiones in oppido tantum, possit audire ciuium confessiones in ciuitate, poterit tẽpore iubilæi, & per Bullam, qua datur facultas eligendi confessorem approbatũ, eligi horum quilibet ad libitum: ita quod subditus vnius Parochiæ poterit tunc cõfiteri cum quo voluerit Parocho illius Episcopatus, & cum quouis approbato in toto illo Episcopatu: quia bulla nõ alius petit, quàm vt eligatur approbatus. Vltra quod non oportet vt omnia quæ in bullis ponuntur, sint priuilegia, & gratiæ, vltra vel contra ius commune. Immò sæpissimè ea ipsa quæ sunt cõmunis iuris, a

Papa

Papa in priuatis vt bullis cōceduntur: vt declaret quam in votis habeat, iuris communis obseruantiam. Neque frustra, immò vtiliter per priuilegium aliquādo datur idipsū, quod iure cōmuni præcipitur: tum quia magis solet timeri quod specialiter cauetur, quàm quod generaliter. Tū quia cum plerumque iura male seruentur, per priuilegia innouantur, vt ait Syluester verbo priuilegium n.4. & Nauar. in Summa c.31.nu.16. de priuilegio Eugenii loquens concesso opificibus suas artes exercentibus, & colonis colendis serendisq; agris, aut alijs manualem operā dantibus, ne peccent non ieiunando. Et sic hæc facultas eligendi confessorem approbatum, non tam est priuilegium quā iuris communis in Concilio Tridentino præcepti declaratio. Ad vltimum respondemus, quod per hoc, quod Papa vult vt non eligatur cōfessor nisi approbatus, declarauit expresse se intelligere de approbato, iuxta terminos Concilii Tridentini: & ita restringitur illa confessoris electio ad singules approbatos in singulis diœcesibus: non aūt ad approbatum extra Episcopatum, in quo non est approbatus, & sic vterque vsus est sublatus, vt nec eligatur simplex sacerdos, nec ille, qui ab ordinario eligentis, seu confiteri volentis, non est approbatus. Ex his colliges, non posse Parochum tempore Iubilæi vocare approbatum in alieno Episcopatu, ad audiendas confessiones suorum subditorū: Neque posse virtute cuiusuis bullæ dare licentiam suo subdito, vt confiteatur alteri quā approbato ab Episcopo eiusdē subditi: quia post Concilium Tridentinum, non habent iam Parochi talem authoritatem, neque possunt dare licentiā suis subditis, vt eligant alios confessores quā approbatos a suo ordinario, hoc est, ordinario eorundem subditorum. Episcopatus aūt pōt hanc licentiā concedere, sicut pōt quemcumque sacerdotem in confessorē approbare, & per talem licentiam approbat illum, quem subditus, ex approbatis in alieno Episcopatu, elegerit. Colliges deinde, Parochum Bononiensem, si inuenerit subiectos suę Parochiæ in alio Episcopatu, & velint cum eo ibi confiteri, posse eos audire, & absoluere: quia respectu talis subditi durante subiectione, semper sunt Parochi, & cum confessionis Sacramētum fiat sine strepitu iudicii, & sub silentio, nullius per ipsam læditur territorium, ff. de offi. procon. l.2. Et facit quod notat Panormitanus in ca. Cum contingat, de foro comp. Quod ipsum diceremus de confessoribus approbatis ab ordinario respectu subditorum eiusdem ordinarii: quia etsi non sit talis confessor approbatus ab Episcopo loci, in quo cōfitetur: est tamen approbatus ab Episcopo ouis, cuius confessiones audit, & quam absoluit: quę approbatio, de iure requiritur, & sufficit. Vnde religiosus approbatus Bononiæ, & residens nunc Romæ, si hic confiteri cum eo velint Bononienses, qui Romam negociandi causa veniunt, poterit illos absoluere, quia respectu illorum est approbatus ab ordinario eorundem, quāuis non sit approbatus Romæ: ita Sotus contra Syluestrū, in 4 sent d 10.q.4.ar.5. Et Angles i Sūma q. de cōfess. ar. 8. f. 209.

CASVS XXI.

Petrus Ruralis Parochus, singulis quibusque hebdomadibus in vrbem venit causa inuisendi parentes, & cum illis vno tantum die demoratur, relicto tamen ad occurrentes casus Capellano, de cuius prudentia, & bonitate adeo fidit, vt sacramentorum omnium administrationem, & quæcumque ad animarum curam onera spectant illi committat: nec ipse etiā Petrus si sit in Parochia, onus aliud vult subire, quam ibi adesse, & diebus tantum solemnioribus Missam priuatam celebrare, reliqua omnia per capellanum agit.

Quæritur, An confessor teneatur Petro scrupulum inijcere de fructibus, tum in absentia illa diurna susceptis, tum in officio curati per capellanum, & non per se ipsum præstito?

Quod

QVod attinet ad primum, videri prima facie poterit, hāc discontinuam tot dierum à Parochia absentiam, culpam esse lethalem, & fructuum restitutionem parere.

Tum quia etsi vnus dies in hebdomada non facit per se absentiam notabilem, continuatus tamen per omnes hebdomadas totius anni, illam facit, & quando parochus per tot dies continuos abesset absque licentia, & sine iusta causa, non excusaretur à peccato, et restitutione fructuū.

Tum quia residentia cum sit iure diuino præcepta Parochis (vt communis doctorum habet opinio) neq. liceat abesse, nisi cum Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesię, vel Reipublicę vtilitas id postulat, vt statuitur in Concilio Tridentino sess. 23. c. 1. de reformatione, additque, illum qui abest, pro rata temporis absentiæ, nō facere fructus suos, & eos perceptos non posse tutá conscientia tenere, sed Ecclesia fabricæ, aut pauperibus esse erogandos. Et in casu præsente non abfuerit Parochus ob causam aliquam ex enumeratis, immò neque ob aliam iustam ab Episcopo cognitam, & probatam, quia potius tā frequens parentum inuisio absque necessitate iudicio prudentis viri est superflua, neq. ab Episcopo concederetur: ideo videtur culpabilis, & fructuum restitutioni obnoxia. Tū quia in Conc. Trid. sess. 23. c. 1. Spatium absentiæ singulis annis, siue sit interruptum, siue continuum, extra prædictas causas decernitur nullo pacto debere excedere duos aut ad summū tres mēses, & habendam esse rōnem, vt id æqua ex causa fiat; & paulo infra dicitur, quod quandocumque curatos abesse contigerit, id non fiat, nisi causa prius per epm cognita, & probata: & licentia ab eo in scriptis obtenta, nō cōcedenda tñ vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa. Cū ergo in præsente hæc frequens, & interrupta Parochi à sua Ecclesia, abitio, neque fiat causa per Episcopum probata, neq; de eius licentia: & illi dies in fine anni, faciunt numerum, & absentiam notabilē: ideo videtur subiecta culpæ mortiferæ; & fructuum restitutioni, pro rata absentiæ. Contrarium tamen est tenendum, quod tam frequens quamuis interreptus Parochi a sua Ecclesia discessus, etsi non careat aliqua culpa, illa tamen non est lethalis, nec restitutioni fructuum obnoxia, id quod probatur. Tum quia ille qui aliquantisper tantum abest non videtur abesse, cum statim sit reuersurus, vt ex veterum Canonū sententia dicitur in Cōc. Trid. sess. 23. c. 1.

Tum quia modicitas est quasi nihilitas, & iuxta Philosophi sententiam 2. Physic. modicum, quasi nihil accipitur, & modica damna tollerantur. 12. q. 2. c. Terrulas, &c. Bonę rei. Et de his, quę fiūt a Pręla. sine consensu capituli, c. Pastoralis, ff. de in integ. restit. leg. Scio. Et similiter toleratur modica deceptio, ff. de mi. leg. in causis, §. idem Pomponius.

Tum quia interruptus ille dierum numerus, non facit in toto anno, absentiam duorum mensium. Iam aūt Parochus, ex causa, quæ arbitrio suo videatur æqua pōt absq; peccato mortali abesse per duos ferè menses vt colligitur ex Conc. Trid. sess. 23. ca. 1. vbi damnabilem solum decernit absentiam, quæ duos vel ad summū tres menses excedit. Et infra inquit, quod Parochi discedendi licentiam in scriptis gratisq; concedēdā vltra Bimestre tp̄s, nisi ex causa, non obtineant. Tū quia ante Concilium Tridentinum hæc abitio non esset lethifera, vt colligitur ex toto titulo, de clericis non residentibus, vbi notabilis temporis absentia solum damnatur, qualis non videtur ea, quæ duos menses non excedit, & a iure antiquo non est recedēdum, sine nouo iure expresso. leg. Præcipimus, C. de appell. Tum quia Episcopo, qui magis residere tenetur: vt cuius authoritas si præsens sit, plurimum operatur, nec facile reperitur, cui cura Episcopalis in absentia committatur: hæc dierum ad licitam recreationem extra diœcesim abitio, non esset damnabilis vt tradit Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 121. Tandem Concilium Tridentinum in illa sess. 23. c.

1. non

5. non damnat in Parochis absentiam, vt mortiferam, & restitutioni obnoxiam, nisi illam, quæ excedit duos mēses: & ita præcipit hanc, vltra dictos duos menses, non debere concedi nisi ex graui causa ab Episcopo cognita, & approbata; de ea autem, quæ est intra duos menses, nihil determinat expresse, vt quę videatur non notabiliter, nociua maximè quando relinquitur aliquis, qui sacramento populo interim administret.

Neque officiunt quæ in principio adducuntur, illa enim supponunt absentiā non excedentem duos menses in Parocho esse notabilem, quod nos negamus: immò hanc vt paruam neque magni ponderis, si causa iudicio saltem Parochi iusta fiat, licitam esse arbitramur cùm Nauar. vbi supra. Et quamuis hæc tam frequens parentum visitatio videatur nimia, & superflua, non tamen reddit absentiam mortiferā, sed solum venialiter malam.

Ad id verò, quod secundo loco inquiritur, vtrum qui ita residet in Parochia, vt nullum aliud onus subire velit, quam ibi adesse: & munera omnia Parochialia per Capellanum, & non per se ipsum exercet tutus sit in conscientia?

Respondemus, difficile esse excusare hunc a culpa mortali: & fructuum partis, quam iniuste, & otiose percipit, restitutione. Tum quia, residentia consistit in deseruientia, & ita qui nullo modo seruit, habetur pro non residente; non residens autem peccat mortifere, & non facit fructus suos, vt supra ostendimus.

Tū quia, qui non seruit altari, non debet viuere de illo, ca. primo, 12. q. 1. quod sumitur argumento a contrario ex illo 2. Corint. 3. Qui altari seruit de altari viuere debet.

Tum quia, propter officium datur beneficium de rescript. ca. fin. lib. 6. quoties autem aliquid datur ob causam: ea non sequuta, donatio debet restitui, ff. de cōd. ob turpem causam. Tum quia beneficiū, & redditus illius, non dantur Parocho, vt viuat absolutè, sed vt Parochialia munera exerceat. Et ideo libro Num. c. 18. Dominus eo præcepit dandas decimas, vt Leuitæ, & sacerdotes Tabernaculo inseruiant, & Paulus 1. ad Thimoth. 1. Parochos non censet præmio beneficiorum dignos, nisi bene præsint, & 2. ad Timot. c. 2. solicitè (inquit) cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem, & rectè tractantem verba veritatis; vbi confusionis vitium appellat, quādo Prælatus operarius non est. Et ad Thessal. c. 5. Rogamus vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos, vt habeatis illos abundātius in charitate propter opus illorum: non dicit propter præsentiam, sed propter opus. Nec iustitia patitur, vt alter onera habeat, alter verò stipendiis, & honore gaudeat.

Neque obstat vulgare illud axioma, quod per alios facimus, per nos ipsos facere dicimur. Ac proinde numerandum esse inter residentes, qui suis impensis per alium sufficientem, & approbatum inseruit, c. Mulieres, de sent. excommunicat. Regul. iur. Qui per alium lib. 6.

Respondemus, illud axioma non esse verum in illis reb. quæ specialem industriam personæ requirunt: qualis est residentia, vnde in c. Quia nonnulli de cler. resident. Statuitur ex decreto Cōcilii Lateranensis, vt ad Parochialem Ecclesiam talis persona requiratur, quæ residere in loco, & curā eius per se ipsam valeat exercere, vbi gloss. verbo per se ipsam, ait Residentiam eius esse generis, vt per alium fieri non possit, & in ca. Relatum eodem tit. decernit Papa Alexander III. vt personæ tali Ecclesia, vel beneficium conferatur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere. Et in Concilio Tridentino sessione 7. c. 3. Præcipitur, vt beneficia præsertim curam animarum habentia, non nisi personis dignis, & habilibus conferantur, & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam exercere valeant & sess. 14 cap. 12. inquit, omnes verò diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia. Experientia etiam ipsa docet, quam plurima sequi incommoda

ex eo, quod proprius Prælatus per se ipsũ non deseruiat, sed per aliũ. Primum, quia in otio languens comedit ea, quibus Ecclesia esset reparanda, & pauperes alendi. Secundum, quod deseruientes vice principalium, cum vix possint viuere, quærũt per fas, & nefas, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Tertium, quia cum sint isti nõ proprij pastores, sed quasi mercenarii, nõ ponunt animam pro ouibus, sed adueniẽte lupo aufugiunt. Fatemur tamen, quod sicut potest dari iusta causa, ob quam Parochi absentia non sit culpabilis, ita dabitur iusta etiam causa ob quam liceat, quãuis præsens sit, non deseruire: cum enim in residentiæ obligatione duo includantur, vnum est personalis præsentia, alterũ personalis deseruientia vtrumq; horum moraliter est intelligendum. Ita vt neque oporteat Parochum beneficio tamquam carceri esse semper mancipatum, & inclusum, vt numquam exire valeant, neque deseruientiæ, & sacramentorum administrationi ita addictum, vt quandoque onus istud, alteri idoneo, & approbato cõmittere nequeat. Sed prudentis iudicio est vtrumque relinquendum, vt neque absentia sit ad tempus notabile, neq; per alium deseruientia videatur quasi continua, & proprii oneris derelictio. Et si dubites, an dicatur residere, qui intra Parochiam non cõmoratur, sed in quodam loco non multum distante a Parochiæ circuitu? Respondemus, quod si a parochiæ circuitu distat, ita vt non sit difficile iis, quorum curam gerit, illum adire, & sacramenta in occurrentibus necessitatibus eisdem ministrari, tunc diceretur residere: quia id quod parum est, pro nihilo reputatur: & distantia quæ in nullum damnum notabile Pastoralis curæ redundat, non contrariatur residentiæ. Non tamen opinionem illam sequendam puto, quæ affirmat Parochum residere, etiamsi distet per vnam Hispanicam leucam à confinio parochiæ, quomodo .n. senes claudi, vel honestæ feminæ, si necessitas administrãdi aliquod sacramentum nocte, vel in hyeme occurrat, tam longum iter pedestres agere poterunt, vel facile Parochum adire? quis nõ videt leucam vnam in eundo ad domum parochi, & postea in redeundo, duas conficere leucas, tempusque in tanto itinere peragendo, satis notabile consumi, vt infirmus possit exhalare prius animam, quam parochus ad illum confitendum, & communicandum accedat? Quo circa illum, credo, dicendum esse residere, qui intra ambitum Parochiæ commoratur, neque ab illius confinio vltra milliare Italicum distat, & si enim aptior residentia, subditis magis accommoda esset, habitare Parochum prope ipsam Ecclesiam, in qua suis subditis est sacramenta administraturus, & hoc sit sacris Canonibus magis conforme: nihilominus pro residente habebitur, si intra fines Parochiæ degat, vel ita prope eosdem fines, ut pro non distantia reputetur: quale videtur esse tantum milliare. Nam in veteri testamento Leuitarum residentia definitur, & limitatur ad habitationem cum populo, & intra muros populi, quorum primitiis aluntur. Sic enim Deuteronomii c. 12. dicitur Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat comedet eas. Et infra ca. 16. epulaberis coram Domino Deo tuo, Tu, & filius tuus, & Leuites, qui est intra portas tuas. Ex his omnibus manifestum relinquitur, quod cũ in cõferẽdis Parochialibus beneficiis, industria personæ, seruitiumque personale præcipiatur: Petrum ruralem parochum, sine iusta causa per capellanum tam continuè curam exercendo, & tam frequenter in vrbem veniendo, in peccatum incurrere: nec id esse illi permittendum: cũ enim cura animarum sit in Parocho personale debitum, non potest per aliũ huic debito satisfacere: sicut non satisfaceret, si diuinum officium recitare per alium, & non p se, vt notat Caiet. 2. 2. q. 18. ar. 5.

CASVS XXII.

PEtronius in testamento reliquit, vt certa panis quantitas pro anima sua in die exequiarũ pauperibus daretur. Quod

legatum

legatum quamuis de iure & facto adimpleri ab hæredibus possit; vt tamen Parochialis Ecclesiæ necessitati, & vtilitati cõsulerent, illud de Episcopi licentia, in aliud melius opus fabricæ, & ornamenti Parochiæ, conuerterunt: sed nunc a confessore fit illis conscientia, de testatoris voluntate non adimpleta. vt quæ a solo Summo Pontifice potuit commutari.

Quæritur, An commutatio pij legati in aliud æquale, aut melius per Episcopũ facta, reddat hæredes securos in cõsciẽtia?

PRo negatiua parte facit primo, textus in Clem. de religiosis domibus, c. Quia cõtingit. vbi habetur, quod ea quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illud debent nõ ad alium, salua quidem Sedis Apostolicæ authoritate cõuerti; & glos. ibidem, verbo Sedis Apostolicæ. inquit: solum Papam alterare posse vsũ illorũ, quæ p fideles donata sunt, vel relicta. Facit secundo, textus in cap. Vltima voluntas, 13. q. 2. vbi dicitur, quod vltima defuncti voluntas, modis omnibus conseruanda est. Et in c. Cũ Marthæ. de celebrat. Missa habetur quod vltimum hominis testamentum, immobile perseuerat, quia testatoris obitu confirmatur. & in auth. de nupt. §. disponat. col. 4. statuitur, vltimam testatoris voluntatem, pro lege habendam esse, ac proinde forma mandati diligentissima accuratione debet seruari, nec eo casu plus continet in se, quod est minus vel è contrario c. Cum sing. offic. de preben. lib. 6.

Affirmatiua tamẽ pars est vera, & absq; vllo scrupulo tenenda, quod Episcopus ob causam, quę suo iudicio videatur iusta, potest legatum quodcumque pium, ad certum vsum relictum, in alium vsum pium commutare, quamuis tale legatum de iure, & facto valeat adimpleri: Hęc est recepta nunc Doctorum sententia: quã sequitur Syluest. verbo Legatum 4. q. 12. S. Antonin. 3. par. tit. 11. c. 2. §. 7. prope finem. Angelus verbo Legatum. 2. nu. 12. Tabiena Legatum 2. nu. 11. Armilla eod. n. 55. Bartolus in leg. Liberto. §. Lucius & in leg. Legatum ciuitati ff. de vsufruct. D. Anton. in cap. Verum de condit. appos. Ioannes Andreas cum multis aliis in ca. Quia contingit de religiosis domibus. Hugo, & Imol. cum multis aliis in leg. 1. de const. princip.

Probatur hæc sententia. Tum quia hæc commutatio est in materia fauorabili, vt quæ redundat in vtilitatem animæ defuncti; & ideo potest in ea late mens testatoris legantis interpretari; c. Cum dei lect. de donat. vnde potest ab Episcopo verisimiliter præsumi, quod defunctus, si causam commutationis sciuisset, nequaquam contradixisset, ac ideo ex voluntate legatis probabiliter præsumpta, fit ab Episcopo talis commutatio.

Tum quia Episcopi sunt piarum dispositionum siue à viuis, siue à mortuis fiant, executores: vt dicitur in Conc. Trident. sess. 22. c. 8. ideo legatum relictũ ad pium vsum, quia hoc reliquit defunctus ad vtilitatem suæ animæ, potest Episcopus, si illi videatur proficere magis, vel ex æquo eidem animæ conuertere legatum in alium pium vsum. Nam qui melius facit, non aliud, sed idem facit, c. peruenit. 2 de iure iur. & c. scripturę, de voto, & regula plus semper, de reg. iur. li. 6.

Tum quia commutationes vltimarum voluntatum, & piorum legatorum, quando nulla ex parte rei est iusta causa, quare fieri debeant, ita quod res in quam cõmutantur, nec sunt æquales, neque meliores, possunt sola authoritate Papæ fieri, l. legatã ff. de admi. re. ad ciuit. pertin. & Clem. Quia contingit, de relig. dom. Quando tamen pium legatum commutãdum est in aliud pium æquale, vel melius sufficit authoritas Episcopi: quia tunc iusta causa ex parte rei efficit, vt hæc commutatio subsit iurisdictioni Episcopi: nã sic commutando, non aliud agit, quam intentionem defuncti legantis interpretari in animę illius commodum, vt asserunt Roge. & Vgo. & Ange. & Imo. in l. 1. ff. de const. prin. vide Summam Angelicam, & alios vbi supra. Nec obstant pro contra-

tia parte adducta. Nam ad primum dicimus, quod ibi textus loquitur de commutatione legati in alium vsum, quam piũ, siue in pium, sed inæqualem, hoc enim à nullo alio fieri potest, quàm a Papa, qui immediate à Deo potestatem habet administrandi omnia bona relicta locis piis, vt saltem ob finem bonum possit illa in vsus etiam profanos conuertere, dummodo non sint bona, quæ benedictione aliqua constitutiua sacri, consecrentur; hæc enim nequeunt penitus execrari, & in profanum vsum conuerti, durante eadem forma, & eodem esse artificiali, vt docet D. Thom. 2.2 q. 96. ar. 3. & Nauarrus in cõment. de spoliis clericorum, §. 3. nu. 1. & 2. & §. 18. nu. 8 & 9. sed legata pia in aliũ vsum pium æqualem, vel meliorem, commutare possunt Episcopi, quia hoc non est mentem defuncti abrogare, sed eam in animæ illius fructum commodiorem interpretari, & exequi: Neque de hac permutatione in æqualem pium vsum, loquitur d. Clem. vt satis patet intuenti.

Ad secundum fatemur, volũtatem defuncti esse seruandam: Negamus tàmen eam in casu nostro non seruari, nam principalis intentio defuncti, pie aliquid legantis, est animę suæ per tale legatum proficere; & ideo Episcopus commutans illud in opus aliud ęquale pium, nihil defraudat de voluntate principali legantis, immò cum de iure sit exequutor talis voluntatis, per text. in c. tua nos, de testam. & Authen. de eod. tit. §. si quis in bonum eiusdem animæ potest relicta ad unum pium vsum, commutare in alium pium, interpretando uoluntatem defuncti, qui idipsum vellet, si causas, quæ Episcopum mouent, eidem proponerentur. Vel dic cum D. Anton. in c. nos quidem, de testame. vera esse illa omnia in materia odiosa, uel ambitiosa, ac ideo restringibili: vt dicitur in c. quamuis, de præb. lib. 6. Secus aũt in materia fauorabili, & maximè animę defuncti, in qua fieri solet plena interpretatio, vt habetur cap. cum dilectus de don. Potest etiam ad hæc omnia breuiter dici, quod duplex reperiri potest causa iusta permutandi legatum pium. Vna, quæ se tenet ex parte rei, hoc est cum in aliud ęquale, vel melius fit permutatio. Altera, quę se solum tenet ex parte commutantis, hoc est, ut fiat bono fine, quamuis neque in æquale nec in melius: Ad permutanda ergo legata pia absque causa se tenente ex parte rei, sed tenente se solum ex parte permutantis, requiritur authoritas Papę, sed ad illa permutanda cum causa se tenente ex parte rei, sufficit authoritas Episcopi: Ita Syluester legatũ 4. q. 12.

Quod si adhuc obiiciatur, sequi ex hoc posse Episcopum donata, seu relicta ad vsum vnius Ecclesiæ conuertere in usum alterius, cum uterque usus sit ex æquo pius, quod esset auferre rem alicui eo inuito, quod est contra legem naturalem, & diuinam de non furando, quodque nec Papæ esse licitum, uidetur sentire glossa in c. 1. 22. dist. verbo Iniustitiam, & in c. dudum, de rebus Eccles. non alien. lib. 6. prohibetur expresse alienatio rei vnius Ecclesiæ in aliam. Respondemus in primis, nos hic non loqui de legato, in quo ius est iam acquisitũ tertio, sed de aliis, in quibus nulli Ecclesię infertur nocumẽtũ.

Secundo respõdemus, quòd iusta cũ causa põt non solum Papa, qui est supremus Christi Vicarius, & procurator, res in certũ usum donatas, in alium piũ conuertere, & transferre: Sed ẽt res, & bona unius Ecclesiæ alienare in aliam, quia hoc non est auferre eas a Christo, qui redẽptionis titulo est earum uerus Dominus; sed facere solum, vt seruiant potius vni Ecclesiæ, quã alteri: Episcopus aũt, qui eandẽ procurationem, & administrationem habet immediate à Papa, põt etiam iusta de causa maximè se tenente ex parte rei, legata, seu donata ad certum vsum in alium piũ conuertere; quia cum sic legans, donans, donet principaliter in salutẽ animæ suæ, & in honorẽ Dei, & in materia talis legati pii, ius, & dominiũ sit acquisitũ Christo, qui est oĩum legatorũ piorũ verus, Dominus, põt Episcopus, habita rõne vtilitatis aię, & gloriæ Christi, quibus pricipaliter legatur, & donatur, cõmutare piũ legatũ

in aliud ex æquo vel magis piũ, interpretando in hac parte voluntatem defuncti, cuius exequutor est: sicut potest in reb. quæ alicui sancto promittuntur, seu vouentur, vt late ostendit Caiet. in opusculis, tom. 2. tract. 11. q. 3. Et ad Glossam in c. 1. 22. dist. & c. dudum, de rebus Eccles. non alienan. lib. 6. Respondemus intelligi debere de alienatione facta sine iusta causa, vltra quod falsum est, quòd Episcopus mutãs pium legatum in aliud æqualiter pium alienet, cum numquam tollat rẽ a vero Dominio, qui est Christus, neque eã transferat in profanum vsũ, quia hoc non potest: sed legati materiam permutat in aliam, glorię Christi, & vtilitati animæ defuncti ex æquo, vel magis, profuturam: seruata semper eadem pietate, & eodem respectu Christi dominio, & quamuis res Ecclesiasticas magni momẽti nec vendere, nec alienare, nec commutare valeat, absque cõsensu Capituli, per tex. in c. irrita de his quę fiunt a Prælatis sine consensu Capitali, paruas tamen per se, absq; alio consensu, alienare potest. 12. q. 2. cap. Terrulas, & de donatio. c. Cęterum, & de iure vnius Ecclesiæ posse alteri dare iusta existente causa, tenet glossa in c. 1. de reb. Eccles. non alienandis, §. tenues, per text. in c cũ causam, de prębẽd. & c. ad audientiam, & c. tua nos, de Eccles. ædific. In casu ergo pręsente, tãto magis potuit Episcopus hanc commutationẽ facere, quanto hęredis consensu probata supponitur: cuius consensus, si in cõmutatione grauatur, requirẽdus semper est, vt notat Syluester, legatum 4 q. 13. Legata verò, seu donata monasterio in certum vsum potest, secluso scandalo, Pręlatus commutare in alium magis necessarium: per c. cum tu, de vsur. Nauarr. in Man. c. 17. nu. 92. Claud. verbo Commutatio. §. 4. Generalis autem cum quorundam cõsilio, bona quædam vnius monasterii potest in aliud indigẽs eiusdem ordinis transferre, vt not. Clau. verbo Alienat. § vlt. Hẽriquez to. 1. Summæ Theol. lib. 7. c. 22.

CASVS XXIII.

ANdreas contractis spõsalibus de futuris nuptijs cum Martha, req; habita, illam a patre promissorum, sed non stupri conscio, sæpe, ac sæpius in vxorem postulat, quo renuente, & filiæ persuadente, vt promissa relaxet, alteri sponsæ Andreas, testibus præsentibus, fidem iuratã præbet, nondũm tamen est matrimonium in facie Ecclesię celebratum. Interim Martha apparet grauida de Andrea, & pater instat, vt illam nunc in vxorem ducat, minando vtrique mortem: Ille, fide sibi relaxata, & de nouo alteri cum iuramento in præsentia testiũ præstita, quòm si non ducat, homicidia etiam sequentur, sese excusat, in has angustias Andreas redactus, ad confeßorem venit.

Quæritur in conscientia, quam harum teneatur in vxorem ducere?

PRo secundis sponsalibus duo faciunt. Primum est, quod sponsalia prima fuerunt simplicia, & posteriora sunt iuramento confirmata, ita quod in his, vltra promissionis obligationem, est iuramenti vinculum, & semper vinculum fortius superueniens dissoluit minus, vt notat glossa in cap. Veniens. de spons. verbo Vt vxori. Secũdum, quod relaxatis per Martham, & eius patrem promissionibus, contraxit Andreas sponsalia iurata, cum altera: & Doctores asserunt, prima sponsalia simpliciter contracta, tunc per secunda iurata dissolui, cum iurans a primis intẽdit recedere ex causa, qualis inter alias est, mutua remissio, & absolutio, extra de spons. c. Præterea. Ita Angelus, verbo Spõsalia, nu. 25. §. Sed quid si prima sponsalia. His non obstantibus dicendum est, teneri Andream seruare prima sponsalia, & vxorem ducere Martham, & non alterã. Nec posse, si id non faciat, a confessoro absolui.

Probatur ea potissimum ratione, quia sponsalia contracta cum Martha, subsequuta copula, erant ante Concilium Tridentinum matrimonium præsumptum, ita vt dissoluerent subsequutum matrimonium in facie Ecclesiæ cum alia contractum, vt patet ex c. Is qui fidem de spõsal. & quia pater Marthæ ignorabat hanc copulam, noluit eam dare in vxorem Andreæ, persuasitque filiæ, vt sponsalia relaxaret, quod pater nequaquam fecisset, si copulæ sequutæ fuisset conscius. Idque constat, quoniam vbi primum grauidam vidit filiam, cogit Andream ad eam ducẽdam, & ad promissa seruanda: ac ideo cũ illa relaxatio non fuerit voluntaria, tam ex parte patris, qui de copula nihil sciebat, quam ex parte Marthę, quę coacta a patre talis copulæ inscio, consentit, non potest Andreas virtute talis consensus, & relaxationis inuoluntariæ, alteram ducere: potest enim consensus reuocari, quando noua, & rationabilis causa emergit, quæ si à principio fuisset scita, consensum impediuisset, argum. c. Quemadmodum, de iure iurando, & c. Quinta vallis eod.

Adde, quòd in casu non dicitur, filiam relaxasse sponsalia, sed quod pater hoc ei suasit: & tandem pater relaxauit, illa tacẽte. Iam autem taciturnitas in nociuis, & quæ notabile damnum inferunt, non dicit cõsensum, sed dissensum, l. Filius fam. §. Inuitus & ibi gl. ff. de procu. & est gl. in l. Qui patitur ff man. & glossa in c. Plerũque, 11. q. 7. & c. Nonne. de præsumpt.

Tandem in iis, quæ vergunt in notabile alicuius præiudicium, nullus ignorans tale præiudicium, dicitur in eo consentire: quia consensus supponit notitiam rei cui assentimur: cum ergo pater nullo modo sciuerit, filiam esse stupratam, & grauidam ab Andrea, & hoc ignorans consenserit in dissolutionem sponsalium, & vbi primo hoc præiudicium sibi illatum nouit, consensum reuocauit, & Andream ad ducendam filiam in vxorem cogit, non potest Andreas de obligari ab illa ducenda, ex consensu, & relaxatione facta per ignorantiam præiudicii, tam notabilis, illati patri, & filiæ. arg. c. Si post præstitũ de confess. lib. 6. & leg. de ætate. §. Qui tacuit. ff. de inter act. non. Immò dato etiã quod filia consensisset, & sponsalia relaxasset, non maneret Andreas liber ad cõtrahendum cum altera, eo quod talis consensus, processit ex metu, & verecũdia paternali, quam sola persuasio, & præsentia patris inducit, & quæ causa fuit, vt cõsentiret filia in relaxationem, aliàs non consensura, arg. legis primæ, §. Quæ onerandæ, quarum rerum actio non dat. ibi. & hoc, causa cognita, si liquido, appreat, libertum metu solo, vel nimia patroni reuerentia, ita se subiecisse, vt vel pœnali quadam stipulatione se subiecisset, per quę legis verba significatur, quod non solum actus annullatur, factus coram eo, cui debetur reuerentia, vt patri, vel patrono: sed etiamsi fiat postea, dummodo causa cognita appareat, quod propter metum, vel nimiam reuerentiam cõsensit. Quod ipsum multis probat Felinus, in c. Nonne. de prę script. vbi ait quod illa reuerentia annullat actum, quæ est causa ob quã fit actus, qui alias non fieret, quod ipsum ibidem notat Panormitan. & idem Felinus in c Cum omnes, de consti. & glossa, ac Bartol. in d. §. Quę onerandæ. Quæ autem initio in contrarium adducuntur facile soluuntur: ad primum, negamus spõsalia secunda iurata, dissoluere priora simplicia. Immò contrarium dicitur in c. Sicut ex litteris, de sponsalibus, & 22. q. 1. c. In malis promissis: & cum illa secunda sponsalia fuerint illicita, nempe facta cõtra priorem promissionem, iuramentum in illis non obligat: Immo quoad iniuriam quæ fit tertio, non est differentia inter iuramentum, & simplicem promissionem, cum vtrumque delictum sit mortale. Vt habetur in c. Iuramenti 22. q. 5. vt dicitur, ideo Dominus inter iuramentũ, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam; quia sicut in iuramento nullã conuenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utrumque, & periurium, & mendacium, diuini iudicii pœna damnatur.

natur. Tabiena, verbo Sponsalia, num. 8. Syluester eod. quæst. 10. Armilla eod. n. 9. Couar. 1. par. c. 4. num. 3. Soto dist. 27. quęst. 2. art. 4.

Ad secundum dicimus, quòd ex consensu partium, tunc dissoluuntur sponsalia, quando consensus est liber, qualis hic neque ex parte patris stuprum ignorantis, neque ex parte filię, quæ ob metum reuerentialem patris, id fecit, aliàs non factura. Tenetur ergo Andreas Mattham in vxorem ducere, quā defflorauit, & grauidam effecit: & si id nolit facere, non debet à confessore absolui.

CASVS XXIIII.

Marcus sæpe sæpius, tam in domesticis, quam in publicis colloquijs, veram cum falsis commiscendo, famam cuiusdam notabiliter denigrauit, & cum multi sint iam transacti anni, a quibus hæc læsio est facta maximaq; inter eos nunc sit familiaritas, nec Marcus recordari possit omnium, apud quos de illo detraxerit, nesciatq; modum quo famam illius resarcire valeat, tum ob temporis diuturnitatem, tum quod timeat, dissolui posse amicitiam cū magno utriusque damno, si in cognitionem veniat, authorem illius infamiæ Marcum fuisse, confessoris consilium postulat.

Quæritur, quid Marco sit consulendū pro restituēdo præterito infamiæ damno?

NOn desunt graues authores, qui putent infamiam, quę ex diuturnitate temporis creditur iam oblita, non esse restituendam. Tum quia si audientes sunt iam obliti, cessat apud illos infamiæ damnum: & cessante damno, cessat restitutionis obligatio.

Tum quia dato, quod à principio fuerit læsa fama, iam nunc diuturnum tempus obliuionem inducens, læsionem resarcitit: & verum dicere, quod nunc non est fama læsa, ac proinde si desiit læsio, frustratoria est restitutio. Tum denique si infamia est iam oblita, retractatio illius est potius renouatio eiusdem, reducendo in istorum memoriam oblitum crimen fratris, quàm restitutio, & ideo noceret sic se retractans magis quàm prodesset. Hanc partem tuentur S. Antonin. 2. par. tit. 2. c. 2. §. 3. & Siluest. verbo Detractio, nu. 4. & alii. Nos tamen contrariam opinionem probabiliorem, & in consciētia tutiorem esse putamus: & infamiam quamuis temporis diuturnitate consumptam, si tamen illi apud quos fratrem infamaui, adhuc viuunt, etiamsi credam, eos talis infamiæ iam non recordari, restituendam nihilominus esse, dicendo saltem tot laudabilia de illo fratre, vt æqualis sic apud eos maneat recompensatio, et pristinæ læsionis fiat resarcitio. Ita Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. Tabiena verbo Restitutio, nu. 8. Nauar. in Manual. c. 18. nu. 47.

Probatur hæc opinio: Primo, quia loquendo moraliter, difficile, immò quasi impossibile est scire, alios, apud quos fratrem infamaui, esse illius criminis, quo famam læsi, penitus oblitos cum rei, cuius vno die quis non meminit, altero die recordetur, & vt plurimum infamiæ tenacius in memoriā defigantur, quàm laudes. Secundo, quia etiam si certo sciretur infamiam esse nunc iam omnino oblitā: negari tn̄ non pōt a tempore illatæ infamiæ, vsque ad eius obliuionem, fuisse honorem fratris contra iustitiam lęsum, & damnum passum, & ideo restituendum, cum sit iniuste illatum. Tertio poterit frater ille, cuius famam aliquando læsi, aliquid nunc facere, ob quod renouetur memoria eorum apud quos illum infamaui: vt si cum aliquo eorum graues inimicitias suscipiat, vel aliud agat, ob quod infamia iam quasi sepulta reuiuiscat, & in mentem de nouo veniat, & his damnis tenetur infamator occurrere per restitutionem, quia illis occasionem per iniustitiam ab initio præbuit.

Quarto contingit sæpe, vt malum auditum de fratre tanto firmius credatur, quāto illud qui dixit, a multis annis confite-

tetur, & sacram communionem recipit, nec tamen restituere vmquam curat, ac proinde damnum, quod quis a principio infamando intulit, non cessat, & per restitutionem resarcire debet. Neque ad restitutionem sufficit familiaris conuersatio, seu amicitia vetus, quæ inter infamantẽ, & infamatum est. Quia etsi per hanc tollatur odium, & rancor, non tamen tollitur obligatio restituendi famam, quæ per infamantẽ ablata est: sicut nec furi, aut alteri debitori aufertur restitutionis vinculum, si cum creditore, & domino rei familiariter conuersetur, l. cum in debito. ff. de probat. & tradit Nauar. in Manual. c. 18. nu. 47. Et quamuis Caietanus, vbi supra existimet, teneri semper in hoc etiam obliuionis causa, infamantem, qui falsum imposuit, sese retractare de falsitate: ac ideo adolescentem, qui falso apud aliquos se iactauit, cum tali puella habuisse rem, & postea senectute iam confectus, recordatur huius peccati, & damni honoris huius fœminæ illati, debere apud eos, quibus falsum illud dixit, reuocare mendacium, nec sufficere eam laudare, aut recompensationem aliam facere. Nobis tamen videtur sufficere, quòd infamator inquirat ab illis, quibus falsum crimen fratris narrauit, an recordentur alicuius delicti, quod de tali fratre ipsis dixerit, quod si responderint se nequaquam recordari, tunc addit hæc verba generalia, si forsan aliquod delictum a me de illo audistis in detrimentum sui honoris, existimate me aliqua ira obcæcatum id falso dixisse: hoc enim modo verbis ita generalibus, nec reducetur in memoriam delictum fratris, quod iam est obliuioni traditum, & fiet resarcitio honoris, & famę proximi, à principio per mendacium denigratæ. Ita Nauarr. vbi supra, quem sequitur Magister Frater Michael Salon. in 2. 2. q. 62. art. 2. controuersia 17.

Pro responsione autem ad ea, quę pro contraria parte sunt allata, est aduertendum primo, quòd infamator numquam potest esse certus, quòd delictum fratris exciderit prorsus à memoria eorum, quibus illud retulit: & dato, quòd non recordarentur, neque fama sit pro nunc læsa actu, & in casu obliuionis cesset damnũ in actu non cessat tamen in habitu, & in ipso delicto, & sic fama manet semper lęsa in virtute prioris mendacii, cum possibile sit adhuc posse auditores de illo aliquando recordari, & hoc damnum tenetur infamator adhuc reparare. Aduertendum secundo, quòd quando mendaciũ, quo fuit proximi fama maculata, est oblitum, non oportet sese de illo in indiuiduo retractare: sed, vt de tali obliuione fiat certus infamator, tenetur ab illis, quibus illud retulit, inquirere, an de aliquo crimine contra talem fratrem a se dicto recordentur, & si responderint affirmatiuè, tunc se retractet: si negatiuè tunc restituat per illa verba generalia, modo quo supra diximus: neq; hoc est delictum fratris in memoriam audientium reuocare, vt infametur: sed est obuiare, damno à principio illato, etsi aliqua mala opinio adhuc reuixerit, & in mentem infamia fratris aliquãdo redeat, cesset prorsus omnes damnum. Et per hęc dissoluentur facile argumenta omnia. Ex his clare constat in casu proposito consulendum esse Marco, vt si proximum infamauit, delictum occultum manifestando, restituat laudando: si falsum imponendo, inquirat ab audientibus, an meminerint, & si recordentur, tunc de eo se retractet: quòd si obliuiscantur, satis erit p verba generalia se reuocet, modo quo supra explicamus.

CASVS XXV.

ANtonio tutori relicta est quædam pecuniarum summa in pupillorum vtilitatem conuertenda, & cum res quædam fructifera a Ludouico vendenda exponeretur, fidemq; illi in scriptis dederit de ea emenda: interim, quod de pretio agunt, offertur Antonio res alia venalis multo pupillis vtilior, quę reddit ad sex pro centenario, cum illa prior vix reddat

ad

ad quatuor. Nunc dubius an debeat promissis stare cum damno pupillorum; vel magis horum vtilitati cum fidei suę nocumento, & honoris iactura consulere, ad confeßorem accedit.

Quæritur quod consilium in foro conscientiæ est illi dandum?

Difficultas, quam præsens casus continet principaliter, ea est; An tutor debeat vtilitati pupillorum cũ iactura sui honoris prospicere: ita vt pati magis teneatur damnum aliquod temporale in suo, quam permittere, vt bona pupillorũ, quorum est tutor, illud patiantur.

Et quamuis primo aspectu videatur, teneri tutores ad præferendum damnum pupillorum, nocumento proprio, quia is, qui obligatur ex officio ad aliquid, tenetur non tantum ex charitate, sed etiam ex iustitia, ad illud. Et proinde iudex, vel prætor, si videat latrones inuadentes domum, aut hominem volentem occidere alium, tenetur sub culpa mortali, & vinculo restitutionis, ad impediendum hęc mala, etiam cum aliquo periculo damni proprii, arg. c. Sicut dignum, de homicidio voluntario. Vbi Alexander Papa III. ait. Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, occidit, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, & hoc præcipuè intelligi de illis, quibus ex officio id incumbit, quia tales contra iustitiam delinquunt. est communis Doctorum sententia ibidem. Oppositum tamen, quoad tutores, est tenendum, hos scilicet non arctari ex officio tutelæ, ad procurandam vtilitatem pupillorum, cum iactura honoris, aut alio damno proprio, quando pro huiusmodi tutelæ officio nullam mercedem habent.

Probatur primo, quia nullus tutor, qui sit vir cordatus, intendit se obligare ad habendam maiorem curam pupillorum, quàm sui, nec reperiretur, qui vellet tutelæ munus suscipere cum tanto onere, & vinculo.

Secundo, nulla est lex, quæ obliget ad hoc tutores; neq; vllus fuit vnquam tutor tanto scrupulo vexatus, qui se obligatum agnosceret ad tantam solicitudinem, vt si non anteponeret damna pupillorũ suis damnis propriis, crederet peccasse mortifere, aut obnoxium esse restitutioni. Tertio, quia non est intentio illius, qui in testamento pupillis suis tutorem instituit, obligare eos ad plura, quam ius ipsum obligat: quòd est ad duo: primum, vt pupillos a criminibus intactos conseruent: secundum, vt res eorum ab iniuria impiorum præseruent, vt dicitur in cap. Omnis ætas. 12. q. 1. & leg. 1. §. de tutela. vbi tutores dicuntur quasi tutiores. Nam tertium, quod aliqui addunt, vt pecuniã seu bona mobilia parui momenti, & quę corrumpi facile possunt; in res pupillis fructiferas conuertant, Intelligitur quando id licite fieri potest, & inueniuntur vẽdentes, vt notat Barthol. in leg. Tutor. §. 1. ff. de admin. tit. Et ideo sicut instituens tutorem, non tenebatur cum damno illius, filiorum bonis cõsulere, ita nec tutor.

Quarto, quia etsi illi officiales, qui se ipsos locant, & mercedem accipiunt pro munere aliquo obeundo, tenētur obstare damno alieno cum periculo proprio, & suarum rerũ damno, iuxta quantitatem mercedis ita, vt officii stipendium, & dãnum, cui est obstandum, excedat nocumentum proprium, cui se offerunt, tenentur tunc hoc subire, vt illud euitent: secus autem quando stipendium est paruum, & damnum proprium præponderat magis, quàm alienum. Alii tamen officiales, qui nullo præmio, aut mercede inseruiunt, sed solum tale munus agunt, quia fuerunt ad id electi: vel hoc susceperunt ex suamet liberalitate, & pietate, nec se ad aliud obligarunt, quàm ad agendum id quod possunt, non tenentur ex iustitia malis alienis occurrere cum damno proprio: & ideo quãuis alii mercede conducti, si damno alieno non obstant, teneantur de leui et culpa: qui tñ absq; mercede vlla inseruiunt, nõ tenentur ad restituendum, nisi ex dolo, & culpa lata, seu graui

vt docet Syluester verbo Restitutio. 3. q. 5. Cum ergo tutores absque mercede pupillorum curam habeant, non ligantur in conscientia pro illorum rebus ad patiendum iacturam in propriis: sed iuxta leges prudentiæ, tantam de illis sufficit habere curam, quātā de suismet hēnt.

Addeo etiam, quod in casu præsenti tutor promissionem dedit, non tantū simplici verbo, sed in scriptis: quam etsi putent aliqui etiam acceptatam, & corā testibus factam non obligare nisi sub culpa veniali, quia contrariatur virtuti fidei tantum, quæ fidelitas, & veracitas dicitur: & hæc obligat sub debito solum mortali, et nō iustitiæ, nisi forte per accidens, ratione materiæ grauis, & nociuæ, quæ pmittitur, vt ait Soto relect. secret. membr. 1. q. 1. & in 4. dist. 20 q. 2. art. 2. Caiet. 2. 2. q. 113. art. 1. dub. 4. Et in Summa verbo Perfidiā. Medina Cod. de restitut. q. 3. Henr. Henriquez in Summa Theologiæ lib. 13. de excommunicatione ca. 17. §. 6. Attamen quia ex nō seruata hac promissione, nō solum argui potest tutor de mēdacio: sed honoris suis iacturā patietur, vt in casu dicitur: neque aliquam ex tutela mercedem habet; ideo promissionē absque dolo factam, tenetur seruare, & promissionem non solum scripto, sed simplici verbo factam obligare ex vi, & natura sua ad culpam mortalem, est cōmunis opinio: quia promittere, non solū significat, dicere verū, sed dicere illud obligando se ad seruandum, & adimplendū id quod promittitur. Ac proinde, qui promissis non stat, non tantum contrariatur fidelitati, & veritati, quia mentitur, sed etiam iustitię legali, quæ respicit conuictum & societatem humanam in promissis seruandis, vt docet Nauar. in Manu. c. 18. nu. 6. S. Antoninus 2. p. tit. 10. ca. 1. §.... Syluest. verbo Pactū nu. 3. & 4. Pan. 22. q. 5. c. Iuramentum, & ca 1. de Pactis. F. Michael Salō. in 2. 2. q 5 de Domnio. art 3. dub. 2. & quamplures alii.

Neque obstat si dicatur, promissionē in casu præsente non obligare, eo quod superuenit aliquid, quod si a principio sciretur a promittente, nequaquam promitteret, vt ait glo. in c. Significasti. 1. de homicidio, & tradit D. Tho. 2. 2. q. 160. ar. 3. ad 5. Iā aūt si tutor, quādo promisit, sciret futurā aliam rē multo vtiliorē pupillis non promisisset emere hāc, quæ est minus notabiliter fructifera: q̄a, vt ait Seneca l. de beneficio, promissionis vis cessat: superueniente rerum mutatione, vel statu. Respondemus, quod in impedimētis, quæ occurrunt post promissionem factam, ne executioni mandetur, debet fieri ęqua collatio, cum re promissa, consideratis conditionibus locorum, personarū, temporum, & negociorum: & id quod recta ratio suaserit esse honestius, id exequutioni mandādū est: & quia in præsēti casu occurrit tutori iactura proprii honoris, & damnū pupillorū, nō tenetur huic obuiare cum fractione fidei data, quæ redundat in contumeliam suam: magisq; docet tutorem consulere sibi, quàm pupillis, & maxime quando damnum proprium pręponderat damno pupillorum: confessor tamen in casu isto perpēdat diligenter, An tutor possit iacturā honoris resarcire absq. pupillorū dāno, cū. n. nondū sit cum Ludouico cōuentū de pretio; & ideo promissio emendi intelligatur, dummodo pretio iusto res vendatur: & prædium, quod reddit de fructibus quatuor pro cētenario, multo minori pretio emendum sit, quam quod, cæteris parib. reddit sex pro centenario: debet tutor in conuentione pretii vtilitati pupillorum consulere, & non tanti emere prædium vnum, quanti aliud.

Ad id vero, quod in principio obiiciebatur, iudices, & pretores, ac alios officiales teneri cum periculo proprio, obuiare aliorum damno. Respondemus id verū esse in illis officialibus, qui mercede ad id conducuntur, vt sunt iudices, prætores, & alii, quibus stipendiū datur pro munere suo obeūdo, & ideo isti tenentur ex cōmutatiua iustitia restituere dānū, cui non obstant ex leui ēt culpa: sed illi, qui nulla mercede conducuntur, sed vel ab aliis eliguntur, vel ipsimet suscipiunt illud officiū

ca

ex liberalitate, & pietate absque pretio, & mercede, non tenentur rigore tãto ad obuiandum alienis malis, nec ad restituẽdum obligantur, nisi quando dolose, & culpa lata noluerunt damna aliena impedire, vt ait Siluester, restitutio 3. § 5. et Fr. Salon. in 2. 2. q. 62. art. 7. tit. de iis, qui tenentur ex officio obstare concl. 2. & 6.

CASVS XXVI.

Martinus beneficia plura simplicia obtinet quorum vnum ad vitam ipsius honeste sustentandam sufficiebat; superfluos aũt redditus hucusq; expendit in primogenitura ad suæ familiæ splendorem, & nobilitatem instituenda, necnon aliquibus in rebus lasciuis, non defuit tamen vnquam reparandæ Ecclesiarum fabricæ quãdo opportuit, nec in dãdis eleemosynis cum pauperes occurrebant. Nũc tamẽ illi fit scrupulus, tum quod sine causa pluribus beneficijs ad opulentiam sit potitus, tum quod superflua in ditandis parentibus consumpserit. Ad confessorem accedit.

Quæritur, An sit astringendus in foro conscientiæ ad renuncianda ea beneficia quibus abundat, et ad restituendos omnes fructus, quos in Ecclesiæ vtilitatem, & in pauperes non consumpsit?

PRimũ, quod hic quęritur illud est, An simplicium beneficiorum pluralitas, quorum neutrum residentiã de iure requirit, & vnum ad honestam possidentis sustentationem sufficit, mortifere sit illicita. Negantem partem tenuit Ioannes Andreas cum aliquibus alijs, in c. Cùm iam dudum. de prębend. & in ca. fin. de cleric. non resid. ductus ea tantum ratione, quòd deformitates, quas pluralitas beneficiorum secum fert, non vidẽtur proprie conuenire aliis beneficiis, quàm curatis, vel quæ residentiam personalem de iure exigunt, cum non sit possibile, aliquem, in pluribus Ecclesijs deseruire, & dum vnus loco plurium instituitur, diuini cultus sequitur diminutio, & voluntates illorum, qui bona sua Ecclesijs reliquerunt, vt certus in eis esset ministrantium Deo numerus, defraudantur, & aliæ similes inordinationes, quas in pluralitate beneficiorum dicunt Doctores contineri, clerici presentiam, & residentiam supponũt; à qua simplicia hęc beneficia sunt libera; vnde his aliquem abundare, dummodo excessus non sit tantus, vt in vitium declinet, non videtur hodie illicitum cum sit communi vsu iã receptum, qui vsus vim legis adeo obtinuit, vt vix vnus reperiatur, qui plura simplicia habens, existimet se in damnationis statu esse. Et pro hac opinione refertur glossa in c. Gratia. de rescrip. lib. 6.

In hanc etiam opinionem inclinat Sotus de iustitia, & iure lib. 3. q. 6. art. 3. ad finẽ conclusionis quartæ, vbi dicit, quòd habere quem duo simplicia beneficia, nõ est vsque adeo contra naturæ ius, & diuinum, vt consuetudo illud nequeat abrogare; quoniam, licet habendus etiam oculus in istis sit ad iustitiam distributiuam; potissimum tamen ad commutatiuam, per quam Ecclesiis de ministris prouidẽdum est: vbi autem residentia non est requisita, ibi Ecclesia non læditur ob præbendarum pluralitatem: quæ eadem opinio fuit Innocentii in c. Dudum de elect. & c. Cum iam dudum de præbend.

Affirmatiuam tamẽ partem, quòd peccatum lethale sit habere plura beneficia etiam libera a residentia, quando vnum debitæ sustentationi est sufficiens, puto verissimam, & in conscientia omnino sequendam: neque esse a confessore absoluendum, qui retinet huiusmodi plura beneficia, nisi ea, quę excedunt decentem sui status sustentationem, renunciet, vel per dispẽsationem iusta causa factam illa possideat, idque in prima parte est satis ostensũ, sed vt ista veritas magis pateat, ac firmius clericis adhęreat.

Probatur primo, ex decreto Concilij Trid. sess. 24. de Reformat. c. 17. vbi statui-

mitur in hæc verba. Quoniam multi impiæ cupiditatis affectu, seipsos non Deũ decipientes, ea quę bene constituta sunt, varijs artibus eludere, & plura simul beneficia retinere, non erubescunt: sãcta synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibusuis personis, quocumque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obseruari, statuit, vt in posterum vnum tantum beneficium ecclesiasticũ singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandum non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrunque personalem residẽtiam non requirat, eidem conferre.

Ex cuius Canonis tenore satis constat, beneficium quamuis simplex, & à residẽtia immune, si ad debitam possidentis illud, sustentationem sufficit, esse incompatibile cũ quocunq. alio beneficio: quia cum beneficia sint instituta propter officia, & ad clericorum sustentationem, inde est, quod si vnũ sufficit ad honeste, & competenter sustentandum clericum, eo ipso tuta conscientia nequit aliud obtinere: Tum quia iniuriam facit aliis clericis egentibus, quibus illud esset conferẽdum. Tũ quia sic fraudatur intẽtio eorũ, qui beneficia instituerũt: & Ecclesię ordo peruertitur, dum vnus plura beneficia habet, & alius nullũ: daturq; ita occasio diminuẽdi clericorum numerum; & tandem Christi patrimoniũ iniustè distribuitur: ob quas, & alias plures inordinationes, quę in pluralitate beneficiorum naturali, & diuino, quasi iure continebãtur, decretum illud Conc. Trid. fuit sanctissimè institutum, vt qui haberet vnum beneficium suæ honeste sustentationi congruũ, nullum aliud etiam simplicissimum habere posset: & solum illa beneficia essent compatibilia, quæ non haberent sufficientes redditus ad decenter clericum sustentandum.

Probatur secundo, authoritate glossæ in c. Dudum 2. de electione, in verbo Retinere, vbi notat, quòd qui habet plura beneficia, quorum alterũ per se sufficit, non potest sine peccato mortali retinere aliud: & glossam sequitur Panormit. & alii iurisperiti, ac D. Tho. quodlib. 8. art. 12. Maior in 4. d. 24. q. 4. Dionysius Carthusianus in Opusculis tom. 1. tractatu de pluralitate beneficiorum, Syluest. beneficium q. 1. Angelus eod. nu. 34. Tab. eod. 2. q. 24. Armilla eod. nu. 42. Nauarr. in Manual. c. 25. nu. 14. & 134. & in tractatu de orat. Miscelaneo 62. Et in consiliis lib. 1. tit. de cõstit. cõs. 1. nu. 50. & lib. 3. tit. de præben. cons. 12. nu. 1. & cons. 14. nu. 1. & cons. 26. n. 6. & 7. & cons. 59. nu. 1. quib. in locis affirmat, & probat beneficium, quod est sufficiens alicui, esse incõpatibile cuilibet alteri beneficio, quantumuis simplici, & parco quoad ipsum, qui habet illud: & ideo peccare mortifere eum, qui plura, quam illud vnum sibi sufficiens absq. iusta dispensatione retinet. Quare cõfessor illum, qui plura quã vnũ beneficiũ habuerit, si istud fuerit sufficiens ad eius sustẽtationem, nequaquã absoluat, nisi forte per iustam dispensationem illa plura obtineat. Cũ talis pluralitas repugnet naturali iuri, quo vnicuiq; membro competit suum proprium officium: & diuino iuri, quo Ecclesiasticus ordo est conseruandus, & Christi patrimonium rectę est distribuendum. Repugnet etiam humano iuri Conc. Trid.

Et si quæras, a quo est hæc pluriũ beneficiorum simpliciũ dispensatio impetranda, & obtinenda. Rñdeo, quod etsi aliqui putent post Conc. Trid. Papã solũ illã posse concedere, tum quod per dictum Cõciliũ, omne beneficium sufficiens alicui, est incompatibile cuilibet alteri etiã simplicissimo, vt supra est dictum: & incompatibilibus dispensatio ad solum Papam spectat per c. Dudum extra, de electione, & electi potestate. Tũ qd in decretis Cõcilii Trid. dispensare nullus potest præter Papam. Nobis tamẽ videtur, quod vbi consuetudo immemorabilis extat continuata ad hũc vsque diem, veluti in aliquib. Hispaniæ partibus dicitur esse, Episcopum in hac simplicium beneficiorum

plu-

pluralitate dispensare, iusta ex causa posse: moueor in hanc sententiam, quia hæc dispensandi facultas humano tantum iure uidetur illis prohibita: sed vsus, & consuetudo, humanum ius interpretatur, immo & illi derogat, vt notant Doctores in c. Cum tanto, de consuetudine, ac proinde vbi usus hanc facultatem Epis tribuit, standum erit vsui. Ita F. Michael Salon. sequutus Sot. & alios in 2. 2. q. 63. art. 2. contr. 5. conc. 2. Neq; obstat, c. Dudū, de elect. & electi ptāte, quia in illo agitur solum de bñficiis curatis, & de ijs, quæ sunt incōpatibilia ex sua natura intrinseca, & principali, qualia sunt regularia, & q̄ personalē residentiā requirūt: iā aūt bñficii sufficiētis, cum alio incōpatibilitas, est accidentaria, & minus principalis: nascitur. n. ex eo solum, quod redditus illius sunt sufficientes ad sustentandum eum, qui illud hēt. Nō ēt obstat nouū decretū Cōc. Trid. quia in illo nullū est verbū, quo Epi priuentur hac facultate, q̄ præscripta consuetudine obtinent. Qđ si quæratur, an hñti plura beneficia, qui in confessione de hoc se non accusat, teneatur cōfessor interrogare, si iusta dispensatione illa obtineat?

Respondeo, quod tenetur, si confessor dubitat, eum non habere talem dispensationem, ut in simili notat Caietanus in sua Summa, uerbo interrogationes confessarii, & si respondeat, se nullam dispensationem habere, tunc illum non absoluat, nisi ea, quæ superfluunt, vltra decentem sustentationem renunciet. Quod si pœnitens est uir doctus, & Deū timēs, nō est quod cōfessor quidpiā interroget, sed debet eū absoluere, & existimare ipsum iustam habere dispensationem, quæ eum a peccato saltē mortali excuset: & quod nō manifestat eā cōfessori, quia nō est ad id obligatus, nisi uelit: ut notāt Doctores in c. Omnis. de pœnitentiis, & remissionibus, & Nau. in cōsiliis, li. 3. tit. de Præbendis, cōsi. 15. Aduertendū tamen est, quod causę ad dispensandū iustæ cū aliquo, ut possit tenere plura beneficia, reducuntur ad tres. Prima, necessitas, ut quia deficiūt alij idonei. Secūda, vtilitas Ecclesiarū, et subditorū, quib. magis est pfuturus, quā alius: Ita qđ potius dantur illa beneficia plura uni, ob cōmodū, & augmentū eorūdē bñficiorū, q̄ ob vtilitatē propriā accipiētis. Tertia, prerogatiua meritorū, ut quia est tantę qualitatis, & talis eminentiæ, qđ ad suā decentē sustentationē requiruntur illa plura, nec sufficit unū. Ex quib. colligit Panor. cōiter in hoc receptus, in c. Dudum. de elect. Cōsuetudinē nūquā fecisse licitā pluralitatē beneficiorū, nisi cōcurrēte aliqua ex dictis causis, quæ id iustū redderet, & ita clericū habenten sic plura beneficia sine necessitate, vel vtilitate eorūdem beneficiorū, & sine prædictorū meritorū prerogatiua, nō potuisse tuta cōscientia lucrifacere fructus, neq; eos in priuatam vtilitatē cōuertere. Vide Angelū, uerbo Beneficium. n. 35. in fine. Aduertendū deinde, q; etsi Card. in Clem. gratiæ, de rescrip. putauit cām iustā ad tenenda plura beneficia, esse intentionē cum effectu expendendi in pauperes, & in opera pia oē illud qđ excedit suā honestā sustentationē: Hanc tñ opinionem, non puto esse uerā, maximè post Conc. Trid. Tū quia hoc ī Canone supr. cit. apertè prohibet, ne plura bñficia uni, conferantur, sed vnum tantū, uel ea duntaxat plura, q̄ suæ honestæ, & decenti sustentationi sufficiant. Tum quia sic, quo quis esset ex sanguine ignobiliori, & sorte magis infima, iustiorem haberet causam impetrandi plura beneficia, ad multos suos parētes, quib. abūdat, & pauperrimi sūt subleuādos, & eleemosynis cōpetētib. alēdos, et ita ignobilitas esset iustior causa ad dispēsādū, q̄ nobilitas: cuius contrariū dicitur in capi, de multa. de pbēdis. Tū deniq. q a sic raro, aut nunq̄ poneretur in effectu pfatū decretū Cōcil. Trid. immò esset penitus frustratoriū, q a null⁹ clericus est, q facile nō possit expēdere, q̄ decētē suā sustētationē excedūt, ī pauperes, et vsus pios: et ita posset q libet tuta cōsciētia habere plura beneficia. Cuius oppositū supra determinauimus. Et si q̄ras. Vtrū dispēsatus sine iusta causa. possit tuta cōsciētia, plura simplicia beneficia tenere? Rñdeo q; nō: Ratio est, q a actus haben-

bendi plura beneficia, est prohibitus duplici iure: nempe, naturali, & humano. Naturali quidē, eo quod nisi circunstantia iustificetur, inordinationem, & malitiam ex se continet: veluti hominis occisio, vt declarat D. Tho. quolibeto 9. art. 15. Humano aũt, eo quod in Conc. Trid. sess. 14 c. 17. de reformatione prohibetur expresse. Et quamuis Papa dispēsare possit i iure positiuo humano ex sola sua uolũtate, non tamen iure naturali sine causa iusta, vt satis constat, & ideo dispensatus à Papa in pluralitate beneficiorũ excusaretur à transgressione præfati Canonis, sed non a transgressione malitiæ naturalis, quam talis pluralitas in se continet; credendum tamen est Papam in huiusmodi pluralitate non dispensare, maximè post Cōcil. Trid nisi ex causa iusta, & vbi hæc non adest non dicitur dispensatio, sed dissipatio: nec aliter dispēsatus erit tutus in conscientia. Panormitanus in c. Dudum el 2. de electione. Nauar. in Miscellaneis de oratione. Miscellaneo 6.

Admonēdi verò sunt impetrantes plura beneficia etiam a Papa, non dispensari cum eis in pluralitate per id solum, q in sua petitione exprimunt, se aliud, vel alia iam tenere: sed necessum esse, vt exprimant, q illud aliud, vel illa alia, sufficiunt ad decentem, & honestam suam sustentationē, & ob aliquam iustam causā alia adhuc postulēt, alias peccant mortifere illa plura obtinentes, & possidētes.

Tum quia talis pluralitas, vltra ea, q̃ sufficiunt, cũ sit strictè prohibita in Concil. Trid. non est intentionis Papæ, agere contra illum Canonem, vel in eo dispēsare, absq. iusta sibi expressa caussa. Tũ q a deformitas, & malitia, quam in se includit pluralitas beneficiorum excedentiũ sustentationem decentem, nequit etiam per Papam dispensari absq. iusta causa. vt iam supra diximus. Tum quia, in c. Non potest. de p̃bend. lib. 6 Bonifacius VIII. ita ait; Cum vero tibi (nō obstante quod aliud beneficium obtinere noscaris) è sede prædicta de aliquo beneficio prouiderecontingit per hoc tecum, vt primũ beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispen satum. Hoc enim solum præfata operatur expressio, quod facta tibi gratia, nequat subreptitia iudicari. Hęc ibi. Confessor igitur hos, qui cũ haberent beneficium, seu beneficia ad decenter viuendum sufficientia, alia adhuc simplicia habent à Summo Pontifice data, seu impetrata, vt afluentius viuant, nequaquam absoluat, nisi quæ sustentationem excedunt, renuntiēt. Ita Panormit. vbi supra, & Nauar. in Miscellaneo sexagesimo primo, num. 2. & 3.

Quod si quæras: quod, vel quæ beneficia, iudicari debent sufficiētia, vt vltra illud, seu illa, nequeat aliud simplex, & alias compatibile iuste retineri?

Respondeo, non posse certam, & definitam præscribi vnam regulā, sed iuxta varias qualitates, & conditiones personarum, esse id prudentis confessoris iudicio mensurandum. Nam quę quantitas vni clerico ignobili, nec graduato ad se decēter sustentandum abundat alteri magis nobili, vel gradu aliquo Theologiæ, seu iuris Canonici insignito, non sufficiet: et ideo glo. recepta in c. Cũ adeo de rescrip. 11. q. 1. c. 1. ait: alimentorum sufficientiā attendendām esse secũdum qualitatem, & dignitatem personæ, cui est prouidendum nec sufficere Canonico Bononiensi centum florenos ad se commode sustentandũ, & Baldus cōiter in hoc receptus, in dicto c. Cũ adeo de rescript. affirmat, beneficium non esse sufficiens nobili, nisi ex eius fructib. alere vnum æquum, seu æquitaturam valeat, in quo ambulet: q ipsum tenet Iurisconsultus in l. Idemq. §. Idem labeo ff. mand. & litterati æquiparantur in hoc nobilibus, per gloss. receptam, in l. Societas. §. Socias ff. pro socio. & habetur in c. de multa de præbend.

Et quam uis Gulielmus Parisiensium Episcopus, cum præcipuis illius celeberrime Accademiæ Doctorib. statuerint, beneficium cuius redditus ascenderet quindecim Parisienses libras, esse sufficiēs ad clerici sustentationē, ea tamen determinatio, cum fuerit facta de anno 1208 &

in

in ciuitate quæ tunc temporis erat opulentissima, & vbi res vsui cōi necessariæ, paruo forte pretio emebātur, poterat tūc iusta, & ęqua videri, nō tamen isto tempore, inquo hominum conditiones sunt mutatę, & sumptus maiores fieri solent, & res venales sunt multo cariores.

Quapropter confessor, si occurrat sibi iste casus, de clerico habente plura simplicia beneficio, non facile sentētiam ferat, sed diligenter perpendat cōditiones, & qualitates personę habentis illa plura beneficia. An sit nobilis, & in quo nobilitatis gradu; an litteratus, et qua laurea litteraturæ decoratus: neque enim ęqualis omnibus est sustentationis mensura, sed alia, & alia pro diuersitate qualitatis, & status; pro varietate etiam meritorum erga Sedem Apostolicam, vel aliquā Rēpublicam, seu Principem: Attendenda ēt est personæ complexio delicata, aut robusta, infirmitatibus subiecta, aut sana, & an beneficium sit situm extra vias, aut in via aduenientium hospitalitati subiectum, charitas, denique victus, & vestitus, ac medicinæ, & id genus alia.

Nec displicet illorum opinio, qui speciatim, hanc honestam, & decentem clerici sustentationem, ita definiunt, vt dicant beneficium illud esse sufficiens clerico simplici, & sano, quod de redditibus habet tantum, quantum, sufficit ad eum honeste, & commode alendum, cum seruitore, qui ei ministret, & coquo focario, qui alimenta præparet: & ad conducendam illi habitationem, in qua cum eis viuat. Beneficium aūt sufficiens clerico nobili, etiā inferioris gradus, vel Magistro Theologię, & Doctori iuris Canonici, mediocris litteraturę, illud esse, cuius redditus sufficiunt ad eum alendum, cū duobus seruitoribus, qui ipsum committētur & vnam equitaturam, ac vnum coquum focarium, & ad conducendum habitationem huius familię capacē, & digniorē illa, qua clericus simplex eget. Ad hoc vero vt sufficiens nobiliori, mediocris tamē ordinis, vel Magistro, & Doctori pręcellēti, oportere vt suis reddiubus possit alere personam suam, & quatuor seruitores vltra coquum focarium, & vnam equitaturam, ac domum capacem, & digniorem ea, qua eget nobilis inferioris gradus. Beneficium tandem dicetur sufficiēs sustentationi clerici nobilissimi, vt puta filij, aut fratris Ducis, Marchionis, aut Comitis: maioris quod valet tātum, quātum sat est, ad eum de victu, & vestitu alendum, cum duabus equitaturis, & octo seruitoribus, & vno quoquo, & ad conducēdum habitationem dignam suo honore, & splendidiorē ea, qua eget nobilis medii gradus De filiis autem, & fratribus regum, & aliorum principum, nō recognoscentium superiorem, quique in altissimo nobilitatis gradu sunt, non potest alius diffiniri, quam quod recordentur se de patrimonio Christi viuere, & aulas principum Ecclesiasticorum longe diuersas esse debere ab alius principum secularium neque fideles reliquisse bona sua ecclesijs, ad histriones, & venatores alendos, sed ad diuina peragenda, & pauperes subueniendos. vide Nau. in Miscellaneis de oratione. Miscell. sexagesimo secundo.

Et si aduersus hanc nostram decentis sustentationis declinationem arguatur, eam videri nimis amplam, & contrariam decretis Concilii Tridentini, sess. 21. ca. 2. de reformatione, vbi definitur beneficium illud, quod sufficit ad suscipiendum ordinem sacrum, sufficere etiam ad victum honestum: & patrimonium, seu pensionem verè obtinentes, si talia sint, quę eis ad vitam sustentandam sufficiāt, posse pro necessitate, vel commoditate Ecclesiæ, ab Episcopis ad titulum illorū ordinari. Iam autem beneficium, patrimonium, & pensionem, si vnumquodq; illorum ascendat ad quinquaginta scuta, sufficere ad ordines sacres suscipiendos, est ab Episcopis communiter statutum.

Respondemus, differre maxime inter posse viuere honestè, & posse viuere decenter: nam ad viuendum honestè, illud dicitur sufficere, quod satis est ad vitam

eo modo sustentandam, vt non cogatur mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: sed ad decenter viuendũ, plura requiruntur, & illud dicitur sufficere, quod conueniens est ad sustentandam personam iuxta qualitates, & prærogatiuas ipsius: Iam autem Concilium Tridentinum, vbi supra determinat, sufficere ad ordines sacros suscipiẽdos, beneficium, seu patrimonium, quod satis sit ad clericum posse viuere honestè, ita vt nõ cogatur cum ordinis dedecore, mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere, vt dicitur in principio eiusdem Canonis, & ad hoc communiter Episcopi in limitanda quantitate patrimonii attendunt: sed nos agimus hic, de eo, quod requiritur, & sufficit ad decentem clerici sustentationem, & hanc diximus mensurandam, perpensis conditionibus personæ, nobilitatis, seu litteraturę gradu, & aliis circunstantiis prænotatis iuxta doctrinam glossæ in c. primo, de statu Regularium, lib. 6. in verbo Penuria, vbi inquit, aliud esse posse viuere sine penuria, & aliud posse viuere commode, & ad viuendum sine penuria, sufficere clerico Bononiensi viginti quinq. florenos, sed ad viuendum commode, non ẽt centũ.

Ex dictis colligi facile potest respõsio ad ea, quæ in initio videbantur probare, pluralitatem beneficiorum simplicium posse absque dispensatione esse licitam, fatemur enim beneficia, quæ requirunt residentiam, habere maiorem incompatibilitatem: & ita pluralitatẽ in his continere inordinationes magis claras, & iuri naturali, ac Canonico, expressius repugnantes: sed negari non põt, in beneficiorum simplicium pluralitate, inesse etiam varias deordinationes iuri naturæ cõtrarias, quas supra declarauimus; & quamuis ante Concilium Trid. iusta adueniente causa, absq; alia dispensatione, poterat hæc pluralitas ex consuetudine fieri licita: Nunc tamen post decretum Concilij Tridentini prohibentis, ne clericus plura habere beneficia etiam simplicia possit, quam vnum, vel illa tantum, quæ sufficiunt, vt pro suo statu viuat, cum decretum illud sit præceptiuũ, & obligatoriũ, & per illud sit beneficiũ quantumuis simplex, si est sufficiens, incompatibile cum quocunq; alio etiam simplicissimo, idcirco ad habendum vltra sufficiens, aliud, requiritur expressa huiusce decreti dispensatio iusta causa facta: & q coaceruat multa beneficia simplicia, ex sola cupiditate, etiam cum dispensatione, dispensans peccat, & dispensatus in foro interiori non est tutus neque absoluendus, nisi quæ superabundant, renũtiet. Ad id vero, quod secundo loco in præsenti casu dubitatur. An possidens plura beneficia, quam sibi opus est, obligandus sit ad restitutionem fructuum, quos neque in Ecclesię vtilitatem, neq. in pauperes consumpsit?

Respõdemus affirmatiuè: eo quod clericus iniuste possidet præfata beneficia, & neque dispensationem habuit, neque iustam dispensandi causam, & ideo nõ fecit illos fructus suos, ac proinde tamquã non sua donans obnoxius est restitutioni. Accedit, quod dato etiam, quod iusta dispensatione ea plura beneficia possedisset, non posset fructus, qui decenti suæ sustentationi superfluunt, in alios vsus, quã vel in ipsam Ecclesiam, vel in pauperes expẽdere: quia omnes Ecclesiastici, & ipse solus est eorum verus Dominus, neque clericus habet aliud, quàm administrationem, seu gubernationem, cum facultate alendi se de illis, & distribuendi quod superest, deductis oneribus, in pauperes, vt probat Panorm. in c. cum esses, de testam. nu. 19. & Decius in c. constitutus, de rescript. num. 5. Innoc. in c. cum super, de causa possess. & propr. Andreas Siculus in c. fin. de pecul. cler. Nauar. late in tract. de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 20. & 21. Aduertat tandem hic confessor illum, qui plura beneficia quamuis simplicia possidet absq; iusta dispensatione, non solum peccare mortifere, tenerique ad restituendos fructus eorum, quos iniustè retinet, vt supra diximus: sed etiã peccare lethaliter cũ obligatione restitutionis, si quotidie non recitat horas canoni-

eas pluries, secundum numerum beneficiorum, ita quòd si habet tria beneficia, debet ter in die recitare Horas, si habet quatuor, quater: quia cuilibet beneficio est onus hoc annexum, recitandi singulo quoq. die diuinũ officiũ, & ita si illa duo beneficia darentur duobus, nemo negaret teneri quemlibet illorũ recitare Horas canonicas, vt patet, in c. fin. 92. distin. ac ꝑinde cũ duo beneficia sint duo onera, & tria beneficia sint tria onera, sequitur clare, ꝙ si vnus habet tria beneficia, hẽre insimul hæc tria onera, seu triplicẽ obligationẽ dicendi in die ter Horas canonicas: sicut qui duas capellanias haberet, quarum quælibet haberet onus adiũctũ dicendi quotidie singulas Missas, nõ satisfaceret dicendo vnam tãtum: & qui duobus creditoribus deberet centum scuta cuilibet, nõ satisfaceret ambobus, si vni tantum daret centũ: nec qui voto, seu pœnitẽtia imposita, teneretur aliquo die ad dicendas Horas canonicas, si esset clericus satisfaceret dicendo eas semel in illo die. Diximus si ea possidet, absq. iusta causa, & dispensatione, eo quòd iusta dispensatio facit, vt illa beneficia plura nõ habeant rationem pluriũ, sed vnius, ob necessitatem, pietatem, vel vtilitatem, iustificantem ipsam dispensationem, & efficientem illam, sicut vnum beneficium, quoad istum effectum vt satisfaciat recitando semel tantum Horas canonicas, vt ait D. Th. in quolibeto 1. ar. 13. quem citat, & seqtur Ioannes à Lignano, de Horis canonicis, q. 9. & Nauarrus in tractatu de oratione, & Horis canonicis, in Miscellaneo sexagesimo nu. 3. & 4.

CASVS XXVIII.

Lvcas, domum valoris mille scutorũ emit quingentis, quibus vẽditor indigebat: alia vero quingenta, cum non habeat vnde soluat, sese obligat dare duodecim pro centenario venditori senio confecto, interim quo viuit, ita vt post eius mortem, nihil horum quingẽtorum teneatur amplius soluere hæredibus: sed antequã contractus celebretur, quia de iniustitia, & de vsura dubitat, confeßorẽ consulit? Quæritur, An hmõi cõtractus sit licitus?

PRimo intuitu videri alicui poterit cõtractum istũ esse vsurarium: tũ quia id, quod annuatim datur, accipitur pro dilatione solutionis, vel pecuniæ in integrum non solutæ, quod esset vsurarium habetur in c. consuluisti, de vsuris. Si enim emptor dedisset à principio totum pretium, nequaquã solueret illud lucrũ, singulis annis venditori.

Tum quia de æquipollentibus idem est iudicium l. fin. ff. mand. & hæc duo æquipollent, emere domum mille, & solutis quingentis, retinere alia quingenta, soluendo aliquid annuatim, donec illa quingẽta soluantur, & accipere ab eodem venditore, vel ab alio quingẽta mutuo, & soluere aliquid annuatim quoad illa quingenta mutuata reddãtur, & hoc esse vsurarium, nullus est qui dubitet.

Tum demum, quia iste cẽsus annuus, ad rationem duodecim pro centenario, cum excedat quãtitatem fructuum, seu reddituum ipsius rei venditę, neque peti possit ob interesse lucri cessantis, aut dãni emergẽtis, quia hic nulla interuenit mora, postquam solum licet de interesse agere, & non ante, vt post Innocent in c. fin. de vsuris, & Paulum Castrens. in l. 11. §. nũc, de officio, ff. de eo, quod certo loco, affirmat Sotus lib. 6. de iustitia, & iure, q. prima, art. 3. & ideo l. curabit. Cod. de actio. empt. concedit tantum interesse pretii non soluti iuxta quãtitatem fructuum rei venditę, vt sic æquitas inter venditorem, & emptorem seruetur, & sicut emptor, non soluto totq pretio fructus rei emptæ percipit, ita venditor inæqualitatem huius p̃tii non soluti recõpenset per interesse correspondens quãtitati eorundẽ fructuum, quos ante datũ totum p̃tiũ à se abdicare minime tenebatur; & ideo si plus exigat, quam sint fructus rei venditæ, vsuram committit: ut late probat

Couarr. libro 3. variarum resolut. cap. 4.

Neque videtur posse dici contractum præsentem iustificari per periculũ mortis, ob q̃ possunt illa duodecim ãnuatim peti: nam etsi mortis periculum possit cõtractũ donationis, aut alium de se licitũ iustificare quoad interesse, & lucrum acquisitum sub conditione, vt dans pecuniam, perdat illã, si moriatur intra illud, aut aliud tempus. Non tamen potest iustificare contractum de se illicitum, qualis est acceptio lucri ob expectatam solutionem, arg. c. Cum Paulus, 11. quæst. 1.

Nos tamen his non obstantibus existimamus contractum illũ esse licitum, posseq; Lucam vẽditorem domus, in pretio non soluto contrahere, vt duodecim sibi ab emptore interim soluãtur annuatim cum conditione, vt si moriatur intra tale tempus, perdat dictã pecuniam non solutam. Probatur hæc sentẽtia, Primo, quia hic sunt duo contractus, & vterque iustus. Vnus est recompensationis iacturæ, quam venditor patitur in fructibus domus pro quantitate pretij nõ soluti. Alter est perdendæ pecuniæ in morte, & ita duodecim illa pro centum partim dãtur pro recompensandis fructibus vẽditori quousque pretium soluatur, partim pro periculo, cui se exponit perdendi illam pecuniam per mortem.

Quod autem hi duo contractus sint liciti, cõstat. Nã primus fundatur in æquitate iustitiæ commutatiuæ, quæ petit, vt quando vnus contrahentium totum implet, debeat alter vicissim totum implere, aut implenti soluere lucrum implemẽti recepti, ne sequatur inæqualitas inter commutantes res proprias. Vnde si venditor rei, accepta parte pretij, retineret adhuc ipsam rem cum suis fructibus, donec totum pretium soluatur, deberet in conscientia dare emptori partẽ fructuũ pro rata partis pretij soluti, si id ab initio fuit conuertendum; iuxta l. vltimam de feudo dot §. fin. vbi dicitur, maritum, q̃ tenetur restituere prædiũ, acceptata eius æstimatione, & retinet illud, accepta æstimationis parte, donec tota soluatur, debere restituere fructus, secundum portionẽ partis æstimationis acceptæ: quod ipsum affirmat Bald. in l. si traditio, q. 11. Cod. de act. empt. & Bart. in l. Iulianus. §. offert. de action. emp. Alex. cons. 121. lib. 4. & hanc esse communem opinionem sentit Carolus Molinæus, & si impius, q. 74. nu. 557. Pari rõne cũ in hoc æquales sint venditor, & emptor, si prædium venditũ, traditũ est emptori, soluta tãtũ parte pretij, & recipit omnes fructus, poterit venditor pacisci de illa parte fructuũ, de qua pretium non fuit solutum: tenebiturque emptor interim ad annuũ illum censum ꝓ rata eorundẽ fructuum. Confirmatur ex dicta. l. Iulianus de acti. empt. §. offerri, in quo habetur, q̃ vẽditor rei accepta parte pretii, retinet eam quasi pignus donec totũ soluatur: per quæ verba apertè significatur, q̃ dominus rei iam nõ remanet cũ dominio perfecto quoad illã partem, cuius pretium recipit, sed remanet tãquam creditor, quia fructus, quos percipit ex ea parte, debet emptori restituere: ita ergo si venditor transferat rem in emptorem, soluta parte pretii, non remanebit emptor cũ pleno dñio quoad eam saltem partẽ cuius ꝓtium adhuc nõ persoluit: sed erit veluti creditor ad reddendos fructus ꝓ rata illius partis venditori, q̃ de pretio illorum potest interim pacisci, vt indemnẽ se ab hoc damno cõseruet, vnde Bald. l. si traditio, q. 11. Cod. de actio. emptio. & Salycetus. ĩ l. curabit, eod. tit. affirmãt, vsuras, q̃ debentur iure ciuili ex æquitate illa, q̃ habet, neminem cũ aliena iactura esse locupletandũ, deberi ẽt iure Canonico, & in conscientia: quia verè vsuræ nõ sunt, sed recõpẽsatio æquissima iacturæ perceptæ à venditore ex fructib. datis, nõ soluto pretio. Ita Couarruuias variarũ resolutionũ tom. 2. lib. 3. c. 4. & Nau. in consiliis lib. 5. cons. 5. nu. 5. & 6. Quòd ẽt contractus secundus de recipiẽdo certo censu singulis annis, eo pacto, vt post mortem perdãtur omnino pecuniæ, pro quib. cẽsus soluitur, & sint pleno dominio eius, qui censũ soluit, sit securus in cõscientia, & alienus ab vsura, ꝓbatur.

batur. Tũ q̃ hæc conditio sub qua pecuniæ principales donātur, nullā iniustitiā cōtinet. Nam periculū perdendi omnes post mortē est causa iusta accipiendi annuatim aliquid, arg. l. prima, & secunda, Cod. de naut. fœn. & notant Doctores in c. fin. de vsuris. Tum q̃ iste contractus nō est mutuatio, sed donatio sub modo, seu cōtractus innominatus quo datur, vt sibi ēt detur. Sicut qui donat aliquid alteri cū pacto, vt si vixerit vsque ad tale tēpus reddat ei duplū: alioqui nihil, vt inquit Nauarrus in Man. c. 17. nu. 221. & latius in commentario de vsuris. q. 45. nu. 128.

Nec obstat dicere censum constitutū super re, q̃ natura sua non est fructifera, esse damnatum, vt vsurarium, per Bullā Pij V. quæ incipit; Cum onus Apostolicę seruitutis, &c. sub datū Romæ āno 1568. 14. Kalend. Februarij, quia respondemus damnari ibi census per contractum emptionis, vel simile emptioni creatū, non autem censum per contractum donationis sub modo factæ: quia iste potest super quacumq; re etiam non fructifera constitui, eo quod cuilibet licitum est rem suā tradere cum modo, seu conditione iusta, l. in traditionib. ff. de pact. c. Verū, de condit. ap. Non obstant etiam, quæ pro cōtraria parte in initio fuerunt adducta, quia ad primum negamus illa duodecim annua, accipi principaliter pro dilatione solutionis, seu pro pecunia in integrū non soluta: immò causa principalis, ob quam petuntur, & accipiuntur, sunt fructus, quos venditor percipere iustè poterat, quousque totum pretium rei venditæ sibi soluatur: & ideo non tenetur cum iactura sua illos relīquere emptori, vt in d. l. Curabit, Cod. de actio. empt. dicitur.

Ad secundum negamus contractum mutui ęquipollere huic: immò sunt diuersi admodum: cum iste sit recompensationis, qua resarcitur iactura passa a venditore de fructibus, quibus fruitur emptor, interim, quod pretium non soluit: vnde, si ille census annuus solueretur principaliter ob dilatam solutionem, aut propter aliam causam, quam ob damnum, quod venditor patitur in fructibus perceptis ab emptore, non dato pretio, esset tunc cōtractus vsurarius, vt argumētū probat.

Ad tertium concedimus, hunc censum non peti ob interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, sed ob iustam recompēsationem fructuum, quos venditor perdit interim, quod totum pretium sibi nō redditur; & lex æquitatis postulat, vt nemo cum aliena iactura locupletetur. l. iure natura, ff. de reg. iur. & c. Locupletari. eod. tit. lib. 6. Et quamuis in hoc recompensationis contractu non debeat annua pensio excedere ęstimationem fructuū, quos venditor erat solitus percipere ex illa parte rei venditæ, pro qua pretium ab emptore differtur, si tamen cum hoc contractu misceatur alius donationis sub modo, vt post mortem venditoris pecuniæ perdantur, & remaneant emptori quem iam supra ostendimus esse iustum: potest tunc venditor, ratione huius periculi, cui se exponit perdendi pecunias post obitū, accipere plus aliquid secundum ęstimationem dicti periculi. Quare cum vterq; contractus sit licitus, potest iustè recipi annuus census duodecim pro centenario, partim habita ratione fructuum, partim pro periculo, cui exponitur.

Ex his colliget confessor, quòd quando vēditor nullos fructus ex re vendita percipiebat, non posse tunc ob expectatam pretii solutionem, quidpiā exigere: quia cessat recompensationis æquitas, in qua fundatur dicta lex, curabit, C. de act. empt. Vt contra Baldum, & alios annotauerunt Cynus, Salycetus, & Paulus in l minorem, C. in quibus causis restitutio in integ. non est necesse.

Neque habenda est ratio in impositione census ad fructus, quos emptor percipiet, etiam si sint vberiores: sed ad eos tantum, quos venditor capiebat; quia in his damnum patitur per dilationem pretii, vt notat Bartol. in l. Ratio. §. 1. ff. de act. empt. vbi ait, quòd quando fructus petūtur vt fructus, omnes percepti veniunt, etiamsi tot non percepisset petitor: vt habetur in d. §. 1. At vbi fructus petuntur in com-

compensationem eius, quod interest, tunc veniunt fructus, quos petitos perce pisset, l. si fundum. ff. de verb. oblig.

CASVS XXVIII.

QVidam presbyter, collata sibi in regno Portugalliæ quadam Ecclesia ordinis militaris sancti Ioannis in Hierusalē, suscepit habitū eiusdē religionis, & eodemmet die professionē emisit solemniter, renūciato nouitiatus anno, & omnibus ijs, quæ dictam professionem inualidare poterant, & sic per quinq. annos mansit: post quos fit illi scrupulus de valore præfatæ professionis.

Quæritur, quid huic sit consulendum?

NOn defuerunt, qui in eā opinionē inclinarunt, quòd præfata professio irrita omnino fuerit, nullamq. obligationē iniunxerit illi presbytero, & ideò posse tuta cōscientia habitum, & religionem relinquere: quia cùm iste militaris ordo, sit vera religio, vt cōmunis Doctorum sententia affirmat, comprehendi videtur sub decreto Concilii Trid. sess. 25. de Regular. cap. 15. vbi professio in quacumq. Religione facta ante finem anni nouitiatus, & probationis, est ipso iure nulla quoad omnes effeactus, & ita in casu proposito asserit Nauar. li. 1. Cōsiliorū titulo de his, quæ vi. consf. 9. nu. 4.

Confirmatur, quia hæc lex prohibēs, ne fiat professio ante completum probationis annum, magis est introducta, & respicit vtilitatem publicam ipsius religionis, quàm priuatā partium; & ideo licet ante Concilium Tridentinum potuissēt partes huic anno probationis renuntiare, immò ante confirmationem dicti Cōcilii valida erat professio facta intra annum nouitiatus in ordinibus non mendicantibus, c. ad apostolicam, de regularibus, non tamen post confirmationē præfati Concilii, fieri potest talis renunciatio, vt multis rationibus probat Nauarrus in consiliis lib. 3. conf. 33. nu. 5. usque ad finem, tit. de regularibus.

Addunt etiā, quòd, etsi per tot annos perseuerauerit in habitu, & professione sic facta: non proinde haberi pôt pro tacita hęc professio, quasi quod primus annus sit computandus loco anni probationis, & nouitiatus, & secundus cum aliis inducant tacitam professionem: nam cū in casu præsente facta fuerit professio expressa inualida, nūquam hæc ratificatur, neque inducit professionem tacitam, ētsi per longum annorum spatium continuetur: nisi sic inualidè professus sciat postea, eam non valuisse, neque per eam obligari ad manendum in religione; & stante hac scientia, illam de nouo ratificet, & validam esse velit, & ad eā seruanda se obliget. arg. legis si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud. & docet Caietanus 2. 2. q. 89. art. 5. quē sequitur Nauarrus in consiliis li. 3. tit. de Regularib. cons. 35. Nec dici posse aiūt, quòd nō reclamare intra quinquēnium, efficiat, vt iam amplius de professionis defectu agere nequeat iuxta decretum Concilii Tridētini sess. 25. de Regular. c. 19. Tum quia tale quinquenniū videtur accipiendum post integrum annum nouitiatus, & a die iuridico professionis faciendæ, qui sunt anni sex, nempe vnus probationis, & quinq; professionis.

Tū quia iuste impedito, non currit tēpus leg. 1. C. de annot. except. Et ignorās iustè, dicitur impeditus, vt probat Flaminius Parisius de resignante li. 6. q 5. n 85. per tex. Lanius ff calumniatoribus, & in casu præsente supponitur, sic profitentem ignorasse professionem fuisse inualidam, & vbi id sciuit, statī reclamauit. Etsi obiiciatur quòd ipse tenebatur hoc scire, cum sit expresso in Concilio Tridētino: quod fuit sufficienter publicatum, & ignorātia iuris non excusat, ex reg. ignorātia de reg. iur. in 6. Respondent ad hoc, quòd etsi sciret, professionē ante annū probationis factā annullari in dicto Concilio, credebat tamen posse huic fauori renunciare, vt tenet Syluest. verbo Religio 3. n. 3. Et ita ignorantia sua erat iuris non expressi, sed dubii, quæ excusat, ut ait glossa in c. 1. in verbo de cętero, de postula. Prelat. li. 6. & est recepta per Felinum, & multos alios

in c. de quarta. nu. 27. de præscriptio. & est tex. expressus in c. Cum dilectus, de cõsuetud. & c. Si diligenti, de præscriptionibus. Ex his ergo omnibus concludunt, presbyteri sic profitentis, inualidam esse professionem, & neque regulæ, neque religioni esse modo aliquo obligatum.

Nos tamen contrarium arbitramur esse verius, & professionem presbyteri in ordine militari sancti Ioannis in Hierusalem, aut in quouis alio militari ordine factam, maxime si fiat extra monasteria eorundem ordinum, non requirere annũ probationis, sed si fiat etiam eodem die, quo habitus suscipitur, esse validam.

Adducor in hanc sententiam. Primo, quia sacra Congregatio Illustriss. Cardinalium declarationi dubiorum Concilij Tridentini deputata censuit, & declarauit in vniuersum ordines militares non comprehendi sub decreto in Cõcilio Tridentino facto sess. 25. de Regularibus, c. 15. & 19. Secũdo, quia ita iudicatũ fuit in Rota corã Domino Seraphino 11. Decembris 1570. & habetur in prima parte decis. nouissimarum 191. Et quamuis quæstio ibi mota sit specialiter de religione militari sancti Stephani, attamen in n. 9. uers. 7. agunt etiam de religione sancti Ioannis Hierusalem: & inter alia fundamenta, quibus ostendunt non comprehẽdi in illo decreto de facienda professione post annum nouitiatus, & nõ ante, huiusmodi militares Religiones, hoc vnum est: quia in c. vlt. eiusdem sess. 25. de Regularib. vbi præcipitur, vt supra dicta omnia decreta obseruentur in omnibus monasterjis, collegijs, & domibus tam regularium, quam sanctimonialium, additur hæc clausata; etiam si illæ sub gubernio militiarum etiã Hierosolymitanæ viuant, &c. Quæ appositio, etiam Hierosolymitanæ, cum sit extensiua, videtur ex professo addita, vt præfata decreta, quæ aliàs non cõprehendebant Moniales Hierosolymitanas, eas comprehendant. Et cùm hęc extensio fiat solum ad Moniales, & nõ exprimat ipsos Religiosos milites, sequitur eos non comprehẽdi sub prædictis decretis de professione non facienda ante annum nouitiatus: quia si hoc intendisset Concilium, fieret ẽt ad illas extẽsio expressa, sicut facta est ad Moniales viuẽtes sub gubernio militiarũ ẽt Hierosolymit. Tertio probatur hoc ipsum, ex eo, quod decretum illud Concilij Triden. non fuit in hoc Regno Portugalliæ quoad Ordines militares receptũ, vt patet in Religione militiæ Sancti Iacobi, & de Auis, & IESV Christi, in quibus suscipientes habitum, solent renunciare anno nouitiatus, & statim professionem solemnẽ emittunt. Et lex non recepta, non ligat, nec vires habet vbi non fuit vnquã recepta, iuxta c. in istis. §. leges. d. 4. vbi sic dicitur, leges ĩstituuntur, cum promulgantur, & firmãtur, cũ moribus vtentium approbantur, licet ẽt moribus vtentium in contrarium nõnullæ sæpè hodie abrogãtur, &c. Et hanc esse conclusionem receptam per oẽs cõmuniter, affirmat Fel. in c. primo, de tregua, & pace, & Card Alex. in d. §. leges, & confirmatur per c. fi. de cõsuetud. & c. statuimus, & c. denique, 4. d. Et sicut lex in nihilo recepta ad nihilũ obligat, ita lex in vna parte recepta, & in aliqua alia non, quoad illã solum obligat, in qua est recepta, & non quoad aliã, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. Neque obstant ea, quæ pro contraria parte fuerũt adducta: quia, etsi fateamur, præfatã Religionẽ esse verã Religionẽ à sede Apostolica approbatã, & in qua tria essentialia Vota, Castitatis, Obedientiæ, & Paupertatis profitentur: Negamus tamen, eã & alios militatores cõprehẽdi sub præfato decreto Cõc. Trid. quoad illos saltẽ fratres milites, qui habitũ suscipiũt, vt nõ viuant in monasterio, sed sẽper extra, vt est iste presbyter, de quo in casu nostro. Nã etsi illi, qui in monasterijs militiæ habitũ suscipiunt, vt in eis viuãt, & Religionis obseruãtiam experiãtur, & Religio insimul ipsorũ mores, nõ soleant forte profiteri, nisi peracto nouitiatus anno: hoc tamen fieri non consueuit quoad alios, qui habitum, vt extra monasteria sẽper viuant, suscipiũt, qui neq; austeritatem,

tem,& obseruantiam Religionis experiri possunt,neque Religio eorundem mores. Et ita cessat in his omnino ratio, ob quam annus continuus nouitiatus fuit ante professionẽ institutus;et isti possunt renunciare dicto anno,& in illo profiteri, præcipuè vbi sic fieri ex antiquissima consuetudine est solitum,vt in hoc Portugalliç Regno. Et per hęc fundamenta facilis est ad opposita responsio.

Dici etiam potest (quicquid sit de militibus S. Ioannis) alios Ordines militum non esse simpliciter,& absolute Religiones,sed secundum quid, in quantum aliqua participant,quæ ad statum Religionis pertinent,vt ait Sotus in 4.d.27.q.prima,art.4 & de iust.lib.7.q.93.art.3. Petrus de Arag.2.2.q.88.art.11. Mol.de iustitia q.11.Sarmen.de red.4.p.c.primo, & alii, & Concilium videtur, solum loqui de propriè Religiosis.

CASVS XXIX.

Martinus in Prouincia quędã Galliæ suscepit Religionis cuiusdam probatę habitum,& finito nouitiatus anno professionem solemnem emisit: trãsactisq; à die professionis decem fere annis, ob famã quæ de illo inter Religiosos erat, quòd cum in seculo delictum haberet,professionem impediens, neque Bulla Sixti Quinti de morum,& vitæ examine fuerat cum illo seruata antequam profiteretur; fuit per Prouincialem habitu Religionis priuatus,& comperta veritate,iudicauit professionem extitisse nullam;venitq;Olysbonam,Regni Lusitaniæ,patriã ipsius, et ibi facta iuridica inquisitione de vita,& moribus,quia iam cessauerat pręfati delicti impedimentum,procurauit in hoc Regno,vbi eademmet Religio viget, habitum de nouo suscipere, & profiteri, sed nollet annum nouitiatus inchoare, cum iam in eadem Religione,quamuis in alia Prouincia,austeritates, ac rigores, qui in illa sunt,per tot annos probauerit. Doctorem consulit.

Quæritur, An teneatur iterum stare in nouitiatu, & probatione per annum, vel satis sit ratificare de nouo ꝑfessionẽ.

PRo affirmatiua, ꝙ sufficiat ratificare ꝑfessionẽ absq. eo qđ de nouo stet ꝑ annum in nouitiatu, facit primo,ꝙ sicut matrimonium iusto metu factum,licet, a principio fuerit nullum,fit validum superueniẽte cõsensu libero partis coactæ, & perseuerante in suo cõsensu altera parte,c.ad id,de sponsalib. ita ꝑfessio,quæ a principio erat nulla ob aliquẽ defectum, fit valida,sublato defectu,ꝑ nouũ cõsensum ꝑfitentis,& durante consensu ꝑlati, & Conuentus,recipiẽdi,& retinendi eũ, donec ipse sua Vota ratificet, & cũ in casu pręsenti,Religio sit eadẽ,constans eadẽ regula,& constitutionibus,quarum rigores iam expertus est in tali Prouincia & in ea poterat retificare ꝑfessionẽ absq; nouo nouitiatu,poterit ẽt in qualibet alia Prouincia, q̃ eiusdem sit Religionis.

Secundo,quia annus nouitiatus cõceditur in fauorem,tam eius, qui profiteri debet, quã Religionis, quę illũ est receptura,vt fiat vtrinq.probatio:iam autem quilibet renunciare potest fauori suo.l. si quis in cõscribendo,Cod.de pac.&c.gratum,de off.deleg. Tertio,quia in c.ad Apostolicã,de Regular asserunt communiter Doct ꝙ quando iusta subest causa,potest Prælatus,& Cõuentus cũ nouitij cõsensu,in anno nouitiatus dispensare. Iam autem,ꝙ à decem annis post professionẽ licet inualidam, quis perseuerauerit, inualiditatem ignorans, in aliqua Religione, causa iusta videtur, vt non debeat de illo fieri iterum in nouitiatu probatio.

Contraria tamen pars, quæ est negatiua,ꝙ nequeat ꝑfatus Religiosus,in alia Prouincia quamuis eiusdem Religionis professionem ratificare,antequã nouitiatum per integrum annum denuo ꝑficiat, nobis videtur verior, & omnino tenẽda.

Tum quia nouitiatus primus, & professio inde sequuta non fuerunt legitimè facta ob defectum examinis de vita, & moribus,cum esset inhabilis,vt supponitur

tur iuxta Bullam Sixti V. in qua tam susceptio habitus, quàm professio eorum, qui ob aliqđ impedimentum ibi exp̄ssum sunt inhabiles, irrita esse declarantur. Et ideo cum ad p̄teritum non sit potentia, non possunt Fratres nunc in Prouincia Lusitaniç, quamuis eiusdem Ordinis facere, ꝙ annus nouitiatus fuerit legitimè cōpletus, sicut neq. ꝙ professio antea facta sit valida, vt in simili affirmat Nauar. li. 3. cōsiliorum, tit de Regular. cōs. 5. nu. 20. Tum quia iste fuit expulsus a Religione, & spoliatus habitu ꝓfessorum tāquā ille, qui verè, & legitimè nō erat ꝓfessus: et ita permansit in habitu seculari extra monasterium per aliquot menses, tāquā Religiosus, ac ꝓinde verum est dicere, ꝙ a seculo, & vere secularis, ad Religionem reuertitur, & sic necesse est, vt annū nouitiatus cōpleat iuxta formam Conc. Trid. sess. 25. c. 15 de Regul. Tū quia etsi Religiosi illū in Regno alio, & Prouīcia diuersa ꝓbarunt p annū in nouitiatu: in hoc tn̄ Regno, & Prouīcia, ī qua de nouo vult professionē facere, necesse est, vt Prælatus, & Fratres, qui eū admittere debent, experientiam de ipso sumant, antequam consensum p̄stent, q̄ experientia, & probatio, debet esse per annum integrum in nouitiatu: & cum hoc ī bonū Religionis sit a Conc. Trid. institutum, nō potest vel profitens vel Conuentus huic publico fauori renunciare, cap. si diligenti, de foro competenti, l. ius publicum, ff. de pactis.

Tādem sicut prior illa professio nullū habuit effectum, ita nouitiatus ad illam disponens nihil operatur quoad nouam professionem in alio Regno faciendam; quia nihilum, nihil operatur, l. eius qui in prouincia ff. de reb. creditis, & l. si seruum. §. . ff. de actio. empt. Et probatio facta in vna prouincia, nihil iuuat quoad ꝓfessionem faciendā in alia, quia ibi debet continuari annus probationis, vbi in professionem cōsentitur, vt colligitur ex verbis Conc. Trid. vbi supra, aliàs frustra præciperetur annus cōtinuus nouitiatus, seu probationis ante professionem, ad experiendos nouitij mores.

Nec obstant, quæ in contrarium adducuntur. Ad primum enim dicimus, quod licet in monasterio, in quo aliquis post nouitiatum integrum professionem fecit, si inueniatur ob aliquam causam postea quod professio fuerit nulla, satis sit quòd eam de nouo ratificet, persistente Conuentu in priori consensu, neque requiritur tunc noua receptio, neq; nouus probationis annus: si tamen vult in alia Religione, vel in alia prouincia profiteri, necessario debet ibi de nouo integrum nouitiatum perficere ante professionem, vt illi a quibus ad profitendum admittitur, de moribus eius experimentum sumant. Nec sat est dicere, quod eadem vtrobique est religio viuens sub eadem regula: cuius austeritates iam probauit: quia respondemus hanc probationē Religionis, & regulæ esse faciendam in eo monasterio, vel saltem in ea Prouincia, in qua professionem emittit; ita vt Prælatus, & Conuentus, qui consentiunt in eius professione, experimentum sumpserint per annum continuum de nouitij moribus.

Attamen intra eandem Prouinciā vni, & eidem Prouinciali subiectam poterit forte nouitius probationis annum ī vno monasterio peragere, & in alio professionem emittere; quia semper est sub obediētia eiusdem Prouincialis, qui in quocūque conuentu degat, Prior, & Prælatus est illius, & rigores, ac austeritates, quæ in diuersis Prouincijs sæpè sunt diuersæ, in conuentibus eiusdem Prouinciæ sunt quasi semper vniformes; & Fratres monasterij, qui consensum ad professionem præstant, cognitionem facilè habere prius possunt de moribus nouitij recipiendi: quod ita non erit de illo, qui in aliena Prouincia nouitiatum egit: & qualibet Prouincia suo peculiari modo viuendi vti solet, & cum Prouīciales sint diuersi, diuersa etiam est cuiuslibet iurisdictio, & obedientia, neque subditus vni, est subiectus alteri, ac proinde si nouitiatus in vna Prouincia fiat, non potest in alia acceptari ad nouam professionem, nisi in hac iterum nouitiatus annum perficiat.

Ad secundum respondemus, quod quicquid sit de iure antiquo, nouo tamen Cõcilij Trid. nouitiatus annus cõtinuus institutus est pricipaliter in vtilitatem Religionis. Tum quia fieri antea consueuerant in multis Religionibus professiones intra vnam, vel duas hebdomadas, vt sic repente professi, ad dignitates, & beneficia promouerentur: id quod in magnum Religioni dedecus postea redũdabat, Cũ secularibus moribus vix derelictis, & in regulari disciplina parum, aut nihil exercitati, ad vomitum facilè reuertebãtur, & Religionis splendorem scandalis multis denigrabãt. Tũ quod professio solemnis, cum sit eximius charitatis actus, & triũ Votorum, Obediẽtię, Paupertatis, & Castitatis per totã vitam obseruantia sit res ardua, & nimis difficilis, ob repugnantẽ nostrorum sensuum appetentiam; & ob acceleratã, quæ sæpè à Religiosis fiebat, professionem, habitu regulari postea demisso, ad seculum, contumeliose multi redibant, ob quod de Religionis statu, & perfectione plurimum detrahebatur; idcirco vt professio hæc, per quam totus homo se in holocaustũ offert altissimo, maturè, & consideratè fieret, & tantis Religionum opprobrijs obuiaretur, decretũ est in Conc. Trid. sess. 25. vt professio, quę ante cõpletum nouitiatus annum fieret, esset omnino inualida, nullumq; sortiretur effectum: & cum hoc sit ob publicam vtilitatem institutum, nemo potest illi renunciare absque Summi Põtificis authoritate, arg. c. Si diligenti, de foro competenti: tradit Nauarr. cons. lib. 3. tit. de Regularibus. cons. 33. nu. 10. Ad tertium dicimus, quòd c. Ad Apostolicam, de Regularibus, & ibi Doctores loquũtur de eo, quod fieri solebat ante decretum Concilij Trid. sed post istud, nulla professio in quacunq religione tam mendicantium, quàm non mendicantiũ est valida, si fiat ante completum nouitiatus annũ. Et verba dicti Concilij sess. 25. c. 15. in quacunque Religione, &c. Tam virorum, quam mulierum, &c. non fiat, &c. non admittatur, &c. sit nulla, &c. nullum effectũ operetur, &c. denotant manifestè, decerni aliquid magnum, & speciale, antiquo iure non expressum, vt in simili notat Felinus, cap. Si quando, de rescript. vers. geminatio, & glossa in clement. 1. de iure patr. verbo Diœcesi. Et si quęras, an saltẽ generalis Prior totius ordinis, possit nouitium in vna prouincia receptum, post annum probationis ibi completum, mittere ex causa, vt in alia prouincia subiecta suæ iurisdictioni, professionem faciat, absque eo, quod de nouo annum nouitiatus incipiat? Respõdeo, quod poterit, validaq. erit talis professio: quia cũ omnes prouinciæ sint subiectę præfato generali: & sub obedientia illius viuant: Idipsũ quod Prouincialis posset in sua prouincia agere, potest Prior generalis in toto ordine: vnde sicut Prouĩcialis põtest nouitiũ, qui nouitiatus annum in vno monasterio compleuit, mittere ex causa ad aliud monasterium dictę prouincię, vt in eo acceptetur ad professionem: Ita prior generalis potest facere, vt sub obedientia sua acceptetur aliquis ad habitũ, & peragat nouitiatus annum in una prouincia eiusdẽ obediẽtiæ, quia eandẽ subalternationẽ, seu subiectionẽ, quã habẽt monasteria eiusdem prouinciæ ad suũ Prouincialem, habent prouinciæ diuersæ eiusdem ordinis ad suum Priorem generalẽ, quã subalternationem, & subiectionem, non habet vnus Prouincialis ad aliũ: & ideò complens nouitiatum sub obedientia vnius, non põt profiteri sub obedientia alterius, absq. nouo integro probationis anno. Illud tamen non nisi raro, & vrgentissima de causa Prior generalis facere potest, & debet; quia cum in hac noua professione requiratur tam illius, quàm conuentus placitum, & assensus, quomodo possunt fratres approbare, & ad professionem admittere eum, cuius mores nequaquam experti sunt, quæ fuit causa mouẽs Concilium ad continuum nouitiatus annum. Et quamuis illud decretum non videatur disponere, nisi de laicis venientibus a sæculo ad Religionem, & non de Religiosis attamen vsus obtinuit, vt cum

Religiosis idem etiam seruetur, quamuis Leo X. remittat hoc de integro anno probationis, quoad venientes ab alia Religione, Prælato cum consilio discretorũ fratrum, vt habetur in compendio priuilegiorum, verb. Nouitius. §. 23. refert Hieronymus a Sorbo ibidem.

CASVS XXX.

EVphemia vxor Dionysij, videns nũc quod à S. Inquisitionis officio, sit iste deprehensus, & tandem per sententiam ad publicam abiurationẽ, & carceres dãnatus, vt conuictus, & confessus, ac pœnitens hæreticus, non solũ non vult cum illo amplius cohabitare, sed quia constat eo tẽpore, quo matrimonium contraxerunt, illum fuiße hæreticum, credit matrimoniũ inter ipsam fidelẽ, et maritũ hęreticũ extitisse nullum, & posse alteri nubere.

Quæritur, quid illi sit in conscientia dicendum, tàm quoad dissolutionem vinculi, quàm quoad separationem habitationis, & thori?

DVo quæruntur, vtrumque difficultatibus implicatum: Vnum est, an matrimonium inter fidelem, & hęreticũ sit validum, aut potius iure ipso irritum, & nullum? Alterum est, vtrũ dato quod sit validum, possit fidelis, quamprimum constat coniugem esse publica sñia de hęresi dãnatum, separari ab eo, propria authoritate, quoad thorũ, & cohabitationẽ?

Quantum ad primum, non desũt Doctores, qui putant, matrimonium inter fidelem, & hęreticum esse irritum, & nullum ipso iure.

Tum quod hæresis sit species infidelitatis, comprehẽsa sub disparitate cultus; quod impedimentum est Ecclesiasticum impediens, & dirimẽs matrimonium: & causa præcipua, ob quam fidelis cum infideli irritatur matrimonium, quæ est seductionis periculum, militat multo magis inter fidelem, & hæreticum, vt experiẽtia docet. Et omnia incommoda quæ D. Paulus enumerat, si iugum matrimonij ducatur cum infideli, reperiuntur in connubio fidelis, & hæretici; vt patet 2. ad Corinth. c. 6.

Tum quod multa Concilia strictè prohibent huiusmodi Catholici cum hæretico coniugium, vt Concilium Elibertinũ in cap. 16. & Laodicenum, cap. 10. & 31. Et Carthaginense tertium, cap. 12. & Agathense, cap. 67. & Chalcedonense cap. 16. quibus in locis ex æquo prohibentur nuptiæ fidelis cum hæretico, ac cum Iudæo, & pagano, pœnis etiam grauissimis adiectis. & in cap. Decreuit. de hæreticis lib. 6. statuit Papa Bonifacius, vt mulierum, quæ scienter hæreticis nupserint, dotes confiscentur.

Addunt etiam, quod legitima, & iusta matrimonia separantur propter hæresim superuenientem, vt c. 2. cap. de illa. cap. Quando, de diuortijs. Neque potest quicquam ab eo casu incipere, quo debet extingui. l. Vsumfructum, cum moriar. de vsu, & vsufr. legato.

Tandem id, quod maxime huic opinioni fauet, est Canon. 72. 6. synodi generalis: vbi expresse habetur, non licere virum orthodoxum, cũ muliere hæretica coniungi, neque vero orthodoxam, cũ viro hęretico copulari, sed etsi quid eiusmodi ab vllo ex omnib. factum apparuerit, irritas nuptias existimare, & nefariũ coniugium dissolui. Neque enim ea quæ nõ sunt miscenda, misceri: neque ouem cum lupo, neq; peccatorum sortem cum Christi parte coniungi oportet; si quis autem ea, quæ a nobis decreta sunt, trãsgressus fuerit, segregetur.

Hoc Canone sextę synodi conuictus Couarruuias, in hanc opinionem inclinat: tom. 1. part. 2. cap. 6. §. 11. de dispari cultu. vbi fatetur, se non videre responsionem congruam, quæ iure valeat prædicto Canoni aptari. Eandem opinionem acerrimè defendit Iacobus Septimãcas in Catholicis institutionibus tit. 40. c. de Matrimonio num. 17.

Contraria sententia est verior, quam com-

communis schola sequitur tàm Theologorum, quàm iurisperitorum; D. Tho. in 4. d. 39. q. 1. ar. 1. & 3. p. q. 59. ar. 1. Sot. ibidem in 4. sent. art. 2. & ad 3. Angelus verbo Impedimentum 10. nu. 8. Syluest. Armil. Tab. & alij Summistæ, verbo Matrimonium, de impedimento disparitatis cultus, Bellarminus tom. 2. c. 23. de matrimonij sacramento. & in tom. 1. c. 14. de Romano Pontifice, gloss. in c. Non oportet, 28. q. 1. Cardinalis quem fere omnes in hoc sequuntur in c. fin. de condit. appos. & in c. decreuit, de hæreticis in 6. Couarruuias tom. 1. par. 2. c. 6. §. 11. Nauar. in Manual. c. 22. nu. 49 Qui omnes affirmant matrimonium fidelis cum hæretico, vel schismatico esse validum, & verum sacramentum, ac proinde indissolubile, ita quod Catholica scienter cum hæretico, aut schismatico contrahens, grauissime peccat, sed matrimonium est adeo validum, vt dissolui quoad vinculum nullo modo possit.

Probatur hæc sententia, quia hęreticus, cum sit vere baptizatus, impressum habet characterem, qui est fidei signaculum indelebile, per quod ad sacramenta omnia fit habilis, & ideo matrimonium inter illum, & catholicam, est verum sacramentum, repræsentans inseparabilem vnionem diuini verbi cum nostra humanitate, seu Christi cum Ecclesia.

Quo fit, vt si duo etiam hæretici contrahant validum fit matrimonium, non tãtùm in ratione contractus, qualis est inter simpliciter infideles, qui non sunt baptizati: sed in ratione veri sacramenti: ac proinde dissolui nequit. Cõfirmatur hęc eadem veritas, quia matrimonium est vnum ex septem Ecclesiæ sacramentis, & ideo exigit præcise, vt ratum, sit paritatẽ cultus in cõtrahentibus: qui quidem cultus ad susceptionẽ baptismi pertinet, tunc .n. character fidei interius imprimitur, & Christiani cultus fit exterior professio. Et hinc est, quod impedimentum dirimens matrimonium, nõ dicitur disparitas fidei: nam hęc esse põt corrupta in coniugibus, veluti in hæreticis, sed disparitas cultus, qui consistit in externis operibus, religionis imaginem præseferentibus: & sic inter baptizatũ, & non baptizatum, non est verum matrimonium, quia cultus Christianus, quem vnus suscepto exteriore baptismate, & per characteris indebilem impressionẽ est professus, differt maxime ab externo infidelium cultu: quæ cultus differentia non est inter baptizatos, quamuis hæreticos cum vtrique Christianum cultum in susceptione baptismi profiteantur. Præterea, hæresis non tollit fidem cõiugalem, neq. prolem, nec sacramentum, neque pugnat in aliquo substantiali cum bonis coniugij: neque Ecclesia consueuit hæreticorum matrimonia dissoluere, neque ad hunc vsque diem concessum fuit vnquam Catholico, vt relicta priore vxore, quamuis hæretica, aliam duceret. Immo anathematizat illum, qui diceret per superuenientem hæresim matrimonium dirimi: ergo hęresis, neque ex sui natura, neque ex Ecclesiastico decreto, impedit, aut dissoluit matrimonij vinculum.

Tandem matrimonium inter Catholicos, & hęreticos non est irritum diuino iure, vt satis patet: quia etsi D. Paulus admoneat hęreticum pertinacem euitare, & D. Ioannes præcipiat, ne Aue illis dicamus, & Sancti ferè omnes detestentur maximè huiusmodi connubia ob periculum manifestum, cui se fidelis exponit, seductionis, & subuersionis: nullibi tamen ex sacris litteris dicitur, hæc matrimonia esse irrita, & nulla. Non etiam humano aliquo iure pontificio reperiuntur irrita, quod multis probat Bellarminus, vbi supra tom. 2. Et decretum illud, quod citatur sextæ synodi generalis, non fuit à Sũmo Pontifice approbatum, neque ab Ecclesia receptum, vt testantur Diuus Athanasius, Theophanes, Anastasius, Humbertus, Franciscus Torrensis, & multi alij: probatque apertissimis rationibus Melchior Canus, c. 5. de locis Theologicis, c. vlt. in Responsione ad sextum argumentum, neque concilium illud fuisse authoritate Papæ congregatum, nec Canones Trullanos vim aliquam habere, neq; ab Eccle-

Ecclesiâ Romana fuisse vnquã receptos, quod ipsum asserit Beda lib. de natura rerum c. 67. & Platina in vita Sergij.

Ex ijs satis constat, quam leui argumẽto Septimancas a communi Theologorum, & Canonistarum sententia discessit: Immo Theodorus Balsamon, quem pro se allegat, si alicuius est authoritatis in relatione Canonum illius sextæ synodi Trullanæ, nihil omnino de matrimonio fidelis cum hæretico refert, neque illud esse nullum dicit, sed solum loquitur de matrimonio fidelis cum simpliciter infideli, inter quos est cultus disparitas, & quamuis hæreticus fidem non habeat, habet tamen characterem fidei impressum in animo, quo habilitatur ad cœtera sacramenta: & qui illo caret nullius sacramenti est capax, & contrarium asserere est error, vt notat Sotus, & alij Theologi, vbi supra. Et cathecumenus quamuis fidem habeat; quia tamen baptismalem fidei characterem nondum habet, non dicitur simpliciter, & absolutè fidelis; immò potius si contrahat cum baptizato, irritum erit matrimonium ob cultus exterioris disparitatem, qui in susceptione baptismi consistit: ac propterea infidelitas, quæ iure humano impedit, & dirimit matrimonium, non est nisi illa, quæ contrariatur Christianitati, hoc est baptismo; vt colligitur ex Diuo Ambrosio, & refertur in c. Caue. 28. q. 1. & notat ibi gloss. in verbo alienam. & 30. q. 1. in c peruenit, verbo ex lauacro, & verbo pabulo tradunt Summistę omnes, in verbo Matrimoniũ, & verbo impedimentum, §. de impedimento disparitatis cultus.

Et quamuis in principio nascentis Ecclesię inter Cathecumenum, & baptizatum fuerit validum fortè matrimonium, quia huiusmodi impedimentum disparitatis cultus, non erat tunc in vsu; processu tamen tẽporis ob iustas causas, & quia Cathecumeni ante susceptum Baptismũ ad infidelitatem facile reuertebantur, introductum fuit, recepta vniuersali consuetudine a Summis Pontificibus approbata, vt inter eos, qui cultus disparitatem haberent, inualidum omnino esset matrimonium, & ita nunc obseruatur: ac proinde cum inter baptizatos non sit cultus disparitas, eo quod vterque est baptismali caractere insignitus, neque per hæresim, vel scisma, aut aliud quoduis crimen, character deperdatur, quia est in anima indelebiliter impressus. proinde validũ, & firmum remanet inter ipsos matrimonium: & sicut per hæresim superuenientem nequaquam dissoluitur, ita neq; per eam antecedentem impeditur, vt colligitur ex decreto Conc. Trid. sess. 24. de sacramento Matrimonii Canone 5.

Secunda dubitatio erat, an coniuge labente in hæresim, in eaq; à sancta Inquisitione deprehenso, & tandẽ reconciliato, & ad publicam abiurationẽ damnato, possit Innocens statim ab eo, non expectata alia diuortii sententia, separari, tam quoad thorum, quàm quoad habitationem. Affirmatiua placuit aliquibus inter quos est Alphonsus de Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, c 7. & Pegna in 3. p directorij scolio 119. §. rursus, nec Catholica vxor. Rationes, quæ huic opinioni fauent, hæ sunt potissimæ. Prima, quia p adulterium corporale priuatur statim adulter iure exigendi debitum: ergo & per spirituale, quod peius est, arg. c. Idolatria. 28. q. 1. vbi dicitur quod Idolatria, & quęlibet noxia superstitio, fornicatio est. Et quando Christus dixit, non posse coniuges separari, nisi ob fornicationem: intelligitur de carnali, vel spirituali: quia verbum generale in materia pœnali intelligitur largo modo, si dispositio tendit in fauorem fidei. Secunda, quia eo ipso, quod coniux aliquis incidit in hæresim, in pœnam præfati spiritualis adulterij amisit ius petendi debitum ab altero coniuge: quia ab omni obligatione liberantur, qui hæreticis tenebantur astricti, vt habetur expresse in c. absolutos, de hæreticis: & ita Innocens manet liber ab obligatione reddendi vxorale debitum, statim ac illi constat esse coniugem de hęresi damnatum. Tertia, quia hęreticus resipiscens, non recuperat bona, quę propter

hæresim

hæresim amiserat: vt dicitur in c. vergentis, extra de hæreticis: ergo nec recuperabit ius petendi debitum, quod propter hæresim perdidit, c. quam periculosum, 7. q. 1. & c. quæris, de consecrat. d. 4.

Tandem Ecclesia decreuit in fauorem Innocentis, ne ab hæretico corrumpatur, vt quamprimum constiterit manifestè: hoc est per iudicis sentētiam, vel alio modo ita manifesto, vt nulla tergiuersatione possit celari, fuisse hunc in hæresim lapsum, remaneat Innocens statim absolutus a debito fidelitatis, dominij, & totius obsequij, & ab omni pacto quacumque firmitate vallato, quo sic lapso manifeste in hæresim tenebatur astrictus in dicto c. absolutos, de hæreticis vbi verbū absolutos, apertè ostendit, sententiam esse a iure latam, & non à iudice inferēdam, quia non dicit, vt astricti, seu obligati hæreticis, absoluantur, sed quod nouerint se esse absolutos. Cum ergo coniuges, duplici fidelitatis vinculo sibi inuicem obligentur: Altero affirmatiuo, quod vnus reddat alteri debitum; altero negatiuo, vt nullus eorum reddat corpus suum alteri, quam suo coniungi, & hæc secunda obligatio sit perpetua, & omnino indissolubilis, neque per crimen hæresis tollatur: à fidelitate tamen, & obligatione, quæ præcepto exprimitur affirmatiuo, liberatur ipso facto coniux fidelis, altero lapso manifestè in hæresim; & ideo pōt licitè huic nō cohabitare, nec ei reddere coniugale debitum in pœnam suæ hæresis, & in fauorē fidei ipsius innocentis. Vnde quamuis postea hæreticus resipiscat, non recuperat hoc dominium iam perditum: quia obligatio semel extincta amplius non renascitur, vt 23. q. 4. cap. si illic, & de consecrat. dis. 4. c. quæris à me, & ff. de sol. qui res. §. aream. Nos tamen partem contrariam putamus esse veriorem, quod scilicet vir, aut uxor habitare tenetur cum hæretico coniuge Ecclesiæ reconciliato ita quod etsi eo toto tempora, quo in hæresi coniux manifestè persistit, possit licitè fidelis debitum coniugale illi denegare: vbi tamen per Inquisitorum sententiam fuit de hæresi reconciliatus, tenetur alter cōiux quantumuis innocens, illis sic reconciliato conuiuere, & debitum coniugale soluere, nisi forte velit Religionem aprobatam profiteri, aut per sententiam Episcopi factum sit inter eos diuortium: ita quod non sat est vt coniux fuerit per sententiam declaratus hæreticus, ad hoc vt possit alter coniux innocens propria authoritate ab eo separari: sed requirenda adhuc est ab Episcopo sententia specialis, de diuortio: alias cogi potest, & debet, cū resipiscente, & reconciliato hæretico cōuiuere, & debitum cōiugale illi reddere.

Probatur hæc sententia: Tum quia ratio tota, quę in iure Canonico assignatur, ob quam licita est separatio fidelis ab infideli, ea est, vt euitetur periculum, quod fidelis incurrit cohabitando cum infideli, labendi in similē infidelitatem: vt colligitur ex c. quæsiui, de diuortijs. §. verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficium traxerit, & c. quanto, eo. tit. Vbi periculum de contumelia creatoris datur pro causa separationis, & in fine concluditur, sic. Per hanc ipsam responsionem soluitur illa quæstio, qua quæritur, Vtrū ad eum, qui ab hæresi, vel infidelitate reuertitur, is, qui permansit in fide, redire cogatur. Quibus verbis aperte decernitur, resipiscentem ab hæresi, in quam incidit, posse cogere vxorem, vt cum ipso habitet, cum iam cessat omnino periculum subuersionis, quod separationem efficiebat licitam.

Tum quod in c. mulier, de conuersione coniugum, tunc solū conceditur mulieri fideli, cuius vir in hæresim est lapsus, ad Religionem libere conuolare, quando a tali viro hæretico fuit iudicio Ecclesiæ separata: ergo vltra hæresim, seu infidelitatem: necessaria est iudicis Ecclesiastici sententia, per quā fiat diuortium, & thori separatio; vt notat glossa in dict. c. mulier verbo iudicio Ecclesiæ separata, adeo ꝙ si propria authoritate se separauerit, cogi ab Episcopo debet, ad cohabitandum cū marito reconciliato, & de infidelitate ad pœnitentiam reuerso.

Tum

Tum quod magna,& facilis coniugibus daretur occasio ad perpetuum thori separationem,si absque iudicis authoritate ob hæresim,in quam posset ad hunc effectũ vnus in currere, liceret, eam fieri; Ita vt neque post reconciliationẽ ad fidẽ cogerentur ad cohabitandum, arg. cap. quando de diuort.

Tandem pro hac nostra sententia facit tex. in c. non solum 28. q. 1. vbi de fornicatione spirituali sic dicitur. Quòd si in his factis perseuerat, & pœnitentiam non agit,recede ab illa,& noli viuere cum illa, sin autem,& particeps peccati illius eris, &c. Vbi notandum est verbum, Perseuerat,& pœnitentiam non agit, quia a non perseuerante,& pœnitentiam agente, nõ est recedendum: eo quod tunc cessat ratio participationis, & fautoriæ in peccato, quæ datur causa iusta separationis.

Nec obstant in contrarium adducta. Nam ad primũ dicimus, quod etsi adulterium spirituale sit in ordine ad Deum, grauius adulterio corporali,non tñ in ordine ad matrimonium. Tum quia per fornicationem carnalem magna iniuria fit marito,qui si fornicariam postea cognoscat,remanet irregularis,nec mortua vxore potest ad sacros ordines promoueri, vt dicitur, 34. distin. c. si laici, & c. vxorem, quod præiudicium non incurritur per fornicationem spiritualem. Tũ quod in fornicatione carnali polluitur anima, & corpus, in spirituali non nisi anima. Ac proinde per carnalem maius scandalum patitur maritus; maiorque iniuria,& offensa illi fit: vltra prolis incertitudinem, quæ in graue mariti damnum vergit; & ideo post carnalem fornicationem non cogitur maritus vxorem etiam emendatam reassumere, sicut compellitur post hęresim relictam.

Ad secundum. Respond. quod quamuis coniux lapsus in hæresim,amiserit ius petendi debitum; illud tamen per pœnitentiam,& conuersionem recuperat; idque in fidei fauorem, vt facilior ad fidem sit reuersio.

Ad tertium dicitur, quod hęreticus resipiscens, nõ recuperat bona, quę propter hæresim amiserat, quia à die commissi criminis, non solum perdidit illorum dominium, sed postea per iudicis sententiam priuatur speciatim illorũ vsu: sed iure vtẽdi sua vxore non priuatur, nisi detur expressa sententia de diuortio: & quousque hæc non datur, potest quidem fidelis non reddere debitum, & separari quoad thorum, ne videatur consentire,& fauere hæretico, & maximè si imminet seductionis periculum. Sed postquam hæreticus est ad fidem reuersus, & pœnitet, cessat huiusmodi fautoriæ, & subuersionis periculum, & per consequens separãdi iustitia. Et quamuis obligatio quę perfectè, & cõplete est semel extincta, non reuiuiscat: hæc tñ, quę est inter coniuges de reddendo debito, non est perfectè extincta, nisi post mortem, vel per sententiam diuortii datam a iudice Ecclesiastico; & ideo quãuis iudicetur quis hæreticus necessaria est adhuc specialis sentẽtia de diuortio, vt hæc reddendi debiti coniugalis obligatio per pœnitentiã postea non reuiuiscat.

Ad vltimum respondemus, quòd cum labitur coniux in hęresim, remanet alter coniux absolutus a reddendo illi debitum, dissoluiturque seruitus coniugalis, quoad thorũ,& cohabitationem non absolutè, sed quãtum ad hoc, vt petente fideli separationẽ, possit, & debeat iudex Ecclesiasticus illam per sentẽtiam adiudicare: sed si propria authoritate fiat, compelli fidelis debet, vt, redeunte hæretico ad fidem, cum eo cohabitet; quia hæc obligatio cohabitationis, & redditionis debiti coniugalis, non fuit perfecte extincta per lapsum in hęresim, & hoc conceditur in fauorem fidei, ad quam per pænitentiam est reuersus. Vnde in adulterio carnali: quia etiam post pænitentiam remanet incertitudo prolis conceptæ,& bigamiæ impedimentum, non cogitur maritus innocens ad cohabitandum cum vxore adultera, quantumuis pœnitente; sicut cogitur ad conuiuendum cum hæretica ad fidem reuersa,& pœnitente, vt iam supra diximus.

Vide

Vide pro hac nostra sententia glossam in c. de illa, de diuortiis, & c. quanto, eodem titulo, & c. Vltimo, de conuersione coniugatorum. Zanchinum de hęreticis, c. 18. num. 2. Septimanc. de instit. cathol. tit 40. de matrim. numero 16. Abbas in dict. c. de illa, de diuortijs: & c. Mulier, de conuers. coniug. & Iulius Clarus lib. 5. recepta sentent. . hæresis, & Sotus in 4. distin. 39. artic. 4. §. si vero talis hæreticus: vbi expresse affirmat, cogendum esse innocētem fidelem cum hæretico, seu apostata ad fidem reuerso, & pœnitente conuiuere, & coniugale debitum reddere: nisi forte approbatam Religionem ingredi, & profiteri velit, quod iura concedunt tantũ innocenti, vt sic in Religione professus euitet infamiam, quam incurrere in seculo poterat, cohabitando rursus cũ hęretico per sententiam, & publicè recōciliato: sed si nolit Religionem ingredi, & profiteri, cogi debet, vt ad sic pœnitentem reuertatur, & insimul conuiuant.

Aduertendum tamen est, quod, etsi fidelis innocens nō possit authoritate propria separari ab hæretico coniuge publicè reconciliato, & pœnitente, nisi in casu tantum, quo ille innocens, velit Religionem approbatam ingredi, & eam profiteri, vt supra diximus, quam gratiam non conceduntiura, ipsi hæretico: si tamen contingat innocentem, siue sit maritus, siue vxor, esse personam nobilissimæ familiæ, in cuius infamiam, & dedecus notabile redundet, si publicè reconciliato hæretico cohabitet: tunc poterit authoritate Episcopi fieri diuortium, & perpetua thori separatio. & maximè, si in nullo eorum sit periculum incontinentiæ: quia non tenetur innocens, cum tam notabili suorũ parentem in honore redire ad conuiuendum cum marito omnino infami, qualis ille est, qui per sententiam damnatur de hæresi.

CASVS XXXI.

Barnabas, vt pensionem in quodam parochiali beneficio obtineat, Crucem militaris cuiusdam Ordinis suscipit, & cum aliàs sit ditissimus, tantum sibi de pensione Ecclesiastica procurat dari, quantum ad decentem nobilis viri sustentationem sufficiat, qua obtenta, patrimonialia bona prodigè expendit.

Quæritur, An tuta conscientia, possit crucem illam ad pensionem obtinendam procurare, cùm aliàs habeat, vnde decentissimè viuat?

Tria præsens casus quærit. Primum, An licitum sit procurare, & suscipere militarem crucem, animo, & intentione obtinendi in beneficio Ecclesiastico pensionem?

Secundum, & An qui ditissimus est, & opulento gaudet patrimonio, possit tuta conscientia Ecclesiasticam pensionē procurare, & retinere?

Tertium, An si redditus sui patrimonii liberè expendat, & de sola pensione Ecclesiastica se sustentet obnoxius sit alicui restitutioni?

Ad primum respondemus, non esse illicitum obtinere crucem ordinis militaris ad pensionem Ecclesiasticam habendam. Tum quia ordines militares sunt instituti fine pio, & sancto, videlicet ad fidem Catholicam armis, & bello contra Religionis Christianæ inimicos defendendam, quod opus non tantum est iustum, sed pium, ac religiosum, vt inquit D. Thomas 2. 2. q. 188. art. 3. His autem, qui hunc militarem ordinem profitētur, concedi a Summo Pōtifice posse iuste bona Ecclesiastica ad suos decentes vsus, eo solo titulo, quo dedicati sunt prę fatæ militiæ, protectioni, & defensioni fidei Christianæ consecratę, affirmant Doctores in c. possessiones. 16. q. 1. & c. Quicunque. 12. q. 2. & Card. in Clement. 1. de rebus Ecclesię non alien. q. 18.

Tum quia isti crucigeri equites, sunt personæ Ecclesiasticæ, vt qui in Religione, & sub regula a Sede Apostolica approbata vota solemnia emittunt, suntq; addicti, & mancipati suis ordinibus ad ea

o ficia

officia peragenda, quę a magistro ordinis fuerint illis iniuncta iuxta regulam, & constitutiones, deferuntq; palā regularē habitum militiæ. Posse autem bona Ecclesiastica conferri personis Ecclesiasticis, vt de illis viuant, probat textus in c. Beneficium de regul. iur. in 6. in Clem. 1. de supplenda negl. Pręlat.

Cum ergo pensio dari possit licitè equiti habenti crucem militaris ordinis: licitè etiam poterit ille talem pensionem obtinere, & accipere, & sicut esse diuitem nō impedit ingressum in talē ordinē, ita nec nocet acquisitioni pensionis, quæ pensio confertur militi, non quatenus diuiti, vel pauperi, sed quatenus dicato militiæ piæ, & prout est Ecclesiastica persona.

Confirmatur tertio, quia magis est habere commendam, quam pensionem. Nā cōmendæ sunt beneficia Ecclesiastica, vt colligitur ex diffinitione beneficii Ecclesiastici, quod est ius perpetuum in se, vel quoad accipientem percipiendi redditus Ecclesiasticos, conferibile tm̄ à persona Ecclesiastica personæ Ecclesiasticę, quā diffinitionem explicat Card. Felin. & alii in c. Postulasti. de rescript. Et luce ipsa est manifestius, quòd commendatores habent Ecclesias, quarum decimas ipsi recipiunt, quæ Ecclesiæ ideo non habent Rectores principales, quia sunt vnitæ ordini, & ab ordine cōmendatæ equiti commendatori: ponunturq; solum in illis vicarii perpetui, vel temporales, quos ipse commendator præsentat. Pensio autem est certa portio ex mensa, vel beneficio ex causa, & ad tempus separata, & pendet à proprietate beneficij, à quo extrahitur: sicut fructus a proprietate, vt declarant Doctores in Clement. 1. de supplenda negl. Prælat. & est text in c. possessiones 17. q. 1. & in c. Quicunq; 12. q. 2.

Si ergo diues suscipiat crucem ordinis militaris sancti Iacobi, vel alterius ordinis, vt capax fiat alicuius commendæ, nō peccat; sunt .n. apud Christianos multi duces, & comites, & alii principes ditissimi, quibus Reges, qui sunt horum ordinum magistri, conferunt commendas, & his potiuntur tuta conscientia: multò magis illi licebit eandem crucem suscipere; vt habilis reddatur ad pensionem.

Corroboratur vltimo, quia ille, qui se dedicat, & consecrat alicui ordini Ecclesiastico, pōt de fructib. Ecclesię viuere, nō .n. teste D. Paulo, alligandum est os bo ui trituranti: & qui altari inseruit, de altari viuere debet 1. ad Corinth. c. 9. Et tradit Innocentius ab omnib. receptus in c. Episcopus, de præb. Et cum is, qui militarem crucem suscipit, se dedicet, & consecret per illam, & per professionem, anno completo, factam, ordini militari, cuius crucem, & habitum defert: poterit ex Ecclesiasticis redditibus ordini applicatis per commendam, siue personæ suę applicandis per pensionem, viuere: reseruatō ad parentes patrimonio, si libet, iuxta regulam. & ordinis sui constitutiones, vide Nauarrum tractatu de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 32. & q. 3. in responsione ad epistolam Achillis Statij.

Neq. obstat, si dicatur, hos equites crucigeros, rei vxoriæ esse deditos, honores in seculo ambire, & facultates filiis procurare, & alia omnia perinde tractare, & facere, ac pure laici agere solent.

Respondemus, illos vxores ducere, ex dispensatione Summi Pontificis, qui super voto solemni castitatis, quem emittunt, dispensat quoad copulam maritalē tantum, adeò quod accedentes ad non suam, peccant contra votum, & dispensatio Papæ super aliqua parte voti cum religioso non facit, illud esse laicum, vt docet Scotus in 4. sent. d. 38. q. 1. & ibi Maior. q. 3. & Caietanus 2. 2. q. 88. art. 1. Et Innocentius cum communi in c. Ad Monasterium, de statu Monachorum; pari ēt modo, si de bonis suis liberè disponunt, & testantur, ac filios diuites faciunt, id fit de licentia Summi Pontificis, & de beneplacito magistri Prælati ordinis, ac secundum constitutiones eiusdem Religionis à Sede Apostolica approbatas: & ideo si alio modo, vel in alios vsus bona sua, & redditus impendūt, quā in eos, quos regula, & constitutiones, ac Pręlati expresse,

vel

vel tacitè volunt: peccant contra votum paupertatis, & ad restitutionem tenentur, vt latissime cum communi probat Nauarrus in tract. de redditibus Ecclesiasticis q.1. monito 55. & q.3. monito 21. & 22.

Non etiam officit, quòd Prosper lib. 11. de vita contemplatiua, quem citat, & sequitur Dionysius Carthusianus in lib. de vita sacerdotum art. 24. affirmet, eos, qui de bonis patrimonialibus diuites sūt, non posse de Ecclesiasticis viuere, cùm hæc ad pauperes sustentandos sint instituta. Ac proinde habentem alia bona laica, non posse iuste se alere ex fructibus beneficii, seu pensionis, quod ipsum tenuit Decius in c. Postulasti, de rescriptis.

Respondemus in primis communem Doctorum opinionem esse contrariam, & veriorem, vt probat Innocentius ab omnibus ferè sequutus in c. Episcopus, de præbend. & in c. Quoniam ne Prælati vic. Immò ipse Decius in d. c. Episcopus, recantat dictum suum, & sequitur communem, cum Panormitano, & aliis ibidem. Estque hoc in praxi apud omnes receptum, vt beneficiatius habens beneficium Ecclesiasticum, possit iustè se alere ex fructibus illius, & bona laicalia quamuis opulentissima, si quæ habet, reseruare, & donare amicis tā inter viuos, quàm per vltimam voluntatem. Dici etiam potest, quòd Prosper, Dionysius, & alii intelligi debent de beneficiario habente beneficium per intrusionem, & non Canonicè collatum; iste enim si habet bona laicalia, quibus sustentari valeat, non potest ex fructibus beneficii sic male possessi, viuere, sed tenetur beneficium relinquere, vt ait Nauarr. in d. tractatu de redditibus Ecclesiasticis q.3. in fine, respondendo ad epistolam Achillis Statij.

Aduertant tamen diligenter confessores, ne facile absoluant eos, qui pensionem, aut commendam habent: si hos fructus, malè expendunt: Nam vltra solemne paupertatis votum, quod in religione militari, quam sunt professi, vouerunt: habent etiam bona illa, cùm sint Ecclesiastica, onus hoc intrinsecè annexum, vt Christus IESVS, cui fideles illa dedicarunt, sit illorum Dominus: nec possint in alios vsus quàm bonos, & pios expendi, & alienari; vnde in iure Canonico beneficiarii omnes appellantur procuratores, & dispensatores, c. Quòd autem 23. q.7. & c. Conuenior. ea caus. q.8. & c. fin. 12. q.1. & c. edoceri. de rescript. & c.2. de donat. Vide D. Thom. 2.2. q.87. art. 1. art. 4. & art. 3. ad 1. & art. 4 ad 4. & in quodlibeto 6 art. 19. ac Nauarrum latissime in tractatu de redditibus Ecclesiast. fere per totum. Et ex his facile colligitur Responsio ad alia duo dubia.

CASVS XXXII.

Religiosus possidet authoritate, & licentia Sedis Apostolicæ quosdam Ecclesiasticos redditus vltra eos, quos publice legendo, & propria industria acquirit, quiq; de licentia superiorum sui ordinis sunt suo vsui concessi, & de vtrisq; libere donat maxime parentibus pauperibus.

Quæritur, An tuta conscientia hoc facere possit absque vitio proprietatis, & incidentia in pœnas bullæ Clementis Octaui de largitione munerum?

QVantum ad primum de redditibus, quos religiosus possidet facultate Sedis Apostolicæ, existimo, quod potest ad libitum disponere in licitos, & honestos vsus, & de his donare absque suorum superiorum licentia præsertim intuitu paupertatis.

Tum quia quoad illos redditus iste religiosus habetur, tamquam exemptus à potestate Prælati, cum ab eo nequeant per Prælatum amoueri, neque reuocari, sed subsit immediate Sedi Apostolicæ, vt singulariter determinat Panormitanus in cap. Nisi, de præbend. & c. edoceri, de rescript. Tum quia dicta bulla Clemētis Octaui de largitione munerum loquitur expresse de donatione, eorum, quæ sunt

sub-

subiecta reuocationi, & dispositioni Prælatorum, & conuentuum, & ideo horum licentiam, & consensum præcipit ebti nequi, & propterea non extenditur ad redditus ex speciali Sedis Apostolicæ indulto concessos, arg. glossæ sing. in Authent. offeratur, C. de litis contestatione, & lege sciendum, ff qui satisd. cog. Decius in reg. 1. ff. de reg. iur. Tum quia ratio tota, quare clericus potest de fructibus sui beneficii disponere, & libere viuendo donare, non est, quia sit verus, & absolute dominus eorum, sed quia per Papam factus est illorum dispẽsator, vt in vsus suos, & alios licitos possit eos expendere, sed huius dispensationis est æquè capax religiosus, ac clericus: cum hæc non dicat absolutũ dominium, quod solum repugnat voto solemni paupertatis, c. Non dicatis q. 1. c. Cum ad monasterium § fin. de statu Monachorum. & docet Nauarrus, tractatu de redditibus Ecclesiasticis, q. 1 monito 3. sequutus Innocentium in ca. Cum olim, de priuilegijs, & communem in c. in præsentia, de probationis. Hęc autem dispensatio virtualiter à Papa conceditur, quando dat religioso pensionem.

Confirmatur hæc veritas per id, quod dicit Card. in Clement 2. de vita, & honestate clericorum, vbi affirmat, religiosum tam late posse disponere de fructibus sui beneficii regularis, quam clericus secularis de fructibus sui beneficii secularis, maximè quando Religioso concessa est à Papa expendi facultas in suos vsus vide Nauarrum, vbi supra, monito 8.

Quod autem spectat ad secundam dubitationem, An religiosus de acquisitis ꝓpria industria, & superiorum licentia ad suum vsum concessis, possit libere donare? Respondeo, quòd non põt sine licentia, saltem tacita sui superioris, & virtuali ad minus consensu conuentus.

Probatur primo, quia omne acquisitũ a religioso, acquiritur ordini, & monasterio: ita vt nequeat quicquam impendere etiam in causas pias, & in eleemosynam absque Prælati assensu, secundum glossam in Clemen. 2. §. sed & tales, de vita, & honestate clericorum, & docet expresse D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 8. ad 2.

Tum secundo, quia Religiosus per solemnem professionem, tam se, quam sua omnia monasterio, & Religioni tradidit, & sic omnis opera sua est debita suo ordini, c. in præsentia, de probat. & Authent. ingressi, C. de sacrosancta Ecclesia.

Confirmatur tertio ex decreto Conc. Trid. sess. 25. de Regularibus c. 3. vbi dicitur, nemini regularium tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur conuentuique incorporentur. Quod si hęc quæ religiosus acquirit, dantur sibi a Prælato & conuentu ad proprium vsum ita, vt de illis neq; Prælato, neque conuentui rationem reddat, sed suo commodo, & damno impendat: potest tunc omne, quod parce, viuendo sibi detrahit, parẽtibus, & alijs in eleemosynam, vel alio pio fine donare liberè.

Ratio est, tum quia habens peculium sibi iustè concessum, potest impendere de eo omnia illa, quę recta ratio administrãdi peculij requirit: Nam concesso aliquo, conceduntur & simul ea, sine quibus, id nequit expediri, c. Præterea, de officio de leg. & c. Ex his, §. Porro, de verb. sign. li. 6.

Tum quia seruus, qui æquatur in hoc Religioso, id facere potest de peculio, quod est suo vsui concessum, ff. de peculio, per totum. Nauarrus comment. 2. de Regularib. not. 3. num. 9.

Tum quia in horum donatione, nullũ damnum infert Religiosus monasterio, neque alteri, quam genio suo, & ventri, & condecentia suæ personæ, cui hęc detrahit, & parce viuendo aufert.

Tum quia Religiosus, cui illa conceduntur ad vsum proprium, si ea potest conuertere in vsus corporis, multo magis in vsus animæ, quæ est pretiosior corpore: cap. Præcipimus. 1. q. 1. ac proinde potest sine scrupulo largiri pecuniam in eleemosynã, & alia opera pia, quia hoc cõcesso pe-

culio vti, quando in vtilitatem animę cõuertitur; qua eadem ratione Doctores affirmant, posse patrem dum viuit, donare in eleemosynam, & alia opera pia, minuendo etiam suorum filiorum legitimã, vt ait Nauarrus in Man. confess. c. 26. n. 39. Confirmatur hęc veritas per id, quod narrat Doctor de Saxonia in lib. de vitis, seu gestis patrum, 3. par. c. 9. Prouincialē ordinis nostri Eremitarum Sancti Augustini, concessisse cuidam Religioso, vt de magna summa pecunię, tam ex patrimonio suo, quàm donatione amicorum comparata, posset non solum libros ad vsum suum emere, sed etiam annuos redditus nomine conuentus; quos tamen procurator dicti cõuentus, reciperet, & dicto Religioso traderet in proprium vsum dum viueret, conuertendos, neque hoc regulæ, aut constitutionibus esse contrarium.

Et hinc est, quòd Pręlati tam ordinis Eremitarum S. Augustini, quam S. Dominici, concedere aliquando solent Magistris eiusdem ordinis, qui cathedras in publicis vniuersitatibus legunt, redditus omnes, quos sic legendo acquirunt, ad vsum proprium, vt commodius habita ratione sui laboris, alantur, & sustētentur: de quibus tamen parcius, & religiosius viuendo, multa detrahunt, vt cõsanguineis pauperibus subueniant: neque in hoc peccant, quia in his per parsimoniam à suo vsu sublatis, non alteri, quam sibi nocent. vide Nauar. commentario 2. de regularibus, nu. 25. fol. 66. §. 14. infertur, &c.

Addo etiam, quòd per hoc datur occasio præfato religioso, vt tanto libentius ieiunijs, frugalitati, abiectioni, & moderato sumptui assuescat, quanto scit ea, quę de sibi necessarijs detrahit, posse licite parentibus, & alijs de se bene meritis donare: & Prælatus voluntate iusta, & rationabili debet velle potius, quòd Religiosus sic concessa ad suos vsus expendat, sobrie, abstinenter, & parce viuendo, quam quòd ea laute, & opipare comedendo, & potãdo, seque, & cellam suam curiose nimis ornando, consumat, vt in simili docet latè Nauarrus, commentario tertio de Regularibus, nu. 30. & tract. de redditibus Eccles. q. 1. monito 13. nu. 1. Quocirca veluti peculium ad proprios vsus cõcessum, si Religiosus expendat, bibendo vina pretiosa, & gallinas, ac perdices comedendo, & se delicate tractando in vestibus, & alijs: non incurrit in peccatum proprietaris: Ita si ieiunando, & abstinentiæ actus exercendo, de victu, & vestitu, alijsque commoditatibus diminuit, vt parentibus, & amicis subueniat, non est proprietarius; quia in concessione dicti peculij, tacitè, & virtualiter illi datur licentia ad hoc faciēdum, sicut beneficiario fructus Ecclesiastici, qui ad suam honestam, & decentem sustentationem dantur, dari censentur cum plena facultate disponendi de his, quæ parce, & frugaliter viuendo asseruat, vt ait Diuus Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. & probat Adrianus in 4. de restitutione q. 12. & latè Nauarrus tractatu de redditibus ecclesiasticis q. 1. mõ. 26. & 33. Neque obstat, si dicatur, Religiosum non esse capacem dominij & peculium omne, quod possidet esse monasterij: & ideo si aliquid parcius viuendo, acquirit, id monasterio acquirere, nec posse ita liberè de eo disponere, vt consanguineis donet: quamuis forte hoc possit clericus sęcularis de parte fructuum beneficii, suæ decenti sustentationi destinata. Respõdemus, quod ratio, propter quam Religiosus potest de peculio suo vsui destinato, quicquid detrahit, & parce viuendo acquirit, liberè donare, non est, quia sit dominus illius, sed eo quod consuetudo a Prælatis iuste circa hoc introducta, id sic concedit, vt ita præbeatur occasio dicto Religioso, minus edendi, bibendi, minore cum fastu, & pompa viuēdi; quia hęc est hominũ conditio, vt minus edant, bibant, & moderatè magis in vestitu, & aliis suæ sustentationi ac commodis se habeant, qñ sciunt, ea, quæ sic detrahunt, & coaceruant, posse in eleemosynas, & alia opera pia ad libitum suum expendere, quàm si id totum reliquatum, & asseruatum deberet iterum ad manus pręlati redire, nullus profectò, vel rari essent, qui

frugali-

frugalitatem, & parsimoniam exercerēt: sed totum peculium in saturitate, & luxu consumerent: & sic castitas paupertas, & religionis obseruantia maximè periclitarentur. Propter quod consuetudo ista introduxit ex tacito Prælatorum consensu, vt de reliquatis maneret libera dispositio in voluntate ipsiusmet Religiosi. Quę eadē rō fecit, vt clerici de fructib. beneficii, quorum non sunt domini, sed dispensatores, possint cōsanguineis pauperibus subuenire. Vide Nauarrum vbi supra monito 33. Non obstat secundo, quod in Concilio Lateranensi relato in c. Monachi, de statu Monachorum dicitur. Monachi non permittantur peculium habere. Et in Concil. Trid. c. 2. de regularibus, sess. 25. sic decernitur. Nemini igitur regularium, tàm virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, cuiuscumq; qualitatis fuerint, etiam, quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine conuentus, possidere, vel tenere; sed statim ea superiori tradantur, conuentuique incorporentur. Et infra subdit, nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum administrationem, aut commendā. Et paulo post subiicit, mobilium verò vsum ita superiores permittant, vt eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat, nihilque superflui in ea sit.

Per quæ omnia videtur prohiberi religiosis habere peculium, etiam ad vsum, & administrationem. Respondet ad hęc Nau. commentario 2. de Regular in cap. Non dicatis, 12. q. 1. nu. 15. quod Concilium tam Lateranense, quam Tridentinum, prohibent peculium illud, quod conceditur religioso cum facultate dispo nendi pro libito in quoscun que vsus etiā profanos: eo modo quo potest secularis de vere sibi proprio: hoc. n. repugnat voto paupertatis; & ideo neq; Prælatus, immo neque Papa, concedere pōt religioso verū dominium alicuius rei pecuniarię, vt ait Nauar. vbi supra n. 1. sed non prohibet peculium conueniens qualitati, & necessitati ipsius Religiosi, cum facultate disponendi illud, in suos honestos, & pios vsus, immo quod hoc peculium habere possit Religiosus de licentia sui Prelati, colligitur apertè. Tum ex dicto c. Monachi, vbi in fine dicitur, posse alicui religioso concedi peculium in administrationē iniunctam illi: Tum ex dicto Concil. Trid. c. 2. in fine, vbi habetur, posse superiores mobilium vsum decentem Religioso concedere: per quę vetatur concessio peculij etiam mobilis, vltra certū modum, & in quantitate superflua, hoc est, excedente decentem paupertatis statum.

Duo ergo requiruntur ad hoc, vt Religiosus possint tuta conscientia peculium habere. Primum est, quòd illud sibi concedatur a Prælato, non in dominium absolutum, neq; ad vsus profanos & illicitos; sed in administrationem, & ad disponendum in suos honestos, & pios vsus. Secundum est, quòd tale peculium non sit superfluum, nec excedat debitā, & competentem Religiosi sustentationem; repugnat;.n. quod sit a Prælato iusta cā concessum, & sit superfluum: quia si est iusta causa concedendi tale peculiū, non est superfluum, neq; è contra, si est superfluū, causa concedendi est iusta. Ex his colligit Nauarrus, vbi sup. nu. 18. §. Tertio infertur. Concilium Triden. in dicto c. 2. de Regul. sess. 25. non inducere ius nouum, sed tantum renouare, & ad memoriam reducere antiquum expressum, in c. Non dicatis, 12. q. 1. & in c. Monachi. &c. Cū ad monasterium, de statu Monachorum, & ideo prohiberi Prælatis, ne sine iusta causa concedant tale peculium ob importunitatem regulariū, qui variis modis parū Religioni conuenientibus, id cōcedi sibi procurant. Et si quærasquæ sit causa iusta cōcedendi tale peculiū? Rñdeo, quòd cum illa non sit iure determinata, relinquitur boni, & prudentis viri arbitrio determinanda, arg. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis, de offic. deleg. Et ideo considerāda est qualitas personæ, locus, tempus, vtilitas inde resultans, quantitas rei concessæ, finis in quem conceditur, & id ge-

nus alia. Religioso.n. qui pubicè in scholis legit, & librorũ varietate indiget, & ad sustinendos studij labores, oportet vti famulo, victo, & multis alijs, quæ monasteriũ dare non solet priuatis religiosis, si huic concedantur redditus suæ cathedræ ad decentẽ, & honestã sua sustẽtatiõnem, iusta erit talis licentia, vt quæ in priuata Religiosi vtilitatẽ respicit, sed multo magis cõmunẽ, & publicam. quod idem dixerim de concionatoris officium exercente; & de illo, qui scripta sua typis dat vel alio simili opere commodum publicum concernente, occupatur vt qui pluribus indiget, quam alii priuati Religiosi.

Quod si adhuc inquiras, an ad possidẽdum tale peculium, requiratur licentia Prælati expressa, & specialis: an sufficiat tacita, & generalis? Respondemus, in foro conscientię sufficere tacitam, & generalem, quæ aliis præsumpta dicitur, quia eundem effectum quoad hoc facit, tacitum, & expressum: leg. Cum quid, ff. de rebus cred. & c. 2. de rescript. & glossa leg. expresse. ff. de Regul. iuris. Et quamuis multi Doctores teneant taciturnitatem Pręlati solam, non excusare Religiosum a peccato proprietatis, intelligendum id est de taciturnitate permissiue tamen absque consensu approbatiuo: nos aũt loquimur de permissione, seu taciturnitate approbatoria: hoc est, si peteretur a Prælato licentia, eam libenter concederet, iuxta doctrinam Caietani 2.2. q. 66. ar. 5. & Nauar. in Manual. c. 7. num. 29. quæ est distinctio glossæ, c. Denique. 4. distinct. Et per hoc soluatur consuetudo in multis monialium monasterijs recepta, vt tantum detur illis victus in communi, & pro vestitu relinquatur singulis omne id, ꝙ labore manuum suarum lucrantũr, quæ si in vsus licitos consumunt, non peccant: sicut etiam in multis ordinis nostri monasterijs Italię, solet Religiosis annuatim certa pecuniæ quantitas tribui pro annuo vestitu: Immo Hispaniæ, & Lusitaniæ, vsu est receptum, vt parentes nobiles & diuites, quando filias faciunt moniales, vltra illam dotem, quam ad sustentationem competentem monasterio tribuunt, certos annuos redditus eidem filiæ cõsignant, quos vulgari nomine appellãt Lusitani, tenæa: vt sic commodius viuere possit: & hos redditus ipsa monialis recipit, & expendit absque alia Abbatissæ licentia, neque de eis rõnem vllam reddit, sed solum sub custodia depositarię conuentus, & nõ in propria sua causa illos retinet: & hic vsus tacito Prælatorum consensu permittitur, vt dictæ moniales suis necessitatibus melius prouideãt, quibus monasterii paupertas nequit ad plenum subuenire. Aduertant tamen confessores, ne absoluant Religiosos, & moniales, qui hos redditus, & simile concessum peculiũ, in profanos, & illicitos vsus consumunt, nisi firmiter proposuerint emendari, quia sic expendentes peccant mortaliter, & sicut Prælati nequeunt dare talẽ licentiam, tum quòd iniusta, tum quòd voto paupertatis repugnans, ita nec consuetudo introducere eam põt. Sunt.n monasterii bona, quorũ dispensatio sola, seu administratio cõmittitur Religioso, vt ait Nau vbi supra: & Fr Ludo. Lopez in instructorio confess. par 2 c. 6. qui affirmat, quod sic profane expẽdentes, vltra peccatũ, ad restitutionẽ monasterio tenentur.

CASVS XXXIII.

Dubitatum fuit, an, post decretũ Concilij Tridentini, sess. 22. de obseruandis, & euitandi in celebratione Missæ, vbi dicitur, neue patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinarijs designata, & visitanda, sanctum hoc sacrificium a secularibus, aut regularibus quibuscumque peragi, &c. licitum sit Episcopis, vbicumque reperientur, vti priuilegio dicendi Missam extra Ecclesiam super altare portatili, non tantum in priuato Oratorio, sed etiam in loco laico, neque cultui diuino dicato.

Quæritur, quid sit consulendum?

Re-

RESpondemus primo: quod si sunt Romæ, non possunt Epi ibi Missam extra Ecclesiã celebrare absq; Summi Põtificis expressa licentia. Tum quia post Conc. Tridentinũ ita Romę est vsu, & consuetudine receptum, vt neq. etiam Cardinales in priuatis Oratorijs super altare portatili celebrent, nisi de facultate expressa Papæ: quam ita concedit illis, vt raro eandem tribuat Episcopis.

Tum quia tempore plurimorum Summorum Pontificum, dũ essem Romę, edicto publico fuit prohibitũ, ne quis absque expressa Papæ licentia in priuatis Oratoriis celebraret cuiuscumque dignitatis esset. Tandẽ hãc authoritatẽ, seu licentiã celebrãdi Romę extra locũ sacrũ, cõcedit raro à Papa ẽt Epis, & rarissimè aliis, testatur Nauarr. in manuali c. 25. nu. 81. vbi ex speciali gratia, & Illustriss. Card. Sauelli intercessione, fuisse eidem Nauarro iã senio cõfecto, hanc licentiã a Papa cõcessam affirmat. Scdo dicimus, quòd Epi, dum sunt iusta de causa à propriis diœcesib. absentes, neq; est illis cõmodius accessus ad Ecclesiã, possunt in loco ẽt laico sup altare portatili celebrare.

Probatur: tũ quia iure antiquo erat hoc illis cõcessum, in c. Qm̃ Episcopi. de priuilegiis, in 6. quod non fuisse per Cõcilium Triden. abrogatum, declarauit sacra Illustrissimorum Cardin. congregatio, vt testatur Nauarrus in suis consiliis lib. 5. de priuilegiis cons. 16. Tum quia dictum Concil. Trid. statuit solum, ne Epi permittant extra Ecclesiã, & loca ab eisdẽ designanda, & visitãda, hoc sanctum sacrificium à secularibus, & regularibus peragi: sub noĩe aũt secularium, & regulariũ non cõprehenduntur Epi, vt patet: & ideo de loco celebrationis ipsorum, cum nihil innouet, relinquitur dispositioni iuris antiqui, arg. ca. 2. de translat. & l. Pręcipimus. Cod. de appel.

Aduertendum tamen, quod quando Episcopus fuerit in alieno Episcopatu permanens per multos dies, ita vt non sit per modum transitus, & itineris, sed iusti, & vtilis Ecclesiæ negotii: tunc non suffragatur illi dictũ Priuilegiũ, c. Qm̃, vt possit extra sola sacra celebrare, vt notat glossa in dicto c. Qm̃ in principio. cessat enim tunc rõ, in qua tale priuilegiũ fundatur, quæ est itineris acceleratio, & non facilis ad Ecclesiam accessus.

Notãdũ deinde, quod si aliquis Episcopus edicto publico ꝓhibuerit, ne quis celebret in suo Episcopatu extra loca sacra, vel q̃ ad id specialiter fuerint ab ipso deputata: non poterit tũc alius Eps certior factus de tali edicto, Missã facere in alijs locis, quandiu fuerit in tali Episcopatu: Tum ꝓpter scãdalum: tũ quia, licet Concil. Triden. vbi sup. non prohibeat directe cum altare portatili celebrare, concedit tamen Epis authoritatem, tanquã delegatis Papæ, vt possint in suis diœcesib. circa hoc statuere, quæ sibi iusta, & honesta videbuntur, non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Tertio dico, quòd Episcopus ĩ sua propria diœcesi, potest extra Ecclesiã in loco laico honesto tamen, & decenti, iusta de causa, secundũ suam prouidentiam iudicanda, celebrare Missam super Altari portatili.

Probatur: tum quia hanc licẽtiam iusta de causa celebrandi põt sibi subiectis dare, vt decernitur in c. Concedimus, de consecr. dist. 1. quod non fuisse per Conc. Trid. sublatum nec derogatum, affirmat Nauar. in suo Manuali cõfess. c. 25. n. 82.

Tum quia dictum Concilium non ꝓhibet directè Missam facere cum Altari portatili, sed solum pręcipit Episcopis, ne facile permittant id fieri in suis diœcesibus.

Tum quia ex verbis præfati Concilij, colligitur intentionẽ suam fuisse, statuere solũ ne passim, et pro libito seculares, aut regulares ĩ Altari portatili, & extra Ecclesiam, vel Oratoria ad id consignata, celebrent: sed non vetat, quòd iusta de causa, vrgente aliqua necessitate de Episcopi consensu id fieri possit.

Notandũ tñ, q, qñ dicimus, posse Episcopum in sua diœcesi concedere, vt in loco laico, quamuis nec sit Ecclesia, nec Oratoriũ cultui diuino dicatũ, in Altari

portatili celebretur, vrgente aliqua necessitate, intelligendum hoc esse de loco laico honesto, & decenti, & per eundem Epum, vel eius cōmissione visum, & deputatum: neq; .n. in priuatis domib. in quibus infirmi dormiunt, comedunt, & alias corporis actiones exercent, licebit Missam celebrare. Immò minus malum arbitrarer, infirmum, qui ad Ecclesiā ire nequit, non audire Missam, quàm eam in profano, & indecenti loco celebrare, vt ait Soto in 4.d.13.q.2.ar.3.

Et ad hoc tendere videtur decretum Congregationis Illustrissimorum Cardinalium, quo statuunt, ne in priuatis domibus, in casu etiam necessitatis, Missa dicatur, sed in Oratorio, vel Altari cultui diuino dicato: vt refert Gutieres in quæstionibus Canonicis: c.30. nu.28. nam priuatę domus, in quibus secularia, & profana aguntur, non sunt tam altissimo sacrificio offerendo conuenientes. Et quamuis non desit, qui putet, posse etiam nunc Religiosos mendicantes in suis domibus extra Ecclesiam, in quocūq; decenti loco Missam in Altari portatili facere absq; Episcopi licentia, in foro saltem conscientiæ, persuasus ea ratione, quia Pius Quintus viuæ vocis oraculo confirmauit in foro consciētiæ tantum oĩa illorum priuilegia, quamuis contraria decretis sacri Concilij Triden. & ipsi habebant ante tale priuilegiũ per varios Pontifices concessum celebrādi extra Ecclesiam in quocumq; loco decenti: vt habetur in compend. priuilegiorum titulo Missa. Hoc tamen non puto absolute verum, tum quia Missę celebratio est actus exterior, & domus priuata secularibus actionibus inseruiens, includit ex se ipsa specialem irreuerentiam ad tam spiritualem, & cœlestem oblationē, & frustra sublata essent per Concilium Tridentinum, quantum ad sic missandũ, omnia regularium priuilegia, si absque Episcopi licentia possent pro libito in priuatis quibusuis domibus celebrare, cui irreuerentiæ voluit idem Concilium, vbi supra, obuiare. Tum quia vidimus, Pontifices omnes, qui subsequuti sunt Pium Quintum, summo rigore prohibere, ne in Altari portatili celebretur, immò neque ipsis Episcopis, neque alijs Prælatis, qui in Romana Curia sunt, id concedi, præter quam Cardinalibus, vt refert Nauar. in Manual. c.21. n 10 & c.15. nu.68. & 82. Tum quia Pius Quintus per talem concessionem non abstulit authoritatem, quam Episcopis tribuit præfatum Concilium. vt non debeant permittere regulares extra loca sacra, & Oratoria, nisi sint per eosdem Episcopos visa, & deputata, celebrare. Si tamen Episcopi sciunt, Religiosos sic in Altari portatili celebrare in loco non sacro, & consensu approbatiuo tacent: tunc per talem taciturnitatem videntur licentiam concedere. Nec peccaret sic celebrans, dummodo locus esse decens, & necessitas vrgens: quia in loco indecenti, nullo priuilegio, licet celebrare: neq. absque necessitate graui concederet Episcopus talem licentiam, vt non esse cōcedendam absque illa, decreuit sacra Illustrissimorum Cardinalium Cōgregatio, declarationi dubiorum Concilij Tridentini destinata, vt refert. Nauarr. & Gutier. vbi supra.

Neq; puto id, quod dicitur in c. Concedimus, de consecr. d. 1. vt, destructis, per infideles Catholicorum Ecclesijs, possit Missa dici in capella aliqua, quę ibi remāsit, esse abrogatum per Concilium Tridētinum: tum quod vrget necessitas audiendi Catholicos Missam, neque aliud commodiorem habent locum. Tum quòd etsi diruta sit Ecclesia, aliquid tamen illius est dicta capella. Et ideo ad ibi celebrandum non requiritur Episcopi noua licentia. Vnde eadem ratione colligit Nauar. in Manual. c.25. nu.81. posse etiam hodie sine licentia obtenta ab Episcopo, in terris in quibus frequentissime supplicationes fiunt, ad aliqua parua eremitoria, siue in primis Missis Sacerdotum, ad quas maxima fidelium multitudo confluit, quem Ecclesia capere non potest, erigi, & apponi ad fores Altare, & Ara sacra portatilis, cum alijs necessarijs ad ibi celebrādum. Et ideò, quod necessitas, quam habet

bet tantus populus audiendi sacrum, id postulet, nec alius sit locus aptior, & magis decens, neque Episcopus in tanta necessitate licentiam negaret, & ita ex interpretatiuo consensu Episcopi, sic celebrare non esset peccatum.

CASVS XXXIV.

QVidam laicus emit equitatum Lauretanum Romæ, ex illorum numero, quos Papa Sixtus Quintus ad honorē Beatæ Virginis, ut custodirent litteras chori Lauretani, ac Prouinciæ Marchię à Paulo tertio iampridem institutos, & à Gregorio Decimo Tertio extinctos, de nouo erexit: & his Equitibus inter multa alia concessit Sixtus Quintus, vt ad pensiones obtinendas habiles essent quoad certam quantitatem dummodo habitu armatæ militię incedant, & Romanis Pontificibus in expeditionibus Cruciatæ, & Concilij, cum vno equo absque alio stipendio, inseruire, quādo necesse extiterit, debeāt.

Quæritur, An iste, & alij Lauretani Equites, qui talem equitatū pretio emunt, & nec sunt personæ Ecclesiasticæ, nec ille equitatus est ordinis, & religionis militaris, neq; habent regulam, sub qua professionem faciant: sed sunt purè laici, & vxorati, possint tuta conscientia habere pensionem illam?

REspondeo, quòd illustrissimus, & doctissimus quidam Pręsul (cum Romæ essem) & hanc equitatuum Lauretanorum institutionē iniquo animo ferebat, iniquiori, quod hi equitatus a laicis, & vxoratis emerentur, iniquissimo, quod pensiones sic obtinerent: vt qui dicebat, aditum latissimum hoc modo aperiri, vt Ecclesiastici fructus, & Christi Domini patrimonium, à fidelibus pro ministris eiusdem Christi alendis institutum, in homines laicos, & vxores eorum sustentandes, consumeretur: cumque de his mecū sępè sæpius ageret, & quid sentirem intelligere desideraret, obtemperaui tandem, & relicta institutione, & venditione, de quibus meam opinionem nolui aperire, vt qui nesciam plene causas, quæ Summum Pontificem ad id agendum mouerunt, quas tamen credendum est iustissimas esse (quamuis nobis ignotas) de pensionibus, quas hac via obtinent, an tuta conscientia eas possideant, quod confessoribus est necessarium, explicare solum volui. In ea igitur sum opinione, vt putem hos Equites Lauretanos, habiles sic factos ad certas pensiones acquirendas, etsi has in beneficijs Ecclesiasticis habeāt, nullum scrupulum esse illis ingerēdum, sed tuta conscientia eas possidere.

Probatur. Tum quia post Papa de potentia sua absoluta instituere iusta de causa in fructibus beneficij Ecclesiastici pensionem laico, ad viuendum honeste, & decenter pro sua cōditione; cum sit oīum redditruum Ecclesiasticorum dispensator, vt habetur in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo, sess. 9. & late probat Decius in consilio suo 136. & Felinus in c. Ad audientiam. de rescript. Caccialup. in tractatu suo de pens. q. 5. Gigas de pens. q. 6. & cum iudicium piæ causæ spectet ad Summum Pontificem, negari non potest, hos equitatus Lauretanos habere iustam suæ institutionis causam, scilicet honorem Dei, & Beatæ Virginis, ac defensionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, impugnationemq; infidelium.

Tum quia semper præsumitur, quòd Papà in conferenda pensione motus sit ex causa rationabili, esto quod illa nobis non appareat, maxime quando motu proprio, & non ad partis instantiam, disponit, vt est in casu præsenti. Cynnus in l fi. Cod. si contra ius, vel vtilit. publ. & in l. Rescripta, Cod. de precibus Impe. offer. Abbas in c. Quanto, col. 5. versu. Si tamen Papa, de iureiurando, & in c. in causis, de re iudic. & latissime per Felin. in c. Quæ in Ecclesiarum. de constit. conclusione 5. Et ideo sic per Papam dispensatum, tutum esse in vtroque foro, docet idem Felinus in dicto c. Ad audientiā de rescriptis,

& Gigas in tractatu de pensione q. 1. & 6.

Tum quia, etsi decimæ, & oblationes, & alia bona Ecclesiastica iure quodam diuino, & naturali generali sint impēdenda in opera pia, vt quę sunt patrimonium Iesu Christi, c. Conuenior. 23. q. 8. c. Edoceri, de rescript. tradit D. Tho. 2. 2. q. 85. ar. 1. determinatio tñ in particulari, quod hoc, & illud opus sit pium, fieri potest per Ecclesiæ legem, & consuetudinem; est enim lex, & consuetudo humana, quę determinat modum rationabilem, quo præfata bona in illa, aut alia opera pia impendantur. Cum ergo Papa determinet, pensionem vsq; ad certam summā posse conferri Equitibus Lauretanis, vt seruiāt quoties oportuerit Ecclesiæ cum equo, & sine stipēdio, in expeditionibus cruciatę, & concilijs generalib. nulli dubium esse debet hanc cōstitutionem Pontificiā esse validam, & iustam, ac proinde qui vigore illius pensionem vsq; ad taxatā summam obtinent, tutos esse in conscientia.

Eo maximè, quod laico, etiam coniugaliter viuenti, potest concedi pensio ratione seruitij temporalis impendendi pro Ecclesia vniuersali, vel particulari: idq; esse antiqua consuetudine receptum, docet latissimè Coldradus in consilio suo 220. incipit quidam Episcopus, Card. in Clem. 1. sess. 1. de supplenda negligentia Prælat. & est recepta sententia Doctorū, in Clement. prima, de rebus Ecclesiæ nō alienan. docet Gigas in tractatu de pensio. q. 54. & Nauarrus in tract. de oratione Miscellaneo 45. Tum denique, quia si Ecclesia iusta de causa potest concedere bona Ecclesiastica in feudum, vel emphiteusim ad tempus, vel in perpetuum, etiā taliter, vt fiant profana, prout causa exegerit, c. 2. de precar. & c. vestra, de locat. sine exceptione, 12. q. 2. adeo vt qui ea bona habuerit, per hosce iustos contractus potuerit ad libitum disponere de redditibus eorū, seruatis conditionibus, & modis eis adiectis, vt docet Nauar. de redditibus Ecclesiast. q. 1. monito 55 Multo magis poterit Papa de potentia absoluta pensiones in quantitate competenti concedere his Equitibus, qui sunt inseruituri bellis iustis, non quibuscunque, sed pijs, quæ pro fide Catholica. & defensione Ecclesiæ sumuntur, vt docet D. Tho. ab omnibus receptus in 2. 2. q. 188. art. 3.

Nec obstat, quod multi summi Pontifices non solum reuocarunt similes constitutiones, sed omnino prohibuerunt, ne pensiones darentur laicis, & præcipuè cōiugatis. Respōdeo, eos intellexisse, ne darētur sine iusta causa, & quæ aliquo modo respiceret vtilitatem Ecclesiæ, quia nec ipsi abstinuerunt à danda pensione his laicis, quia simpliciter sit malum, & nulla ratione possit fieri bonum: sed quoniam noluerunt vti potentia sua absoluta, neque aperire aditum laicis per suas, & Principum importunas preces capiendi fructus Ecclesiasticos in detrimentum clericorum pauperum, Nauar. tracta. de oratione Miscellaneo 45. nu. 4.

Non etiam officit, quod dare res Ecclesiæ laicis, sit contra legem diuinam, & naturalem, quibus prohibetur res auferri à domino contra voluntatem eius, & qui alienat rem Ecclesiasticam, & dat laicis, aufert eam a vero domino, qui est Christus, sine consensu eius, qui vult hæc bona Ecclesiastica esse ad alendos ministros pauperes: & dat illam alteri, nēpe laicis.

Respondeo, id verum esse de alienatione, quæ fit sine iusta causa: non autem de illa, quę fit in causam piam præsentem, vel futuram, necessitatis, vel pietatis, vel vtilitatis Ecclesiæ. Quia per hanc non aufertur res à Christo Domino, & datur eo inuito, alteri: sed solum efficitur, vt manēte semper domino pęnes Christum, inseruiat huic vel illi loco, vel ad alios vsus, quàm antea seruiebat; semper tamen iustos, & pios, ac in Christi Domini honorem redundantes. Sicut quando intercedit iusta causa credendi, quod dominus alicuius rei velle debeat, vt eam alius capiat, vel illam in alium vsum conuertat, eò quod est cognatus, amicus, & de ipso benemeritus, aut ob alias circunstantias, præsumitur in dubio velle illud; vt colligitur ex Barthol, & alijs in leg. inter om-

nes.

ñes.§. rectè.ff. de furt. vide D.Thom. 2.2. q.99.art.3. Nauarr. de redditibus Ecclesiasticis monito 30.& 40.& de spolijs clericorum §.3.not.7.num.7.

Nec tandem obstat dicere, hanc causã inseruiendi Romanis Pontificibus, in expeditionibus cruciatę, & cõciliorum esse obligationem ex parte vel nullam, vel admodum leuem, & nunquam ferè contingibilẽ. Respondeo, in eiusmodi pensionibus leuem ẽt causam, dummodo iusta, & pia sit, sufficere: cum talis pensio non concernat boni publici præiudicium, tam ob consensum expressum onerati ad soluẽdã pensionem, quã quod Ecclesię non infertur præiudiciũ ĩ proprietate bonorũ suorum, sed tantum commoditati ipsius Rectoris, cui etiam nollenti posse Papam de absoluta sua potentia præiudicare, quãuis id facere non soleat, probat latissimè Lælius in c. quæ in Ecclesiarum, de constit & Gigas de pension. q. 6. num. 19.

Et quamuis hæc obligatio Lauretanis equitibus in bulla erectionis dictæ militiæ imposita, vt debeant sine vllo stipendio, expensis tamen sedis Apostolicæ, in habitu armatæ militiæ vero equiti conuenienti Romanos Põtifices in expeditionibus cruciatæ, & concilij sequi, videatur ex parte rei raro, aut nunquam ad effectum deducenda: negari tamen nequit eos, qui huic obligationi se subiiciunt, animo esse paratos ad inseruiendum Ecclesiæ, & ita hęc obligatio quãtum est ex se, iusta, & pia est: quod verò sortiatur raro effectũ, id non accidit ob defectum eorundem equitũ, sed quia à Summis Pontificibus non vocantur vocandi tamen, si rei necessitas aliqua vrgeret: habere autem Ecclesiã præfatos equites in sui obsequium, & ad defendendum summum Põtificem & eius statum, quando oportuerit, res est honorifica; & vtilis eidem Ecclesiæ. Aduertendum est tandem, quòd si ille, qui præfatũ equitatum Lauretanum emit, non habet animum exequendi ea opera, ad quæ isti equitatus fuerunt instituti, vel est ad ea peragenda ineptus; non poterit tunc tuta conscientia pensionem petere, nec obtẽntam possidere: quia cessat in illo, iusta, & pia causa, ob quam pensionis concessio est licita, cũ Ecclesiæ inseruire vel nolit, vel non possit: ob quę obsequia, & seruitia pensiones laicis datæ, iustæ redduntur. Vide Nauarrum in Manuali c.25.n.11. & in Apolog. de redditibus Eccles. q. 1. monito. 58. Et quamuis iusta aliqua causa necessitatis Ecclesię summum Põtificem fortè coegerit ad vendendos hos equitatus, probarem tamen magis, quod liberè pro meritorum ratione darentur: quia hæc capacitas ad pẽsionem, quæ his equitatibus est annexa, non est aliquid naturaliter quęsibile, sed à potestate summi Pontificis dependens, ad quem solum spectat habiles facere laicos ad pensionem Ecclesiasticam habendam, ac proinde est res inuendibilis, & qui pro ea principali intentione pecunias daret, in Simoniæ vitium incurreret. Nec summum Pontificem posse in vsuris dispensare affirmat Alex. Papa cap. 1. 22. q. 2. & in c. super eo. de vsuris.

CASVS XXXV.

Certa Mendicantium Religio in prouincia Lusitaniæ, habet statutum a Priore generali factum, ne descendentes ex hæbreorum genere in ea recipiantur, & si receptus fuerit aliquis, irritam esse receptionem, superiores verò contra faciẽtes ipso facto suspensos declarat, à quibuscumque officijs gradibus ac dignitatibus, & ad eadem perpetuo inhabiles. Nouitiumque sic receptum etiam professione emissa ab ordine expellendum esse præcipit, & in merito salutaris obedientiæ, ac sub rebellionis pœna quibuscumque prouincię patribus iniũgit, ne per se, vel alios sub quouis prætextu dispensationem super hoc petant, aut infestari audeant.

Quæritur, An huiusmodi statutum sit licitum, & obseruandum: incurrantque Prouincialis, & diffinitores in dictas pęnas, si descendentem ex Hebræis susceperint, vel etiam professum non eiecerint.

Quod

QVod ad primum dubiũ spectat, Nauarrus Cõsiliorum lib. 3. tit. de regul. cons. 5. in eam opinionem inclinare videtur, ꝙ tale statutum nec licitum sit, neq; obseruãdum, præcipuè quatenus professionem emissam annullat, et sic professum ab ordine expellendum esse præcipit. Fundamẽta, quibus Nauarr. nititur, duo præcipuè sunt. Primũ, quia iure communi Canonico, omnes non habentes impedimentum canonicum, sunt regulariter apti ad profitẽdam Religionem approbatam: & descendere ex Hebræis non est impedimentum Canonicũ, immò neq. ab Hæreticis descendentes prohibentur ab ingressu Religionis, nisi illi soli, qui per constitutionem Papæ excipiuntur, & inhabiles fiunt c. 2. & c. Statutum, de Hæreticis, lib 6. Iam autẽ nullus inferior Papa, potest contra ius commune statuere: & ita hoc statutum, cum sit factum contra ius commune, non erit licitum, neque obseruandum.

Secundũ, quia dispositio circa ea, quæ ad essentiam trium votorũ solemniũ Religionis spectant, non nisi ad summum Pontificem spectat, argument. c. Cum ad monasterium, §. fi. de statu Monachorũ, & ideò potestas faciendi hunc, vel illum ineptum ad faciendam professionem in religione approbata non est in alio, quã in Papa; quare statutum a generali siue a capitulo factum, quo huius, vel illius ꝓfessio solẽnis annullatur, erit nullum: sicut foret, si Episcopus, vel Prouinciale cõcilium absq; authoritate Papæ statueret, vt certi generis personæ essent inhabiles ad matrimonium, inter eos matrimonium non valeret, si communi iure Canonico erant habiles, & valebat.

Cõfirmatur id ipsum authoritate Papæ Alexandri III. qui in c. eam te, de rescriptis, præcepit, vt quidam M. qui de gẽte Iudæorum originem duxit, & diuina gratia fidem suscepit, in Canonicum Ecclesiæ reciperetur cum prębẽda sibi collata; & quia huic mandato nõ obedierũt Decanus, & Canonici reprehendit eos Papa, et inquit in fine dicti capitis: pro eo vero quod Iudæus extiterit, ipsum dedignari non debes. Et vt gloss. & Doctores ibi notant, commendari potius debuit, et humaniter recipi, quàm a canonicatu expelli, quoniam de Iudæis conuersis Ecclesia fundata fuit. 21. dist. cap. in nouo, et 22. q. 4. cap. Recurrat.

Hæc Nauarri opinio, si vniuersaliter, & secundum verborum corticem intelligatur, nequaquam vera est. Immò absolutè est dicẽdum, tale statutum, quo prohibetur, ne descendentes ex genere Hebręorum, ad habitum, & professionẽ admittãtur, & si professionem in hac Religione, & prouincia emiserint, illa sit irrita, & nullius valoris, si iusta causa hoc statuatur & nõ in odium pręfatæ nationis, sed ad quietem, & bonum eiusdem prouincię, & religionis, esse licitum, iustum & omninò obseruandum.

Probatur hæc veritas. Primò quia ad valorem professionis requiritur consensus, tam profitentis, quàm religionis professionem acceptantis, est enim obligatio reciproca, qua profitens, obligatur religioni ad pręstãda ea, quę promittit secundum regulam, & constitutiones: & religio similiter obligatur ad præstanda ea, quæ suis religiosis debet, vt tradunt, omnes Doctores in cap correctum de regular. Et cum huiusmodi consensus debeat esse ex vtraq. parte liber, sicut ĩ potestate profitentis est velle, aut nolle profiteri: Ita in potestate religionis est velle, aut nolle professionẽ acceptare: ac proinde potest statuto decernere, ne huius vel illius generis professio acceptetur, et quod talis acceptatio, sit fiat, sit omnino irrita, ac proinde professio ex defectu acceptationis erit nulla. Secundò quia receptio ad habitum, & professionem accipit virtutem suam a superioritate, ita quod nõ potest esse valida, nisi fiat authoritate superioris, potentis incorporare profitentẽ Religioni: vt dicit Innocentius, in c. correctum, de Regular. & Gominianus in c. Constitutionem, §. 1. de Regul. lib. 6. Cũ ergo receptio huius, vel illius familiæ, & incor-

incorporatio per professionem pendeat a potestate prioris generalis, cui aliæ potestates in religione sunt subalternatæ, & subiectę, & hæc receptio, & incorporatio sit posita in suo libero arbitrio, vt quæ nõ debetur ex iustitia, sed ex charitate, & gratia; idcirco pôt iusta persuadente rõne decernere, & statuere, qđ non recipiantur, nec Religioni incorporẽtur tales, vel tales: ꝙ receptio, & incorporatio, fit nulla: vt quæ est facta absque illius consensu, et potestate: neq. in hoc intendit inhabilitatem, seu incapacitatem aliquam ponere in personis directè, sed tantum consulere paci, & tranquillitati suæ religionis; & vtitur iure suo, & authoritate sua, q̃ quo ad hoc est libera, & nulli inferiori obligata. Tertio confirmatur, quia, vt probat Caietanus ĩ Opusculis tom. 2. q. 6. Actus recipiendi, & in corporãdi in religione, vt à prętatis Religionum egreditur, & vt terminatur ad aliquem indeterminatè, licet habeat rationem debiti, quoniam religiones institutæ sunt, vt in illis recipiãtur religiosi, non solum præsentes, sed ẽt futuri, vt tamen terminatur ad hũc vel illam conditionem personarum, vel hanc aut illam personam, & familiam, caret debiti ratione, nisi necessitas aliqua per accidens, rationem debiti inducat, vt notat Ouandus in 3. distin. 13. propos. 48. & 49. Cum igitur hæc receptio, & incorporatio, sit ex parte Religionis recipientis, & incorporãtis libera, & gratuita, potest ex iusta causa religio expellere hoc genus hominum, & admittere illud, nolle recipere eos, qui sũt ex vnâ patria, & recipere ex alia, quia nemini in hoc facit iniustitiam, sed facit id quod vult de suo, iuxta illud Mathæi 20. nonne licet mihi de meo facere, quod volo?

Quarto ad Prælatum, & Prouinciam spectat, prospicere magis bono communi suæ religionis, quàm particulari huius, aut illius personę, sed in regno Lusitaniæ constat experientia, hos descendentes ex Hæbreis, quorum parentes metu, vel vi coacti, baptismum susceperunt, fidem Christi deserere, & ad Iudaismũ redire; quã ita in corde habent impressũ, vt pauci reperiantur huius generis, qui non Iudaizent, etiamsi fiant religiosi, & in iustissimo sanctæ Inquisitionis officio, cui per multos annos tàm in Italia, quàm Lusitania inseruiuimus, cognouimus aliquos a multis annis professos, fuisse de Iudaismo, cui semper adheserunt, conuictos, & confessos, ac publica pœna damnatos; idque in magnum famæ, & honoris illarum religionum detrimentum apud populum redundasse: quam infamię notam, vt aliæ religiones euitent, iustissimè statuunt, ne quis ex Hebreorum genere descendens, in illis recipiatur aut profiteatur, & tàm receptionem, quam professionem esse irritam: vt quæ absq; Prę latorum consensu facta.

Addo etiam huius generis homines, esse a natura ipsa secularibus negotijs deditos, pacis ac quietis perturbatores, dominandi cupidos, ob quæ vitia vsu ipso, & experientia satis comperta, vix vlla est in regno Portugaliæ religio, quæ illos ad habitum, & professionem velit libenter admittere, & quamplurimæ sunt, quę inuiolabili statuto id prohibent. Immò, & spirituales secularium societates, hoc ipsum decretum obseruant, nec illos, volunt in suum consortium acceptare: & scimus aliquas esse in hoc regno institutas capellas ea conditione, vt administratores earum, si duxerint in vxorem aliquã ab Hebræis quoquo modo descendentẽ, perdant ipso facto talem administrationem, & succedat proximior consanguineus, seruata semper eadem constitutione, quæ institutiones sub tali conditione validę sunt, & oĩno obseruantur: ea dumtaxat rõne, quia cum talis institutio sit libera, & gratuita, potest instituto cõditiones iustas, & licitas apponere, vt est hæc. Illi tñ, qui in vera fide Christi viuunt, quorum multi nobilitatem sua virtute promeruerunt, & seipsos illustribus familiis inseruerunt, laude sua non sunt priuandi: sed ad omnes honores, & dignitates admittendi, si nulla apostasiæ macula fuerunt sui aliquando notati.

Pro

Pro maior huius resolutionis euidentia est notandum solẽnem professionem esse (vt tetigimus) contractum reciprocũ, & obligatorium ex vtraque parte, in quo profitens se religioni tradit, seseque obligat inseruire ordini secundum eius regulam: & insimul Religio recipit, & incorporat ipsum profitentem, & se obligat ad eum habendum, & tractandum, secundũ eandem regulam: & propterea ad valorẽ professionis requiritur vtriusq. partis cõsensus, scilicet personæ profitẽtis, & Pręlati acceptantis, et quocunq. eorum deficiente, professio est nulla: & in hoc omnes Doctores conueniunt.

Notandum deinde, quòd statutũ, quo receptio, & professio descendentium ex genere Hębreorũ prohibetur, & annullatur, potest referri ad duo, seu potest duplicem habere sensum: Vnum vt prohibeat hos Hębreos recipi, & profiteri, tãquam inhabiles, & incapaces regularis status: & in hoc sensu tale statutum erit inualidum, & nullũ, nisi fiat authoritate Papæ: quia cum isti iure communi nõ excludãtur: Immò omnes Christiani sint regulariter apti ad intrandam, & profitẽdam Religionem, nullum statutum factum ab inferiore, potest principaliter, & per se, illos excludere tanquam inhabiles, & incapaces. Nam ad solum Papam spectat ponere, & declarare de per se, incapacitatem, & inhabilitatem in psona, ad res, & actus spirituales. Alium sensum potest præfatum statutum habere, qui est magis proprius, & principaliter intẽtus; vt prohibeat assensum Religionis in receptione ad habitum, & in professione horum: qui assensus cum sit liber, potest de ipso disponere religio, & decernere, prout eidem Religioni magis conducere videbitur: & quamuis ex tali consensu à Prælato, & Religione denegato, sequatur nullitas receptionis, & professionis prædictorum Hębreorum, et ex consequẽti, quod nõ possint ingredi in talem Religionem, nec illam profiteri, & hoc non posse, videatur quędã inhabilitas, & incapacitas posita in personis, hoc non est [illegible] principaliter, & per se, sed remote, & per accidẽs; quia si ihabilitas, & incapacitas poneretur immediatè, & principaliter in psonis ad nullam Religionẽ profitendam, essent habiles, & tamen in alijs partibus, quam in Lusitania, & in Religione, in qua non est illud statutũ prohibẽs ingressum, et annullans professionem, poterunt recipi, & valida erit professio, qđ est argumentum, eos per tale statutũ nõ fieri simpliciter, & absolutè in seipsis inhabiles: sed secundum quid, & indirectè, quatenus religio negat illis suum consẽsum, nolendo eos recipere, neque ad professionem admittere.

Ex his apertè colligitur, opinionem Nauarri, vbi supra non esse huic nostræ contrariam: Nec ipsummet Nauarrum sibi ipsi aduersari, cum aliquãdo dixerit, præfatum statutum iusta de causa factũ, esse licitum, & validum, & professionem contra ipsum ab aliquo factam, esse irritam, & nullam: & postea dixit statutum esse inualidum, & illicitum, & professionem cõtra ipsum factã valere: quia hoc secũdum intelligitur de statuto directè, & per se inhabilitante psonas, ex tali genere prouenietes, ita vt propterea solum excludantur à Religione, ꝙ sint incapaces status regularis, & descensus ab Hæbreis, sit canonicum impedimentum ad professionem: quod est falsum; vt ex argumentis allatis a Nauarro satis constat. Quæ si bene considerentur, semper agũt de statuto faciente hunc, vel illum ineptũ ad professionem emittendam in Religione approbata, inhabilitare enim personas ad actus spirituales nõ potest alius quàm Papa: quod etiam nos fatemur, & credo quod Religiones per tale statutũ non hoc intendunt: sed solum, quòd nolunt pręstare suũ consensum in receptione, & professione horum descendentiũ ex Hębreis: ob cuius consensus defectũ, tam receptio, quàm professio est nulla: quia cum hæc (vt sæpius diximus) sit contractus constans ex vtroq. consensu, tam profitentis, quam Religionis, si vnus horum desit non valet professio: & ita stante

te statuto prohibente, recipi istos descen dentes ex Hæbreis, non aliud intẽdit religio, quã non præstare consensum eorũ receptioni & professioni: & quod per carentiam consensus Religionis, professio erit irrita, & nullius valoris, vt idem Nauarrus probat vbi supra, & hanc esse mẽtem Nauarri, & præfatũ statutum à Prælatis iusta de causa factum, licitum, & validum esse, ꝓbat latissime F. Emmanuel Rodriquez, in suis questionib regularibus, tomo primo, q. 10. art. 3. & in Summa casuum conscientiæ par. 2. c. 5. tit. Nouitiatos. concl. 2. & Caietanus in suis Opusculis. q. 6. tomo primo tract 33. Otolora de notabilitate 2 par. 3. pricip. c. 7. nu. 26. Simancas in Defensorio statuti Toletani, Quandus in 3. dist. 13. propos. 14. Per hæc, quæ satis ad longum sunt declarata, responderi facilè potest ad ea, quæ contra veritatem nostræ resolutionis sũt obiecta: primum enim, & secundum agit de statuto reiiciente descendentes ab Hebræis, tãquam ineptos, & inhabiles per se & directè ad Religionem: quod statutũ non valeret, nisi sedis Apostolicæ authoritate fieret, aut confirmaretur.

Nos autẽ loquimur de statuto excludẽte eos, quia Religio non vult illis cõsensum præstare, vt Religiosi fiant ob multas, & graues causas, quæ in Regno Portugalliæ ad hoc vrgẽt. ob quas nec etiam in Confraternitatibus admittũtur, quas seculares habent, neq. ad honoris, & dignitatis officia, paucis admodũ exceptis, eligi solent; neq. per hoc professionis solemnis substantia, & essentia alteratur, aut mutatur: sed tantum cõsensus Religionis, qui liber est, & quem nõ cogitur prçstare huic, vel illi, sed cui magis sibi placuerit, & vtilior eidem fuerit, statuit, ne detur his, qui ex tali sanguine prouenniunt. Ad textum in cap. Eam te, de rescriptis. respondemus, ex verbis eiusdem textus constare manifestè nihil officere nostræ opinioni, quia illud decretum, factum a cap. ne abscriberetur inter Canonicos ille de Hebreorũ sanguine, factum fuit non alia ex causa, quã ex maleuolentia, & odio Hębraicę nationis, ex qua putabãt esse dedecus, fieri quẽp iã illa in Ecclesia Canonicũ, & hoc patet ex illis verbis, ꝓ eo vero, q Iudæus extiterit, ipsum dedignari nõ debes. Nos verò loquimur de statuto cõdito nõ ex odio, sed ex iusta causa, & quo procuratur bonũ, & honor Religionis, licet per accidẽs redũdet ĩ vilipẽdiũ, & dedecus illius nationis. Quòd si aliquis volẽs præfatã Religionẽ ingredi deferat instrumentum iuridicè factũ, quo probetur ipsum non descendere ex Hæbreorũ genere, sed esse ex antiqs Christianis, & post professionem solemniter emissam, inde ad aliquot annos, constet manifestè, instrumentum fuisse falsum, & ipsum, verè descẽdere ex Hæbreis, eritne à Religione expellendus: vel an poterit in illa professione bona fide facta perseuerare? Respõdemus, hunc talẽ non esse verè professum, nec posse in illa Religione perseuerare: sed vbi primum cõstiterit ipsũ venire ex Hæbreis, esse vel eiiciẽdum, vel petendã legitimã p̃fati statuti dispensationẽ; & ea habita, debet de nouo ꝓfiteri, cum illa prior professio fuerit nulla. Probatur, ex eo, q̃a Prælatus, & Cõuentus, nõ p̃stitit, nec præstare potuit cõsensum legitimum, nisi supposito, quod talis ꝓfitẽs nõ descendebat ex Hæbreis; & ita professio illa facta fuit sub consensu conditionali, si nõ descendebat ex Hæbreis: ac propterea, stante conditione falsa, illa professionis acceptatio fuit nulla: quia dispositio cõditione non existente, nihil operatur, vt dicit textus in c. Si prote, de rescriptis, lib. 6. & c. Præterea. 2 de Appellat. & docet expresse. Nauarr. cõs. lib. 3. cons. 5. nu 22. ad tertium principale, tit. de regularib. Quòd verò, stãte nullitate ꝓfessionis, debeat compelli; constat ex eo, quia iã non licet illi agere actus ꝓfessorum, nec impensis monasterii se alere, & comedendo, bibendo, ac vestiẽdo, conuentum grauare: ac proinde debet ei Prælatus concedere patentes litteras, q̃ fidem faciant suæ dimissionis, & expulsionis, vt possit in seculo viuere, tamquam non professus, neque Religioni obli-

obligatus, maxime si tale decretum fuit illi notificatum aliquo modo.

Nec obstat dicere, quod cum post dictam expressam professionem perseuerauerit per multos annos in Religione, exercendo professorum actus in habitu, qui solis professis verè conuenit, immò sacros omnes ordines consensu Prælati, & ad titulum eiusdem Religionis susceperit, quod tacitè saltem erit professus.

Respondemus, quod cum omnia hęc egerit, durante dicta conditione, & ignorantia, quam Prælati, & Conuentus habebant, illum esse ex Hæbreorum sanguine, quòd si scirent nequaquam ad tales actus illum admitterēt: ideo tales actus, numquam inducunt professionem tacitam; quia sicut defectus consensus in eo, qui potest incorporare Religioni, annullat professionē expresśā; ita & multo magis annullat tacitam arg. l. prima, §. fi. iūcta leg. Labeo ff. de pactis, & professio, q̄ à principio fuit nulla, nō ratificatur per consensum Prælati, & Cōuentus, nisi de nouo approbent illam, scientes non valuisse: & de non valida, faciant validam; ut probat Caietanus 2. 2. q. 189. Nauarr. in Manual. cap. 12. nu. 31. & in consilijs lib. 3. cons. 3 nu. 15. §. Neq. obstat.

Non etiam obstat, quod huic, quando sollemnem professionem emisit, nulla facta est per Prælatū expressa protestatio, quod eam admittit, & in sua incorporatione consentit, sub conditione, si non descendat ex Hæbreis.

Respōdemus, non requiri hanc protestationem expressam, sed sufficere tacitā: qualis est illa, qua in susceptione habitus præcipitur cuilibet, vt deferat instrumentum publicum, & authenticum, quo probetur, ipsum nullo modo descendere ex Hæbreis: in eo enim quod religio habet statutum, ne isti tales recipiantur, & Prælatus declarat volēti ingredi Religionē, necessarium esse vt probet, se non venire ex tali sanguine, insinuatur, & protestatur tacite, ea conditio de non consensu Prælati, & Conuentus, nec non de nullitate, tam receptionis ad habitū, quā professionis, si aliqn̄ cōstiterit cōtrariā eius; quod Religionis statuto pręcipitur, ne. s. Prȩlatus, & Cōuētus præstet consensum hisce descendentib. ex Hæbreis. Vnde sicut consentiunt sub dicta conditione, qn̄ ingreditur, ita sub eadem consentiūt, qn̄ profitetur, & defectus in consensu, qui efficit, receptionē, & Nouitiatum esse illegitimum, & nullum, facit etiam professionem, & incorporationem esse inualidam, & irritam: cum ad valorem professionis requiratur necessariò legitimus, et integer annus probationis, siue Nouitiatus: prout definitur in Conc. Trid. ses. 25. c. 15. de Regularibus.

Vnum tamen hic consulerem, qđ Fratri Emanueli Rodriquez in sua Summa tit. Nouitios, c. 5 in fine conclusionis secundę, placuit; quod etsi iste à multis iā annis professus, quandocumq. constiterit ex Hebræis descendere, possit ex rigore iuris, stante prȩfato statuto, à Religione expelli, ex charitate tamen, qua salus, & honor istius, est procuranda, constando etiam nullum ob id Religioni detrimentum inferri, petenda esset à Summo Pontifice dispensatio, uel ab eo, qui in præfato statuto dispensare potest, vt hoc non obstante, Nouitiatus annum de nouo cōpleat, & eo finito professionem ualidè emittat: immò sua Beatitudo facilè cum ipso ad petitionē Religionis dispensabit, vt absq. noua probatione in Nouitiatu ad professionem statim admittatur.

Per hæc satisfit secundo quæsito. An peccent mortiferè, & incurrant in pænas positas in præfato statuto illi, qui contra faciunt.

Respondemus affirmatiuè: tum quia eius obseruantia præcipitur in meritum obedientiæ, & sub pæna rebellionis, quæ sunt verba obligantia ad culpam mortalem, vt omnes Doctores fatētur. Tū quia suspensio perpetua, & inhabilitas ad oīa officia, & dignitates, est pœna grauissima, quæ non nisi ob peccatum mortifere imponi consueuit, vt docet Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 3. Nauar. in Manu. c. 27. num. 249. cum aliis Summist. verb.

Su-

Suspens. Addo etiam quod cum dictę pœnæ sint impositæ per totius Ordinis Generalem, cui alij Prælati subordinantur, & subiiciũtur, & transgressio dicti statuti redundet in graue damnum Religionis (vt supra est probatum) nec prælati p ignorantiam possint se excusare, cum fuerit sufficienter promulgatum, & teneantur illud scire: Maximè quia in recepta cõsuetudine a multis iam annis est, vt antequam aliquis ad habitũ recipiatur, diligens fiat inquisitio in illa Religione: vtrum ab Hæbreis descendat; ideò transgressio est mortifera, vt subiecta pęnis dicti statuti: neq. excusabilis est ignorãtia.

Quod si q̃s obiiciat, decretũ hoc fuisse abrogatũ p litteras illius Religionis Illustriss Protectoris, quib. ex ore Papæ Clemẽtis Octaui declarauit, confirmata per suum speciale Breue, datum Romę decima sexta Februarii, M. D. X C V I. nullius iam esse roboris.

Respõdemus, instantiam hanc prouenire ex ignorantia facti. Nam Breue illd, & statuta confirmata per ipsum prætterquam quod nihil expresse continebãt de receptione, vel professione descendentiũ ex Hæbreis, fuit per multos menses antea emanatum: nempe die 16. Februarii: Et decretum istud prohibet expresse, vt recipiantur, & omnino annullat professionem, imponitq. suspensionem, inhabilitatem, notã infamiæ, & alias Pœnas Prælatis illos recipientibus: fuitq. emanatum postea in Mense Augusti, die 27. anni eiusdem M. D. X C V I. & sic non fuit per litteras præfati Illustrissimi Protectoris derogatum. Immò quod fuerit factum ad instantiam dictæ Prouincię, colligitur ex magno libro in quo describuntur acta Capitulorum eiusdem Prouinciæ, fol. 415. pag. 1. §. secundã de Christianis nouis, &c. vbi relatis variis decretis in hac re factis per diuersos Generales pretium fuit a præsente tũc Generali, vt statueret, quid de recipiendis istis descẽdentibus ex genere Hæbreorum esset inuiolabiliter obseruandum in Prouincia Lusitaniæ, & hoc ipsum decretũ per Breue Clementis Octaui confirmatũ postea fuit per alios subsequentes generalissimos receptum, & corroboratum, & consignatum, vt oculis ipsis vidi.

CASVS XXXVI.

Quidam regularis pro negotijs suæ Prouinciæ Procuratoris in curia officium agens, & sciens Prouinciam suã inquietam esse, & pro bono pacis, & honoris desiderare, vt descendentes ex Hebreorum genere, neque ad habitum, neque ad professionem admittantur, id absque Prouinciæ mandato à Summo Pontifice impetrauit, & decretum ea de re factum a Priore suo Generali, per sedem Apostolicam confirmauit.

Queritur, An hæc cõfirmatio ita sine speciali Prouincię mandato, valeat.

Partem negatiuam apparentem facit: tum quod nemo vt plurimum agit p alio, sine mandato eius legitimo, toto titulo ff. & C. de procuratore: tum quod in c. Nonnulli § Sunt, & alii, & c. Ex parte Decani. de rescriptis, habetur quod rescriptum impetratũ pro alio, sine ipsius mandato non valet, aut saltem est inualidabile ex exceptione, tum quod doctrina est singularis Panormitani in c. Innotuit, de electione, & in ca. Substituta, de restitutione in integrum. Neminem posse pro alio impatrare dispensationem, sine speciali eius mandato.

Contraria tamen sententia est vera, & tenenda, talem scilicet impetrationem esse validam, & firmam. Primo, quia beneficiorũ impetratio potest pro aliquo fieri absque eius mandato, vt dicitur expresse in ca. Ex ore, de his, quæ fiunt a maiori parte Capituli, & affirmat ibi Panormitanus communiter receptus, & duæ glossę singulares in c. Ad aures, & in c. Nonnulli § Sunt, & alii, de rescriptis, quod ipsum esse affirmandũ de impetratore priuilegiorum, & immunitatũ, asserit Lud.

Rom-

Rom.& Fel. in d. §. Sunt, & alii. Secundo, quia hæc confirmatio talis decreti, cũ sit ad honorem dictæ Prouinciæ, & ad vtilitatem eius, ad euitandas infamias, & perturbationes, quæ ex receptionę horum genere Hæbreorum oriri consueuerunt, non indigebat speciali Prouinciæ mandato; argument. l. 1. & 2. & leg. Cum mandatum, & leg. Mandatum. ff. mandatum, & diffusè probat Rebuffus in praxi benefic. in titulo de differentia gratiæ, & iustitiæ. Tertio, quia cum iste in Curia ageret negotia Prouĩciæ, sciretque decretum illud fuisse ab ea impetratum, non indigebat aliquo mandato speciali ad illud per sedem Apostolicam cõfirmandum. & quotidie in Curia fieri impetrationes pro absentibus sine eorũ mandatis, & esse validas, nec iudicari subreptitias, probat latissimè Nauarr lib. 5. suorum consi. titulo de priuilegiis, cõs. 4. num. 7. & hinc est, quòd si procurator impetraret altaria priuilegiata, vel multas Indulgẽtias in monasteriis dictæ Prouinciæ absq; illius mandato, nullus diceret tales concessiones esse inualidas, & subreptitias, & ita videmus Capitulum Vigoriense petere legitimationẽ pro illo quem elegerat absque eius mandato, vt habetur in cap. Innotuit, de electione; immò etiã rescriptũ ad lites, ex certa Papæ scientia concessum ad petitionẽ eius, quẽ noluit nõ habere mandatũ, esse validum, & firmũ, affirmat Vlpianus, ff. de excus. tutorũ, & leg. quidam consulebat, §. 1. ff. de re iudic. & tradit Fel. in c. Cum inter de except. Tandẽ coniunctũ persona posse impetrare nõ solũ ea, quæ sunt in vtilitatẽ, sed ẽt rescriptum ad lites, habetur in dicto §. Sũt, & alii, & prædictus procurator est cõiuncta persona spirituali cõiunctione præd ctę Prouinciæ, & vltra hãc cõiunctionẽ, habebat multas litteras Fratrũ eiusdem Prouinciæ, in quib. hæc impetratio postulabatur pro interesse eiusdẽ Prouinciæ, & vtilitate publica, quæ in hac re plurimum operantur. Immò erat quasi mandatũ speciale eiusdẽ Prouincię, quatenus in suis actis petebat à Priori Generali, vt circa varia, & diuersa decreta, quæ erant in dicta Prouincia, de Christianis nouis recipiẽdis, vel reiiciendis, statueret, & stabiliter quid esset circa hoc agendum, & cui statuto parendum; & ne in tanta perplexitate Prouincia viueret, pręcepto, & censuris iuberet, cui decreto esset tandem parendũ, & Reuerendiss iussit, & decreuit sub grauissimis pænis, & censuris, ne deinceps descẽdentes ex Hæbreis reciperentur, & eodẽ Generali sciente, & Papę confirmationẽ subscribente, & obseruari mandante, facta est à dicto Procurat. talis impetratio, & propterea nullo modo de subreptione, & inualiditate potest argũi.

Neq; obstant in oppositum adducta, quia ad primum concedimus nõ admitti aliqu. m ad litigandum pro alio absq. eius mandato, maximè quando sunt expensæ soluendæ, nec illi textus intelligũtur de interpretatione eorũ, q̃ sunt in gratiã, reformationẽ, & vtilitatẽ tertii, vt in ꝓposito, & ille textus, cũ §. Sunt, & alii, fauet nostræ opinioni, quatenus prohibẽdo, ne quis pro alio rescripta ad lit. s impetret, fatetur quod extra illum casum, & in reb. aliis, potest impetratio absq; mandato fieri, & §. Illũ non procedere in curia, affirmat Felinus ibidem, ac proinde nostra sententia est omnino tenenda, & vt verissima amplectenda. Vide Nauarrum vbi supra, qui latissime respondit aliis obiectionibus, & argumenti.

CASVS XXXVII.

AN Prælati Religiosorũ possint absoluere suos subditos a quacunque irregularitate, vel suspẽsione ex occulto delicto prouenientibus, & à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, si sint occulti vt possunt Episcopi vigore Concil. Trident. sess. 24. cap. 6.

COntrouersia ista quantum ad partẽ affirmantem quoad Prouinciales mendicantium, & illos, qui cõmunicant in

in priuilegijs, ꝙ possint absoluere suos subditos sicut Episcopus suos, fuit determinata per Piū V. in Breui concesso ad instantiā Prouincialis Ordin. Prædicat. Prouinciȩ Hispaniȩ, in quo sic dicitur post alia. Quia sacrum æcumenicū Cōc. generale Trid. concessit Episcopis, vt absoluere possint in foro animæ, seu conscientiæ ab omnib. peccatis, & dispensare in irregularitatib. prout sess. 24. c. 6. habetur, ne Prior Prouincialis, & superiores prælati dicti Ordinis, tā in dicta Prouincia, quàm extra eam vbilibet in hac parte deterioris conditionis, quàm clerici, aut seculares, existāt eisdem Priori conuentuali, & superioribus prælatis, vt ipsi per seipsos idem omnino, possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis sibi subditos quoad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, q̄ alias quascumq. facultates eisdem authoritate tenore ēt ꝑpetuo concedimus, & indulgemus: atq. etiam declaramus præsentes litteras perpetuo durare, & valere. Sed vtrum ex vi Conc. Trid. ēt si istud Breue non extaret, possit hoc Prouinciales circa suos subditos, sicut Episcopi, dubium non parum est. Pars. n. affirmatiua, nempe quod possint, videtur verior Fratri Emanueli Rodriguez in tō. 1. q. regul. q. 61. ar. 9. Tū quia hoc Conc. Trid. decretum non videtur ius nouum exorbitans ab antiquo, sed potius est reduces ius ad suam antiquitatem, & quasi naturalem statum quem antea habebat, seclusa reseruatione, quatenus Episcoporum iurisdictio, si non esset limitata à sede Apostolica, extenderet se ad omnia in suis diœcesibus, respectu suorum subditorū, quæ potest Papa in toto orbe; cū succedant Apostolis in diuisione prędicationis Euāgelicæ per suas diœceses, qui omnes in potestate iurisdictionis data illis a Christo erant ęquales, vt declarat Caietanus in Opusculis de authoritate Papæ, & Cōc. c. 3. & 4. Bānes 2. q. 1. ar. 10 & ideo cū iam hi casus non censeantur reseruati Papæ, sub generali Episcoporum iurisdictione continentur; ita vt possint in illos non solum Episcopi, sed habentes etiā authoritatem quasi Episcopalem, vt Prouinciales. Confirmatur, quia constitutio correctoria, quæ reducit constitutum ad terminos iuris cōis, amplè est interpretāda, tāquā fauorabilis, vt declarant Doctores, & maximè Syluest. verbo constit. 5. Et ideo hoc Cōc. Trid. decretum, cū sit correctoriū, debet amplè interpretari, & extendi ad Prælatos Religionis habētes erga suos subditos iurisdictionem similem Episcopis, vt habent Prouinciales, & istis æquales, vel superiores. Vbi dicit Abb. de priuil. lib. 6. & gl ibi, & gl. in Clemen. 5. de reb. Ecclesię non alienan. ver. proprij.

Tum ēt, quia si nō extēderetur istud decretū ad Prælatos respectu suorum subditorum, peioris cōditionis essent Religiosi subditi suis Pręlatis, qui nulli subdūtur Episcopo; sed sunt exempti, & habent ꝓprium territoriū, quod nō est veluti pars diæcesis alicuius Episcopi, sed quasi diæcesis distinctę, & sic nō poterūt absolui à vicinis Episcopis cū expresse dicat decretū: vt isti nō nisi sibi subditos, & ī diœcesi sua, possint absoluere: & ideo si neq; possunt absolui à Pręlato, remanerent peioris cōditionis, quā seculares, neq. illis esset de remedio animæ sufficienter prouisum, quod non videtur dicendum. Tandem nullus dubitat, Capitulum, sede vacante, habere hanc absoluendi authoritatem, cū habeat tūc omnia, quę sunt iurisdictionis Epālis, vt dr̄ in c. His, quæ, & c. cū olim, de maior. et obed. & declarat, gl. in c. 2. Ne sede vacā. aliquid mouet. in c. Vnico, me maior. & obed. i 6. & latè Abb. in c. At si clerici §. de adulterijs, de iudiciis, & c. Verū, de foro cōp. Clarū aūt est, Capitulum nō esse ipsum Episcopū propriè, & formaliter, sed similitudinariè, & quasi Episcopalem authoritatem habēs.

Nec obstat dicere, quod Capitulū non succedit Episcopo in illis, quæ ei conueniunt iure speciali. Quia respondemus hoc esse verum de illis, quæ iure speciali gratioso, vt ex priuilegio, & commissione Papæ non autē de his, quæ ei cōueniunt iure cōi, quamuis specialis, vt est hoc decretum Concilii, & docent Abbas, &

Felinus in cap. Verum, de foro compet. Hæc obstat, quod contrariam partem teneat Fräciscus Soarez in tomo de pœnit. d. 30. sec. 2. fol. 675. nixus primo, quia ita declararũt Cardinale in illa particulas. liceat Episcopis: quod in hoc decreto nõ comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, sed tantum Episcopi priuatiuè quoad omnes alios, cui declarationi standum omnino videtur.

Secundo quia hæc facultas data censetur Episcopis iure speciali, & intuitu personæ, quæ pollet tanta authoritate, & dignitate, & ideo nõ debet extendi ad alios non Episcopo quamuis habeant iurisdictionem quasi Episcopalem. Tertio, quia ĩstud decretũ etsi videtur fauorabile, magis tamen habet de religioso: quatenus ex ea parte, qua in rebus adeo grauibus mitigat rigorem ad disciplinam Ecclesiasticam suo modo necessarium, nocere potest, si nimium extendatur, & amplietur; & ideo proprietati verbi strictè sumpti standum censetur. Vltimo, quia hoc decretum si est exorbitans ab antiquo iure, restringendum erit, & non ampliandum: si autem est reductiuum illorum casuum ad statum iuris antiqui, tunc debet reducere illos ad eum statum, in quo iure ordinario esse deberent proprij Episcopi, seclusa omni existimatione, quę nõ pertinent ad Ordinariũ ius, sed ad exceptionem potius ab illo. Confirmatur hoc ipsum ex Breue Pii V. supra adducto, ĩ quo non dicitur. Prouinciales vigore Cõcilii Trid. posse absoluere suos subditos sicut Episcopos, sed ipse Papa cõcedit illis hãc authoritatem, & eam extendit ad ipsos Prouinciales, quod videretur frustratoriũ si verba Concilii eos comprehenderent: nec Papa diceret, quod ipse concedit, sed esse à Concilio concessum.

Hæc opinio, etsi viri doctissimi, in eo non placet, quod videtur regulari clausuræ aliqua parte contraria. Primo, quia non est credendum Patres Concilii tam doctores, & sanctos, qui de reformatione morum & obseruantia, & clausura Religionum accuratè tractarunt, debere occasionẽ præbere Religiosis, & præsertim Monialibus, vt extra claustra, & clausurã exirent ad Epõs pro absolutione habenda in dictis casibus: ad quod cogerentur, si sub nomine Episcopi non comprehenderentur Prælati, habẽtes authoritatẽ quasi Episcopalẽ. Secũdo, quia clarum est Capitulũ, sede vacante, non esse Epm propriè, & formaliter, sed habere tantũ in his, quæ ũst iurisdictionis authoritatẽ quasi Episcopalem, & tñ ad Capitulũ extendi illud decretum fatetur, & probat idẽ Doctor in eodem art. 9. quia Capitulũ, sede vacante, nõ solũ succedit in iurisdictione ordinaria iuri cõmuni, & generali ad Episcopũ spectãte, sed ẽt in iurisdictione iure cõmuni, & speciali ad ipsum pertinente, vt Abbas, & Felinus dicunt in c. Cum olim, de maior. & obed. & in c. At si clerici. §. de adulteriis, de iudici.

Et rationes quib. nititur, quamuis probabiles, non tamen cogunt. Non quidẽ prima, qa ibi Cardinales nõ loquũtur de Prouincialib. & superiorib. Religiosorũ, qui sunt exempti, & suum proprium habent territorium, & diœcesim distinctam prorsus ab Episcopis, sed de aliis Prælatis & Abbatibus non exemptis, & eidem Episcopo in plurib. subiectis, qui nec verè, nec æquiualenter sunt Episcopi, & hoc videtur significare illud verbum, Episcopis inferiores. Non etiam secunda, quia fatemur concedi ratione psonæ, quę vel habeat authoritatem, & dignitatem Episcopalem formaliter, vel ęquipollenter, vt sunt Prouinciales, & illis maiores, vt Vicarii general. & ipsi Generales. Non item tertia, quia maius nocumentum esset, grauiusque disciplinæ regulari inferretur damnum, si Prouinciales nequirẽt suos subditos absoluere, veluti Episcopi possunt suos: relinqueretque Religiosos tunc Concilium absq; conuenienti suarum animarum remedio, si deberent semper in istis casibus recurrere extra monasteriũ ad Episcopos. Non demũ quarta, quia illud decretum magis est fauorabile, quàm exorbitãs; & quãuis Prouinciales

les non succedant Apostolis in vera Episcopali dignitate, succedunt tamen in virtuali, & similitudinari, quod sufficit, vt ad illos extendatur illud decretum, sicut extenditur ad Capitulum, sede vacante. Illud tandem, quod in constitutione Pii V. dicitur, authoritate pręsentium concedimus, non significat id ipsum in Concilio Trid. non fuisse concessum, sed ad omnem dubitationem tollendam, id quod de Episcopis explicabat clarè littera Cōcilii, voluit intelligi etiā de Prouincialibus, qui respectu suorum subditorum erant quasi Episcopi, & hoc solent Pontifices sępè facere, quamuis aliqua in iure sint concessa Religiosis, eadē per Breue speciale etiam confirmant.

Vtrum autem hæc prouincialium authoritas, extendatur ad casum occultæ hęresis; puto quod non: tum quia neque etiam Episcopum id posse, declarauit Cōgregatio Cardinalium authoritate Gregorii XIII. Tum quia in Bulla, quæ singulis annis legitur in fer. 5. Cænæ Domini, reuocantur omnes facultates in genere, vel in specie, concessæ quantū ab absolutionem à quacumque hæresi, ipsemet Nauarr. in Summa c. 27. nu. 160. qui primo tenuit, facultatem hanc concessam in Concilio Trid. non reuocari per Bullam Cœnę Domini, affirmat Summū Pontificem nequaquam concedere, neq. permittere, ut Episcopi absoluant à casu hæresis etiam occulto, quod est argumentum efficacissimum, illā facultatem esse per dictam Bullam reuocatam. Vide Soarez, vbi supra, disp. 30. sect. 2. § hic vero, specialiter dubitatum est.

Et hæc opinio de absolutione occultæ hæresis, quoad Episcopos, quamuis sit probabilis, non tamen contrariam damnarem in illis, qui hac absoluendi facultate sunt post Concilium Trid. aliquando vsi: Tum quia ipsi sunt ex officio ordinarii Inquisitores, vt satis cōstat: tū quia ab hoc absoluendi usu, qui maxima consideratione a Patribus Concilii fuit illis concessus, non debent facilè remoueri. Tum quia Bulla Cœnæ Domini sicut non derogat, quoad hoc potestati Inquisitorum, qui hanc absoluendi facultatem à Papa habent, ita nec Episcoporum, qui à Papa, & toto Concilio eam habent, Nauar. lib. 1. tit. de constit. cōsil. 1. q. vltima, & lib. 5. tit. de priuil. consil. 11. in 2. impress § primo quęritur. Cordub. in sua Summa, q. 8. Bannes 2. 2. q. 12. art. 4. dub. 2. Henriquez lib. 3. de pœnit. cap. 14 §. 7. & lib. 13. de excom. cap. 27. §. 5. vbi multos allegat pro hac opinione.

Et si quæras, an hæc absoluendi facultas à cēsuris, & casibus occultis, intelligatur solum de reseruatis sedi Apostolicę ante Conciliū Tridentinum, vel etiam de reseruandis quocumq; tempore in futurum? Respondeo, quod de omnibus, tam præteritis, quàm futuris: tum quia verba Cōcilij non arctantur, nec limitantur, & cum decretum sit fauorabile animabus fidelium, & nulli inferat nocumentum, debet ampliari; tum quia vbi loquitur antecedenter de suspensionibus, & irregularitatibus absolute loquitur de omnibus ex delicto occulto prouenientibus, & ita per casus occultos reseruatos, intelligit quocumque tempore sint reseruati, quousq; de illis fiat absolutio; tum denique, quia tam in reseruatis, quam in reseruandis, est eadem ratio absolutionis, si sunt occulti, ac proinde debet in vtrisq; esse eadem legis dispositio. Cur. n. minor erit Episcoporum authoritas in nouis reseruationibus, quam in antiquis? Fateor tamē, quod si nunc à Papa fieret aliqua reseruatio cum clausula, vt non posset absolui etiam in casu occulto, vel non obstante quocunq; decreto, etiam Concilij generalis, vt fit in Bulla Cœnæ Domini, tunc nullus alius posset absoluere præter Papam, & ita intelligendam puto responsionem Gregorij XIII. qui audita relatione Congregationis Cardinalium, dixit decretum Concilii de authoritate Episcoporum in occultis reseruatis, non extendi ad casus noua lege sedis Apostolicæ in futurum reseruandos: noua lege, hoc est cum clausulis supradictis.

Quod si Prouincialis, & habentes authoritaté Episcopalem inciderint in aliquem ex his casibus sedi Apostolicæ reseruatis, idque occultè, à quo poterunt absolui? Respondemus posse à suo confessore, idque fuit in Congregatione Cardinalium Romæ determinatum: & merito, quia non debēt Episcopi, & alij habentes eandem authoritatem esse deteriores cōditionis, quàm sint subditi sui, vt debeant hi soli in omnibus occultis accedere ad Summum Pontificem: respectu tamen hęresis occultæ, dispar est ratio; quia hoc delictum cum maximam habeat deformitatem, vt neque etiam Concilium Episcopis concesserit absoluere posse, nisi per seipsos, non est credendum, voluisse, vt hāc authoritatem delegare possit suis confessoribus. Ita etiam, quod nec Prælati habētes iurisdictionem quasi Episcopalem posśint absoluere Regulares suos subditos modo ab hæresi quantumuis occulta, probat multi, Fr. Emmanuel. Rodriq. in q. Reg. tom. 1. q. 20. ar. 5. quia Episcopis id fuit specialiter concessum, quatenus sunt Inquisitores ordinarii, prima, q. 7. c. Quoties, & Clement. prima, de hæret.

Et quamuis supra iam diximus, Regulares mendicantes ex particulari indulto post Concilium Tridentinum conceśso posse absoluere in foro conscientiæ a casibus Episcopis reseruatis, non tamen ab his occultis, quos dictum Concilium in cap. Liceat, speciatim ipsis concedit, quia hæc conceśsi respicit dignitatem, & authoritatem personæ, & non extenditur ad simplices confessores, sed ad solos Prouinciales, vt est declaratum. Aduertendum quod Concilium Tridentinum in illo c. Liceat, intelligit, vt Episcopi possint dispensare cum occultè sic delinquentibus, non solum ad sacros ordines, & ad eorum exercitium, sed etiam vt beneficia omnia Ecclesiastica, etiam curata, de nouo obtineant: quia cum illud decretum absolutè, & generaliter de dispensatione loquatur, sitque beneficium Principis, & priuilegium iuris, simpliciter, & illimitaté est interpretandum, & sic Prælati religiosorum habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt eodem iure cum suis subditis in dictis casibus dispensare in Prioratibus, & alijs omnibus honoris, & dignitatis officijs, & vltra hoc possunt per priuilegium a Sixto IV. concessum dispēsare in irregularitatibus prouenientibus ex publico delicto, & ad forum cōtentiosum deducto, præterquam homicidii voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum; qua in re ipsi Prælati maiorem authoritatem habent erga subditos, quā Epi erga suos diæcesanos, quia amplissima priuilegia sunt eis concessa in fauorē Religionis. Vide Couar. in Clement. si furiosus. 2. p §. 3. nu. 6. & Nauar. c. 27. nu. 140. Fr. Emmanuel. Rodriq. in q. regul. tom. 1. q. 20. art. 20.

Hinc ēt colliges, quod sicut per constitutionem Alexandri Tertij in c. At si clerici, de iuditijs, §. de adulteriis. potest Episcopus dispensare cum clericis, peracta pœnitentia in pœnis debitis adulterio, & minoribus delictis, vt sunt fornicatio, stuprum, periurium, & alia similia, non tamen in maioribus, vt periurium qualificatum, simonia, incestus, sodomia, assassinatus, & alia, quæ a Iuristis appellantur grauissima: ita dicti Prælati possunt id ipsum, nisi aliquod eorum fuerint sedi Apostolicæ speciatim reseruatum. Vnde possunt dispensare cum Religioso introducente in monasterium mulierem, contra Motus Pii Quinti, & Gregorii Tertii decimi, in suspensione a diuinis, in priuatione ab officiis, & incapacitate ad ea obtinenda, & aliis omnibus pœnis, excepta excommunicatione, quia hāc dicti Pontifices sibi dumtaxat reseruarunt.

Nec obstat si dicatur, introductionem mulierum in monasterium, esse delictum grauius adulterio, vt quod maioribus, & grauioribus pœnis punitur, & imponuntur ipso facto, & in perpetuum, & sic trahit secum executionem, & est quasi sententia lata, post quam non posse Episcopum dispensare, tenet glossa in c. Et ideo, 2. q. 6. Respondemus, grauitatem delicti, non mensurari ex pœnis; sed multo ma-

gis ex maiori, & minori nocumēto, quod reipublicę infert: iam autem introductio mulierum in monasteria non est ex sui natura mala, vt adulterium, sed solum est mala, quia prohibita; & quamuis pœnæ incurrantur perpetuo, suo ipso facto, aut ipso iure; id non efficit quin post actam pœnitentiam, non sint dispensabiles per Episcopum, aut per habentem authoritatem Episcopalem, vt contra gl. affirmant Abbas, & Decius, cum communi, in dicto c. Si clerici. Nota vltimo, quatuor esse delictorum genera: quędam leuia, quæ absque dolo fiunt: alia grauia, seu mediocria, in quibus interuenit dolus: alia publica, quæ aliis pœnis præter mortem puniuntur: alia grauissime, seu atrocia, siue enormia, quæ pæna mortis plecti solent. Nullum tamen horum inducit irregularitatem nisi sit notorium iuris, aut facti, & depositione dignū, vel nisi in his casibus, in quibus ius ipsum statim declarat eam incurri, vt in homicidio, in sodomia consueta, & in aliis in iure expressis, de quibus latè Rodericus tom. primo reg. quæstionum, à q. 20. vsque ad 24.

CASVS XXXVIII.

Martinus, suscepto a tribus diebus Religionis habitu in grauissimā infirmitatem incidit. Et cum esset iam morti proximus; data illi de Medicorum consilio extrema vnctione, fecit Prouincialis, de consensu Conuentus, ad infirmi instantiam, pro consolatione suæ animæ, solemnem ei professionem. Sed inde ad dies aliquot ad sanitatem reuersus, vt melius conualesceret, in patriam (quę longissimè à conuentu distabat) fuit missus, in domum matris, vbi nullum erat propè Ordinis monasterium. Iste finito integro anno, reuertitur in suum conuentum fitq; illi scrupulus, tam de professione non ratificata in sanitate, quàm quod infirmus extra monasterium nec austeritates Nouitiatus sit expertus, nec Religio ipsū.

Quæritur nunc, Quid cum illo sit agendum quoad professionem, & Nouitiatus annum.

DVo hic quæruntur, primum est, an illa professio, in mortis articulo facta, fuerit valida? Secundum, an probationis annum infirmo, in lecto semper iacenti extra Religionem, de licentia Prælatorum, absq; alia probatione, complere sufficiat? Et quod ad primū attinet, Pius Quintus constitutionem quandam edidit, quæ incipit; Summi sacerdotii cura, &c. sub dat. Romæ die 23. Augusti M. D. LXX. Pontificatus sui anno quinto, ad instantiam Monialium Ordinis sācti Dominici, in qua concessit illis, vt qñ, & quoties aliqua Nouitia de alicuius Medici consilio ab hoc sæculo transitura cōspicitur, possit professionem, pro animæ suæ consolatione, ante annum probationis emittere, dummodo tñ in legitima ætate constituta sit. Ita vt sic decedens Indulgentiā, & alias gratias, quas aliæ verè professæ morientes consequuntur, assequi possit. Elargiturque illi sic professæ plenariam peccatorum suorum Indulgētiam, & remissionem in forma Iubilęi. Ex qua constitutione, licet Monialibus sit speciatim concessa, quia mendicantes in eodem priuilegio communicant, videtur apertè colligi, posse Nouitios habentes legitimam ætatem in articulo mortis constitutos, professione facere, etiam non finito anno probationis. Sed tota difficultas hic consistit, an hæc professio sic emissa, si iste Nouitius non moriatur, sit vera, efficax, & sufficiēs; vel debeat adhuc annum probationis perficere: & nouam professionem in sanitate facere. Et pro parte, quod illa professio sufficiat, nec requiratur, si conualescat, alia de nouo, facit primo, quia ibi concurrit vtriusq; partis verus, & expressus consensus, tam ex parte Prouincialis, & Conuentus acceptantis, quàm ex parte Nouitii profitentis: & in anno probationis, qui est solum de iure positiuo, extat Papæ dispensatio ob iustā causam facta, quæ per sanitatem postea recuperatam, non videtur reuocari.

Confir-

Confirmatur secundo, quia illa professio in tali articulo facta, si non esset vera professio, nequaquam concederet summus Pontifex huic Indulgētiam, & alias gratias, quas Moniales verè professæ decedentes consequuntur: vbi notandum est verbum illud, verè professæ. Si ergo ista assequitur Indulgentias, quas verè professæ habent, quando moriuntur; sequitur, quod non debet haberi talis professio, pro non vera, & ficta, si superuixerit.

Tertio, quia si Nouitius sic professus conualescat, & ad sæculum reuertatur, non facta alia professione sequeretur, quod posset tamquam sęcularis viuere, & nullo gaudere priuilegio Religiosi; immò si vxorem duceret, matrimonium esset validum, si sua professio non fuit vera, nec solemnis, nec valida; quę omnia videtur non asserenda.

His tamen non obstantibus, dicendum est, hunc Nouitium in articulo mortis sic profitentem, & ad sanitatem postea reductum, debere nouam emittere professionem, finito integro Nouitiatus anno; nec sufficere istam factam in articulo mortis, vt verè, & solemniter professus dicatur.

Hoc probatur, tum quia illa Pij Quinti constitutio, & concessio, solum fuit ad effectum consolandi Nouitios in illo statu mortis, & sic ad effectum dumtaxat spiritualem lucrandi gratias, & Indulgentias, si moriantur, vt patet ex verbis dictæ concessionis ibi, carent merito cælesti, quo dicti Ordinis professæ, &c. Et ibi, pro consolatione animę suę, &c. Et infra, Nouitiæ sic decedentes, Indulgentias, & alias gratias, quas Moniales verè professæ, &c. Et infra, plenariam Indulgentiam, & remissionem in forma Iubilæi, &c. Ex quibus satis constat istam cōcessionem habere solum locum in foro conscientiæ, & ad vtilitatem tantum animæ, & non in foro exteriori, nec ad alios effectus.

Tum quia ex tali professione, si Nouitius è vita decedat, non potest monasterium succedere in præiudicium venientium ab intestato; cum numquam intendat Summus Pontifex derogare iuri quęsito tertij, nisi id exprimat; quæ expressio hic non habetur, & tamen si facta esset post annum integrum probationis, succederet monasterium in bonis defuncti, vt latè probat Fr. Emmanuel. Roders in q. reg. tom. 3. q. 15. artic. 6. & tom. 2. q. 77. artic. 6.

Tertio; quia Nouitius, etiam de consensu Prælati, & Conuentus, non potest renunciare anno integro probationis; cum talis renunciatio, sit in præiudicium publicum, quatenus Concilium Tridentinum prohibuit professiones Religiosorum ante integrum probationis annum fieri, vt obuiaret damno, & dedecori; quod eisdem Religionibus contingere solebat, eo quod intra vnam, vel alteram hebdomadam professiones fieri consueuerant, vt ad dignitates, & beneficia promouerentur, & fierent prius magistri, quàm discipuli: & nemo potest iuri publico renunciare; cap. Diligenti, de foro competenti, & latè probat Nauar. consil. lib. 3. tit. de Regular. consil. 35.

Quarto, quia etiam Nouitiis conceditur, quod absolui possint à censuris reseruatis: & tamen si a Religione ante professionem retrocedant, in dictas censuras relabuntur, vt constat ex priuilegio Clementis Quarti. Sicut etiam si intra annum Nouitiatus in aliquo excesserint, pro cuius absolutione, si in sæculo deliquissent, ad sedem Apostolicam, vel alio, merito essent destinandi: si per priuilegia Religionis absoluuntur, & non emissa professione, sic absoluti exierint, tenentur se eis præsentare, qui eos alias de iure in sæculo absoluere poterant, vt dicitur in cap. Eos: de sent. excom. in 6. & refert Ang. verb. Excom. 5. §. 48. & Sylue. verb. Absolutio. 5. §. 7. Et ratio est, quia illæ absolutiones, & dispensationes conceduntur Nouitijs, vt sunt in via ad Religionem: & ideo, si non profitentur, & è Religione exeunt, reincidunt ipso facto, vt habetur in Compendio priuilegiorum,

verbo

verbo Nouitius. Ita à simili videtur, dicendum in hoc casu, in quo propter mortis periculum conceditur Nouitio ad cõsolationem suam spiritualem, & ad lucrandas Indulgentias, vt ante completum probationis annum profiteri possit: quod si conualuerit, & Nouitiatum deserat, nec professionem de nouo emittat, illa præterita nullum in foro exteriore sortiuntur effectum.

Confirmatur ex verbis Concilii Tridentini sess. 25. cap. 15. vbi dicitur, quod professio facta ante integrum annũ probationis, sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel Religionis, vel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus: nec in isto decreto Pius Quintus dispensauit, nisi quantum ad hoc, vt Nouitius in extremis laborans profiteri possit ad lucrãdas Indulgẽtias, & peccatorum remissiones. Ex quo sequitur, manere dictum decretum Concilij, quoad alios effectus in suo robore.

Quo circa puto, teneri hunc Nouitium, si conualuerit, & ex ea infirmitate non decesserit, complere postea integrũ probationis annum, & professionem de nouo emittere; in quam opinionem videtur inclinare Fr. Emman. Roder. in reg. quæst. tom. 3. q. 15. art. 6.

Nec obstant in contrarium adducta: ad primum enim respondemus, illum consensum tam profitentis, quàm Prælati, & Conuentus, esse intelligendum, non absolutè, sed iuxta formam dictæ constitutionis Pii Quinti, hoc est, vt si decedat Nouitius, lucretur Indulgentias, quas verè professi, hoc est, qui extra mortis articulum finito probationis anno (qui tunc verè, & propriè professionem emiserunt, & professi dicuntur) lucrari solent. Immò ex illo verbo, verè professæ decedentes consequuntur, colligitur apertè Nouitium in tali articulo profitentem non esse verè, propriè, & absolutè professum, sed secundum quid, hoc est ad consequendas in morte spirituales gratias. Per quod etiam respondetur secundæ obiectioni; quia consensus ex parte profitentis, & ex parte Prælati non sufficit ante completũ annum probationis: & cum hoc sit in notabile prçiudicium Religionis, numquã Papa in hoc dispensat, nisi expresso tali præiudicio, vt dicitur in dicto cap. Diligenti, & illa Papæ dispensatio fuit solum ad consolationem animæ, & ad lucrandum Indulgentias.

Ad tertium dicimus, quod si iste conualuerit, & professionem, finito probationis anno, non ratificauerit, poterit in sæculo viuere, quia sua professio non eum fecit verè Religiosum; sed manet solum ratione sui uoti obligatus in genere Religioni, quia manet tantum obligatus, ut fiat Religiosus, & ideo si vxorem velit ducere, peccabit mortaliter contra votũ castitatis ab ipso voluntariè emissum, vt notant Doctores omnes in cap. Ad Apostolic. de regularibus, & hanc esse opinionem communem, affirmat Emmanuel Roder. in quçst. regul. tom. 3. q. 25. art. 6. prope finem.

Secundum, quod quçrebatur est, an iste Nouitius annum peragens in lecto, partim in monasterio, partim in domo matris, de licentia Superiorum, possit absque alia experientia Nouitiatus, professionem facere? Ad hoc respondeo, quod cum iste Nouitius vixerit semper sub obedientia sui Superioris, & de eius licentia, iusta de causa data, extiterit per illud tempus in domo matris, numquam deserendo Religionis habitum, sed paratus semper ad parendum prçceptis, & mandatis Superiorum; credo sufficienter impleuisse integrum annum suç probationis.

Tum quia Religiosus, manens extra monasterium sub obedientia Superioris, & cum eius licentia, habetur pro residente intra illud; vt ait Nauarr. in c. Statuimus q. 3. num. 74. & Sylu. verbo Religio 3 quæst. 19.

Tum quia ad perficiendum probationis annum, non est necesse, quod Nouitius probet, & experiatur omnes austeritates monasterii in indiuiduo, siue in specie,

cie, sed sufficit, quod experiatur ĩ genere, viuendo sub obedientia Prȩlati, & deferendo habitum, vt iusta vixit, & detulit.

Cõfirmatur, quia si ista Nouitius maneret sic ægrotus intra monasterium sub obedientia Prælati, nullus negabit potuisse in fine anni professionẽ emittere, vt sæpè in probatis Religionibus accidit.

Tum quia multo maius est, solemnem professionem facere, quam integrum Nouitiatum peragere; sed professio facta, expresso solum voto solemni obedientię, est valida, nec requiritur expressio aliorum votorũ .s. Castitatis, & Paupertatis, quia in illo voto Obedientiæ, secundum regulam, & constitutiones, virtualiter alia, includuntur: ergo à simili ad probationem Nouitiatus, & ad experiendas austeritates Religionis, satis erit viuere, & esse sub obedientia Prælati: quia in hoc virtualiter includũtur cęteri omnes Nouitiatus rigores.

Nec obstat, quòd maiorem partem Nouitiatus fecerit ęger in domo matris, & sic videatur non integer annus, sed discontinuus. Respondemus, primo Concilium Tridentinum non desinijsse, nisi quod annus debeat esse integer; continuationem autem reliquit dispositioni iuris cõmunis, vt antea erat, & sic in casu occurrente fuisse à multis Doctoribus iudicatum Salmanticę in sui præsentia affirmat Frat. Emmanuel. Roderiq. in quæst. reg. tom. 3. q. 15. art. 8.

Respondeo secundo, non posse dici annum esse discretum, vel discontinuum, si viuitur semper sua obedientia Prȩlati, & in religionis habitu; quem iste numquã deseruit, vt declarant communiter doctores in dicto c. ad Apostol.

Fateor tamen, quod ad scrupulos omnes tollendos, & ne iste postea reclamaret, optimum esset, vt iste Nouitius iam conualescens, & sanus effectus, degeret per certum tempus Prælatis bene visum, in Nouitiatu, & austeritates Religionis experiretur, quas ægrotus experiri non potuit; quæ videtur iusta causa, ad dilatãdum per aliquot dies professionis tempus. Si tamen absq; tali experimento professio fiat, valida erit.

FINIS.

LAVS DEO.

BREVE COMPENDIVM TERTIÆ PARTIS Responsionum CASVVM CONSCIENTIAE

Reuerendi Doct. P. F.

LVDOVICI DE BEIA PALESTRELLI, Ordin. Eremitarum S. Augustini.

Auct. F. IO. BAPT. GRATIANO Bonon. Eiusdem Ord. professo.

S Osten-

Ostendit insuper discrimen inter superiorem,& inferiorem confessorem hoc esse, quod superior, vt Episcopus, potest pœnitentiam ab inferiore impositam minuere,& cōmutare extra confessionem: quod nequit minor. 6

Vltimo respondet ad argumenta illorum, qui dicebant, pœnitentiam ab vno confessore in unctam, commutari non posse ab æquali, vel inferiori.

Casus secundus, fol. 8.

Confessio sacramentalis cui facienda tēpore necessitatis: & pœnitentia quando,& quomodo sit adimplenda.

EX præsenti casu tria colliguntur: Primum, captiuos apud Turcas in Quadragesima confiteri posse cuius simplici sacerdoti, si nullus ibi adest ab Episcopo suæ diœcesis approbatus, nec est spes vlla probabilis, vt aliquis ex proprijs confessoribus habeatur. 8

Secundum, pœnitentem nequaquam peccare non adimplendo partem pœnitentiæ, quem ob defectum auditus nullo modo audire potuit. 9

Secus autem si hoc accidat vel ex malitia, aut verecundia, vt quia non curat admonere confessarium ad altius loquendū. 10

Tunc enim tenetur confessionem reiterare, quando videlicet ante absolutionem fuit iniuncta. 10

Quod si pœnitentiam audiuit,& recordatur, adimplereque postea noluit, siue ex notabili negligentia, siue contemptu, non ob id cogi debet ad illius reiterationem, sed tamen ad confessionem omissionis pœnitentiæ. 10

Tertium pœnitentem adimplendo in p.m. pœnitentiam non teneri sub pœna noui peccati reiterare eam. 10

Ex hoc ostenditur decipi cum quibusdam alijs Panormitanum, dicentem, pœnitentiam iterum esse repetendam, cum satisfaciens fuerit ad gratiam restitutus; nisi intelligere velit, quod restitutus ad gratiam per eam satisfaciat Deo, quoad pœnam debitam peccatis in Purgatorio soluendam. 11

Multis autem rationibus probatur, pœnitentiam in p.m. peractam nullius esse valoris quo ad remittendum aliquid pœnæ debitæ peccatis in Purgatorio soluendæ. 11

Et quamuis Scotus cum quibusdam nitatur contrariam ostendere opinionem. 12

Veruntamen ostenditur, quod illius rationes non sunt tanti ponderis, vt per hoc a communi sententia sit recedendum. 12.13

Quod si adueniat gratia postquam fuerit sic in p.m. persoluta, tunc reuiuiscere probatur,& effectum suum sortiri quo ad remissionem pœnæ debitæ peccatis. 13

Et quamuis nonnulli oppositum censeant; Doctor tamen eorum argumenta facile resoluit. 14

Casus tertius, fol. 15.

Pœnitentia an, & quando possit imponi,& cuius virtutis sit.

TRia inquiruntur, Primum; An pœnitentia imponi debeat ante, vel post absolutionem: Ad quod respondetur, nihil referre, dummodo pœnitens hic, vel in Purgatorio satisfacere intendat, verumtamen rationibus ostenditur, melius esse, quod ante imponatur. 15

Secundum. An confessor inuitum pœnitentem ad pœnitentiam obligare valeat. 16

Pro quæsiti intelligentia primo supponitur, confessorem non solum habere claues in foro pœnitentiali absoluendi, imponendique iustam pœnitentiam, sed etiam posse,& debere imponere satisfactionem restitutoriam, seu pœnitentiam medicinalem: de qua non est hic sermo; sed de ea, quæ est tertia pars sacramenti: an, s. confessor possit ad iustam pœnitentiam obligare pœnitentem ita, vt eam recusando peccet. 16

Primo itaque ex parte confessoris ostenditur, ipsum debere sub peccati pœna pœnitentiam iniungere. 17

Ex parte verò pœnitentis, traduntur rationes quorundam, qui tenent pœnitentem, li-

cet.

Casus quartus, fol. 21.

Confessio excommunicati (licet ipse quandoque absolui non possit a tali vinculo) cur audienda: & qualiter absolutio peccatorum quandoque data excommunicato sit valida.

Casus quintus, fol. 28.

Confessarij in Vrbe quam authoritatem absoluendi habeant.

Casus sextus, fol. 30.

Absolutio a peccatis neque perfecte intellectis, neque integre confessis quando sit danda.

Confessor intelligere non valens omnia peccata confitentis ob ignorantiam idiomatis, quo exponuntur, videtur non posse eundem ab omnibus peccatis absoluere. 31

Doctor tamen probat contrariam sententiã esse tenendam. 31

Quare priora argumenta aliò auertit. 32

Dicit tamen, confessorem tunc absoluere posse sic confitentem, licet vnum peccatum intellexit ob ignorantiam linguæ: & hoc, quando non datur pęnitenti facilis accessus ad alium confessorem huiusmodi linguam callentem: Hoc idem concedit, cum integra confessio fieri nequeat ob pericula mortis, vel propter extremas necessitates imminentes. 32

Casus septimus, fol. 32.

Pęnitentiam sacramentalem se extendere etiam ad opera alias debita.

Doctor primo ponit rationes quorundam existimantium, opera alias debita nequaquam pro pęnitentia iniungi posse. 33

Deinde contrariam sententiam probat esse veriorem: quod scilicet opera non solum supererogationis, sed etiam debita iniungi pro pœnitentia posse. 33

Pro maiori tamen intelligentia, primo animaduertit, quod opera debita, non nisi ex causa sunt pro pęnitentia imponenda; & si simpliciter imponuntur non debent intelligi nisi de his, quæ aliàs ex præcepto non sunt debita. 34

Secundo, quod quando absolutè imponitur alicui eleemosyna, ipse satisfaciet, dando eam extremè egenti; secus autem si quid ei prius debebat; sicut non satisfacit pęnitentię de dandis decem aureis alicui Ecclesiæ, si eos dat vni Ecclesiæ, cui, non ex deuotione, sed voto debebat. 34

Tertio, quod, qui tolerat aduersitates, siue a natura, siue a Deo causatas, potest illis, tamquam re sua, satisfacere: licet diuersimode. 34

Quarto, quod opus satisfactorium debet esse pœnale. 35

Vltimo, soluit rationes illorum, qui dicebant opera alias debita haud pro pęnitentia posse iniungi. 35.36

Casus octauus, fol. 36.

Absolutio a peccatis, casibusque reseruatis, quando a simplice sacerdote dari possit.

Duas opiniones sibi inuicem contrarias ponit Doctor. Prima; quod constituti solum in articulo mortis, non autem in probabili periculo possunt tunc per quẽuis simplicem sacerdotem ab omnibus casibus, & censuris absolui, cum Ecclesia nequeat per proprium, & approbatum eis succurrere. 36

Altera, quod non tantum in articulo mortis, vt cum quis est morti proximus, vel per causam naturalem, aut violentam, nempe per infirmitatem, seu quando quis ministerio iustitiæ est interficiendus, sed etiam in probabili periculo, quo quis est expositus, vt cum periculosum mare, vel prælium est ingressurus, aut partus mulieris instat, tunc potest absolui, sicut supra dictum est. 36.37

Inter has verò opiniones Doctor sequitur mediam; quod nec solum constituti in mortis articulo; vt infirmitatis, & condemnationis, nec solum constituti in omni probabili periculo absolui valent ab omnibus casibus, & censuris per quẽuis simplicem sacerdotem, nisi supponantur duæ conditiones. prima, quod periculum mortis actu immineat, ita vt mors sit quasi in fieri, & quasi in vltima dispositione, quale est naufragium, & partus mulieris: secunda, quod non sit facilis accessus ad proprium, seu approbatum confessorem. 37

Vtramque conditionem rationibus probat

esse

Casus nonus, fol. 39.

Occasio peccandi qua rationes cum absolutione stare possit.

Casus decimus, fol. 41.

Facultatem absoluendi vnum, non se extendere ad alium.

Casus vndecimus, fol. 43.

Reuelatio confessionis etiam imminente morte, non est facienda quæ si fieret, alterius morte succedente, irregularitas incurritur.

Casus duodecimus. fol. 49.

Interrogatio pœnitentium quomodo sit facienda.

PRimo præmittit Doctor Angeli opinionem existimantis, quod confessor animaduertens, pœnitentem non solum tacere, sed etiam negare suum peccatum alias per confessionem complicis sibi notum, potest in hoc casu interrogare eumdem de tali peccato, in genere tantum, & adeo caute, vt pœnitens nullo modo suspicetur sic interrogari, eo quod per complicis confessionem antea fuerit tale peccatum intellectum. 49

Secundo ostendit oppositam sententiam aliorum, qui affirmant huiusmodi interrogationes fieri posse non solum in genere, sed & in specie, modo prædicta cautela adhibeatur. 50

Quam sententiam Doctor validus rationibus amplectitur. 50

Argumentaque prioris opinionis facilè resoluit. 50.51

Atque ex iam dictis primo colligit, quod sicut confessor tenetur pœnitentē adeo cautè interrogare, ne secretum confessionis complicis vllo modo frangat, ita habens ipse aliquod crimē, quod confiteri nequeat, nisi confessionem alterius reuelet, potest, & debet, stante illo impedimento, non illud confiteri. 51

Secundò, quod idem confessor debet pœnitentes admonere, ne in confessione vnquam nominent personas cum quibus peccarūt, aliter ipse se exponit periculo consentiendi in infamiam proximi. 52

Vltimo tradit determinationem casus, quæ in principio petebatur. 52

Casus tertiusdecimus, fol. 52.

Suffragium denegatum per scita in confessione, quando frangat huius sacramenti sigillum: & quando datum, inducat suspensionem.

DVo agit in hoc casu Doctor. Primo ostendit nonnullos existimare, quod Prælatus tunc frangat confessionis sigillum, cum per inhabilitatem solummodo in confessione cognitam de aliquo subdito sibi confesso, proprium ei denegat votum, licet quo ad forum exterius dignus sit, atque sufficientissimus habeatur. 52

Sic etiam tradit oppositam sententiam aliorum, qui tenent, quod Prælatus possit votum suum denegare sibi confesso quantumuis alias sufficienti, & digno: & hoc ob inhabilitatem in confessione cognitam. 53

Inter has vero opiniones mediam probat esse tenendam; hoc est, quod quotiescumque confessor nullam omnino habet causam, præter cognitam in confessione, ad denegandum suffragium confesso, & nihilominus, cæteris approbantibus, reprobat eum, tunc peccat mortaliter, & fit sigilli fractor. 53.54

Secus autem si aliquam rationem adducas, ob quam videatur proxime moueri ad sic denegandum votum; licet principalis causa sit, quod in confessione cognouit. 54

Et per hoc facilè conciliat Doctor opiniones contrarias in principio adductas. 55

Secundo, ostendit Nauarri opinionem, existimantis, quod confessor sciens tantum per confessionem aut propriam, aut alterius, aliquem esse indignum, & inhabilem ad beneficium, seu prælaturam, & eum eligat, statim vinculo suspensionis innodatur. 55

Contrariam verò opinionem, quæ est Petri de Palude, & S. Antonini etiam affert. 55

Inter quas opiniones mediam ostendit esse tutiorem, & hoc comprobandum sequitur propriam sententiam in prima parte huius casus explicatam: addensque non esse credendum, Pontifices velle, confessores agere in foro exteriore contra sibi confessos per ea, quæ tantum sciunt in foro Dei, & quod scitum est in hoc foro est ignoratum in altero. 56

Notat tamen, quod si confessor ex aliqua alia occasione exterius habita: quamuis in hanc non veniret, nisi ex auditis in confessio-

Casus quartus decimus, fol. 56.

Confessio reuelatur ne dum verbis indiscretis, sed etiam pœnitentijs imprudenter impositis.

Casus quintus decimus, fol. 61.

Confessor laudans alterum pœnitentium aliquando sit reuelator confessionis Parochusque publicè reprehendens, subditorum peccata grauia sibi confessa p.m.

Casus sextus decimus, fol. 65.

Religiosus nequit absolui a confessario seculari.

Casus decimus septimus, fol. 77.

Reus quando debet, fateri veritatem in iudicio.

Pri-

PRimo ostendit Doctor, quod Reus iuridice interrogatus, debet sub pœna p.m. fateri veritatem, licet sciat fore passurũ mortem; aliter a confessore non est absoluendus: dummodo concurrant insimul tria: primum, vt interrogatio fiat a iudice competente.

Secundum, quod delictum sit ad minus semiprobatum plenè.

Tertium, quod delictum sic probatum Reo sit manifestum. Quod si quid ex his deficit, non tenebitur Reus veritatem in damnum suum propalare. folio 78

Si vero tria hæc insimul concurrant tunc debet confessor inducere Reum ad delictum fatendum: nec in irregularitatem labitur, quamuis ex tali persuasione, & Rei confessione suspendium sequatur. 78

Secundo, tres instantias, quibus aliquis moueri posset ad sustinendum confessorem ob suasionem incidere in irregularitatẽ, Doctor resoluit. 79

Vltimo, confessori consulit, quid cum Reo agere debeat prius, quam inducat illum ad manifestationem criminis, & in quo casu (etiam non manifestata veritate) eumdem absoluere queat. 79.80

Casus decimus octauus, fol. 80.

Promissis, quando fit satis.

HVius casus summa est quod nonnullis videtur, promissis de erogandis quolibet anno viginti aureis cuidam societati pro operibus pijs, solutione vna 400. Aureorum eidem societati pro pauperibus facta, haud satisfactum fuisse. 80

Oppositam tamen sententiam validis rationibus Doctor ostendit fore sustinendam. fol. 80

Quare rationes priores adductas facilè resoluit. 82

Casus demicus nonus, fol. 82.

Omissio Missæ propter ludum tantum confitenda.

PRimo, videtur quod, qui ludit mane die festo, & ob id Missam, licet præter intentionem omittat, duo peccata incurrat, & sic vtrumque sacerdoti confiteri teneatur. 83

Secundo, ostenditur oppositum esse asserendum: quod scilicet sic ludens vnum solummodo committit peccatum, quod est non audire sacrum. Quare satis erit ludenti hoc confiteri, tacendo causam, nempe lusum pilæ, cum nec ex se, nec ex circumstãtia sit peccatum ab omissione Missæ distinctum. 83

Vltimo, argumenta priora resoluuntur. 84

Casus vigesimus, fol. 84.

Inebriatus semel quando peccet mortaliter, & quando imputetur ei quodcumque peccatum in ebrietate commissum.

DVo agit Doctor. Primo ponit opinionem quorumdam, qui existimant, quod qui plus solito bibit, ex quo semel incidat in ebrietatem non præuisam, non propter hoc ille peccat mortifere, cum vnica ebrietas non impediat notabiliter rationis vsum, sicut assidua; & contingat fere semper ex eo, quod quis nescit vini potentiam, vel non aduertit ex tali potione inebriari posse. 85

Contrariam tamen sententiam tenet Doctor, probando multis rationibus ebrietatem, suo genere esse lethale peccatũ, eumque peccare lethaliter, licet semel inebriatum: dummodo sciat, aut scire debeat, vinum quod bibit, esse potum immoderatum, inebriatiuumque aliter nec peccaret, nisi forte venialiter. 85

Vnde rationes prioris opiniones facilè resoluit. 86

Breuiterque ostendit ebrietatem non esse lici-

Casus vigesimus primus, fol. 91.

Periculum probabile omissionis Missæ confitendum.

Casus vigesimus secundus. fol. 93.

Votorum dispensatio vigore Iubilæi sit nulla, conditionibus eiusdem non adimpletis.

Ca-

Casus vigesimus tertius, fol. 96.

Christiani captiui apud Turcas remigantes contra fideles p.m.

Casus vigesimus quartus, fol. 98.

Venditor rei defectiosæ, & mercium tempore penuriæ, ad quid teneatur.

Casus vigesimus quintus. fol. 103.

Occisionis diuersi actus, odijque intentio non sunt ex necessitate confitenda.

Do-

Doctor tamen probat tales actus simul cum intentione odij vnum esse peccatum, cum a voluntatis odio dependeant, & ordinem inter se habeant, in vnamque inimici occisionem tendant. 103

Quare ex responsionibus ad priora argumenta, quas hic adducit, ostendit non esse necessarium, hos actus, hancque intensionem odij confessario aperire. 104

Casus vigesimus sextus. fol. 104.

Motus sensualitatis quando non sunt peccata quando venialia, & quando mortifera.

Hic sunt duæ dubitationes. Prima, an in motibus sensualitatis semper sit peccatum. Secunda, quomodo mortales motus a venialibus dignoscantur. 104

Quo ad primam Doctor probat motus sensualitatis tunc esse peccata, quando simul habent has duas conditiones. Prima, vt sint de malo obiecto; Altera, vt in nostra potestate sit comprimere: quod si duabus his conditionibus careant, tunc non debent dici peccata. 105

Et licet videantur culpabiles, cum sint effecta originalis peccati; & ob id a Christo remoti; Ad hoc tamen respondet, quod neque ob id imputantur nobis ad nouam culpam, neque propter hoc a Christo remouentur. 105

Quo ad secundam dubitationem duplicem tradit regulam. Prima, quod aliqua cognitio expressa, idest actualis pracedere debet huiusmodis motus, aut saltem aliqua dubitatio expressa, seu scrupulus ad minus in genere. 105

Secunda, quod si qua cogitatio est imperfecta quod ad malam appetentiam, vel periculum mali habentem, tunc tales motus sunt veniales: quod si est perfecta, nec resistit ipsis motibus, culpa tunc dicitur mortalis: & vtramque partem probat. 106

Postea ex prima regula ostendit Caietanum decipi, asserentem motus sensualitatis in peccatum, etsi voluntatem praueniant, peccata esse venialia. 106

Ex altera verò confutat Nauarri opinionem, asserentis, quod licet homo plenè aduertat hos carnis motus esse malos, & ipsis ob iustam causam non resistat, non propter hoc incurrit p.m. sed quando in illos positiuè consentit. 107

Tandem ex dictis tria affert documenta. Primum, quod qui causam dat, secundum se malam venialiter alicui illicito carnali motui, licet præuiso, & quem cauere potuit peccat tantum venialiter. 108

Alterum; quotiescumque illicitus motus carnalis ex honesta causa alicui insurgit, quamuis prauideat, non ob id imputatur ei in causa volunti, neque ad veniale. 109

Vltimum. Delectationem, seu appetitum omnem de opere, quod iure naturali, vel diuino, aut humano positiuo, sub culpa est vetitum, peccatum mortale esse, quotiescunque in rem ipsam, vt formaliter malam, appetitus idem, vel delectatio feratur; secus autem si delectatio feratur non in ipsam, vt malam, sed sub alio respectu, & ratione alicuius bonitatis, vel commodi adiuncti. 109

Casus vigesimus septimus, fol. 110.

Ignorans necessaria salutis, peccat mortaliter.

Doctor mouet hanc quæstionem: Num ignorans symbolum, præcepta, & orationem dominicam absolui debeat: Ad quod respondet, quod quilibet Christianus hęc scire, credere, ex pręceptoque Ecclesia memoria mandare tenetur. 110

Et licet Nauarrus dicat, pręceptum sciendi hęc omnia obligare ad culpam venialem Doctor tamen rationibus hanc impugnat opinionem; probans totum esse culpam lethalem. 110

Quare ad petitionem casus respondet, dicendo, illum non esse absoluendum, vel si ob negligentiam, vel alium respectum hęc memorię tradere non curat. 111

Ca-

Casus vigesimus octauus, fol. 111.

Pecuniam licet tradere mercatori ad certum lucrum.

Ostenditur, licitum esse, pecunias tradere mercatori ad certum lucrum, cum intentione trium contractuum: Quorum primus est societas, in quo datur pecunia mercatori ad negotiandum. Secundus est assecurationis sortis principalis. Tertius est assecurationis lucri certi, relicta reliqua parte lucri incerti probabilis mercatori pro vtraque assecuratione. 112

Et licet Caietanus censeat, contractum societatis non excusari ab vsura per prædictos subintellectos contractus, verumtamen sicut Doctor ostendit, quomodo illius rationes intelligi debeant. 113

Ita probat, fundamentū Soti opinantis non posse hos tres cōtractus cum eadem persona celebrari, sed sapere vsuram, nihil valere, essetque omnino iuri contrarium. 113

Et, vt confessor aduertat, qualiter excessus lucri certi, quod exigitur, non reddat iniustum hunc contractum, docet breuem regulam. 114

Ac vltimo ostendit, quando debitor soluere tenetur creditori cum pretio damno, ne creditor ob dilationem illud patiatur. 114

Casus vigesimus nonus, fol. 114.

Mutuans non semper censendus vsurarius, qui ratione lucri cessantis vltra sortem aliquid petit.

Pro intelligentia huius casus, primo præmittuntur tria notanda. Primū, quod datur duplex interesse, damni emergentis, & lucri cessantis. 115

Secundum, quod pecunia habet in se duplicem potentiam ad lucrum, naturalem, qua non distinguitur a pecunia absolute considerata: & accidentalem, qua ab ea distinguitur, cum solum stet sub industria negotiantis. 115

Tertium, quod aliquis dupliciter mutuat, vel per vim, fraudem, & absolute inuoluntarie: sicque secundum omnes Doctores exigere potest vtrumque interesse, vel voluntariè, & sic etiam potest (secundum eosdem) exigere interesse damni emergentis, illudque in pactum deducere, dummodo mutuans moneat mutuatarium de damno persoluendo, & verè damnum illud ob mutuum incurrat. 115

Sed non omnes Doctores fatentur, quod mutuans voluntarie siue id faciat ad preces alienas, siue a seipso motus possit lucrum cessans deducere in pactum, & ratione eiusdem lucri aliquid vltra sortem accipere: quandoquidem nonnulli grauissimorum Doctorum, nituntur probare, sponte mutuantem, si exigat ob lucrum cessans aliquid vltra sortem, vsuram committere. 116

Secundus autem si propter moram mutuatarij (videlicet non soluentis tempore statuto) cogeretur mutuans damnum pati, vel a lucro faciendo cessaret; quia tunc poterit accipere aliquid vltra sortem. 116

Alij oppositum affirmant, quod mutuans, siue rogatus, siue sponte sua mutuet, potest etiam ante morem mutuatarij pacisci de lucro cessante, dummodo tale lucrum sit verum, & cesset propter mutuum, neque excedat interesse futurum, nec etiam tantum exigatur, quantum creditur lucrum cessans. 116

Doctor autem existimat in conscientia mediam sententiam esse tutiorem, probans, quod non omnes mutuantes sunt vsurarij; qui ratione lucri cessantis vltra sortem aliquid petunt, vt apparet de mutuante alicui in necessitate constituto propter illius instantes preces, atque indigentiā, quibus respectibus quodammodo charitas negotiantis cogitur ad mutuandum non simpliciter, sed secundum quid, & sic ad perdendum lucrum speratum (de quo agi-

tur etiam fol.3.) quare si quid pro interesse postuletur, non erit vsura. 117

At qui mere spontanee, & a seipso tantum mouetur ad mutuandum, erit vsurarius, si lucrum cessans in pactum deducat, & vltra sortem quidpiam petat; Quod Doctor primo probat rationibus. 118

Postea subtiliter soluit quasdam rationes Nauarri non solum asserentis, quod qui habet pecunias coniunctas cum commoditate lucrandi potest alteri mutuare, & exigere aliquid vltra sortem; sed etiam existimantis, quod si inuoluntarie desistens a negotiatione, potest lucrum cessans exigere, poterit etiam voluntarie desistens: cum voluntarie, & inuoluntarie a negotiatione cessare nihil omnino faciunt ad iustificandum istum contractum, 119

Deinde notat Doctor, quod mutuans ob necessitatem, seu instantes preces alicuius, debet prius admonere mutuatarium de lucro cessante, vt speratum lucrum ab eo exigere valeat, aliter committeret vsuram. 119

Quod non est dicendum de inuitante mutuatarium ad accipiendum ab eo mutuo pecunias, quas a negotiatione extrahit, vt mutuet. 120

Insuper soluit non solum rationes eorum, qui dicunt, non posse lucrum cessans in spontanea mutuatione peti; sed etiam illorum, qui affirmant, voluntarie mutuantem posse huiusmodi lucrum in pactum deducere, etiam ante moram mutuatarij. 120

Tandem duo tradit notanda: Primum, quod quando negociator licite paciscit de lucro cessante, non potest totum lucrum cessans, & speratum accipere ratione mutui, cum sic in potentia non sit tanti valoris, quanti est in actu. 120.121

Ex quo deducitur, non posse quempiam vendere merces tanti in hoc loco, si rogatus id faciat, quanti eas vendidisset, si ad alium locum eas deferret, deductis expensis, & laborib. 121

Alterum notandum est, quod quamuis pactum de solutione certi pretij pro lucro sperato fieri possit, nequit tamen mutuans petere illud certum pretium tempore, quo mutuat, idque probatur rationibus consideratione dignis. 121

Casus trigesimus, fol. 122.

Fructus dotis libere concessæ iuste petuntur.

Cum socer quidam, acceperit liberam concessionem a sponso quo ad soluendam ei dotē, consueuit deinde singulis annis mittere ad eum certam pecuniæ quantitatem, quare eo decedente ab intestato, hæres statim contendere capit contra sponsum de computanda in sortem principalem omnem annuam pecuniæ quantitatē; quæritur itaque, quid in conscientia sit vtrique dicendum. 122

Ad quod Doctor, ante determinationem primo supponit, quod licet maritus non sit negotiator, pro dote tamen vxoris nondum a socero soluta tantum accipere potest, quantum quis mediocriter industrius ex ea, semper salua sorte, sibi comparare posset: hoc autem non ratione lucri cessantis, contra Sylu. neque ratione præsumpta donationis a socero facta contra Nauarr. sed vt onera matrimonij sustentet. 122

Postea probat sponsum non teneri ad computandam in sortem principalem illam pecuniæ quantitatem a socero annuatim sibi datam: sed integram dotem ab hærede esse soluendam: quamuis sponsus vltro dilationem temporis concesserit. 123

Casus trigesimus primus, fol. 123.

Census fœneratitius in foro fori an semper censendus in foro animæ & domus spiritibus nocturnis occupata, an possit censum fundare.

Hic casus diuiditur in duas partes. In prima ostenditur, quod mercator quidam emit credito frumentū mille scutis, sed expirato tempore solutionis, cum non haberet vnde redderet, constituit censum creditori in quibusdam domibus, quia sciebat, creditorem velle illis nummis aliquem

quem creditum emere in celebratione tamen contractus creditor finxit soluere aliquam partem denariorum: & mercator confessus est se accepisse, & accipere mille scuta pro pretio dicti census. 123

Nunc quæritur, cum talis census sit feneratitius in exteriori foro, iuxta bullam Pij Quinti, in qua statuitur, quod pecunia non prius, sed tempore celebrationis census tota soluatur, an sit etiam feneratitius in foro animæ. 124

Videtur primo, quod sic, cum lex ista Pontificia non solum quo ad ea, quæ continent ius naturale, seu diuinum, verum etiam quo ad modum præsumendi censum vsurarium, obligat omnes Christianos in vtroque foro. 124

Sed contra est Doct. probans in foro animæ non esse vsurarium. 125

Quare ostendit, quod licet ista lex Pontificis obliget in vtroque foro, verumtamen qui seruat eam, secundum mentem authoris intendentis occurrere indemnitati venditoris, etsi verba non seruet, non tamen in foro animæ sit legis transgressor, & quoniam pecunia tota numerata fuit ante huius contractus celebrationem sine dolo, & cum vtilitate venditoris, hinc fit, hunc censum non esse vsurarium. 125

Esset autem, si post celebrationem traderetur pecunia venditori: cum sic cogeretur, nondũ accepto pretio, soluere censum, 126

Deinde ostendit Doct. rationes, quare non sunt facilè absoluendi, qui ob venditas merces, eo quod pretium tardè sibi soluitur, emunt censum pro debitis pecunijs, nisi tres conditiones seruantur. Prima, quod pretium debeatur obtaxatas merces a lege Principis. Secunda, quod emptor non receperit merces egens pecunijs ad illas statim vendendas cum detrimento. Tertia, quod venditur censius ita rebus illis indiguerit, quod necessario fuisset easdem alium de empturus. 126

Secũda pars in hoc casu inclusa ea est. Quod domus, in quibus fuit hic census constitutus, cum non sit, qui velit habitare ob strepitus nocturnos spirituum, quæritur, an iste mercator, stante hoc impedimento, teneatur soluere censum? Doct. fauet parti affirmatiuæ. 126

Quare soluens quasdam rationes, quæ videntur contrariam partem sustinere. 127

Concludit, quod si mercator non vult soluere censum, debeat offerre domos emptori, vt inhabitet, vel locatorem quærere, aut spiritus Exorcismis expellere: quod si, omni possibili remedio adhibito, non inueniat locatorem, tunc non tenebitur, durante impedimento, soluere censum, cum res iã non est possibiliter fructuosa. 128

Casus trigesimus secundus, fol. 128.

Census per iudicem constitutus, quando licitus: & quando non.

PRæsens casus in duas secatur partes: In prima ostendit Doctor, quod census licite constituitur per sententiam iudicis, siue id fiat in pœnam contumaciæ veræ, non autem fictæ, quæ est cum debitor renuit soluere, quamuis sine suo magno detrimento possit, siue ob verum interesse lucri cessantis, quod creditor patitur obsolutionis moram. 128

Quod si constituatur in pœnam debitoris malo animo impositam, vel nimis exorbitantem, vel iudex, & creditor intendit obligare debitorem ad soluendum censum pro vsu pecuniæ nondum solutæ, vel census est positus tantus, quod non seruatur debita æqualitas in esse, tunc dicitur illicitus. 128

In secunda ostendit, quod si vendatur census maiori pretio, quam fuerit emptus, vel quam fuerit debitum, pro quo fuit a iudice impositus, non committitur vsura. 129

Et licet per Pium Quintum prohibeatur, pretium semel census constitutum vmquam posse augeri, vel minui: hoc tamen est intelligendũ de illo, qui in re sua censum cõstituit, & qui emit, & ita valor census inter hos semel positus non est alterandus,

neque

neque mutandus per quascumque acciden tarias mutationes. 129

Secus autem si quis velit nouum censum con stituere, & vendere antiquum: cum sic po terit alteri illum vendere pro pretio tunc currente. 129.130

Casus trigesimus tertius, fol. 130.

Census in qua fructuum quantitate soluendus. Et qualiter destruatur ad destructionem rei censui subiectæ.

DVas partes continet præsens casus. Prima ostendit, esse soluendum fructuarium censum in ea fructuum quantitate, in qua a principio fuit constitutus: quãuis pretium illius fructus, cursu temporis, fuerit auctum, siue diminutum, dummodo a principio sub iusto pretio creatus extiterit, neque Principis, vel Reipublicæ lege contrarium sit statutum. 130

Quod si Princeps, habens merum, & totalem imperium, lege sua statuerit ad vtilitatem Reipub. vt fructus empti in censu semper essent reducendi ad pecuniam, secundum quantitatem, & valorem illius temporis, quãdo censualis contractus fuit celebratus, tunc iusta esset talis lex, & obseruanda. 131

Secunda pars probat, quod venditor census non tenetur ad soluendum fructum, destructa re censui subiecta, puta domo, molendino, & similibus, dummodo absque dolo vendentis id eueniat. Hoc autem intelligas, vbi motus Pij Quinti de censibus fuit publicatus, ac receptus. 131

Immò si destructa res censui subiecta reædificetur ex eadem materia, ac in eodem loco, non ob id tenebitur venditor ad fructum soluendum. 131

Secus autem si culpa, vel negligentia censuarij res destrueretur. 132

Tandem ostendit, & quo ad huiusmodi census constitutos ante Pij Quinti extrauagantem, & quo ad constitutos in terris, vbi extrauagãs nondum est recepta, neque obseruatur, quod, destructa re fructifera subiecta censui, perit insimul, & census, nec manet vẽditoris persona (quicquid dicat Sotus) ad soluendos fructus obligata. 133

Casus trigesimus quartus, fol. 133.

Assecurationem vitæ hominis licitam esse.

IN hac materia primo ponuntur rationes Hostiensis, existimantis, vitam hominis a nullo posse assecurari, eo q̃ assecuratio versatur circa res pretio æstimabiles, vita verò hominis est inæstimabilis. Similiter assecuratio est sola cupiditas, nec vtilis Reipublicæ, immò occasio desiderandæ mortis eius, de cuius vita concertatur. 133

Secundo ostenditur, iuxta sententiam Doctoris assecurationem vitæ esse licitam, si, attento iure naturali, & diuino seruentur conditiones huius contractus. 134

Tertiò soluuntur rationes Hostiensis. 134

Vltimo traduntur conditiones esse quinque hic, & in quouis alio assecurationis contractu. Prima, vt euentus rei assecuratæ sit vtrique contrahentis incertus. Secunda, vt res verè existat, vereque subijciatur periculo. Tertia, vt pretium assecurationis dandum sit iustum, consideratis circumstantijs tẽporis, loci, & personarum, ac pro ratione periculi statuatur pretiũ. Quarta, vt eis, cuius res assecuratur, seruet fideliter omnes conditiones, & pacta contractus. Quinta, vt assecurator habeat verè in bonis, vnde soluatur. 134

Casus trigesimus quintus, fol. 135.

Lucrum, & capitale in societate qualiter diuidendum.

PRimo, præmittit Doctor *quorumdam opinionem, qui existimant quotiescũque in societate vnus ponat capitale, & alter æqua-*

æqualem industriam illi, atque in fine societatis totum lucrum perdatur, excepto capitale, semper illud debere diuidi inter eos: quandoquidem si ille, qui pecuniam apposuit totam resumeret, necessario alter qui posuit industriam perderet valorem eiusdem industriæ, ac laboris; quare magna esset inequalitas. 135

Secundo, nonnullis rationibus ostendit opposi tum esse sequendum. Nam sicut apponens operas dicitur illas perdere, quando nullum succedit lucrum: ita capitale apponens dicetur amittere vsum illius, nullo contingente lucro. 135.136

Tertio, ponit duo notanda ad euitandum quæ in contrarium adduci possent. Primum, quod alia est societas dicta diuersarum rationum, de qua est sermo; & alia est societas eiusdem rationis, quæ est, cum vterque apponit pecunias æquales, paremque industriam. 136

Secundum notandum est, quod sicut locatio, & societas differunt, ita inter locare operas, & apponere eas ad societatem erit discrimen: quare valor operarum in societate non erit æstimandus secundum se, sed in ordine ad lucrum ex societate euenturum, consideratis circumstantiis in societate vacantibus, & per hæc habetur qualiter resolui etiam possunt rationes primæ opinionis. 136

Casus trigesimus sextus. fol. 137.

Negotiatio, siue mercatura quomodo clerici sit licita.

QVæritur, an liceat clerico per alium negociari, & per acquisita maioratum instituere in propria familia, & absolui debeat, si a tali mercatura desistere nolit. Ad quod, videtur primo omnem negotiationem lucratiuam clericis esse illicitam; & hoc probatur rationibus. 137

Sed contra est Doctor, tenens clericum non peccare mortaliter, negotiando per alios, siue instituendo ex opibus sic acquisitis maioratum ad honorem familiæ; nec esse illi denegandam absolutionem, quamuis à negotiis desistere nolit, & pro maiori intelligentia suæ opinionis, hoc vnum supponit, negotiationem lucri duplicem esse, vna mutat res per artem in melius, quod dicitur artificium, altera emit res, vt cum lucro vendat, & dicitur mercatura. 138

Ex hoc primo probat, Non esse prohibitum, immo licitum clericis personaliter exercere negociationem, quæ dicitur artificium. 138

Ostenditque Conradi distinctionem nihil valere, opinantis, clericum posse tantum negociari circa res, quarum lucrum potissime est ex arte, non autem circa illa, in quibus non tam lucrum ex industria, quã ex valore ipsius rei reperitur. 138

Secundo, quod negotiatio mercatura, quamuis sit prohibita clericis sub p.m. personaliter, & per se illam excedere, non propter hoc est illicita per alios, dando solum pecuniam aliis, qui negotientur ad lucrum clerici. 139

Tertio, quod clerici sic negociantes, vt diuitias acquirant ad notabilitandam familiam, non peccant mortaliter. 139

Deinde ostendit qualiter sint intelligendæ extrauagantes Pontificum, vbi statuitur, tam acquisita per negociationem illicitam, quam per quoscumque alios modos a sacris canonibus prohibitos pertinere Cameræ Apostolicæ: vnde sic relicta post mortem illorum statim a Camera apprehenduntur. Dicit itaque primo, Pontifices loqui de illicita negotiatione, ac de quibusdam officiis indecentibus, quæ canones prohibent personaliter exerceri. Secundo, quod si talia bona post mortem Fisco subijciantur, hoc fit in exteriori foro, quod sæpe fulcitur præsumptionibus, & quatenus probabilis suspicio adest, talis fuisse comparata per ipsos, & per actiones prohibitas: secus autem dicendum est de foro conscientiæ. 140

Ex dictis colligit, religiosum, extra clau-

ſtra de licentia ſuperiorum degentem, poſſe ſic de acquiſitis licite negociari, pecuniaſque ſocietati dare. 140

Caſus trigeſimus ſeptimus, fol. 143.

Communio quando ſumi poſſit abſque confeſſione.

DVo agit Doctor. Primum, quod qui in toto anno nullum in conſcientia ſentit peccatum mortale poteſt abſq; confeſſione venialium in particulari, & in generali ſumere in Paſchate communionem, quam Parochus illi denegare non debet, niſi per aliam viam ſibi conſtet de prauitate hominis. 144

Et quoniam eſt preceptum Eccleſię, confeſſionem fieri ſemel in anno, ideò ſciendum eſt, preceptum hoc intelligi quo ad peccatum mortal. prout Eccleſia determinat tempus, & miniſtrum ad illud confitendum. 144

Et quamuis miniſter habeat poteſtatem remittendi mortalia, & venialia; non per hoc ſubditus tenetur ad confeſſionem venialium, niſi volentem, cum confeſſio inſtituta ſit ad gratiam Dei recuperandam, qua tantum per mortale amittitur. 144

Alterum eſt. Quod Eccleſia obligare non poteſt ad confeſſionem venialium ſine conſenſu pęnitentium, licet Nauarrus, & alij contrarię opinionis videantur. 145

Sed quia nonnullæ Religiones, ſecundum ſtatuta ſua obligat ſub peccatum mortalem ſubditos ad confeſſionem ſingulis menſibus; ad hoc reſpondetur, talem legem obligare non ex ſe, ſed ex conſenſu ſaltem tacito ſubditorum; vel vt placet Soto, illa ſtatuta debere intelligi, ſi Monachi habent mort. pec. 145

Caſus trigeſimus octauus, fol. 145.

Conſiliarius quomodo in voto, conſilio, & conſenſu ſe gerere debeat.

CAſus duas habet partes. Prima eſt, quod quamuis ſit vtile Reipublicæ, vt conſiliarius reuocet (ſi commode fieri poſſit) in memoriam Principis, dum proponit quempiam dignum ad officium, vel dignitatem, quòd alia perſona dignior, & aptior illa (quando in promptu eſt reperitur. 146

Suo tamen ſatisfacit officio, ſi quem Princeps nominat) dummodo non ſit indignus (ſuffragio) approbat. 146

Et licet proponens præferat dignum digniori, non propter hoc peccat, niſi melioratio notabiliter eſſet exceſſiua, & multo minus approbans. 146

Si tamen conſiliarius ſperaret, poſſe facilè inducere Principem ad id, quod eſt optimum, neque ob negligentiam id curaret, tunc abſque dubio contra conſcientiam ageret. 147

Ex dictis colligitur, quod aliud ſit petere conſilium a conſiliario, & aliud conſenſum, ſi conſenſus requiritur, ſatis erit, quod bonum eſt, eligere, ſi verò conſilium, tunc de meliori eſt dandum; Quod ſi propoſita res videtur conſiliario mala, tunc ille vel tacendo, vel ſe remittendo proponendi, ſiue cęteris eligentibus peccat mort. 147

Secus autem ſi in dubijs ſe remittit proponenti, vel aliorum iudicio. 147

Altera pars huius caſus eſt. quòd quando conſiliarius votum ſuum dicturus cognouit vitium, defectumque notorium notorietate iuris, ſiue facti, aut ſaltem fama publica proclamatum, tenetur illud manifeſtare, ne defectuoſus, & indignus ad dignitatem aſſumatur: ſecus autem ſi ita eſſet emendatus, vt non ſupereſſet periculum in confirmatione, ſiue electione

ne

ne illius. 147

Quod si defectus est secretus, nec omnino emendatus, estque de illorum genere, qui reddunt hominem indignum ad talem dignitatem, necessario est a consiliario, sciente extra confessionem, denunciandus. 148

Ita tamen, vt ceteri cognoscant reuelationem non fieri odio personæ, sed zelo boni communis: & si sufficiat manifestatio defectus in genere, non fiat in specie, & si vnius uitij, non fiat plurium: aliter grauissimum esset peccatum. 149

Casus trigesimus nonus, fol. 149.

Hostia quædam adinuenta licitè adorata.

EPiscopus inueniens in quodam Altari Hostiam antiquissimam, deferensque illam solemni processione ad parochialem Ecclesiam, licet ignoraret eius consecrationem, non propter hoc exposuit periculo idolatriæ populum. 149

Casus quadragesimus, fol. 150.

Matrimonium inter consanguineos ex dispensatione, quæ irrita indicitur, quandoque esse validum.

MAtrimonium inter consanguineos celebratum, obtenta dispensatione a Summo Pontifice per bancharium, qui paulopost bullarum falsarius iudicatus fuit, & vt talis punitus, ex quo Papa omnia impetrata per litteras irritauit: licet consanguinei nouam non obtinuerint dispensationem, & femina alteri nupserit, sic morte prioris mariti falsis in longinquis indicta testibus est ita validum, vt possit ad illum iam inde regressum redire. 150

Casus quadragesimus primus, fol. 151.

Negociatio cum hæreticis, qua ratione permittenda.

QVoniam ciuilis consociatio cum hæreticis, extremaque cum illis communicatio est animabus periculosa, ideo & canonico, & diuino iure est prohibita. 151

Quare fidelibus haud permittendum est cum hæreticis habere commercium absque vrgenti necessitate, qualis esse non potest delatio mercium ad eos lucrandi tantum gratia. 151

Quod si mercator habeat cum ipsis aliqua negotia, ita vt illius præsentia necessaria sit, ne maximum damnum patiatur, tunc tantum temporis erit concedendum, quantum sufficiet ad ea peragenda. 151

Casus quadragesimus secundus, fol. 152.

Enarranti sine dolo ex confessionali multa peccata falsa cum veris non imputatur ad peccatum.

VIdetur primo, quod, qui per confessionale impressum est solitus confiteri de omnibus peccatis in eo contentis, ac si ea perpetrasset, existimans, se maiorem humilitatis actum gerere, non propter hoc debeat excusari a peccato mortali, cum sic confessarium decipiat, velitque ex parte sua, dari absolutionem super mendacia. 152

Sed contra est doctor probans sic confitentem non peccare. 152

Peccaret tamen mortaliter, si omnia peccata falsa confiteretur, non ratione mendacij in iudicio prolati, sed quoniam mendacium illud tamquam materiam subijceret absolutioni, cum non sit materia. 153

Quod si cum aliis mortalibus, aut venialibus veris commisceret alia peccata falsa; sic non peccaret mortaliter; quia tunc subiiceret aliquam materiam ad absolutionẽ idoneam. 153

Et quoniam omne mendacium secundum D. Thom. in iudicio dictum est mortale, ideo Doct. docet hoc esse intelligendum de mendacio dicto, animo frustrandi sententiam iudicis, non autem de eo, quod prouenit ex simplicitate confiteri omnia peccata in confessionale impressa: quia sic est materiale tantum, illud vero formale. 153

Ex dictis quatuor colligit consideranda. Primum, qui mentitur de mortali peccato, antea legitime confesso rarissime mortaliter peccat. Secundum, interrogatus a Confessore de peccato antea legitime confesso, non peccat, negando, se vnquam tale commisisse. Hoc etiam dicitur de re, quam non spectat ad confessorem scire. 153

Tertium, qui confitetur veniale, quod non fecit, dummodo alia sint vera, de quibus absoluitur, non peccat mort. Quartum, qui dicit confessori se velle facere generalem confessionem, neque omnia confitetur, mutata in medio confessionis intentione, non peccat mortaliter. 153

Finis Compend. Tertiæ Partis Casuum Conscientiæ.

BREVE COMPENDIVM
QVARTÆ PARTIS
Reſponſionum
CASVVM CONSCIENTIAE.

Reuerendi Doct. P. F.

LVDOVICI DE BEIA PALESTRELLI,

Ordin. Eremitarum S. Auguſtini.

Auct. F. IO. BAPT. GRATIANO Bonon. Eiuſdem Ord. profeſſo.

Caſus Primus, fol. 155.

Parochus non edocens ſubditos neceſſaria ſalutis, nec eadem ſubditi ediſcentes, quando peccent mortaliter.

DVo includit præſens caſus. Primũ, quod officio Parochorum adeo eſt annexum doctrinam christianam edocere ſuos ſubditos, quod ſi ea in re negligẽtes omnino fuerint peccat mort. 155

Alterum, quod fideles adeo neceſſarie tenentur ſcire Symbolum Apoſtolorum, orationem Dominicam, decem præcepta Decalogi, & tria ſaltem ſacramenta, videlicet Baptiſmum, Pœnitentiam, & Euchariſtiam: quod, ſi hæc ignorent, ſalutem conſequi nequeunt; Et ſi in eis addiſcendis non elaborent, peccatum mortale incurrunt. 156

Hoc autem eſt ſic intelligendum: quod, quando pueri peruenerint ad annos diſcretionis, ſcire tenentur, ſe eſſe baptizatos, ac proinde Baptiſmi ſacramentum explicite credere. Idem dicitur de Euchariſtia in adultis. Pœnitentiæ etiam Sacramentũ credendum eſt quoad confitenda omnia peccata ſacerdotibus ad hoc munus deputatis. 157

Reliqua vero ſacramenta explicite credenda ſunt, quando actu recipiuntur. Præcepta Decalogi explicite ſunt cognoſcenda quo ad euitandum malum, bonumq́; proſequendum: & inſuper pro fidelium capacitate debent memoriæ mandari vna cum Symbolo, nec non oratione Dominica. 157

Confeſſarij, qui pœnitentes inueniunt hæc ignorare, tenentur vel illos edocere, vel eorum confeſſiones prorogare; quia qui talem ignorantiam habet, vel eſt in peccato mor. vel in maximo periculo peccandi lethaliter. 158

Caſus ſecundus, fol. 158.

Iurans ex praua conſuetudine, abſque iudicio veri vel falſi, quando mortiferè peccet.

T 3 *Que-*

QVaritur, si quis iuret ex praua consuetudine absque iudicio veri vel falsi an mortiferè peccet. Ad quod est primo sciẽdum, quod in iuramẽto magis requiritur veritas iustitia, & iudicium, siue ratio, quàm in alio actu humano, cum in eo maius periculum peccandi immineat; quare si aliqua ex tribus circumstantijs illud careat, tunc dicitur peccatum. 158

Secundò est notandum, quod, si iuramentum defici t veritate, aut iustitia, regulariter, & vt plurimum est p. m. & hoc propter irreuerentiam Dei ex suo genere mortiferam. 159

His suppositis, dicitur quod non desunt, qui existimant, sic iurantem non peccare nisi venialiter, eo quod de iuramento non deliberat: indeliberatio autem, & subreptio a mortali excusat secundum Angelum. fol. 159

Sed contra est Doctor probans, sic iurantem peccare mortifere, non ratione defectus iudicij, & discretionis, cum sic per se sũptus sit p. v. sed pro vt est coniunctus cum prauo vsu iurandi, & hoc ob probabile periculum, non solum iurandi falsum, & illicitum. 159

Sed etiam contemnendi Dei maiestatem. fol. 159

Quare ostendit, opinionem Angeli concludere solum in casu, in quo nullum est periculum iurandi falsum, aut illicitum; nõ autem in casu, in quo ex praua consuetudine iurãdi sequitur probabile discrimen peierandi; quod periculum non euitare est p. m. 159

Si quis autem hanc prauam consuetudinem a se euellere elaboret, nec tamẽ eam prorsus extirpare, valeat, quin ex inaduertentia aliquando iuret, tunc dicitur tantum peccare venialiter. 160

Casus tertius, fol. 160.

Festa a populo introducta qua ratione non omnia sint obseruanda.

DVo continentur in hoc casu. Primum, quod qui pracipit suis operarijs, ne celebrent quoddam festum a decem fere annis introductum in eorum Parochia ob crapulam, & ludum, sed mandat vt elaborent, non propter hoc peccat, primo quia populi voluntate, non ecclesiastica authoritate fuit introductum. 160

Secundo, quia festiuitates sunt celebrandæ, quas Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerint. Et si Princeps secularis, vel Respublica mandant sub certa pena festum aliquod celebrari, vnde possunt a transgressore exigere illam, non tamen violator incurrit culpam. Tertio, quia consuetudo per decem annos continuata non habet, vim legis obligantis ad culpam, nisi praceptiua sit, & rationabilis. 160

Alterum, quod, quando festum aliquod in Dei honorem colitur a maiori parte populi, consensu tacito saltem Episcopi, idq; vsu a decem annis iam recepto, & communiter ab omnib. illius Parochia tenetur, peccat mortaliter ille, qui tali die laborat, & sacrum non audit. 160

Casus Quartus, fol. 161.

Communionem suscipiens tempore Paschali in Ecclesi js regularium, quo pacto satisfaciat precepto de communicando semel in Pascha.

PRima facie videbitur, quod recipiens communionem die Iouis sancti in Ecclesia Ordinis Fratrum mendicantium per sacerdotem illius ordinis animo satisfaciendi ecclesia pracepto, teneatur tamen communicare iterum in propria Parochia cum fideles pracipiantur in die Paschatis in sua Parochia communicare, religiosique nullo modo clericis, & laicis eucharistiam administrare possint. Qua administratio licet intra annum ex priuilegijs sit eis licita, censetur tamen per bullas Pontificum hoc tempore prohibita, cum semper exceperunt diem Paschatis: Ex quo videtur etiam fideles non adimplendo praceptum hoc incurrere in pœnas canonum, & Episcopi excommuni-

Casus Quintus, fol. 167.

Parochus assumere potest erga se licentiam confitendi, sed non authoritatem absoluendi, in subditos exercitam.

Casus sextus, fol. 160.

Clerici quando se ipsos absoluere valeant ab incursa excommunicatione ob mutuam percussionem publice per actam.

HVius casus summa est, Quod duo tantum clerici existentes in quodam oppido, se irato animo publice percusserunt; cumque confessario carerent,

ab excommunicatione mutuo se absoluerunt vigore publicati Iubilæi. Et quoniam absolutio hæc videtur inualida; tum quia excommunicatus maiori excommunicatione priuatur actiuo vsu sacramentorũ, utensque a iquo actu sui ordinis fit irregularis; tum quia tales percussiones sunt Pontifici reseruatæ, &c. 170

Oppositum tamen probatur, quod si dicti clerici non habeant cui confiteantur, non propterea impediuntur, quin alter ab altero absolui valeat, si necessitas, vel celebrandi, vel sacramentum aliud administrandi vrgeat, quæ sine scandalo differri, minime possit. 171

Ac tandem rationes pro contraria parte adductæ resoluuntur. 171

Casus septimus, fol. 171.

Beneficiarius vicinus morti emittens vota solemnia an teneatur illa obseruare, si conualescat.

TRia breuiter pertractantur: *Primum, quod si quis habeat simplicia beneficia, & ex graui infirmitate emittat præsentibus notario, ac testibus in manu R. Prioris cuiusdam monasterij tria religionis vota, vt sic post mortem sepultus in habitu illius Religionis, lucretur ordinis suffragia, non propter hoc est verus religiosus, cum non habeat integrum probationis annum, atque nouitiatus, ex quo fiunt vere professi, ac religiosi: nec deferat, habitum religionis in monasterio per annum: neque adsit consensus maioris partis conuentus; sed tantum R. Prioris: quare ad sanitatem restitutus potest vti iure suo.* 172

Secundum, quod talis beneficiarius non est obligatus ad ingressum alicuius religionis: cum intentio, ac verba huius non sint vt religionem ingrediatur, sed vt solum tria vota promittat ad lucrãda post mortem dicta suffragia. Et quamquam hæc professio ante Concil. Trid. induceret obligationem religionis in genere, fuit tamen per dictum Concil. postea sublata: quare, &c. 173

Tertium, quod hic beneficiarius sic vouens, ad sanitatemq; restitutus potest non solum tuta conscientia simplicia beneficia, sed etiam (quidquid dicat Nau. de hoc) & alia acquirere, cum nulla adsit indagatio de illius moribus, & votum sit conditionale, nec non moriendi religiosus intentionem habeat, propter quod necessorie vota promittit. 173

Casus octauus, fol. 175.

Vouenti non solum propositum deliberatum, sed etiam promissio cum animo se obligandi, requiritur.

PRimo videtur, *quod si quis rogando Deũ diceret, Domine, si ab hoc periculo eripiat, seruiam tibi, ac semper continẽs ero, non emittat votum castitatis, propter quod impediatur ad matrimonium contrahendum: nam hæc, et similia verba ex se non significant votum, cum ad h[illegible] non tantum sufficiat propositum, quantumuis deliberatum, sed etiam promissio cum animo se obligandi & quoniam hæc verba continens ero, ex se nullam significant promissionem, sed solam intentionem propositumque faciendi: cum aliud sit velle illa facere, & aliud promittere.* 175

Pro affirmatiua tamen parte est Nauarrus existimans, quod per talia verba exprimatur votum, ni si apertẽ constet sic dicẽtem habere animum non promittendi. 175

Doctor verò tenet, huiusmodi loquutiones ex se non habere vim promissionis, sed tantum propositi: nisi sic dicens haberet intentionem promittendi, seque per votum obligandi. 176

Tandem ostendit, quod si aliquando in iure dicatur propositum firmum, & deliberatum obligare, id esse intelligendum de proposito adiũcta promissione expressa; seu cũ animo se obligandi: & ita valere Nauarri opinionem. 176

Ca-

Casus nonus, fol. 177.

Votum ex subita passione animi factum de non ludendo aleis qua ratione teneat,& cur dispensari, commutarique possit.

Hic duo pertractantur. Primum est, quod si quis ex repentina passione motus emittit votum,de numquam ludendo aleis, non propter hoc ab obligatione voti est excusandus; nisi per talem passionem omnino tollatur inditium: Quoniam eadem deliberatio requiritur ad vouendum, quæ sufficit ad peccandum mortaliter; sufficit autem actus inditii, deliberationisque licet subitus, & per passionem elicitus ad peccatum mortale: quare, &cet. 177

Ex his tollitur opinio existimantium, vota ex iracundia, vel alia passione repentina facta non valere, vt quæ non fiunt deliberatione plena. 178

Similiter aufertur Angeli opinio censentis, votum subitum non obligare, si,transacto periculo,siue angustia,statim vouentem vouisse pæniteat: & ratio inter alias, quia pænitere facti non reddit factum inualidum. 178

Notandum tamen est, vota hæc,siue ex pueritia,siue ex parum deliberata mente,siue ex animi perturbatione extra insaniam subito facta posse per Prælatos facile dispensari, & commutari.

Alterum,de quo agitur est, quod habens authoritatem dispensandi, vel commutandi vota,potest idem in voto illius, qui cum ex subita passione animi vouerit de non ludendo aleis, abstinere tamen à tali ludo nequaquam potest, & ratio, quia per hoc non datur ei occasio liberius peccādi mortaliter, aut venialiter, sed solum tollitur occasio committendi duplex peccatum. fol. 179

Casus decimus, fol. 180.

Dispensatus in quadragesima quoad comestionem carnium, non semper a ieiunio excusatur:& qui excusatur ab eo non propterea a comestione carnium.

Duo includit præsens casus. Primum, quod tenetur ille,cui dispensatur super cibos quadragesimales abstinere a duplici comestione (quando commode fieri possit) quia præceptum habens plures partes, si non potest in vna adimpleri debet in alia, et cum per vnicam comestionem carnium etiam ieiunatur: ideo si dispēsatio fit, quod pisces nocent, non propterea intelligenda est de ieiunio sed tantum de esu carnium. 180

Alterum in casu inclusum illud est, quod tradens filiis cibos in quadragesima vetitos,peccat m licet non teneantur ob iuuenilem ætatem ieiunare ante 21. annum; Secus autem si nondum habent rationis vsū, quod ad septennium vsque fere semper contingit: quamuis æquum sit illos in tali tempore istis cibis assuefacere. 181

Casus vndecimus, fol. 181.

Pensionem impositam, atque receptam, nondum habito Pontificis consensu, non semper esse simoniam.

Hæc est summa totius casus, quod renuncians beneficium cum pensione, recipiensque ante consensum sedis Apostolicæ illam,vel partem eius,sub titulo mutui,& vt restituendam, quando id Pontifex non confirmaret, non est dicendus simoniacus. Secus autem, si talem pensionem reciperet tanquam debitum, & rem propriam ante sedis Apostolicæ beneplacitum. Et in hoc sensu opinio Nauarri est intelligēda, dum asserit, pensionem promissam cum conditione, si Papæ placuerit, si tota, vel in parte soluatur antecibus beneplacitum, esse simoniam. 182

Casus

Casus duodecimus. fol. 182.

Pœnitentiam persoluens extra assignatum tempus, quando satisfaciat?

HIc primo Nauarri opinio præmittitur, qui quidem videtur tenere pœnitentiam iniunctam de ieiunandis certis diebus, nequaquam ab eo adimpleri, qui non iisdem diebus, sed aliis ieiunat, 183

Secundo ostenditur oppositum tenere Doctorem, quoad hoc, & alias pœnitentias loco satisfactionis iniunctas; eo quod tempus se habet tamquam accidentale, seruitque solum vt terminus non vlterius dilatandæ. 183

Quod si vlterius dilatentur, non propter hoc cessant, sed efficiuntur vigorosiores; Quod nequaquam est dicendum de ieiuniis, solemnitatibus festiuis, horis canonicis, aliisque ab ecclesia præceptis. 184

Tertio respondetur ad quasdam obiectiones. 184.

Ac vltimo, rationibus prioris opinionis. 185

Concluditur, quod si tamen constaret aperte, confessorem imponere dies limitatos ad vtilitatem, & gloriam Dei, idque sciret pœnitens, nec non eodem principali fine eos acceptaret, tunc his diebus persoluenda esset pœnitentia: Secus autem est, quando alterum horum deest, vt nec confessarius id aperte declarat, nec pœnitens idem acceptat: quia sic dies statuti se habent vt accessorii, nec vt principaliter intenti, sed impositi, quo commodius pænitentia persoluatur. 185

Casus decimus tertius, fol. 185.

Vota simplicia Religiosorum annullari posse a Prælato, quo ad præteritum, & futurum.

IN præsenti casu duo includuntur. Primum, quod Prælatus omnia vota simplicia sui subditi quo ad præteritum irritare potest, quia Religiosus suam obligauit voluntatem in manu Prælati, neque est enim aliquod tempus exceptum, in quo non possit religiosos aliquo officio occupare. 186

Irritatio hæc fieri potest a Prælato etiam sine causa ad libitum suum, vel pœnitentis: ita quod nec irritans peccat, nec alius non adimplens: neque tenetur, cessante ab officio Prælato, & adueniente altero, irritationem de nouo postulare; quia obligatio extincta non reuiuiscit. 186

Alterum inclusum est, quod Prælatus potest subdito prohibere, ne in futurum voueat, & nunc pro ex tunc irritare quæcunque deinceps vouerit, cum subditorum vota semper inclusam habeant hanc conditionem, si Prælatus non contradixerit; Vnde sequitur, si, eo contradicente, irrita fiunt præterita, etiam, illo repugnante, irrita erunt, & futura. 187

Quod si specialiter nõ prohibeãtur, dicuntur valida, quousq. per superiorẽ annullẽtur annullata vero nõ amplius obligãt, nisi de nouo per eundem, aut alium Prælatum expresse approbentur. Nec propter hoc censendum est, præsentem Prælatum, in abrogandis in futurum votis derogare aut horitati successoris: quandoquidem hoc fit, & in salutẽ subditi, & Religionis vtilitatem. fol. 187

Nec etiam existimandum, cessante ab officio Prælato, expirare huiusmodi inhibitionem, cum ex officio, & in bonum animæ sit facta. 187

Casus decimus quartus, fol. 187.

Communionem etiam suscipi posse per manus simplicis Sacerdotis.

PRimo ostenditur ex grauissimorum Doctorum rationibus non solum in Paschate, & mortis articulo, quando ex præcepto tenetur quilibet Eucharistiam sumere, sed etiam cum ob solam deuotionem ab alio sumatur, quam a proprio Parocho, vel saltem absque eius licentia, aut in ecclesiis eorum Religiosorum, qui ad hoc habent speciale priuilegium, peccatum esse mortale, tam in dante, quam in accipiente fol. 187

Se-

Secundo probatur per Doctorem, nullum, vel non nisi veniale esse peccatum, cum in administratione huius sacramenti ex sola deuotione sumpti, nulla fiat iniuria authoritati parochi, vel salt em admodum parua. 188

Tertio demonstrantur aduersariorum rationes, concludere, quod simplex sacerdos non potest Eucharistiam ministrare quando eius susceptio est de præcepto: Et ita nequeunt subditi ab alio sacramenta petere, quam a Parocho, si copia eius adest. 189

Casus decimus quintus. fol. 189.

Omissionem pulsationis campanæ in susceptione ordinis Ostiarij non esse mortiferam.

SVscipiens ordinem Ostiarij, omittensque campanę pulsationem videtur teneri sub peccato m. ad supplendum talem defectum: quoniam, si in susceptione alicuius ordinis omittatur aliquod necessarium, saltem necessitate pręcepti, quamuis non necessitate sacramenti: (quia totum esset tunc iterandum) neque suppleatur defectus ante executionem ordinis, peccatum esset mortiferum. 190

Doctor autem probat non peccare mortaliter, qui non supplet hunc campanę tactũ: quia tangere ostium, campanam pulsare, & similia om ñ a sunt leuia. 190

Ac proinde ex leuitate materia non sunt mortifera; Nec oportet, si quid in ordinibus minoribus deficiat ab ecclesia statutum, nec si necessarium necessitate sacramenti, vel ad minus necessitate pręcepti obligantis ad mortale, quod reiteretur, aut suppleatur: & ita priores rationes habentur dissoluta. 190

Casus decimus sextus. fol. 191.

Pecuniam causa ingressus spiritualis confraternitatis exigi posse.

SI qua spiritualis Confraternitas statuat, quod quicunque in ea describi velit, certam pecuniam soluat, videtur impietatem vsuramq. committere: quia fideles cupientes describi ad lucrandas indulgentias, sic nequeunt illas adipisci absque pecunia solutione, propter quod etiam pauperibus intercluditur aditus, dum non habent vnde soluant. 191

Oppositum tamen probatur, tale statutum non esse illicitum, & simoniacum; quia hoc non fit pro absoluto ingressu, & ad intercludendam cęteris viam; sed vt Societatis onus, paupertasque subleuetur. 191

Veruntamen est aduertendum, tutissimum esse talia statuta fieri sub forma affirmatiua; Vt si quis dederit tantum recipiantur in confratrem, & non sub negatiua: Vt, qui non dederit tantum, non recipiatur quia sic via ad Confraternitatem præcluderetur: idque haberet speciem exactionis, illud vero rationem voluntaria reccognitionis. 192

Casus decimus septimus, fol. 192.

Pensiones, reddituſque non repugnare voto paupertatis Religiosorum.

DVo statuuntur in hoc casu. Primum Pontificem, Prælatumque religionis concedere posse Religioso sibi subdito licentiam habendi certos annuos redditus in licitum vsum suum conuertendos: nec Superiorem huiusmodi licẽtiam dantem iusta ex causa, nec subditum illa vtentem peccare. 192

Hæc autem sic concessa non intelliguntur, ac si postea debeant esse simpliciter propria: quod sic esset verum dominium, veraque proprietas. Quod nec Pontifex, nec Prælatus concedere valent: sed intelliguntur tamquam propria largo modo sumpta, vt dicunt ecclesiasticam administrationem, seu vsumfructum, & possessionem facti tantum. 193

Et quamuis Concil. Trid. dicat, non licere regularibus bona immobilia, vel mobilia, &c. etiam nomine conuẽtus possidere, vel tenere, neque deinceps licere Superioribus conce-

concedere stabilia etiam ad vsumfructū, vel vsum, & administrationem: hoc tamen est intelligendum quo ad proprium dominium. Sic etiam non licet Superioribus concedere ad vsumfructum, etc. si concessio fiat absque iusta causa. 194

Secundum, quod tam Religiosus, qui illicite consumpsit, quam qui sic illicite ab eo accepit peccant m. teneniurque monasterio restituere, si peculium erat ex rebus monasterii, vel ex aliis acquisitis, suoque vsui de licentia Prelati applicatis. 194

Ab hac lege non est exemptus Abbas monasterii, & Prelatus regularis; quia tam isti, quam illi, qui male ab eis acceperunt (nisi probabilis ignorantia excuset) peccant mort. & ad restitutionem tenentur. 195

Accedit, quod Prelatus, & Capitula concedere nequeunt Religioso facultatem, vt det quicquam, quod non sit directe, vel indirecte in vtilitatem monasterii, vel in eleemosynam, vel remunerationem: Quare, si Religiosus, vel meretricando, ludendo illicitaque agendo consumit illud, peccat m. & ad restitutionem tenetur. 195

Potest autem restituere de illis, quę ex sibi necessariis detrahit, vel parce viuendo, vel per sacrificia, & orationes, vel rogando amicos vt pro eo soluant, vel remissionem debiti petendo. Qui vero a Religioso ex donatione iniusta aliquid accipiunt, monasterio restituere debent, si sciant, Religiosum nec restitutionem fecisse, nec soluere posse. Quod si quantitas rei accepta non excedat quantitatem, quam Religiosus in eleemosynam dare potest, & ipsi sint pauperes, tunc sub eleemosynę titulo possunt eam retinere. 195

Similiter non pauperes possunt eandem retinere, quique donant non restituere: quando non est ad quantitatem superfluam, sed solum ad necessariam concessa. Hoc etiam dicendum, si de hac quantitate aliquid Religiosus sibi detrahit, consumitq́, ludendo, meretricando, aut illicite donando 195

Videatur in hoc casu decretum fęlicis recordationis Clementis PP. VIII. de reformatione Regularium: & iuxta illud moderentur, quę dicuntur a Doctore.

Casus decimus octauus, fol. 197.

Professio regularium emissa absque iuridica inquisitione vitę, & morum, quando sit nulla.

CIrca hoc duę extant opiniones, quarum prima tenet, quod quamuis aliquis sit habilis, & nullo crimine impeditus, si tamen non fiat ante illius professionem iuridica inquisitio de vita, & moribus, ac aliis prę requisitis iuxta constitutionem Sixti V. nulla erit professio: verba autem huius constitutionis ibi sunt adnotata. 197

Altera opinio est Doctoris, qui multis rationibus probat, professiones illorum Religiosorum tam in foro interiori, quam exteriori esse validas, qui non habent alium iuris defectum, quam quod de illorum uita, & moribus iuridica inquisitio non sit ante peracta. 198

Immo nec etiam professio criminosorum annullatur, nisi in eo tantum casu, in quo constat in actis publicis ipsam curiam secularem ante susceptionem habitus de ipso crimine aduersus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse. Non est etiam vniuersaliter professio illorum irrita, qui debitis, & ratiocinijs sunt obnoxii, sed tunc solum, quando debita sunt in tanto excessu, vt superent eorum facultates. 200

Multi tamen Iudices absoluerunt quamplurimos professos, eo quod de illorum vita, & moribus (licet fuerint habiles) nulla prius præcesserat indagatio; sciendum tamen est, id egisse, quia solum fori exterioris negotia agunt. 200

Si vero post quinquennium voluerint reclamare in foro exteriori de nullitate professionis ob defectum non seruatæ formę prędictæ constitutionis, nulla prorsus erit reclamatio. 201

Professio autem quoad inhabiles, & crimi-

nosos

Casus decimus nonus, fol. 203.

Legatarius non est priuandus legato conditionali, si per eum non stat, quin adimpleatur.

Casus vigesimus, fol. 205.

Confessarius tantum approbatus in uno Episcopatu, quam authoritatem in alieno habeat tempore Iubilæi.

Ca-

Casus vigesimus primus, f. 209.

Absentia a cura non obligans Parochum ad mortale, & fructuum restitutionem:& præsentia, ad vtrumque deuincens,quæ sit.

Duo pertractantur. Primum,quod Parochus ruralis per diem integrum singulis hebdomadibus visitans parentes in ciuitate commorantes non solum videtur peccare mortaliter; quia a Parochia per Concil.Trid.non licet abesse,nisi ex christiana charitate, vrgenti necessitate, debita obedientia, & euidenti ecclesiæ, vel reip.vtilitate: sed etiam teneri pro rata temporis absentiæ ad restitutionem fructuum. 210

Doctor tamen probat, quod tam frequens, quamuis interruptus Parochi a sua ecclesia discessus, etsi non careat aliqua culpa: non propter hoc est lethalis,nec restitutioni fructuū obnoxia,quia per Concil.Trid. non damnatur absentia, vt mortifera, restitutionique obnoxia nisi excedat tempus bimestre. 210

Alterum,quod qui in Parochia ita residet, vt nullum aliud onus subire velit, quam ibi adesse, & munera omnia parochialia per Capellanum tantum exerceat,difficile a mortali culpa excusatur, & ab illa restitutione fructuum, quam otiose percipit; quia propter officium datur beneficium. 211

Neque obstat vulgare illud axioma, Quod per alios facimus, per nos ipsos facere videmur: quia probatur id non habere locum in illis rebus, quæ specialem industriam personæ requirunt,qualis est residentia.. 211

Notandū tamen, quod sicut causa iusta dari potest,ob quā Parochus absit sine culpa; ita dabitur et iusta causa,ob quā liceat ei nō deseruire,quamuis adsit;& Parochus commorans extra Parochiæ circuitum, nō propter hoc dicitur nō residere;nisi sit difficile subditis illū adire, & sacramēta in necessitatibus eiusdem ministrari. 212

Casus vigesimus, secundus, fol. 212.

Commutationem pij legati in aliud æquale, aut melius per Episcopum fieri posse.

Circa hoc in primis videtur pars negatiua vera; quia vltima voluntas defuncti est omnibus modis conseruanda,ac pro lege habenda: salua tamen sedis Apostolicæ authoritate. 213

Sed Doctor affirmatiuam partem probat absque vllo scrupulo fore tenendam, quod Episcopus,ob causā,quæ sibi videatur iusta, possit legatum quodcumque pium,ad certum vsum relictum,in aliū vsum pium commutare: quamuis tale legatum de iure,& facto adimpleri debeat;quia hæc cōmutatio est in materia fauorabili redundante in vtilitatem animæ legislatoris: & etiam,quia Episcopus est priorū dispositionum executor; Quæ executio fieri potest in alium vsum,siue æqualem,siue meliorem;quandoquidem, qui melius facit, non aliud,sed idem facit. 213

Deinde tradit ipse Doctor nonnulla notanda. Primum,quod Pontifex iusta de causā potest non solum res in certum vsum donatas conuertere in alium vsum minus pium: sed etiam bona vnius ecclesiæ alienare in aliam 214

Secundum,quod Episcopus,licet res ecclesiasticas magni momenti nec vendere, nec alienare, nec commutare valeat absque Capituli consensu: paruas tamen per se sine alio consensu alienare valet. 215

Tertium, quod legata, seu donata monasterio in certum vsum potest (secluso scandalo) Prælatus commutare in alium magis necessarium. 215

Quartum, quod Generalis cum quorundam consilio bona quædam vnius monasterij potest in aliud indigens eiusdem ordinis transferre. 215

Ca-

Casus vigesimus tertius, fol. 215.

Sponsalia simplicia, subsequuta copula carnali, præferenda sponsalibus etiam iuramento contractis.

SVmma huius casus est, quod contrahens sponsalia simplicia cum virgine stuprata ab ipso, tenetur in vxorem accipere, etiam patre virginis stupratæ renuente facti non conscio, & filia ex patris voto relaxante, licet sponsus propterea contraxerit cum altera virgine, testibus præsentibus, sponsalia iurata. Nam quæ vergunt in notabile alicuius præiudicium, nullus ignorans illud dicitur in eo consentire. Et dato, quod filia sponsalia relaxauerit, tenetur tamen hic eam accipere, quia relaxatio hæc accidit ex metu paternali: Quare si id nolit facere sponsus, non est a Confessario absoluendus. 215

Casus vigesimus quartus. f. 217.

Fama quando, & quomodo restituenda.

DVæ extant graues opiniones circa hanc materiam. Prima est, quod infamia non est restituenda, quando ex diuturnitate temporis creditur oblita; quia data obliuione, cessat damnum eiusdem: & cessante damno, cessat restitutionis obligatio. 217

Altera quam tenet Doctor, quòd infamia restituenda est, quamuis credatur ex diuturnitate temporis iam non recordari talis infamiæ, apud quos fuit facta; quæ restitutio est facienda, dicendo saltem tot laudabilia de fratre, vt æqualis sic apud eos fiat pristinæ læsionis resarcitio. 217

Hoc autem videtur debere intellig. quoad delictum occultum reuelatum, vt in fol. 218 videri licet.

Si verò infamia sit de falsitate, tunc infamator inquirat ab illis, quib. mendacium retulit, an recordentur de aliquo crimine contra talem fratrem a se dicto: etsi responderint affirmatiuè, tunc se retractet: si negatiuè, restituat per hæc verba: Si quod delictum forsitan a me audiuistis in detrimento sui honoris, scitote, me ira obcæcatum id falsò dixisse. 218

Casus vigesimus quintus, f. 218.

Tutoris officium ad quid se extendat.

TVtores non tenentur ex officio tutelæ ad prucurandum pupillorum vtilitatem cum proprio damno, vel iactura sui honoris, quando pro huiusmodi tutelæ officio nullam mercedem habent; aliter nõ reperiretur qui vellet hoc munus suscipere: Quod est pupillos a criminibus conseruare. Res eorum ab impijs defendere: Et pecuniam, seu bona mobilia parui momenti, quæ facile corrumpi possunt in res fructiferas conuertere. 219

Quod si ex tutela mercedem aliquam habẽt, tunc iuxta mercedis quantitatem tenentur damno pupillorum obstare cum damno proprio. 220

Si vero nullam habent, suo tamen dolo, & culpa graui aliquid mali accidat, tenentur ad restitutionem: secus autem de leui culpa. 220

Casus vigesimus sextus, fol. 221.

Beneficiorum simplicium pluralitas qua ratione licitè retineri valeat.

QVidam tenent, non esse mortiferè illicitam beneficiorum pluralitatem, quorum neutrum residentiam de iure requirit, & vnum ad honestam possidentis sustentationem sufficit. 221

Doctor tamen probat, peccatum lethale esse habere plura beneficia etiam libera a residentia quando vnum debitæ sustentationi est sufficiens: neque rationes huiusmodi beneficia est absoluendis, nisi ea, quæ excedunt decentem sui status sustentationem, renunciet, vel per dispensationem iusta causa factam illa possideat. 221

Fa-

tiam experiantur, & Religio insimul ipsorum mors, non solent fortè profiteri nisi, peracto nouitiatus anno: hoc tamen fieri non consueuit quoad alios qui habitum vt extra monasteria viuant, suscipiunt: & sic tales possunt renunciare probationis annū, & præcipuè vbi est antiquissima consuetudo. 230

Casus vigesimus nonus, fol. 232.

Professus nulliter iterum ad habitum receptus, quando nouitiatus annum denuo complere debeat.

PRima facie videtur, quòd professus regularis priuatus habitu suæ Religionis à suo Prouinciali iuxta bullam Sixti V. propter delictum olim in seculo perpetratum, possit tamen, cessante delicti impedimento, & durante consensu Prelati, & conuentus recipiendi eum, ratificare professionem in alia prouincia eiusdem Religionis, vt in sua absque nouo nouitiatu, quia sunt eiusdem Religionis, regulę, & constitutionum, quarum rigores iam expertus est in sua prouincia. 232

Doctor tamen probat, quòd talis Religiosus nequeat in alia prouincia quamuis eiusdē Religionis professionem ratificare, absque integro nouitiatus anno; quia primus nouitiatus, & professio non fuerunt legitimè facta iuxta bullam Sixti V. & ideo legitimè fuit expulsus; quia Prælatus, & fratres alterius prouinciæ debent experientiam de eo sumere, & probatio in vna prouincia nihil iuuat ad professionē faciendā in alia. 232

In conuentu tamen prioris professionis, vel in eiusdem prouincia, satis erit iterum ratificare, professionem, persistente conuentu in priori consensu, nec requiritur tunc noua receptio, neque nouus probationis annus. Hoc etiam dicendum de nouitijs, qui probationem annuam peragentes in vno monasterio, professionem emittere possunt in alio eiusdē prouinciæ; quia sunt semper sub eodem Prouinciali, qui in quocumque conuentu degat Prior est illius. 233

Attamen non nisi rarò, vrgentissimaq; de causa Prior Generalis id facere potest, & debet; cum non appareat qua ratione fratres approbare possint, & ad professionem admittere eum, cuius mores nequaquam experti sunt. 234

Casus trigesimus, fol. 235.

Matrimonium inter fidelem, & hæreticū adeo esse validum, vt fidelis coniux ab hæretico coniuge propterea authoritate separari nequeat.

DVo pertractantur. Primum, quòd matrimonium inter fidelem, et hæreticum videtur nonnullis irritum, & nullum ipso iure, quod præcipuè probant Canone sextæ synodi generalis, vbi irritantur nuptiæ inter virū ortodoxū cū muliere hæretica. 235

Contrariū tenet Doctor. Nam hęreticus, quia habet characterem, fit habilis ad omnia sacramenta, adeo quòd debet etiam dici validum matrimonium inter hęreticos. Secus autem si esset contractum inter baptizatum, & non baptizatum, & hoc propter disparitatem cultus. 235

Quoad decretum sextę synodi sciendum est, non fuisse à Pontifice approbatum, neque ab Ecclesia receptum, vt D. Athanasius, & alijs Doctores attestantur. 136

Et quāuis in principio ecclesię erat fortè validum matrimonium inter catechumenū, & baptizatū, non obstante disparitate cultus, per consuetudinem tamen approbatam à Pontificibus factum fuit inualidū. 137

Alterum de quo agitur est, quòd quidā probare nituntur, fidelem posse, quamprimum constat, coniugem esse publica sententia de hęresi damnatum, separari ab eo propria authoritate, & absque alia diuortij sententia quoad thorum, & habitationem. 237

Doctor contrariā partem censet esse veriorē, quod vir, aut vxor habitare tenetur cū hæretico coiuge Ecclesiæ reconciliato: ita quod etsi toto illo tempore, quo in hæresi coniux manifestè persistit, possit licitè fidelis debitū coniugi denegare; vbi tamē per Inquisitorū sententiā fuit de hęresi reconciliatus, tenetur alter coniux reconciliato cōiuere, debitumq; cōiugale soluere, nisi fortę velit Religionē approbatā profiteri, aut per sententiam Episcopi fiat inter eos diuortiū. 238

Notandum tamen, quod si contingat innocẽtem, siue sit maritus, siue vxor, esse personã nobilissimę familię, in cuius infamiã notabilium redundet, si publicè reconciliato hęretico cohabitet, tunc poterit per Episcopum fieri perpetua separatio quo ad thorũ, & habitationem, & maximè si in nullo eorum sit periculum incontinentiæ. 240

Casus trigesimus primus, fol. 240.

Crucem militarẽ cũ possit diues pro obtinenda ecclesiastica pensione procurare, qua postea ratione de illa tantum viuendo patrimonij redditus expendere valeat.

Tria determinantur. Primum, licitum esse procurare crucem ordinis militaris ad pensionem ecclesiasticã habẽdam; quia huiusmodi ordines sunt ecclesiastici, & qui profitentur eos sunt etiam personæ ecclesiasticæ, et ideo possunt bona ecclesiæ obtinere, & pro pensione crucem procurare. 240

Et quamuis fortasse videantur equites crucigeri purè laici, cum ducant vxores, natisq́; procurent facultates, vnde non videtur licitum esse pro pensione crucem obtinere, sciẽdum tamen est, si sunt vxorati, id fieri ex dispensatione Pontificis, de cuius etiam licentia, deq́; concessione Magistri ordinis iuxta eorum constitutiones possunt de bonis suis similiter disponere, & testari. 241

Alterũ de quo agitur est, quod ditissimus potest tuta conscientia ecclesiasticam pensionem sibi procurare, ac retinere: quicquid dicãt de hoc Prosper, & Diony. Cartu. 242

Non tamen potest eam malè expendere; quia hoc est contra paupertatis votum: quare sic expendens non est facilè absoluendus. 242

Potest tamen de sola pensione se sustẽtare, & redditus sui patrimonij liberè expendere. Tertium quod concluditur. 242

Casus trigesimus secundus, f. 242.

Religiosus quam distribuendi auctoritatem habeat quoad concessa sibi à Põtifice, & quoad propriũ vsum à Prælato.

CAsus iste duplicem habet partẽ. In prima ostenditur, quòd Religiosus potest de redditibus, quos possidet facultate sedis Apostolicæ disponere in licitos, & honestos vsus, ac de his donare absque suorum superiorũ licentia, præsertim paupertatis intuitu, quia in hoc subest immediatè sedi Apostolicæ, de quo Clemens VIII. nihil loquitur, sed tãtum de donatione eorum, quæ subiecta sunt reuocationi, dispositioniq́; Prælatorum, atque conuentuum. 242

In altera parte probatur, quòd Religiosus non potest liberè donarè de acquisitis propria industria, & à suo superiore sibi cõcessis ad vsum absque licẽtia saltem tacita eiusdem superioris, & ad minus virtuali cõsensu conuentus; Quia omne acquisitũ à Religioso, acquiritur ordini, ac monasterio, ita vt nequeat quicquam impendere etiã in causas pias, absque Prælati assensu. 243

Si verò, quæ Religiosus acquirit, dantur sibi à Prælato, & conuentu ad proprium vsum, ita vt de illis nec Prælato, nec cõuentui rationem reddat, sed suo commodo, damnoque impendat, potest tunc omne, quid parcè viuendo sibi detrahit, & parentibus, & alijs in eleemosynam, vel alio pio fine donare liberè. 244

Etenim, si Religiosus, cui hęc conceduntur ad vsum proprium, potest ea cõuertere in vsus corporis, multo magis in vsus animæ: quare poterit sine scrupulo largiri pecuniam in opera pia. 244

Et quamuis Religiosus non sit capax dominij, vnde si quid parcius viuendo acquirit monasterio acquirit: consuetudo tamen ex tacito consensu Prælatorum iustè circa hoc introducta cõcedit Religioso, vt de reliquatis, & asseruatis dentur in opera pia, vt sic præbeatur occasio ipsi minus edendi, minore cum pompa viuendi, &c. 244

Hæc ratio facit, vt clerici de fructibus beneficij (quorũ non sunt domini, sed dispensatores) possint consanguineis pauperibus subuenire. Et licet in Conc. Lat. et Trid. non permittatur peculiũ monacho, sciẽdum prohibitionem hanc tantum se extendere ad facultatem disponendi pro libito in quoscumque vsus etiam profanos. 245

Ad retinendum peculium duo requiruntur, primum, quòd illud concedatur à Prælato non in dominium absolutum neque ad vsus profanos, sed tantum honestos. Alterum, quod tale peculiũ nõ sit superfluum nec excedat debitam Religiosi sustentationẽ. 245

Quæ

Quę vero sit causa iusta hoc retinendi, relinquitur ad iuditiū prudentis viri. Sciendum et est, quod adhos retinendū non requiritur licētia Prelati expressa, & specialis, sed tacita, & generalis, quę dicitur presūpta. 246

Religiosi vero, & moniales, qui concessum peculium hoc in illicitos consumunt vsus, nisi proponant firmam emendationem a Confessarijs non debent absolui. 246

Casus trigesimus tertius, fol. 246.

Missam celebrare super altare portatili vbi & quando Episcopus valeat, nec non Religiosus de Episcopi tamen licentia.

Post decretū Concil. Trid. sess. 22. de obseruandis, & euitandis in celebratione missa, dubitatū fuit, An licitum sit Episcopis vbicūq. reperiuntur, vti priuilegio dicendi missā extra ecclesiā super altare portatili nō solum in Oratorio priuato, sed ēt in loco laico neq. cultui diuino dicato. Primo itaq. respōdet Doctor, quod si sunt Romæ Episcopi, nō possunt extra ecclesiā celebrare absq. Pōtificis expressa licētia. Quod nec Cardin. nisi de expressa facultate Papę faciūt. 247

Secundo addit, quod Episc. si iusta de causa absunt a proprijs dięcesibus tūc in loco ēt laico sup altare portatili celebrare valēt. 247

Tertio ostendit, ꝙ Episc. in sua propria dięcesi potest extra ecclesiam in loco laico, honesto tamen, ac decenti iusta de causa, secundum suam prouidentiam iudicanda celebrare super altare portatili; quia hanc licentiam potest etiam suis subditis dare: 247

Locus tamen laicus debet esse honestus, ac decens, & per eumdem episcopū, vel eius commissionem visus, & deputatus: Quod non est dicendū de priuatis domibus, vbi dormiunt infirmi, nec etiā de domibus Religiosorum mendicantium: licet quibusdam videatur, posse etiam nūc tales Religiosos in suis domib. extra ecclesiā in loco decenti super altare portatile celebrare absque Episcopi licentia, in foro saltē conscientiæ. 248

Veruntamen, si Episcopi sciunt Religiosos sic celebrare, & consensu approbatiuo tacent, tunc videntur licentiam concedere nec peccat sit celebrans. 248

Sicut etiam si hodie sine licentia expressa, sed interpretatiua in primis missis sacerdotū erigatur ad fores ecclesiæ altare portatile, & ad alia parua Eremitoria (vbi frequentissimæ supplicationes fiunt) & hoc ob populorum multitudinem, quam locorū angustia capere nequit, non erit peccatum. 248

Casus trigesimus quartus, f. 249.

Equites Lauretani qua ratione ex Pontificis potestate sint habilis ad habendas pensiones.

Ex hoc casu colligitur primo, quod officiū Equitum Lauretanorū, qui sunt pure laici, ac multoties vxorati, est, vt habitu armatę militię incedant, ac pro necessitate inseruire debeant cum vno equo Pontificib. in expeditionis cruciatæ, & concilij expensis sedis Apost. absque tamen alio stipendio, cum habeat ex pontificia institutione pēsionem ad certam summam. Secundo ꝙ quidam pure laici, & vxorati emunt a Pontifice hos equitatus Lauretanos: & sic habent pensiones, vt cęteri Equites Lauretani. Tādem ex dictis elicitur duplex dubitatio, (tū ex parte emptionis pensionem, tum ex conditione possidentium eas) An pure laicus emens talem equitatum possit tuta conscientia pensionem possidere. 249

Doctor itaque primo probat, hos Equites (licet laicos, & vxoratos) posse tuta conscientia tales pensiones possidere, quando a Pontifice facti sunt ad illas habiles, quamuis in beneficijs ecclesiasticis habeant. 249

De emptione vero pensionem hoc unum dicit, quod qui talem Equitatum emit, non habēs animum exequendi ea opera ad quę fuit institutus, vel existens ad ea peragenda ineptus non potest tuta conscientia pensionem petere, & possidere. 250

Tamdem concludit per hęc verba vndequaq; perpendenda. Quod, quamuis iusta aliqua causa necessitatis Ecclesię Pontificem forte coegerit ad vendendos hos Equitatus, ipse tamen probaret magis, quod libere pro meritorum ratione darentur; quia hæc capacitas ad pensionem, his Equitibus annexa, non est aliquid naturaliter quę sibile, sed a potestate Pontificis dependens, ad quem solum spectat habiles facere laicos ad pensionem. 251

V 2 Ca-

Casus trigesimus quintus, f. 251.

Professio emissa cōtra statutum Prioris generalis licitè annullatur: & Superiores non adimplentes tale statutum incurrunt (pœnis impositis) peccatum lethale.

PRæsens casus duplicem habet partem, in prima ostenditur, quod statutum factum à Priore generali sub pœna perpetuæ suspensionis officij, gradus, & dignitatis, ne Superiores recipiāt ad habitum, & ad professionem admittant ex hebræis quempiā, quòd si receperint, etiā professione emissa expellere debeant, videtur non esse licitum, nec obseruandum, præcipuè quatenus professionem emissam annullat. In hoc videtur inclinare Nauarrus. 252

Oppositum tamen ostendit Doctor, quod si statutum hoc iusta de causa fiat, ad quietem videlicet, & bonum Religionis, non autem in odium huius nationis, erit licitum, & validum. 252

Quod si factum fuerit, ne recipiantur hebræi tamquam inhabiles, & incapaces regularis status, sic nullum, & inualidum erit, nisi fiat auctoritate Papæ. 253

Si verò fiat tamquam prohibens assensum Religionis, sic erit validum; quia assensus debet esse liber. 254

Ex his ostenditur Nauarri opinionem nō esse Doctori contrariam; nec etiā sibi ipsi Nauarrum aduersari: cum aliquando dixerit statutum hoc iusta de causa factum esse licitum, & validum, & postea dixerit esse inualidum, & illicitum. 254

Altera pars huius casus est, quòd peccant mortiferè, & incurrunt in pœnas positas in dicto statuto illi, qui contra faciunt; quia suspensio perpetua, & inhabilitas ad omnia officia, & dignitates est pœna grauissima, quæ non nisi ob peccatum mortiferum imponi consueuit. 256

Casus trigesimus sextus, fol. 257.

Decretum confirmatiuum à Pōtifice ad petitionem cuiusdam Regularis pro bono suæ Prouinciæ absque speciali mandato eiusdem Prouinciæ esse validum.

QVidam Religiosus dum Romæ negotia suæ Religionis procurabat, obtinuit à Pontifice absque eiusdem mādato, ne quisquam hebræorum ad habitum, professionēque foret admittendus: et Decretum hac de causa factum à Priore Generali per sedē Apostolicam etiam confirmauit: ex quo videtur huiusmodi confirmatio inualida; eo quod rescriptum pro alio impetratum, sine ipsius mandato non valet c. Nonnulli. 257

Cōtrarium tenet Doctor. Nam beneficiorum impetratio fieri potest pro aliquo absq; eius mandato, c. ex ore. Et quoniā huius decreti confirmatio est ad euitādas infamias, perturbationesq; Religionis; Ideo, &c. 257

Textus autem qui videtur fauere opposito nihil facit quo ad impetrationem eorum, quæ sunt in gratiam, reformationem, ac vtilitatem tertij, vt in casu. 258

Casus trigesimus sept. fol. 258.

Absoluendi a suspensione, & irregularitate, ex occulto delicto prouenietibus, quæ sit Prælati Religiosorum auctoritas.

DOctor primò ostendit, quòd Prælatis Regularium, & illis, qui communicant in priuilegijs liceat in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus suis subditis dispensare: & à casib. sedi Apostolicæ reseruatis, si sint occulti, absoluere, vt valent Episcopi vigore Concil. Trid. sess. 24. c. 6. 259

Hoc enim fuit determinatū per Breue Pij V. vbi apertè cōcedit; vt absoluere valeant in foro animæ ab omnibus peccatis, ac dispensare in irregularitatibus, pro vt in Concil. Trident. vbi supra, habetur. (De hoc etiam in fol. 808. agitur.) 259

Et quamuis hoc breue non extaret, possunt tamen Prouinciales circa suos subditos vigore eiusdem loci Concil. Trid. sicut Episcop. circa suos. 259

Nec obstat, quod contrarium teneat Franciscus Soarez, probans auctoritatem hāc vigore dicti Concilij non se extendere ad habentes iurisdictionem quasi Episcopalem. fol. 260

Inquit enim Doct. non esse credēdum, Patres Cons-

Conc. qui tã accuratè de reformatione morũ, obseruantia, & clausura Religionũ pertractarũt, debere occasionem prębere religiosis, & pręsertim Monialibus, vt extra claustra exeant ad Episc. pro absolutione. Cogerentur autem si sub nomine Episc. non comprehenderentur Prȩlati Regul. 260

Secundò tradit hanc authoritatē Prouincialium non se extēdere ad casum occultę hęresis: cum per Bullam Cęnę Domini etiam reuocetur huiusmodi facultas Episcopis, iam concessa eisdem per Conc. Trid. 261

Tertiò probat, quod hęc absoluendi facultas à censuris, & casibus occultis nõ solum intelligitur de reseruatis sedi Apost. ante Cõci. Trid. sed etiã de reseruandis in futurũ. 261

Quarto notat, quod si Prouinciales, & habentes authoritatē Episcopalē inciderit occultè in aliquem ex his casibus sedi Apost. reseruatis, poterũt a suo confessario absolui. 262

Secus autem de casibus occultæ hæresis; nã sicut nequeunt absoluere sibi subditos ab hæresi quantũuis occulta, sic nec valent auctoritatem delegare suis Confessarijs, vt si in ea inciderint, ab eisdem absoluantur. 262

Quintò animaduertit, quod sicut Episcopi dispensare possunt cum occultè sic delinquentibus, nõ solum ad sacros ordines, & ad eorum exercitium, sed etiam vt beneficia omnia ecclesiastica, etiã curata de nouo obtineant: Ita Prȩlati Religiosorum, habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt eodē iure cum suis subditis in prædictis casibus dispensare in Prioratibus, & in omnibus alijs officijs honoris, vel dignitatis. Et vltra possunt dispensare in Irregularitatibus etiam prouenientibus ex publico delicto: prćterquam homicidij voluntarij bigamię, & mutilationis membrorum. 162

Sextò tenet, quòd sicut põt Episc. dispēsare cũ clericis (peracta penitentia) in pęnis debitis adulterio, & minorib. delictis, &c. 162

Vltimo docet, quatuor esse genera delictorũ; nullum tamen horum inducere irregularitatem nisi sit notorium iuris, aut facti, & depositione dignum: vel nisi in his casibus in quibus ius ipsum statim declarat eam incurri, vt est homicidium, sodomia consueta, & alia in iure expressa. 163

Casus trigesimus octauus, f. 163.

Nouitius in articulo mortis profitens si conualescat, tenetur elapso anno, omittere professionem. Et peragens probationis annum extra monasterium egritudinis causa profiteri poterit.

DVo pertractantur, primũ, quod Nouitius in articulo mortis constitutus emittens professionem ante completam probationem de consensu conuentus, & Prouincialis pro suę animę consolatione, videtur adeo verè professus quod ad sanitatem restitutus nõ teneatur iterum profiteri, neque probationis annum perficere; quia in professione fuit vtriusque partis verus consensus; & in hoc casu habetur per Pium V. dispensatio quoad probationis annum. 163

Doctor tamen probat, Nouitium sic profitendum, debere, sanitate restituta, iterum post completum nouitiatus annum profiteri; vt verè, & solemniter professus dicatur. 263

Quia dictus consensus est in praiudicium Religionis; & dispensatio Pontificis est tãtum pro beneficio animę profitentis; & etiam, quia ex hoc nõ potest monasteriũ succedere in bonis huius professi e vita decedētis. 264

Quod si professionem, finito probationis anno, non ratificauerit, poterit in seculo viuere: quia illa professio non fecit eum verè Religiosum. 264

Sed manet solum ratione sui voti obligatus in genere Religioni; quare si vxorem duxerit, peccabit mortaliter contra votum castitatis voluntariè emissum. 264

Alterum, de quo agitur est, quòd Nouitius infirmus consumens probationem apud parentes de licencia Superiorũ causa sanitatis recuperãdę, nec deserens Religionis habitum, sed ad obedientiam paratus, poterit absque alio experimento nouitiatus profiteri: quia sic est etiam sub Religionis obedientia. 265

Nec tamen reclamet, & vt tollantur omnes scrupuli, optimum erit, vt Religionis austeritates per ali quod tempus experiatur; Veruntamen valida erit professio emissa absque tali experimento. 265

Finis Compendii quartæ partis Casuum Conscientiæ.

INDEX COPIOSVS OMNIVM NOTABILIVM,

Quæ in toto hoc volumine continentur.

Et

Magi-

Et

Et

Finis Tabulæ.

